# IACOBI CVIACII IVRISCONSVLTI AD TRES POSTREMOS LIB. COD. DN. IVSTINIANI COMMENTARII.

*

Ad Illustrissimam & Optimam Principem Margaritam Valesiam, Ducem Sabaudiæ & Biturigum.

*Eiusdem Commentarij in Tit. Pandectarum de verborum obligationibus.*

Πραγμάτεια *de diuersis temporum præscriptionibus & terminis.*

*Obseruationum liber quintus.*

Ad amplissimum & doctissimum virum Michaëlem Hospitalium summum Galliæ Cancellarium.

LVGDVNI
APVD IOANN. TORNÆSIVM,
ET GVL. GAZEIVM.

M. D. LXII.

Cum Priuilegio Regis.

# ILLVSTRISSIMAE ET OPTIMAE PRINCIPI MARGARITÆ VALESIÆ DVCI SABAVDIÆ ET BITVRIGVM

IAC. CVIACIVS S.

QVOD *reliquis disciplinis, idem & nostræ accidit olim, Optima & Illustrissima Princeps, vt traderetur & tractaretur malè ab omnibus. Tum quæ lux ceteras extulit, eadem & huic affulsit nostræ. At non idem vindex. Ceteris Franciscus Rex parens tuus nunquam laudatus satis: Nostra parum abfuit vt vindice careret, nisi quod supererat operæ paterno, ei explendo te Deus reseruasset. Nam verissimũ hoc & compertissimum est, principem extitisse adhuc nullum, qui puræ Iurisprudentiæ professores fouerit vt tu facis. Quæ ex re (dicam quod sentio & mecum sentiunt sani omnes, fremãt licet obstipæ mentes quædam) nulla etiam adhuc schola huic tuæ similis, in qua omnes ius docent castè, purè, cordatè, sine fuco, sine fallacijs: aut si quis tentet sequius, non sedilia, non solia, non, vt paucis omnia complectar, genius scholæ ferat, transferat potius statim, mutetq́ illum, quisquis sit, in meliorem formam. Genius hic propriè tuus est. quamobrem meritò etiam ad te omnia referuntur quæcunq́ hæc schola parit. Sua tibi Baro, sua Duarenus sine exemplo Iurisprudentiæ maximi duces. Mea & ipse pessimus sim, si alij quàm tibi, non omnia tamen, quia non omnia te digna, sed hoc nouum in tres postremos Constitutionum Codicis opus expectatum & expetitum nimis, quod non te indignum forsitan homines iudicaturi sint, vel quòd perfecerit nondum simile alius quisquam, vel quòd totum sit de rebus ad principes pertinentibus. Quæ maximè ratione, vt arbitror, veteres Franci, qui principum suorum valde amantes fuerunt, missis nouem alijs libris, hos tres duntaxat Francos fecerunt,*

runt, quos equidem amici beneficio habui in manibus semper dum huic operi operam dabam, sed vsui profectò fuere non multum, nec minus tamen ideo eos legebam libenter. Iuuabat satis veterum Francorum studium & diligentia & principum cura. Eos quibus sum vsus potissimum, Illustrissimæ & Potentissimæ Reginæ Catharinæ Mediceæ locupletissima bibliotheca mihi suppeditauit. Tu, opsonia: Illa, instrumenta dedit, nec viris planè iam hoc debetur opus. Te igitur primùm adeo, quia prima abs te fero, altera ratione quod illi repensetur breui curaturus.

Vale, Biturigis VI. Id. Iul.

M. D. LXII.

# Index rerum notabilium, quæ in hoc opere continentur.

## D

Opinat

Quæst

Togatus

FINIS.

# Priuilege du Roy.

CHARLES par la grace de Dieu Roy de France, Aux Preuosts de Paris, Baillifs de Rouen & Orleans, Seneschaulx de Lyon, Guyenne, Tholouze & Poitou, ou leurs Lieutenans, & à chacun d'eux si comme à luy appartiendra Salut. Nostre cher & bien amé Iean de Tournes Libraire & Imprimeur demeurant à Lyon, nous a fait remonstrer qu'il a recouuré vn liure intitulé *Iacobi Cuiacij in tres postremos codicis Dn. Iustiniani libros commentarij, & eiusdem ad tit. digestorum de verborum obligationibus commentarij, De diuersis temporum præscriptionibus & terminis Pragmatia, Obseruationum liber quintus.* Qu'il mettroit volontiers en lumiere & euidence s'il nous plaisoit sur ce luy ottroyer nos lettres de congé & permission.

NOVS par l'aduis de nostre conseil, Auons audit de Tournes permis & permettons imprimer & faire imprimer lesdits liures, & iceux vendre & debiter en nostre Royaume durant le temps & terme de six ans, à commencer du iour & datte de la premiere impression desdits liures, Sans que autres Libraires ou Imprimeurs puissent imprimer ou faire imprimer lesdits liures, ne iceux vendre & debiter durant le temps dessusdit, sans le consentement dudit de Tournes, sur peine de confiscation desdits liures & d'amende arbitraire. Si vous mandons, & à chacun de vous commettons & enioignons par ces presentes, Que de l'effect & contenu d'icelles vous faites ledit exposant iouïr & vser pleinement & paisiblement, sans luy faire mettre ou donner, ne souffrir luy estre fait, mis ou donné aucun trouble ou empeschement au contraire: Car tel est nostre plaisir. Donné à Monceaux le XXVI. iour de May, L'an de grace Mil cinq cens soixantedeux, Et de nostre regne le deuxieme.

Par le Roy en son conseil.

De Lomenie.

*Acheué d'imprimer le 19. iour de Septembre 1562.*

# IACOBI CVIACII

## I. C. AD LIB. X. CODICIS DN. IVSTINIANI COMMENTARII.

### *De iure fisci.* *Tit.* *I.*

A IVS fisci cùm dicimus, etiam priuilegium fisci comprehendimus. l. Aelianus. D. de manumis. l. 2. §. de pri. fis. & ideo dubitari potest quid hic tit. De iu. fis. distat à titulo De priuilegio fis. quod quæri etiam potest de titulo De iure dotium, & titulo De priuilegio dotis. Ego animaduerti in tit. De priuil. fis. de eo tantùm priuilegio tractari, quo fiscus tacitam hypothecam habet, & præfertur ceteris creditoribus chirographariis vel hypothecariis. Præfertur verò omnibus etiam priuilegiarus: & chirographariis quidem etiam si antiquiores sint, hypothecarijs verò B non aliter quàm si antiquiores non sint. quo etiam iure fit, si alij creditores priores egerint, & pecuniam acceperint, vt eam fiscus eis omnimodo pecuniam auferre possit. Cetera fisci iura & priuilegia in hoc titulo & in proximis titulis explicantur. Fiscum interpretantur esse cophinum siue sportam, & inde suffiscum Festo, eóque distare principem à fisco, quo sui cuiusque loculi distant à seipso. rectè. Et consequenter Græci interpretes ita: φίσκος κόφφινος ἐστὶν ᾧ τὰ τῶν δημευομένων ἐτίθετο χρήματα. μετὰ ταῦτα δὲ ταμεῖον λέγεται καίσαρος ἐν ᾧ ἀποφυλάττεται τὰ φισκάλια χρήματα καὶ ἐγγύτερα ταμιευτικὰ ἅτινα τὸ παλαιὸν ὄντα τοῦ δήμου μετηνέχθησαν ἐν τῇ τοῦ βασιλέως οὐσίᾳ. Quapropter existimo fisci appellatione non tantùm sactum ærarium contineri, id est, sacras largitiones siue thesauros, C de quibus tamen propriè fiscus dicitur. l. 3. §. de quad. præs. l. 6. C. Th. quor. ap. non rec. Sed & priuatũ, id est, res siue largitiones priuatas Augusti vel Augustæ. l. 1. J. de loca. præd. ciuil. l. 1. J. de collat. fun. fis. ideoq; l. 9. J. hoc tit. quæ loquitur de rerum duntaxat priuatarum susceptoribus, non malè sub hoc titulo posita est. Continetur etiã fisci appellatione arca præfectoria. l. 6. J. de exact. trib. Eodem nomine & pleraque alia significantur, veluti princeps, procurator fiscalis, officium fiscale, statio fiscalis. Habet & plura synonyma, ærarium, ταμεῖον, δημόσιον, publicæ rationes, publicum. quanquã initio publicum siue ærarium ad aliquid separatũ fuerit à fisco, vt dicemus in l. 2. J. de petit. bon. sub.

I. IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. ATTICO ET SEVERO. Si prius quàm fisci rationibus pater vester obligaretur, per- D fectam prædiorum donationem fecisse fuerit probatus: quod citra fraudem creditorum gestum est, non rescinditur.

Ait, Si prius quàm, ex contractu scilicet vel ex administratione. **Perfectam donationem.**] Perficitur vulgò traditione vel mancipatione, collata in filios, vt in specie proposita, etiam nuda voluntate ex Constitutione D. Pij. l. 4. C. Th. de donat. At hîc insuper fingamus secutam traditionem, & dominium à patre recessisse, quo genere ea etiam donatio, quæ ex nuda voluntate consistit, perfici dicitur exemplo venditionis. l. Titius. D. de resc. vend. l. contractus. §. de fide instru. **Fuerit probatus.**] Donauerat pater filiis emancipatis. hi si donationem obligatione priorem esse probauerint, non tenebuntur actione Pauliana. **Non rescinditur.**] Quia dicit, rescinditur, manifestum est E Imperatorem loqui de Pauliana, non de hypothecaria, que rescissoria non est. Adhæc frandationem creditorum si tollas, ideo rectè Paulianam quoque actionem tollas, hypothecariam non item. Non loquitur etiam de actione in factum, qua fraudator vexatur ita quibusdam bonis dissipatis, vt nusquam appareant. nam hæc etiam rescissoria non est.

II. IMP. GORDIANVS A. SERENO. Instar rei iudicatæ obtinere minimè potest computatio à tabularis facta, nisi sententia procuratoris fuerit comprobata. A

Tabularij eorum quæ publico inferuntur & debentur rationes conficiunt.l.1. & l.missi.§.de exact.trib.l.2.§.de numer.l.1.§.de immu.nem.con.l.1.§.de censib. Sidonius IIII. Habes procuratorem in negotiis, villicum in prædiis, tabularium in tributis. At quia ob errorem calculi retractari computatio non potest, si res ita iudicata fuerit errore in sententia non expresso, ne non tam computatio quàm res iudicata retractari videatur.l.1.§.de re iud.l.1.§.de er.cal.ideo dubitari potest an computatio à tabulariis ciuitatum vel prouinciarum facta, rei iudicatæ instar habeat, id est, an retractari non possit. Imp. ait non habere, id est, retractari posse, nisi si comprobata fuerit sententia Rationalis. Et generaliter nisi res iudicata vel transacta sit, etiam post longum tempus error calculi retractari potest. id quod de Reip. rationibus tractās Modestinus, tradit in l.calculi.D.de admi. rer. ad ciu.pert. Hæc tamen verba subiungit, Sed si gratiosè expunctæ dicentur non retractabuntur: vbi existimo legendum, Sed si rationes expunctæ: hoc scilicet sensu, vt dispunctæ rationes ob errorem calculi retractari possint etiam post longum tempus, expunctæ non item.l.in omnibus.§. Reip.D. de diu.temp.præs. Non est legendum, Gratiosè. nam quodcumque fit gratiosè in perniciem Reip. nullius momenti est.l.præses. C. de transac. denique nisi sic legas, non est quò verbum, Expunctæ, referri possit. B

C

III. IDEM A. ATTICAE. Si minore pretio, quàm res est, aperta fraude emptoris vel gratia, que obligata sunt fisco venierūt: aditus procurator meus debitam quantitatem inferenti restitui ea prædia iubebit.

Ait, Fraude.] collusione. Vel gratia.] siue fraude emptoris. Quæ obligata sunt.] sunt autem tacito iure obligata. Fisco.] Omnes vet.lib. à fisco vænierint. A fisco.i. à procuratore aut officio eius. Procurator meus.] non is qui vendidit, sed is qui nunc est procurator meus. l.vlt. C.si aduer.fis. Procurator meus.] Imò præses.l.pen.D.de resc. vend. Non facio differentiam inter proconsulates & præsidales prouincias, quæ ab Augusto diu non stetit. Sed in quibus non fuerit procurator Cæsaris, in eis dico adeundum esse præsidem quoties de fiscali causa agitur. Errat Alciatus in lib.de magistratibus, dum in Proconsulares maximè procuratores missos scribit. Imò indifferenter εἰς τὰ ἑαυτοῦ καὶ τὰ τοῦ δήμου, auctore Dione LIII. In eodem sunt & hæc falsa: Tria genera prouinciarum Augustum fecisse, Non easdem populo & Senatui prouincias attribuisse, Procuratorem priuatæ rationis Aegyptium magistratum esse. Debitam quantitatem.] Non dicit pretium, sed debitam quantitatem. Infert igitur fisco debitor debitam quantitatem non pretium emptori. Fiscus venditionem resoluit & emptori pretium restituit. Quid fiet si priuatus creditor æquè dolo malo aut gratiosè pignora minoris vendiderit? Et placet in eo idem obseruari, vt scilicet offerenti debitori debitam pecuniam is in hoc teneatur, vt rem vel id quod interest præstet, nisi si is soluendo non sit, quo casu oblato pretio res ab emptore reuocatur.l.1.& 3.C. si vend. pig. quod in fisco dici non potest qui semper est soluendo. D E

IIII. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. MVCATRAVLO. Certa forma super metœcis data est, qui iussu principis in aliam ciuitatem translati sunt. nam prædia eorum, quæ antè quàm demigrarent, habuerunt, si ab eis distracta non sunt, fisci rationibus vindicari iam pridem decretum est: nisi aliud speciali præcepto Augusta maiestas decreuerit. Vt igitur à principibus salubriter statutum est: ita saluis his quæ vtiliter placuerunt, parentibus heredes eos existere non oportere, nulla legis sanctione statutum est. F

Mucatraulo.] Antea malè, Niceni. Est & in eodem nomine erratum in l.10.§. qui acc.non poss.l.7.§.de resc.vend.l.15.§.de post.& redemp.ab host.l.8.§. de pac. Metœcis.] Μέτοικοι sunt coloni qui ex vna ciuitate in aliam migrant. quod non fit nisi iussu principis.l.idem Vlp.§.vlt.D.de exc.tut. Auctor Panegyrici Flauiensium ad Constantinum Imperatorem. Diuus pater tuus Flauiam ciuitatem Heduorum voluit erigere metœcis vndique transferendis. Apollonius Tyaneus in Epist. ἅπαντες ἀστοὶ καὶ οἱ μέτοικοι. Alij enim sunt in eadem ciuitate originarij, alij μέτοικοι, qui & incolæ dicuntur. Posterior ætas aduenas quoque eos appellasse videtur, vnde vox Gallica orta est, *Aubenays*, & in Basilicis Gallicis, *auenage*. Sed non ita Latini, quibus aduena is est qui in aliena ciuitate moratur ad tempus.l.heres.§.proinde.D.de iud.l.pupillus.D.de ver.sig. Constituitur autem in hac lege vt τῶν μετοίκων prædia in fiscum redigantur quæ ab eis distracta non fuerint, nisi specialiter id eis prin- G

ceps

A cepit concesserit vt ea sibi retinerent, vt tamen non arceantur à successione parentum in ea ciuitate relictorum ex qua migrarunt. Igitur postea sibi ex successione in eadem ciuitate bona adquirere possunt. Ex alia causa forsitan non æquè.arg.l.miles.D.de re milit.

V. EXEMPLVM SACRARVM LITERARVM EORVNDEM AA. AD FLACCVM. Prohibitum est cuiuscunque bona, qui fisco locum fecisse existimabitur, capi prius, quàm à nobis forma fuerit data. Et vt omni prouisionis genere occursum sit Cæsarianis: sancimus B licere vniuersis quorum interest, obiicere manus his, qui ad capienda bona alicuius venerint, qui succubuerit legibus: vt etiamsi officiales ausi fuerint à tenore datæ legis desistere, ipsis priuatis resistentibus, à facienda iniuria arceantur. Tunc enim is cuius interest bona alicuius non interpellari, officialibus volentibus ea capere, debet adquiescere: cùm literis nostris cognouerit, non ex arbitrio suo Cæsarianos ad capiendas easdem venisse facultates, sed iustitiæ vigorem id fieri statuisse.

C Cæsariani bona caduca occupare non possunt sine auctoritate principis. Occupantes manu & viribus eorũ quorum interest propulsantur impune. quod & aliis casibus fit iure licito. l. pen.§.de execu.l.deuotũ.§.de metatis. l.vlt.§.de discuss. Huc pertinet quod Paulus scribit v.Sent.titul.De iure fisci. Quotiens sine auctoritate iudicati officiales alicuius bona occupant vel describunt &c. Cæsariani sunt officiales procuratoris Cæsaris, qui & Catholiciani dicitur in l.penul.§.vlt.§. de bo.prof. & ab auctore Paratitl, quem librum habet Pet. Faber vir diuinarum largitionum dote locupletissimus, ad l.4.§.de episc.& cler. Ἐὰν δὲ τυχὼν τῷ ἐν καθολικιανοῖ &c. Sicut & procurator ipse Catholicus sæpissime in libris βασιλικῶν appellatur, & hoc ipso loco. [illegible] καὶ [illegible] τοῦ καθολικοῦ [illegible] [illegible] τὸν νόμον. & in l.2.§. εἰ μὴ ὁ καθολικὸς αὐτὸν [illegible]. & in l.9. [illegible] τοῦ καθολικοῦ. Alij quidam sunt speciales, veluti vicesimæ hereditatum, metallorum, caducorum, Prouin-D ciales sunt catholici. Ideoq; in Constitutione quadam Constantini apud Eusebium lib.x. καθολικὸν Africæ procuratorem interpretari oportet non præf. pretorio.& similiter lib.IIII.de vita Constantini τὸν τῆς [illegible] καθολικόν. Theodorus Hermopolites ad l.vlt.§.si à non comp.iud. ὁ καθολικὸς [illegible] καὶ φροντίζων τῶν δημοσιακῶν [illegible]. Idem Eusebius VIII. τῆς μαγιστρότητος καὶ καθολικότητος nomine procurationem fisci proculdubio intelligit.nam magistri etiam dicebantur l.5.§.vbi cau.sta.l. dudum. C.Th.de decur.l.2.C.Th.de in.fis. & in l.1.§.de anno.& cap. magister æris, id est, rationalis siue procurator thesaurorũ. Qui succubuerit.] Vet.lib.qui succubuerint. Vnde suspicor legendum, quæ succubuerint, id est, quæ ceciderint in casum.

E VI. IMP. CONSTANTINVS A. AD PROVINCIALES. Iustas etiam & quæ locum habent, fisci actiones præcipimus concremari ob hoc solum, quòd suis temporibus prolatæ non sunt: vt iam calumniæ priuatorum eo saltem arceantur exemplo, quo iustas fisci lites silere præcipimus. DAT. III. KAL. IVL. CONSTANTINO A. V. ET LICINIO CAES. COSS.

Pertinet hæc lex ad eas actiones quæ mouentur post tempus legitimum, non ad eas quæ mouentur ante tempus. Vt igitur priuatorum actiones in rem præscriptione longi temporis excluduntur, F ita & fiscales. quod vti accipiendum sit ostendimus in [illegible] de legitimis temporibus. Et actio redhibitoria, vt in causa priuatorum sex mensibus, æstimatoria anno finitur, ita & in causa fisci, cùm quid emit fiscus. Vt iam.] Legendum, Iam. Sententia hæc est: Si abolentur iustæ fisci lites præscriptione temporis, quid fiet de iniustis & calumniosis priuatorum litibus? ETIAM

VII. IDEM A. AD VOLVSIANVM P. V. Defensionis facultas dãda est quibus aliquam inquietudinem fiscus infert, cùm facultates eorũdem, adhuc controuersia pendente, inquietari describiq; fas non G sit. Vbi ergo controuersia exstiterit fisco alicuius patrimonium vindicante, apud eum omnibus facultatibus cõstitutis cognitio ventiletur: vt cùm rei exitus debere eas vindicari probauerit, tum demum res persequi li-

ceat, & super modo facultatum ac rerum interrogationem haberi, quæ per conditionales seruos inuestiganda est: vt si quid subtractum fuerit, exigatur & extrinsecus integrum tantum aliud multæ nomine, quantum fuerat per fraudem ablatum. Sanè in huiuscemodi quæstione si Cæsariani nomen inciderit, ad vsurpationem constitutionis istius non debebit accedere, si quidem consuetudo fraudum, quibus prædicti omnia temerare consueuerunt, exceptionem eorundem meruerit. DAT. PRID. KAL. IAN. SIRMIO CONSTANTINO A. VII. ET CONSTANTIO CÆS. COSS.

Bona quæ sibi possessor defendit & ad fiscum minimè pertinere contendit, fiscus posidere vel distrahere vel describere nõ potest, antequam re disceptata locum esse fisco probatum & pronunciatum fuerit. Pendente igitur lite apud possessorem bona remanent. Si quid tamen postea re secundum fiscum iudicata interuersum fuisse interim apparuerit, id à possessore in duplum repetetur. Excipiuntur Catholiciani, quorum bonis si fiscus moueat controuersiam, à fisco statim bona posidentur vel describuntur. quia consuetudo fraudum mala fide possesionis præsumptionem inducit. **Defensionis facultas.**] reclamandi copia. l. vlt. j. de bo. vac. **Ventiletur.**] apud rationalem. **Conditionales.**] Hi sunt tabularij huic conditioni addicti & mancipati, adeò vt non possint ad aliam aspirare militiam vel dignitatem. l. scripturas. §. qui pot. in pig. hab. l. 3. 5. 7. 8. C. Th. de numerar. act. qua forma adscriptitij etiam coloni & capite censiti & alij quilibet certæ conditioni addicti conditionales dici possunt. **Si Cæsariani nomen inciderit.**] Si Cæsariano fiscus moueat controuersiam bonorum. **Fraudum.**] Cæsariani fraudibus sunt & rapinis infames, atque ideo pendente lite non temere bona, quibus de agitur, eis permittuntur. l. 2. C. Th. de bo. vacant. quinimo κατ' ἀφέλειαν ea mala fide posident. Ex hac Cæsarianorum appellatione certò deducta est vox Gallica, *Sergents*, & Germanica, *Scharsenchen*, qua & Anna Alexij vtitur libr. 13. φυλαττόμενοι ὑπὸ σεργεντίων ἑκατόν.

VIII. IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD DRACONTIVM VIC. AFRICÆ. Qui in contractibus scelestis ac fisco perniciosis interuersorum maculosis se fraudibus implicuerint, quadrupli redhibitione teneantur. DAT. XV. KAL. DEC. ADRVMETO VALENTINIANO ET VALENTE AA. COSS.

Interuersores sunt administratores qui dolo malo dilapidant rem pecuniámve fiscalem. Euersores in l. 2. j. de palat. sac. larg. l. 1. C. Th. de suscept. eadem ratione qua & in schola Rhetorum quidam olim Euersores dicebantur auctore Augustino III. Confessionum c. III. & lib. V. cap. XII. Decoctores in l. quilibet. j. de decur. l. si aliquid. j. de suscept. Hi in quadruplum tenentur. l. 1. j. de iis qui ex pub. rat. l. 1. j. poe. fis. cred. præf. l. in fraudem. §. pen. D. de iu. fis. imo in duplum. l. prox. §. l. aufertur. §. 1. D. eod. in iis scilicet quæ fisco nõdum adquisita sunt. In adquisitis locus est actioni in quadruplum. **Implicuerint.**] Cassiodorus IX. Variarũ. Qui se quoquo modo scelestis cõtractibus miscuerunt.

IX. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PATRICIO C. R. P. Super creandis susceptoribus periculo procuratorum rei dominicæ dispositionem tuæ sublimitatis firmã esse præcipimus: ita vt omni ambitione cessante, quæ statuta sunt, quæque antiqua cõsuetudine commendantur, in pabulis vel sumptu familiæ ministrando intemerata permaneant: super Irenarcha & Optione omni antiqua consuetudine obseruanda. DAT. III. KAL. IAN. CP. THEODOSIO A. VIIII. ET CONSTANTIO II. COSS.

Susceptores rei priuatæ creantur ex dispositione Comitis rerum priuatarum & periculo procuratorum rei priuatæ, ideoq; si soluendo susceptores non sint, omne damnum spectat ad procuratorem rei priuatæ, qui in susceptoribus creandis attentior esse debuit. Comes rerum priuatarum, siue priuati ærarij per procuratorũ curam gubernat priuatam substantiam principis. Theodoritus III. cap. XII. Ἐλπίδιος τῶν ἰδίων τοῦ βασιλέως χρημάτων τε καὶ κτημάτων τὴν ἡγεμονίαν πεπιστευμένος. κόμητα δὲ πριβάτων τὸν τοιοῦτον προσαγορεύειν εἰώθασι Ῥωμαῖοι. Græci VI. βασιλικῶν. τὸν κόμητα τῆς ἰδικῆς περιουσίας

τῶν

τιθέσι τῆ φροντίζοντι τῶν πραγμάτων τῶν ἀφωρισμένων εἰς τὰς ἰδίας χρείας τοῦ βασιλέως. Fuit & alius Comes sacri ærarij siue sacrarum largitionum siue thesaurorum.l.1.ꝗ.de quæstor.l.2.ꝗ. vt dig.or.ser.l.2.ꝗ.de pal.sac.larg.l.3.§.vbi senar.vel clar.qui & ταμίας & præpositus regalium thesaurorum dicitur ab aliis auctoribus.quam dignitatem Rutilius Numatianus intelligit, dum ait,

*Nam neque opum curam, quamuis sit magna, sacrarum,*
*Nec ius quæsturæ grata fuisse magis.*

Idem qui in l.senatus.D. de iu.fis. Præf.ærario, In Græca metaphrasi Comes thesaurorum. vterq; Comes est illustris. Rei dominicæ.] rei priuatæ. Ambitione.] gratia. In pabulis.] Pabula sunt animalium.Annonæ,familiæ dominicæ sumptus.Et pabula quidem etiam capita vocantur in tit.de annonis & capitu,& alibi sæpe.Marcellinus XXI.Pabula iumentorum quę vulgò dictitant capita.Cassiodorus VII. Ad equos capitum definitum. Ait igitur lex nostra in capitibus & annonis præstandis familiæ dominicæ, & rei priuatæ susceptoribus creandis, dispositionem Comitis rerum priuatarum & priscam consuetudinem seruandam esse. Eandem quoque seruari in Irenarcha & Optione creando. Creantur Irenarchæ periculo decurionum & ex dispositione præsidum.l.1.ꝗ.de Irenarchis.& ad l.Diuus.D.de cust.reor.ita definiuntur, εἰρηνάρχαι οἱ ἐπὶ τῆς δήμου εὐταξίας ἐφεστῶτες. Adijci possunt quę de eis scripsimus Obs.1.cap.33.non tamen quod aliàs nobis docentibus excidit, præpositos pacis eosdem dici in l.49.C.Th. de decur.l.1. C. Th. de pignerib. vbi legendum, pagis, vt apud Eusebium lib.IX.cap.1.& l.2.ꝗ.de suscept.l.1.C.Th.de erog.mil.an.qui in No. de Alexandrinis, πάγαρχοι. Optio est erogator annonæ militaris, de quo dicemus in l.7.ꝗ.de exact.trib.

X. IIDEM AA. PALLADIO PP. OR. Eorum patrimonia mortuorum, qui vitę suæ tempore diuersis conscientiam suam dicuntur polluisse criminibus, fisci rationibus nequaquam competere; vel ab eo alienari censemus: nisi post publicam accusationem eos cōstiterit fuisse conuictos. DAT. VIII. ID. IVL. RAVENNÆ EVSTATHIO ET AGRICOLA COSS.

Huius Constitutionis partes aliæ sunt in l.4.ꝗ.de bo.vac.l.pen.C.Th.de bo. pros.l.30. C. Th. de petit.& vltro da.Huius hæc sententia, Mortuorum ante condemnationem bona fisco non vindicari.quod vtique verum est etiam si post accusationem decesserint.pœna enim publicationis bonorū in heredem non transit, excepto crimine perduellionis. At certè conuictorum & condemnatorum ex publicis iudiciis bona fisco vindicantur. An & si post appellationem decesserint? quod apertè l. vlt.§. si reus vel accus.mor.fue.explicat. Verùm & si mortuus fuerit reus antę accusationem vel condemnationem, bonorum scelere quęsitorū quęstio morte non soluetur.l.si quis cum.l.cum falsi. D. ad leg.Cor.de fal.l.Luctus.D.de iu.fis.atque ideo repetundarum, peculatus, de residuis actio morte non finitur.l.vlt.D.ad leg.Iul.pec.nec adulterij crimen vbi dotis quæstio est,l.vlt.§.ad l.Iul. de adult. eadémque ratio est suppositi partus.l.2.D.de Carbo.edic. Conuictos.] id est, cōdemnatos.nec enim antè conuicti videntur quàm condemnati fuerint, quemadmodum nec antè probatum videtur quàm pronuntiatum fuerit. quamobrem hæc verba, Si probatum fuerit, in libris nostris ita sępe accipiuntur, Si pronuntiatum fuerit.Porrò desideratur hoc loco vltima Cōstitutio, cuius sententiam proponam ex LVII. βασιλικῶν.

XI. ΠΑΣΑ δημοσία δίκη ἐντὸς ἓξ μηνῶν μετὰ τὴν προκάταρξιν μετερχομένων πληρούσθω, εἰ μὴ ἄρα συμβῇ κατὰ τὸ ἀναγκαῖον ἢ πρόσωπα ἢ δικαιώματα τινὰ ἕτερα ἐξ ἐπαρχιῶν ἀχθῆναι κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν ἢ αὐτοὶ οἱ ἐναγόμενοι τὴν αἰτίαν ὑπερθέσεως παράσχωσιν ὡς ἀπαρέσκουσι.

Fit huius mentio in libro Eustathij περὶ χρονικῶν διαστημάτων tit. de mensibus sex, iis verbis, Πᾶσα φισκαλία δίκη ἤτοι τοῦ δημοσίου ταμείου ἐντὸς ἓξ μηνῶν μετὰ τὴν προκάταρξιν περαιοῦται εἰ μὴ ἄρα ὑπέρθεσις ἀναγκαία ἐστίν, ὡς βι. ι. τοῦ κώδ. τι. α. δι. ια. Ergo in l. properandum.§.de iudic. meritò excipiuntur causæ fiscales, quoniam eæ intra sex menses à lite contestata finiendæ sunt ex hac Constitutione, nisi rei necessitas exegerit personarum aut instrumētorum causa, longius proferri litem, vel reus in mora fuerit. Causæ autem pertinentes ad publica munera, quę in eadem lege excipiuntur, finiendæ sunt intra tres menses.l.generali.ꝗ. de decur. quod Græci ad l.properandum, notant iis verbis, αἱ γὰρ τοῦ δημοσίου δίκαι ἐντὸς ἓξ μηνῶν τελειοῦνται. αἱ δὲ περὶ δημοσίων λειτουργιῶν ὑποθέσεις ἐντὸς τριῶν μηνῶν τέμνονται. δημοσία δὲ λειτουργία ἐστὶν ὡς τὸ γενέσθαι τινὰ σιτώνην ἐπὶ τῷ ἀγοράσαι σῖτον τῷ στρατιώτῃ.

A

## *De conueniendis fisci debitoribus. Tit. 2.*

I. IMP. GORDIANVS A. SATVRNINO ET ALIIS. Non iniusta ratione desideratis, repromissa fisco indemnitate eos priore loco conueniri qui reliqua contraxerunt: mox ad vos perueniri, qui ab his quædam mercati estis.

B Ex No. Iustiniani primùm conueniendus est reus, tum intercessor, deinde possessor hypothecarum. At iure antiquo creditor eligere potuit cum quo mallet experiri l.l.vlt.§.de obl.& act. Fiscus tamen hanc electionem sibi non adrogabat. reum namque prius excutiebat quàm fideiussorem aut possessorem hypothecarum.l.Moschis.D.de iu.fis. Repromissa.] Vtrùm repromissa à principalibus personis? An à vobis? & hoc Græcis placet magis. Si igitur vobis relictis fiscum vultis agere cum principali, cauere ei debetis de indemnitate. Eos.] principales debitores. Priore.] Emendatiores Codices, principali, vt & in l.3.J. Perueniri.] per actionem hypothecariam. Mercati estis.] si posteaquam illi cum fisco contraxerunt mercati estis l.si debitor.§.de priuil.fis.

II. IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. ET VALER. CÆS. PATROPHILO. C Fisco quidem contra te manet actio, quamuis argẽtum quod inferre debebas, rationibus fuerit relatum, si cautionem, quæ tibi super eo exposita est, tabularius non subnotauerit. Aequum tamen est, vt prius de bonis eius qui exactor fuit, si soluendo est, & conueniendi eius facultas datur, indemnitati fisci satisfiat. tunc si seruari hic modus non possit, reposcatur à te.

D Quamuis in rationes publicas relatum sit te soluisse, non tamen liberaris nisi apochis tabularius subnotauerit. Ceterùm prius exactorem quàm te conueniri æquum est. Aliàs verò amissa apocha illationis fides ex polytychis, id est, publicis rationibus sumitur.l.2.J. de discus.l.illatæ.§. de fide instr. in quibus etiam apochæ referendæ vel regerendæ sunt cum subnotatione tabulariorum. Cautionem.] Vet.cautioni. Est autem exposita cautio ab exactore. Exactor fuit.] nunc desût esse. Exactor dat apocham, Tabularius subnotat & subscribit.l.1.J.de can.larg.tit.

III. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. IANVARIO ET ALIIS. Quoniam Augerio ac filio eius ad exigenda reliqua consortes vos atque consocios esse dicatis, eisque certorum duntaxat nominum exactionem mandatam, nec inter eum & ceteros qui exactores fuerant nominati, confusæ exactionis mutuum periculum constitutum, sed separato muneris obsequio discretam sollicitudinis E rationem fuisse adseueratis: à iure non discrepat, vt prius ex bonis exactorum, qui principali loco ad exactionem fuerant destinati, indemnitati fiscali satisfiat: postque eos, si solidum debitum exsolutum non sit, nominatores conueniri. Rationalis igitur noster iuris ordinem sequetur, excussisque exactorum facultatibus, necnon etiam nominatorum, si fiscus in F vniuersi debiti quantitate securitatem indemnitatis consecutus non fuerit, etiam vos ad restituenda fiscalia debita adstringet.

Plures nominati & creati sunt exactores fiscalium. Multùm interest vtrùm exactio diuisim eis mandata sit, an pro indiuiso. hoc enim casu etiam si postea inter se administrationem diuiserint, prius conuenitur collega, quàm nominator. Illo casu nominator prius quàm collega. Vtroque casu is qui exegit prius quàm vel collega vel nominator siue creator. quæ omnia fusius demonstrabuntur in tit. G quo quisque ord.con. Certorum.] alij, ceterorum, malè, vt & in P. Flor.l.si emancipato. de leg. præst. Inter eum.] Quidam Codices, Inter vos. quod rectum est, vt in fine, Etiam vos. Confusæ.] pro indiuiso.

IMPPP.

A IIII. IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD ARCHELAVM COM. OR. Hi qui fiſco nôſtræ manſuetudinis obnoxij ſunt omiſſa fruſtratione teneantur: vt quod ſuis nominibus debent, de ſuis facultatibus cogantur exſoluere: ſeruatis, cùm compleuerint, allegationibus propriis, ſi quas aduerſus quoſcunque ex ſuis contractibus debitores competere ſibi ex iure crediderint: ita vt aduerſus eos quos ſibi obnoxios adſeuerant, legibus & iudiciis experiun-B dum eſſe cognoſcant. DAT. III. NO. IVL. NOVIODVNO VALENTINIANO NB.P. ET VICTORE COSS.

Fiſcus vtiles actiones habet in debitores debitoris. l. 3. & 4. §. quan. fiſ. vel pri. deb. ſui deb. ex poſ. l. 3. § multa. D. de iu. fiſ. maximè ſi ex ratione fiſcali debitor fiſci alia nomina fecerit. Eas verò fiſcus omittere poteſt, imò debet ex No. 118. nec differtur actio fiſcalis quoad ipſe debitor fiſci ſuns debitores exegerit. Fruſtratione.] ἀνυπερθέτως. Fruſtrari eſt trahere moram & tergiuerſari. Compleuerint.] Soluerint. Dicimus creditorem adimplere pro ſoluere creditori. l. cum poſt. §. vlti. D. de adm. tut. l. vlt. §. de teſta. man. & l. βασιλικῶν tit. IIII. καὶ πληρώσας σοι, id eſt, tibi ſoluta pecunia. C & hoc loco μεθ' ὃ πληρώσωσι τὸν δημόσιον.

V. IMPPP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. FORTVNATIONO COM. R.P. Inter chartulas confiſcati breuis quidam adſeueratur inuentus, qui nomina continebat debitorum ſeu contractuum, cùm tamen neque teſtibus credita pecunia probaretur, neque cautionibus ea quæ breui inſerta ſunt, oſtenderentur, iniquum eſſe perſpeximus, vt ſub propriæ adnotationis manu vnuſquiſ-D que faciat debitorem. Occaſionis igitur huiuſmodi calumniam præſenti volumus iuſſione cohiberi, vt breuis vanitate reiecta, nullus ad redhibitionem de his, quorum nomina conſcripta ſunt, vrgeatur. quod & in aliis ſimilibus cauſis obſeruandum eſſe cenſemus. DAT. PRID. NON. IVL. HIERAP. GRATIANO A. IIII. ET MEROBAVDE COSS.

Confiſcati.] In Cod. Th. legitur Deportati. Tribonianus, vt opinor, maluit ſcribere Confiſcati. quoniam latius pertinet confiſcati quàm deportati nomen. Omnes enim deportati & cõfiſcati ſunt. E l. deportatorum. §. de pœn. non omnes tamen confiſcati, deportati. Breuis.] Breues, Breuia, Breuicula chartulæ ſunt ſiue libelli breues. Zonaras in Carth. concilio. βρέβιον ἡ ἐπιτομὴ λέγεται καὶ σύντομος γραφή. Anna Alexiade v I. καὶ τὰ βιβλία εἰς μέσον τεθεικότα προὔθηκε, βρέβια ταῦτα ἡ συνήθεια οἶδε καλεῖν ἐν οἷς ἀναγράφεται τὰ ἐν ἑκάστῳ τεμένει ὄντα κειμήλια. Eandem vocem Iulianus retinuit in epiſtolis Græcis ad commune Iudæorum. τὰ βρέβια τὰ καθ' ὑμῶν φυλαττόμενα. & paulò poſt: πυρὶ παρέδωκα τὰ βρέβια τὰ καθ' ὑμῶν ἐν τοῖς ἐμοῖς σκρινίοις ἀποκείμενα. & eſt frequens in libris βασιλικῶν, dum rationes, volumina, vel corpora rationum ſignificantur, quæ quidem per ſe ſola fidem non faciunt. l. inſtrumenta. l. exemplo. §. de probat. & ideo non poteſt fiſcus ex breuiariis confiſcati rationibus quenquam conuenire quaſi confiſcati debitorem. & hoc lex iſta conſtituit. Aliàs verò breuitas F chirographi non minuit fidem. l. ſi aliquid. §. de donat. In aliis ſimilibus.] Vt ſi priuatus alij ſucceſſerit, & breuia eiuſmodi inuenerit.

## *De fide & iure haſtæ fiſcalis & de adiectionibus.* *Tit. 3.*

Antea perperam legebatur, De fide inſtrumentorum & de addictionibus. Hoc titulo oſtenditur quanta ſit fides, quantum & quale ſit ius haſtæ fiſcalis, id eſt, auctionis quæ fit à fiſco de bonis caducis vel commiſſis vel obligatis, cuius ſignum eſt haſta in foro poſita, atque ideo quæ ita væneunt ſub haſta venire dicuntur, vt ſub corona captiui, quòd eorum vænalium ſignum eſſet corona capiti impoſita. Feſtus. Haſtæ ſubiiciebantur ea quæ publicè vendebant, quia ſignum præcipuum eſt haſta. G Tertullianus in Apol. ſub eadem voce præconis, ſub eadem haſta, ſub eadem annotatione quæſtoris diuinitas addicta conducitur. Adiectiones autem ſunt licitationes ſiue promiſſiones offerentium maius pretium, vt in l. 1. ĵ. de vẽd. reb. ciu. l. 2. ĵ. de loc. præd. ciu. l. pen. ĵ. de omn. agro deſ. Addictiones ſunt penes eos qui pluris licitati ſunt rerum ſubiectarum voci præconis collocationes, has προσαυξήσεις, illas ὑπερθεματισμοὺς vocant.

IMP.

1. IMP. ANTONINVS A. CVRTIÆ. Quod in libellum contulisti, procuratori meo, ad cuius officium desiderium tuum pertinet, allega.cui si probaueris, non auctore procuratore, vel eo, cui vendendi fuit facultas, neque habitis hastis, neq; omni ordine peracto, venditas res esse,& id quod ex causa iudicati debes, exsolueris: rescissa venditione mala fide facta, easdem res recipies cum fructibus, quos ad emptorem mala fide peruenisse, vel peruenire debere constiterit. PP. NON. IAN. ANTONINO A. IIII. ET BALBINO COSS. B

Fiscus pignora cepit ex causa iudicati,& distraxit hastarum solennitatibus prætermissis. Lex ait venditionem rescindi,& debitori offerenti debitam quantitatem pignora restitui cum fructibus mala fide perceptis.aut percipiendis, quod & in l.3.§.tit.1.traditum est de eo qui minore pretio à fisco emerat per fraudem vel gratiam. Adde vænisse non videri quod sine hasta vænit. M. Tullius 2. Philip. Fundum quis vænisse dicit? quis hastam illius venditionis vidit? quis vocem præconis audiuit? Non auctore procuratore.] illius anni. Habitis hastis.] Decussis hastis in l. vlt. j. hoc tit.l.1.C.Th. de fis.deb. Vel peruenire.] Malæ fidei possessor de percipiẽdis fructibus semper tenetur: neque obstat l.si fundum. C. de rei vind. Lex ait malæ fidei emptorem de fructibus perceptis teneri.ergo de percipiendis non tenetur. vitiosa est collectio. C.

2 IMP. GORDIANVS A. HERACLEONI. Duplex ratio desiderium tuum iuuat: & quòd prætermissa hastarum solennitate possessiones tuas ex officio distractas suggeris: & quòd pretij vilitate ob exiguum debitum gratiosam emptionem in fraudem tuam vtilitatemq; rationum mearum aduersarium commentum fuisse dicis. Quapropter illicita ista redargue, tam indemnitati fisci consulturus, quàm tuæ securitati D opem laturus. DAT. V. KAL. * GORDIANO A. ET AVIOLA COSS.

Desiderium.] Desideria sunt preces quæ libello continentur. Ex officio.] ab exactore vel officiali. Gratiosam.] l.si quos.§.de resc.vend. Vtilitatẽmque.] legendum, inutilitatemq;, vt sit vna dictio, Inutilitas l.vlt.in fi.§.de ser.& aqua & ita legendum opinor in l.1.§.hæc autem.D. depos. Indemnitati.] oblato integro debito. Securitati.] receptis possessionibus.

3 IDEM A. CRISPO. Et si instrumenta emptionis non extent, E quibuscunque tamen probationibus vxor tua ostenderit ad se eam domum pertinere, quam à fisco eius nomine dicis comparatam, pretiumq; ab ea exsolutum,& in eam dominium translatum: frustra fiscum ex persona matris eius referre quæstionem procurator meus non sinet. PP. V. KAL. NON. GORDIANO A. V. ET AVIOLA COSS.

Emptio fiscalis non exigit instrumenta ἀνάγκῃ. Itaque si vxor tua testibus vel alijs probationibus F legitimis docere posit se à fisco auctionante emisse, temere non rescindetur emptio, licet instrumenta emptionis nulla supersint. Docere autem id debet procuratorem Cæsaris. Matris.] Cui fiscus successit publicationis iure.

4 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. MARCELLINÆ. Si tempora quæ in fiscalibus auctionibus vel hastis statuta sunt, patiuntur: cùm etiam augmentum te facturam esse profitearis: adi rationalem nostrum, vt iustam vberioris pretij oblationem admittat. PP. III. ID. IAN. SIRMII IPSIS IIII. ET III. G AA. COSS.

Post

Post addictionem factam à fisco adiicere licet intra certa tempora, quæ qualia fuerint nescio. l. 1. j. de vend. reb. ciu. l. vlt. D. de iur. fis. quod in rep. non obtinet, vt ostendi Obs. 21. Melior est conditio fisci quàm reip. l. 1. §. illud. D. de ædil. edic. **Auctionibus vel.** ] Hæc non sunt in vet. libris.

V. IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD VIVENTIVM PP. GALLIARVM. Quæcunque pro reliquis prodigorum in annonario titulo ceterisq; fiscalibus debitis in quibuscunque corporibus sub auctione licitanda sunt, fisco auctore vendantur: vt perpetuò penes eos sint iure dominij, quibus res huiusce modi sub hastæ solennis arbitrio fiscus addixerit, & si quidem vnquam, vt à fisco facta venditio possit infringi, auctoritate rescripti fuerit impetratum, nullus obtemperet: cùm etiam minoribus, si quando aliquid ex rebus eorum pro fiscalibus debitis addicatur emptoribus, repetitionis facultas in omnem intercipiatur ætatem. DAT. III. ID. MAR. RAVENNÆ VALENTINIANO NB. P. ET VICTORE COSS.

**Prodigorum.** ] Prodiga sunt annonæ, πρᾶξιμα, quibus opponuntur corpora. **Fisco auctore.** ] Procuratore fisci. l. 1. §. **Vt perpetuò** ] Hæc est vis & fides hastæ fiscalis. l. si hypothecas. §. de remis. pig. nam si ritè facta sit, nec rescripto principis nec beneficio ætatis nec alia vlla ratione conuelli potest, nisi minor fuerit indefensus. l. vlt. §. si prop. pub. pens. **Cùm etiam minoribus.** ] In hoc proposito fiscus quasi creditor vendidit. At si rem alienam quasi suam fiscus vendidit, à minore etiam post quinquennium reuocari venditio potest. A maiore non nisi intra quinquennium ex edicto Marci & Commodi. l. vlt. §. si adu. fis. l. neque. §. de rest. mil. Ex constitutione autem Zenonis non reuocatur venditio, sed domino intra quadriennium ius est experiundi cum fisco. Dat. III. Id. Sic vet. libri. Aliter Cod. Th.

VI. IIDEM AAA. AD FELICEM COM. SAC. LARG. Si qui proscribente ac distrahente fisco, debitorum fiscalium emerint facultates, pro earum rerum tantùm pretio obnoxij sint, quas eos patuerit decursis hastis & proscriptione habita comparasse. Nam ita eos munimus, vt nullius conuentionis reliquorum fiscalium nomine patiamur extrinsecus subire iacturam. DAT. IIII. ID. NOVEMB. MARCIANOPOLI VALENTINIANO NB. P. ET VICTORE COSS.

**Proscribente.** ] Proscriptio fit de futura auctione propositis libellis in celeberrimis locis, vt Cicero ait pro Quintio, Theophilus ἐν τοῖς περιφανέσι τῆς πόλεως μέρεσι, & Imp. in l. vlt. j. de delat. & l. pen. §. de defens. ciuit. quod in alienationibus ecclesiarum fit per dies xx. scripto proposito. No. 120. Multa ergo exiguntur in auctione fiscali, Proscriptio, Auctoritas procuratoris, Hasta, Præco, Quæstor, Addictio quæ fiat iusto pretio. **Nam ita eos munimus.** ] Fisco auctionante is qui emit, ad pretium quanti licitatus est tenetur, non ad reliqua fisco debita. l. 2. in fi. j. de fun. rei pr. l. vlt. in prin. j. de censib. Obstat l. Impp. D. de publica. verùm non de venditione fiscali ea lex loquitur, sed de venditione à priuato facta. quo casu reliqua omnimodo emptorem sequuntur, vt est in tit. Sine cen. vel rel. fun. comp. non pos. Plus obstat l. prædiis. D. de iu. fis. Lex ait, Placuit. & verò id aliquandiu obtinuit. Sed cùm id plerique refugientes nollent à fisco emere, facilius inueniendi emptoris causa ab Imperatoribus Valentiniano & Valente remissum est. l. 1. C. Th. de fis. deb. Dat. IIII. Id. Sic vet. libri. Aliter Cod. Th. Deest autem vltima Constitutio Zenonis, quam subiiciam.

VII ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ Ζήνων* Ἐὰν δημευθέντος τινὸς ἡ οὐσία πιπράσκεται, ἔξεστι καὶ τῷ κόμητι τῶν ἰδιοκτήτων τοῦ βασιλέως καὶ τῇ σχολῇ τῶν παλατίνων καὶ τῷ τοῦ δημοσίου συνηγόρῳ ἀγοράζειν τινὰ πράγματα ἐκ ταύτης τῆς οὐσίας, μηδενὸς διαβάλλοντος τὸ συνάλλαγμα. PP. III. KAL. AVG. POST. CONS.*

Ergo ex hac constitutione sicut tutor ex pupilli auctione emere potest. l. 2. §. tutor. D. pro emp. ita & Comes patrimonij siue rerum priuatarum & Palatini & patronus fisci ex auctione fiscali, non aliter. l. vlt. §. de resc. vend. Quæ publicantur rei priuatæ quæruntur. l. 3. C. Th. vnde vi, & ideo ad cu-

ram pertinent Comitis rerum priuatarum & procuratorum prouincialium, qui sunt sub eius dispositione. Palatinos etiam verè Iuliani interpres ait No. 30. pertinere ad Comitem patrimonij vel rerũ priuatarum vel thesaurorum: de quibus suo titulo inferiùs. A

## *De venditione rerum fiscalium cum priuatis communium. Tit. 4.*

I. IMP. ALEXANDER A. EPICTETO. Forma est, quoties ad fiscum vel minima portio rei pertinet, vt vniuersa à procuratoribus meis distrahantur, sed pretium partis tantùm in fiscum redigatur, reliquũ dominis partium restituatur. Emptorem igitur prædiorum, de quibus libellum dedisti, apud suum iudicem conueni, vsurum defensionibus, si quæ sibi competunt. PP. VII. KAL. OCT. FVSCO ET DEXTRO COSS. B

Potest fiscus solidum vendere inuito socio, sed pars pretij socio reseruanda est. l. 2. §. de com. rer. alie. Sic enim facilius inueniet emptorem. Forma.] Lex, vt in l. Diui. D. de adm. tut. Emptorem.] Qui emit solidum à fisco, à socio vtili actione conuenietur vt ei pretij partem exsoluat. Res autem ab emptore nullo modo reuocari potest. Est vtilis actio ex vendito, quasi & ipse videatur vendidisse partem suam fisco solidum distrahente. C

## *Ne fiscus rem quam vendidit euincat. Tit. 5.*

I. PARS EPISTOLÆ ALEXANDRI A. AD RATIONALEM. Grauissimum verecundia mea duxit, vt cuius rei pretium, cùm bona fide esset addicta, semel fiscus acceperit, eius controuersiam referat. Non solùm ergo emptorem ab eadem statione, sed ne ab alia quidem quæstionem pati debere æquum est: cùm etiam in his venditionibus, emptore non inquietato, officia inter se possint experiri. DAT. XV. KAL. MAII, MODESTO ET PROBO COSS. D

Ne fiscus quod bona fide addixerit retrahat, & vt si vna statio addixerit, ne alia retrahat. Stationes sunt mansiones in quibus officij fiscalia consistunt. l. 1. §. de compensat. l. 2. §. de solut. vbi pro rationibus, legendum, stationibus, vt & Accurtius legit, qui tamen malè fingit fiscum in ea specie debitori suo eidemq; creditori successisse, cùm sit ponendum duobus fiscum successisse, debitori & creditori, ex diuersis tamen stationibus. Et in No. 91. duo fiscalia debita sic accipiuntur, duarum fisci stationum debita. Ad d. l. 1. Græci ita rectissimè, ὁ [illegible] Bona fide.] Non per fraudem aut gratiam. l. 3. §. de iure fisci. Statione.] quæ vendidit. Cum etiam.] venditionibus factis non ex vsu fisci, officiales ipsi siue stationarij, puta noui cum præteritis, aut vnius stationis cum alterius stationis hominibus qui perperam vendiderint emptore non inquietato, inuicem experiri possunt. E

II. IMP. MARTIANVS A. PALLADIO PP. OR. Retractare fiscum quod semel vendidit æquitatis honestatisque ratio non patitur. DAT. V. KAL. IAN. CP. MARTIANO A. ET ADELPHIO COSS. F

Alibi dicunt retrahere. l. 1. §. de fun. rei pri. l. 5. §. de loca. præd. ciuil. Huic autem constitutioni locus non est, si bonorum actores vænierint. l. bonorum. D. de iure fis. nam cùm ij nouerint omnia quæ ad bonorum rationem spectant, euertitur planè & perturbatur ratio omnis eorum distractione. Eleganter in l. vlt. D. de off. præf. actoris amissionem ad totius domus euersionem pertinere, Zonaras in Clem. c. 82. εἰς [illegible] Addatur l. interdum. D. de publicanis. G

De

A

## *De ijs qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperint.* *Tit. 6.*

I. IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD PROBVM PP. Si quis ab exactoribus, tabulariis, arcariis, officiísve rationum fœnebrem pecuniam sumpserit, detectus in eodem, ad quadrupli pœnam ex hac auctoritate teneatur. DAT. IIII. ID. MART. TREVER. VALENTIN. ET VALENTE AA. COSS.

B

Vt in quadruplum teneatur qui ex publicis rationibus fœnebrẽ pecuniam sumpserit. quod pertinet ad l. 8. §. de iu. fis. De arcariis dicemus in tit. de susceptoribus.

II. IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. PALLADIO COM. SAC. LARG. Sciant omnes, accipiendi mutuo ex sacris largitionibus auri nõ patere cuiquam facultatem. Quòd si quis aurum ex nostro ærario, priuatis commodis profuturum, occultè, aut cautionis aut sponsionis fide vt debitor redditurus, sine nostra auctoritate acceperit, ablatis bonis omnibus perpetuæ deportationis subdetur exilio. Is etiam qui ex memoratis thesauris sub specie publici creditoris aurum cuiquam commodauerit ac dederit, capitali sententiæ subiugetur. DAT. XII. KAL. AVG. HERACLEÆ EVCHERIO ET SYAGRIO COSS.

C

D

Lex superior pertinet ad præfectoriam arcam, atque ideo ad præf. prætorio scripta est. Hæc ad comitem thesaurorum scripta est, & ad thesauros duntaxat pertinet. καὶ οὕτως συμβιβάζονται τὰ ἐναντιώματα. Corrigitur quidem in Cod. Th. l. 1. à l. 2. Sed hoc Tribonianus vt à suo Codice remoueret ex l. 1. verba idem statuentia in thesauris meritò sustulit. Priuatis.] quod tamen publicis destinatum est. Cautionis.] Tacitè vel palàm chirographo aut fideiussore dato.

## *Pœnis fiscalibus creditores præferri.* *Tit. 7.*

E

I. IMP. ALEXANDER A. MARCELLO. Rem suam persequentibus pœnæ exactio postponitur. Sicut itaque in sortis quantitate fisci persecutio potior est: ita in triplo, quod pœnæ nomine adiectum est, propria forma seruanda est. PP. KAL. IVL. IVLIANO ET CRISPINO COSS.

F

Fiscus in actionibus personalibus rei persecutoriis πρωτοπραξίαν habet, in pœnalibus non item. Pœnæ enim fiscalis persecutio creditoribus postponitur. l. in summa. l. quod placuit. l. Statius. §. vlt. D. de iu. fis. In triplo.] Exemplum sumatur ex l. 1. §. tit. prox. In ea enim specie quadruplo simplum inesse crediderim. Seruanda.] Vel ferenda.

## *De fiscalibus vsuris.* *Tit. 8.*

I. IMP. ANTONINVS A. ANTIOCHO. Eius summæ quam tibi pœnæ nomine inflictam probaturus es, vsuræ non exigentur. nec enim multam tibi procurator meus irrogauit vltra quàm placitum est, sed pœnam te iussit inferre. PP. XV. KAL. DEC. SABINO ET ANVLLINO COSS.

G

Pœnarum vsuræ non debentur. l. vlt. D. de mag. con. vsura enim pœna veluti quædam est. Iniquum autem est pœnæ pœnam adiici. quo fit vt & vsuræ vsura non sit. At multæ deberi possunt vsuræ, videlicet si intra tempora iudicati non soluatur. **Nec enim.**] Corrigit Imperator errorem proponentis in libello multam pro pœna. **Vltra quam.**] contra quam placitum est. nec enim procuratori Cæsaris multæ dictio est. l. 2. §. de mo. mult. cùm tamē pœnam infligat legibus definitā.

II. IMP. ALEXANDER A. VICTORINO. Si sub pignore creditum fuit, etiam fiscum qui successit in locum debitoris, vsuras præstare oportet, si eas dependi saltem pacto placuit. PP. III. NON. SEPTEMB. IVLIANO ET CRISPINO COSS.

Fiscus ex contractibus vsuras accipit, non dat, sicut edictum ædilium exercet nō patitur. Sed cùm fiscus in priuati debitoris locum succedit, etiam vsuras dat, modò si priuatus ille debitor vsuras debuit. Priuati autem ex stipulatione vsuras debent, non ex pacto, quanquam si in eas vsuras, quæ pacto condictæ sunt, acceptum sit pignus, retentione pignoris seruari possint, id est, per exceptionem doli. l. per retentionem. l. pignoribus. §. de vsur. Igitur si sub pignore fœnori pecunia occupata sit, & fiscus debitori successerit, vsuræ à fisco seruabuntur per pignoris retentionem, etiam si pacto nudo promissæ sint. & hæc est sententia huius constitutionis.

III. IMP. IVSTINIANVS MENNÆ P. P. Fiscum etiam nostrū parēre sanctioni nostri numinis iubemus, per quam vsque ad dimidiam centesimæ vsuras stipulati creditoribus, exceptis certis personis, permisimus: vt ipse etiam fiscus vltra dimidiam centesimæ partem à debitoribus suis minimè exigat, siue principaliter ei promiserunt, siue à prioribus suis creditoribus actiones ad eum quocunque modo deuolutæ sunt. DAT. VIII. ID. APR. CP. DECIO V. C. COS.

Vsuræ maiores semissibus priuatis non debentur ex constitutione Iustiniani, quæ edita est ipso II. Cos. Sed neque fisco es hac constitutione. Semisses Iustiniano & ciuiles & moderatæ visæ sunt. Ex hac constitutione semisses forsitan Tribonianus subscripsit in l. 1. §. de iis quib. vt ind. & l. cùm quidam. § si debitores. D. de vsur. **Exceptis.**] Si agricolis, trientes: olim senatoribus semisses ex constitutione Alexandri vt Lampridius scribit, & l. 4. C. Th. de vsur. Illustribus non nisi trientes, argentariis besses, vel si ecclesiis crediderint, quadrantes. **Deuolutæ sunt.**] & hoc casu fisco ex quo debitorem conuenerit semisses debentur, etiam si ei cui successit, leuiores debitæ fuerint, quod & Accursius notat rectè.

## *De sententijs aduersus Fiscum latis retractandis. Tit. 9.*

I. IMP. ANTONINVS A. ARISTÆO. Causas, in quibus contra fiscum iudicatum est, intra triennium retractari posse: & post id tempus, si præuaricatio arguatur, vel manifesta fraus probetur, notum est. DAT. NON. IVL. DVOBVS ASPRIS COSS.

Res iudicatæ facilè non retractantur, nec vlla est satis probabilis retractationis species. in re tamen fiscali ex causa retractantur intra triennium, & post triennium si præuaricatio vel manifesta fraus arguatur. l. 1. D. de iu. fis. Item præuaricator si reperta sint noua instrumenta d. l. Impp. D. de re iud.

## *De bonis vacantibus, & de incorporatione. Tit. 10.*

I. IMPP. DIOCLET. ET MAXIMIAN. AA. ET CC. SIRIO NI RATIONALI. Scire debet grauitas tua intestatorum res, qui sine legitimo herede decesserint, fisci nostri rationibus vindicandas: nec ciuitates audiendas, quæ sibi earum vindicandarum ius veluti ex permissu vindicare nituntur. & deinceps quæcunque intestatorum bona ciuitatib

Ciuitatibus obtentu priuilegiorum suorum occupata esse competeris, ad officium nostrum eadem reuocare non dubites. DAT. PRID. ID. APR. ANNIBALIANO ET ASCLEPIODOTO COSS.

Intestatorum res.] Hæc sunt bona vacantia, nempe ἀκληρονόμητα, quæ ad fiscum pertinent. l.penul.C.de præp.sac.cub.ex lege Iulia.l.quidam.§.quotiens.D.de leg.1. Veluti ex permissu.] Ex priuilegio, vt Nicenses qui ab Augusto se hoc priuilegio donatos Traiani temporibus contendebant, auctore Plinio lib.x. Epist. Hæc verò lex eius generis priuilegia omnia infirmat. Ad officium.] Quidam Cod.ad fiscum.quod valde probo.

B

II. IMP. CONSTANTINVS A. AD ÆMILIVM RATIONALEM REI PRIVATÆ. Si quando adnotationes nostræ cōtineant, possessionem siue domum quam donauerimus, integro statu donatam: hoc verbo ea vis continebitur, quam antè conscribebamus, cùm adiacentibus & mancipiis & pecoribus & fructibus & omni iure suo, vt ea quæ ad instructum possessionis vel domus pertinent, tradenda sint.

C DAT. VI. ID. MAR. MEDIOLANI CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO COSS.

Domum.] vacantem.alioquin nihil hæc lex facit ad titulum. Donauerimus.] ex liberalitate, vt in l.1.C.si lib. imp.soc. Integro statu.] ἀνελλιπῶς. Huius verbi eadem vis est ac si dixisset, sicuti instructa est, puta cum adiacentibus & mancipiis & pecoribus & fructibus & omni iure suo. Instructum latius patet quàm instrumentum. Adiacentia dicimus veluti ortum aut insulam domui adiacentem.

D III. IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD FLORENTIVM COM. R. P. Si quando aut alicuius publicatione aut ratione iuris aliquid rei nostræ addendum est, rite atque solenniter per comitem rerum priuatarum, deinde per rationales in singulis quibuscunque prouinciis commorantes incorporatio impleatur, & diligens stylus sigillatim omnia scribat. tituli verò, quorum adiectione prædia nostris sunt consecranda substantiis, non nisi publica testificatione proponantur: grauissimis statim subdendis suppliciis, qui huiusmodi aliquid propria vsurpatione tentauerint.

E DAT. IIII. KAL. APR. VALENTINIANO NB. P. ET VICTORE COSS.

Ratione iuris.] Vt puta ex legibus caducis, quæ quales sint exposui in frag. Vlpiani & Commentario de vsucap.emendata l.4.D.de fid.lib.vbi mendosè legitur, caducis legionis. quem errorem interpretes Græci retinuerunt, quippe cùm forsitan tale nobis mendum conflasset Tribonianus ipse, qui & quodam loco, cuius indicium debeo Petro Pithœo viro doctissimo, & ingeniosissimo, pro Pontifex Maximus pater patriæ, scripsit Princeps maximus proposuit: & alia pleraque deformia. Hi idem Græci ea verba perperam explicant ex l.6. D. de iniusto rup.testa.vt si legio intestato militi successerit, libertates competant. Certum enim est existente ab intestato herede, libertates non competere. Tum etiam verba eam interpretationem non ferunt.

F Addendum est.] Addere rei priuatæ est, ea quæ fisco delata sunt capere & incorporare, id est, quasi in corpus fisci redigere. Marcellinus XVI. accorpore dixit, quod fit solenniter ex dispositione comitis priuatarum & cura Catholicorum summa cura descriptis omnibus bonis & titulis publice affixis. l. si quis intra. C.de bon.pros.l.2.C.de aquæd. Theodericus rex apud Cassiodorum: Casas eius appositis titulis fisci nostri iuribus vindicabis. & alio loco: Fixis titulis publico debes applicare. Solius fisci est, titulos alienis prædiis imponere, nec licet priuato vel suis rebus potentiorum, alienisue proprios aut publicos imponere titulos, imprimere signa, σίγνα τιθέναι, suspendere regia vela, siue, vt Ambrosius loquitur in epistola 33. lib. 5. cortinas regias. qua de re extant multi loci in Nouellis & in hoc

G constitutionū Codice. Quin etiam ecclesiæ titulorum impositio interdicitur Synodo à Gregorio Mauricij Augusti tempore habita. A fisco igitur solo iure nominatim, videlicet teste, publicis personis præsentibus, & solemni iuris ordine seruato. Athalaricus apud Cassiodorum. Si quis legum ordine prætermisso nomine puplico titulos præsumpserit affigere &c. Gregorius quoque ad

Constantiam Augustam lib. IIII. Epist. quæritur de Stephano quodam chartulario, quòd nomine fisci loci singulorum inuaderet & titulos imponeret indicta causa. Libet etiam hoc loco de iis qui titulos potentiorum suis prædiis adfigunt hæc Augustini verba adscribere è Psalmo XXI. Ne domum, inquit, ipsius inuadat aliquis potens, ponit ibi titulos potentis, titulos mendaces, ipse vult esse possessor & frontem domus suæ de titulo alieno muniri, vt cùm titulus lectus fuerit, conterritus quis potentia nominis abstineat se ab inuasione. Qui huiusmodi.] Id est, qui hoc ordine prætermisso alienis prædiis titulos imposuerint, qua de re & in l. vlt. j. tit. prox. A

IIII. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PALLADIO PP. Vacantia mortuorum bona tunc ad fiscum iubemus transferri, si nullum ex qualibet sanguinis linea vel iuris titulo, legitimum reliquerit intestatus hæredem. DAT. VIII. ID. IVL. RAVENNÆ, EVSTACHIO ET AGRICOLA COSS. B

Ius sanguinis est ius cognationis non agnationis l. qui in adoptionem. D. de adopt. l. iura. D. de diu. reg. iu. Vt tamen cognatio quandoque generaliter accipitur, ita & sanguis. Ex qualibet igitur sanguinis linea, id est, suprà vel infrà vel ex latere agnatum aut cognatū. Vel iuris titulo.] veluti, coniugem, consortem, patronum. Hi si deficiant, fiscus heres est ab intestato, & ob id eo casu ab eo fideicommissum relinqui potest l. filius. §. 1. D. de leg. I. C

V. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. HERMOCRATI COM. R. P. Si vacantia vel alio modo bona delata legibus ad ærarium perhibeantur, certi palatini electi & iureiurando obstricti mittantur, vt eorum instantia præses prouinciæ, præsente fisci patrono, diligenter inquirat, cuius vacans cadensq; fuerit patrimonium, quantumq; vel quale videatur: vt cùm data reclamandi copia, nullum id iure possidere vel vindicare, locumq; ærario factum esse, tam ipsius relatione, quàm publicorum monumentorum fide constiterit, rerum nobis notitia intimetur, vt iussu nostro vacantia vel aliæ res nomine occupentur ærarij. Quæ forma etiam in parte bonorum vel in vna altera've re seu actione vna vel etiam pluribus seruetur. nam si quid per fraudem in dispendium ærarij fuerit admissum, missi quidem exsecutores non euitabunt indignationem, præses autem facultatum parte dimidia multabitur, fisci verò patronus detrimentum, quod pro vicio eius fisco ingeritur, resarcire vrgebitur. DAT. VII. ID. OCT. CP. THEODOSIO XV. ET VALENTINIANO IIII. AA. COSS. D E

Vt publicata, ita & caduca & vacantia bona & commissa, rei priuatæ principis addicuntur, & ideo pertinet ad curam Comitis rerum priuatarum, qui per scholam palatinorum siue executorum suorum vrgere debet præsides prouinciarum vt ea diligenter inquirant & describant, præsente patrono fisci: quo peracto auctoritate Comitis incorporatio fit. Et hoc quidē ita fit in prouinciis quæ catholicum non habent. l. 3. 8. pertinet ad prouincias quæ catholicum habent. Mittantur.] vt in l. 2. j. de can. larg. tit. Vacans cadensque.] Cicero de Oratore, Possessio quasi caduca & vacua. Notitia.] inuentarium, ἀναγραφή. F

## *De delatoribus.* *Tit. II.*

Delatoris est qui rem ad fiscum pertinentem ei vltro præmij causa denunciat, vt puta qui crimina publica, bona caduca, ereptitia, vacantia, commissa, tacita fideicommissa, vaga mancipia, thesauri inuentionem nuntiat. Idem etiam accusator dicitur l. Senatus. l. deferre. §. iidem decreuerunt. D. de iu. fi. maximè si crimen publicum deferat. Quidam alios defert, quidam seipsum. Quidam sua sponte defert, quidam ex alieno mandato, quidam ex officio, veluti Palatinus. G

I. IMP.

A I. IMP. ALEXANDER A. BASSO. Si ei qui capere potest tacitum fideicommissum relictum est, cessat delatio. his enim prohibetur tacitè relinqui, qui palàm relictum capere non possunt. PP. XIII. KAL. MAII MAXIMO II. ET ÆLIANO COSS.

Non omnia tacita fideicommissa fisco deferuntur. Quid enim si capaci tacitè relinquantur quo quidem casu legi fraus nulla fit. Tunc verò fraus legi fit, cùm tacita fide interposita fideicommissum incapaci relinquitur. Quod igitur palàm possum relinquere, possum & tacitè. Quid enim si quod tacitè rogaui, idem rogauero palàm? l. 3. §. si quis palam. D. de iu. fis. Possunt ergo esse tacita fideicommissa sine fraude, sicut & tacitè pecunia credi potest sine fraude. At plerunque tacita cùm dicimus, fraudes dicimus: vt tacitum mutuum apud Gellium lib. XII. cap. XII. & tacita pactio in l. pen. §. 1. D. de bon. lib. & apud Plinium in ino v. Epist.

B

II. IMP. GORDIANVS A. EVTICHEMO. Monente officij sollicitudine, quinimò iussu procuratoris, vt causam ab alio delatam conuenienti diligentia instrueres, non ipsum voluntarium delatoris munus suscepisse te, actorum lectio, quæ precibus intexta sunt, manifestè declarat. Ea propter ne quid in persona tua, quod est sectæ temporum meorum alienum, attentetur: præses prouinciæ vir clarissimus ad sollicitudinem suam reuocabit. PP. VIII. ID. SEPT. PIO ET PONTIANO COSS.

C

Delatorem probare oportet ea quæ intendit. Si probauerit, præmio adficitur, quod plurimum videtur olim fuisse quarta eorum quæ delata essent, & inde quadruplatorum nomen, atque ideo cùm ingētia essent tacitorum fideicommissorum & caducorum, id est, legis Papiæ delatorum præmia, ea Suetonius auctor est Neronem ad quartas, vt pote vulgares reduxisse. Si nec probauerit delator nec obtinuerit, inter infames & improbos aliis quibusdam pœnis affectus numeratur. His pœnis non adficitur Cæsarianus qui iussu procuratoris causam ab alio delatam instruxit, idemq; est in aduocato fisci l. post legatum. §. aduocati. D. de iis quæ vt ind. nam neque delator est, neque sua sponte ad causam instruendam accedit. His etiam adiunge seruos fiscalos ex Paulo v. sent. tit. de delatoribus. Iussu procuratoris.] lib. LVI. βασιλικῶν tit. VII. κατ' ἐλλειψιν τ καθολικοῦ. Sed legendum, καθολικοῦ. Actorum.] Acta inserebant precibus & relationibus.

D

III. IDEM A. CÆCILIO. Nulla macula vel crimine delatoris adspergitur is, qui cùm ab officialibus fundum seu domum fisci possidere contenderetur, non se sed alium eius rei possessorem esse monstrauerit. PP. PRID. KAL. IVL. GORDIANO A. II. & POMPEIANO COSS.

E

Non est etiam delator qui quasi possessor fundi fiscalis, cùm à Cæsarianis conueniretur, alium possessorem esse affirmauit, quoniam id non tam fisci quàm sui causa, vt scilicet dimitteretur, fecit. l. delator. D. de iur. fis. ideoq; ex ea causa non timet infamiam, etiam si eum quem dixit possessorem, non fuisse postea liqueat.

F

IIII. IMPP. CARVS CARINVS ET NVMERIANVS AAA. CANDIDO. Ex varia statutorum diuersitate ad id decursum est, vt hi qui reipublicæ causas defendunt, delatorum criminibus non teneantur: cùm omnibus notissimum sit, eos solos execrabiles nunciatores esse, qui fisco deferunt. PP. III. KAL. SEPT. CARINO ET NVMERIANO AA. COSS.

G

Vt qui propriam, ita qui patriæ suæ causam agit, quæ nobis omnibus carior esse debet quàm nosmetipsi, delatorum numero non habetur, & ideo si non obtinuerit infamia non notatur. l. 2. in prin. D. de iu. fis. l. neminem. §. ex quib. cau. inf. irrog. At qui fisci causam agit & nunciat non nisi præmij consequendi causa, is verè delator est, atque adeò execrandus & detestandus. nihil enim est

in Rep.

in Rep. tam pestiferum, quàm delator aut sycophanta curiosus. Statutorum.] constitutionū. d. l. 1. A

V. IMP. CONSTANTINVS A. AD PROVINCIALES.

Omnes iudices inuigilare præcipimus, delatores sine fisci aduocato denunciantes pœnis afficere. apertissimi enim iuris est, vt quod ex cuiusque patrimonio ceciderit in casum, & legibus & recto iuris ordine, fisci aduocatis agentibus, vindicetur. Sed quia nonnulli præcipites secundùm ius possessa patrimonia deferre non cessant, damus omnibus licentiam, B qui se læsos existimant, contra delatores seueritatem iudicum implorare ferro districtam. DAT. XI. KAL. APR. CP. CONSTANTIO ET ALBINO COSS.

Ferro puniuntur qui sine fisci aduocato deferunt bona caduca. Euellēdam linguam esse ex Codice Theodosiano Accursius tradit, quod auditione didicerat non lectione. neque enim legendi eius studiosus fuit: cui similes sunt stupidi hodie complures. Verè tamen id Accursio petitam ex l. 2. C. Th. de petit. & vltro da. Hoc etiam in eodem Codice inuenitur constitutum in odium delatorum, vt si idem delator etiam in bonis caducis tertiò fuerit inuentus, capite puniatur. l. 12. 13. 28. C. C Th. eod. tit. quòd scilicet iam deferēdi studium quasi artem exercere videatur. Ceciderint in casum.] & inde caduca. Simili forma cadere in commissum dicimus. Strabo. XVI ἐμπίπτειν εἰς κάτεργα. Præcipites.] sine aduocato fisci, sine quo ne à præside quidem rectè fit bonorum vacantium perquisitio. l. vlt. §. tit. prox. nec à catholico vel comite priuati ærarii, qui iudices sunt caussarum fiscalium. l. vlt. §. de adu. fis. l. vlt. j. hoc tit. Hunc primus instituit Adrianus, non M. Antoninus. Procuratores Augustus, vt Dio scribit, qui ἐπιτρόπους vocat lib. LIII.

VI. IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. PANHELLENIO CONSVLARI LYDIÆ. Ser- D uum domini delatorem iubemus in exemplum omnium proditorum seuerissimæ sententiæ subiugari, etiam si obiecta probauerit, excepto crimine maiestatis. DAT. VII. KAL. NOVEMB. CP. ANTONIO ET SYAGRIO COSS.

Seruus deferens dominum proditor est potius quàm delator: ideoque vt illius exemplo ceteri terreantur, grauissima is pœna veluti igne consumendus est, etiam si vera detulerit. l. vlt. j. Excepto.] l. pen. §. qui acc. non pos. At Tacitus Imperator ne in causa maiestatis quidem seruos in dominorum capita audiendos censuit auctore Vopisco. Desunt hoc loco duæ constitutiones Græcæ. E Primæ sententia ex libris βασιλικῶν hæc est.

VII. Οὔτε οἰκέτῃ οὔτε ἐλευθέρῳ ἔξεστι καταμηνύειν ὅθεν μηδεὶς εὐλαβείσθω μήτε θάνατον μήτε οὐσίας ἀφαίρεσιν. εἰ δέ τις ἢ ἄλλως πῶς καταμηνύσει τινὰ ἢ ὡς εὑρόντα θησαυρὸν διαβάλει, οἰκέτης μὲν ὢν παραχρῆμα διδόσθω πυρί, καὶ μάλιστα εἰ τοῦ δεσπότου κατηγορεῖ. ἐλεύθερος δὲ ὑπάρχων καὶ τῆς οὐσίας ἐκπιπτέτω καὶ τῆς πολιτείας ἔξω τῶν ὅρων τῆς ῥωμαϊκῆς γινέσθω βασιλείας. Neque seruo neque libero licet deferre id ex quo vitæ vel omnium bonorum amisionem nemo pertimescit. Quòd F si quis alia quauis ratione quem deferat, puta quòd thesaurum inuenerit, seruus quidem confestim tradatur igni, præsertim si dominum deferat, liber bonis ademptis deportetur.

Valde sunt hac constitutione rescisæ delationum caussæ, quæ recensentur in l. 1. D. de iure fis. & est huic similis quædam lib. VI. βασιλικῶν. tit. 1. cap. CIIII. quæ desideratur libro primo. Ea porrò cautū est vt ne Comes rerum priuatarum vel alius quiuis magistratus vrbanus vel prouincialis quemquā admittat deferentem alium quemdam thesaurum inuenisse. Vt tamen eum admittat qui rem vel he- G reditatem ad fiscum pertinentem ab alio detineri nuntiat dato fideiussore ad summam v. librarum auri, quo caueat se rem executurū & probaturum. Et vt ne ante sententiam ex scripto latam sigilla rebus delatis imprimantur vel aliud quidquā innouetur. Eam proponam συνοπτικῶς vt est in eo libro.

Μήτε

A Μήτε ὁ κόμης τῆς ἰδικῆς περιουσίας μήτε τις ἕτερος τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἢ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἀρχόντων τοὺς περὶ θησαυροῦ καταμηνύοντας προσδεχέσθω. εἰ δὲ περί τινος ἑτέρου φισκαλίου προσαγγέλλει ὑπὸ ἐγγύην εὐθὺς ἐχέσθω ἢ λυτρῶν γενέσθω καὶ μήτε σφραγὶς ἢ ἀναγραφὴ ἢ καρπισμὸς ἢ τυχὸν ἐπὶ τοῖς προσαγγελθεῖσι προσερχέσθω πράγμασι πρὸ διακρίσεως ἐγγράφου. Sequuntur alterius Constitutionis, quæ in hoc titulo desideratur, verba.

VII. ΜΗ ἐξέστω τοῖς τοῦ δημοσίου συνηγόροις λέγειν ὡς περιηχήθησαν, ἵνα κατέχειν δημόσια καὶ διὰ ταύτης τῆς ἀφανοῦς κατηγορίας ἐπιβουλεύειν ἑτέρους, ἀλλὰ καὶ ὁ καταμηνυτὴς παρέστω, καὶ ἡ ποιότης αὐτοῦ σκοπείσθω, καὶ μηδὲ υἱὸς πατέρα ἢ μητέρα, ἢ ἀπελεύ-B θερος πάτρωνα ἐπὶ δημοσίοις καταμηνυέτω, μηδὲ ὁ ἐξορίαν ὑπομένων, ἢ ἐπὶ συκοφαντίᾳ κατακριθεὶς, ἢ πληγὰς παρὰ τοῦ ἄρχοντος δεξάμενος. μηδὲ ἕτερον πρόσωπον ἀπὸ νόμου εἰργόμενον ἀκουέσθω. οἰκέτης δὲ ἢ ἐπὶ δημοσίᾳ αἰτίᾳ, ἢ ἐπὶ ἄλλῃ τινὶ τοῦ δεσπότου κατηγορῶν ἐν αὐτῷ τῷ φθέγγεσθαι τὴν κατηγορίαν ἀποτεμνέσθω, εἰ καὶ ἀληθεύει κατὰ τοῦ δεσπότου. καὶ ἡ σχολὴ δὲ τῶν παλατίνων ἐὰν καταμηνύσῃ τινὸς (μόνη γὰρ αὕτη καὶ δύναται καταμηνύειν καὶ ἀναγκάζεται) ἢ καὶ ἕτερος ὁ ἐκ τοῦ νόμου συγκεχωρημένος μνημονευέτω τοῦ καταμηνύοντος ὁ τοῦ δημοσίου προεστὼς καὶ εἰ μὲν ἐπὶ τῆς βασιλίδος πόλεώς ἐστιν ὁ καταμηνυθεὶς ἐκ δια-

C λαλιᾶς τοῦ κόμητος τῶν ἰδικῶν ὑπομιμνησκέσθω καὶ μηδὲν πλέον πάσῃ τῇ τῶν παλατίνων σχολῇ καὶ τῷ κατὰ καιρὸν πριμικηρίῳ, καὶ τοῖς τοῦ δημοσίου συνηγόροις διδότω τῶν τεσσάρων ΝΝ μήτε ὑπὲρ τῆς ὑπομνήσεως μήτε ὑπὲρ προβολῆς τοῦ ἐντολέως. καθικαζέτω δὲ διάγνωσιν τὰ νενομισμένα δαπανήματα ἐν τῷ εἰρημένῳ δικαστηρίῳ παρεχέτω, καὶ ὑπὲρ τῆς διαγνώσεως αὐτῆς καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν πεπραγμένων ἐκλήψεως, καὶ ἀνεύθυνος μὲν ὢν ἀπαλλαττέσθω τῆς δίκης. εἰ δὲ ὑπεύθυνος φανείη μὴ αὐτὰ μόνα ἅπερ ἔχων εὑρίσκεται πράγματα, ἢ τὸ χρέος ὅπερ ἐχρεώστει ἀποδιδότω, ἀλλὰ καὶ τὰ συμβάντα τῷ ταμιείῳ δα-

D πανήματα ἐν διπλασίονι διδότω ὑπὲρ ὧν μάτην ἐδικάσατο. ἐὰν δὲ πράγματα μόνα καταμηνύεται ὡς διαφέροντα τῷ ἱερωτάτῳ ταμιείῳ, ἀγνοεῖται δὲ ὁ ταῦτα διακρατῶν, καὶ ἐν τῇ βασιλίδι πόλει τὰ πράγματα ἢ ὑπὸ τὴν αὐτῆς ἐνορίαν, ἢ ἀκινήτοις μὲν οὖσιν αὐτοῖς μὴ ἐπιβαλλέτω τίτλους ἡ σχολὴ τῶν παλατίνων, μήτε ἐπιβαινέτω αὐτοῖς, ἀλλὰ προγράμματα προτιθέτω ὁ κόμης τῶν ἰδιοκτήτων τοῦ βασιλέως ἐν τοῖς περιφανέσι τόποις τῆς βασιλίδος, καὶ ἐν οἷς τὰ πράγματα διάκειται, ἐπιτρέπων ἑκάστῳ ἀντιποιουμένῳ τούτων τῶν πραγμάτων ἔσω τριάκοντα ἡμερῶν καταλαμβάνειν τὸ αὐτοῦ δικαστήριον, καὶ συνιστᾶν τοῖς ἑαυτοῦ δικαίοις ἐπὶ ταῖς εἰρημέναις δαπάναις εἴτε αὐτὸς ὁ κατέχων τὰ πράγματα βούλεται ἀπαντῆσαι, εἴτε φίλος αὐτοῦ, εἴτε οἰκέτης, εἴτε ἀπελεύθερος ὅταν ἄπεστιν ὁ τῇ ἀληθείᾳ ταῦτα κατέχων πληρουμένων καὶ ἐπὶ αὐτῷ πάντων ὅσα περὶ τοῦ φύλακος τῆς νομῆς νενομοθέτηται. ἐὰν δὲ μήτε αὐτὸς ὁ τῆς ὑποθέσεως κύριος, μήτε ἐντολεὺς αὐτοῦ νεμόμενος, μήτε φύλαξ τῆς νομῆς φανείη ἔσω τριάκοντα ἡμερῶν, καὶ τοῦτο αὐτὸ γένηται δῆλον ἐν ὑπομνήμασι γινέσθω μετὰ ἐπὶ νομῆς τῶν πραγμάτων τὸ ταμιεῖον, μηδενὸς προκειμένου ἐπαγομένου τῷ κυρίῳ τῶν πραγμάτων ἐν ταῖς ἁρμοζούσαις αὐτῷ περὶ τούτων δικαιολογίαις. εἰ δὲ κινητὰ ἢ αὐτοκίνητα εἴη τὰ

F καταγγελθέντα πράγματα, μηδὲ ταῦτα κατεχέτω τις προχείρως ἀλλ' ἀναζητείσθω ὁ ταῦτα νεμόμενος καὶ ὑπομνησθεὶς ἀγωνιζέσθω τὴν δίκην ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις δαπανήμασι καὶ ὅροις. διὰ δὲ πάντων τῶν ἐννόμων τρόπων, καὶ ἀποδείξεων ἐγγράφων, ἢ καὶ ἀγράφων ἀνερευνάσθω τὰ πράγματα καὶ διὰ τῶν δυναμένων εἰδέναι τὸ ἀληθὲς προσώπων, εἰδότος τοῦ ἐναγομένου ὡς ἐὰν ἡττηθῇ οὐ μόνον τὰ περὶ τὴν δίκην γινόμενα δαπανήματα ἀπαιτηθήσεται ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ πράγματα παρ' αὐτῷ φανέντα καὶ τὴν τούτων διατίμησιν. ταῦτα καθόλου περὶ τῶν δημοσίων πραγμάτων ἡ διάταξις νομοθετήσασα ἐπιφέρει λοιπὸν ἰδικὴν νομο-

G θεσίαν περὶ τῶν διὰ τυραννίδα δημευομένων λέγουσα τοὺς ἐπὶ τούτοις καταμηνύοντας μηδὲ μισθὸν καλεῖσθαι, ἀλλὰ ἑτοίμως προσέχεσθαι καὶ εἰ μὲν συκοφαντήσωσιν οἱ προσαγγέλλοντες ὁμοίως τοῖς ἄλλοις μηνυταῖς αὐτοὺς τιμωρεῖσθαι. ἐὰν δὲ διελέγξωσι τὰ μηνυθέντα μὴ μόνον

ἀπαλλάττεσθαι τῆς τιμωρίας, ἀλλὰ καὶ ὀγδόην μοῖραν τῶν προσαγγελθέντων πραγμάτων αὐτοὺς κομίζεσθαι, τοὺς δὲ καταγγελθέντας ἐὰν μὲν τὰ παρ' αὐτῶν κατεχόμενα πράγματα ἤτοι ἡ οὐσία πᾶσα ἐλάττων εἴη τῶν πεντήκοντα τοῦ χρυσίου λιτρῶν πρὸς τὴν διατίμησιν αὐτῶν τὰς ἐγγύας διδόναι, εἰ δὲ ὑπερβαίνει τὰς πεντήκοντα λίτρας ἄχρι μὲν τῶν πεντήκοντα παρέχειν καὶ αὐτοὺς τὰς ἐγγύας, ἐπὶ δὲ τῇ λοιπῇ ποσότητι διομνύσθαι προστιθέντας ἐν τῇ ἐξωμοσίᾳ ὡς προσεδρεύσουσι τῷ δικαστηρίῳ αὐτοὶ ἢ οἱ τούτων ἐντολεῖς καὶ οὐκ ἀπολειφθήσονται τοῦ δικαστηρίου τῶν θείων ἰδικῶν τοῦ βασιλέως, ἐὰν δὲ μετὰ τὴν ἐξωμοσίαν ἀπολειφθέντες τρίτον κληθῶσιν ἑκάστης κλήσεως ὑπὲρ δέκα ἡμέρας γινομένης, γένηται δὲ καὶ τρία κατ' αὐτῶν κηρύγματα, καὶ μήτε οὕτως φανῶσιν αὐτοὶ ἢ οἱ ἐντολεῖς αὐτῶν, ἡ δεκαδικαία ἐπιβαινέτω μὲν τοῖς πράγμασι τὸ ἱερώτατον ταμιεῖον, φυλάττεσθαι δὲ τὸ ἀπόκριτον τοῖς ἀπολιμπανομένοις. εἰ δὲ τὰ προσαγγελθέντα πράγματα ἐν ἐπαρχίᾳ διάκειται καὶ ἢ ἀφ' ἑαυτοῦ κινούμενος ὁ τῆς ἐπαρχίας ἄρχων ἢ ἐκ προστάξεως τοῦ κόμητος τῶν ἰδικῶν τοῦ βασιλέως ἐξετάζει τὴν ὑπόθεσιν μηδὲν ταραχῶδες μηδὲ βίαιον γινέσθω, ἀλλὰ τὰ μὲν δαπανήματα τῆς δίκης εἰς τὸ τρίτον μέρος τῶν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει γινομένων παρεχέσθω. Ἕκαστος δὲ προσαγγέλλων, ἢ τῷ κόμητι τῶν θείων ἰδικῶν τοῦ βασιλέως, ἢ τῇ σχολῇ τῶν παλατίνων, ἢ τοῖς λαμπροτάτοις τοῦ δημοσίου συνηγόροις, ἢ τοῖς λαμπροτάτοις ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν γινωσκέτω ὡς εἴτε ἐπιμείνας τῇ δίκῃ φανείη συκοφάντης εἴτε ἀποστῇ τῆς κατηγορίας. καὶ ἀφανὴς γένοιτο σύμμετρον μὲν ἔχων περιουσίαν καὶ μὴ διδοὺς τὴν ἐν αὐτῇ τιμωρίαν, καὶ πληγὰς βαρυτάτας ὑπομένει, καὶ διηνεκῶς ἐξορίζεται. ἐὰν δὲ στρατείαν ἔχῃ ἢ σεμνὸν ἐπιτήδευμα ἢ περιουσίαν ἀρκοῦσαν, ἐκπίπτει καὶ τῆς στρατείας καὶ τῆς οὐσίας καὶ οὐδὲ τὴν βασιλίδα πόλιν οὐδὲ τὴν ἐπαρχίαν οἰκῆσαι συγχωρεῖται παραφυλαττόντων τὸν νόμον τοῦ τε κόμητος τῶν ἰδικῶν τοῦ βασιλέως καὶ τῆς πειθομένης αὐτῷ σχολῆς, καὶ τοῦ παραβαίνοντος αὐτὸν ἐφ' ἑκάστῳ κεφαλαίῳ πεντήκοντα χρυσίου λίτρας πρόστιμον ἀπαιτουμένου. εἰ δὲ ἐν ἐπαρχίᾳ παραβαθῇ τι τούτων ἐφ' ἑκάστῃ αἰτίᾳ ἀνὰ τριάκοντα χρυσίου λιτρῶν. καὶ οἱ τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες, καὶ αἱ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς ἀπαιτείσθωσαν. ἵνα δὲ τὰ τῶν προστίμων τούτων μὴ λανθάν[illegible] ἔξεστι καὶ αὐτοῖς τοῖς ἠδικημένοις καταμηνύειν τὸν παραβάντα τὸν νόμον καὶ προσαγγέλλειν τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ ἢ τῷ ἐνδοξοτάτῳ μαγίστρῳ ἀζημίως ἵνα ταῦτα δι' αὐτοῦ μανθάνων ὁ βασιλεὺς αὐτῷ τῷ μαγίστρῳ τὴν τῶν προστίμων ἀπαίτησιν ἐπιρρίψῃ. Ne liceat fisci patronis dicere ad se perlatum quendam detinere bona fiscalia, atque ita non apparente accusatore alios insidiis appetere, sed delator exhibeatur & eius qualitas spectetur: & neque filius patrem aut matrem, aut libertus patronum ex causa bonorum fiscalium deferat, neque exul vel calumniæ causa damnatus vel fustibus à præside cæsus vel alius quilibet iure prohibitus audiatur. Seruo autem vel in fiscali causa vel in alia qualibet dominum accusanti in ipso loquendi conatu vox intercidatur, etiam si vera deferat. Schola palatinorum si quem detulerit (hæc enim sola deferre potest & cogitur) vel etiam alius cui id iure conceditur, meminerit deferentis fisci præpositus, & si quidem est in regia vrbe is qui delatus est, ex interlocutione Comitis priuatarum conueniatur, nec amplius quàm solidos quatuor det palatinorum scholæ, & pro tempore primicerio, & fisci patronis pro conuentione vel productione procuratoris. In singulam verò cognitionem solemnes sumptus supradicto iudicio & pro cognitione ipsa præbeat & pro actorum exceptione, & si quidem obnoxius non sit absoluatur: obnoxius verò non solùm res quas habet vel pecunias quas debet reddat, sed & sumptus à fisco factos in duplum cum quo frustra litiga

A litigauit. Sed si res solæ deferantur quasi pertinentes ad sacratissimũ ærarium, nec sciatur quis eas detineat, sintque in hac regia vrbe vel continentibus & immobiles, ne eis schola palatinorum titulos imponat nec eas occupet, sed edicta proponat Comes rerum priuatarum in celeberrimis locis vrbis, & in quibus res consistunt, permittens aduersario cuilibet iis de rebus apud se iudicium suscipere intra dies xxx. & sub iam dictis sumptibus de suo iure contendere, siue ipse possessor voluerit iu-
B dicio occurrere, siue eo reuera absente amicus eius vel seruus vel libertus, impletis etiam hac in re omnibus quæ de custode possessionis lege cauta sunt. Quòd si neque ipse dominus litis neque procurator eius possidens neque possessionis custos compareat intra dies xxx. idque actis fiat manifestum, mittatur fiscus in possessionem rerum, nullo præiudicio domino inferendo quantum pertinet ad allegationes sibi competentes. At si res illæ mobiles vel mouentes sint, non occupentur etiam temere,
C sed requiratur earum possessor, & admonitus causam suam agat sumptibus & leg bus supradictis. Omnibus autem legitimis modis & probationibus scriptis vel non scriptis perscrutari res oportet, & ab iis personis qui veritatem scire possint, sciente reo si succubuerit, non modò litis sumptus à se exactum iri, sed & res quas habere eum paruerit & æstimationem earum, id est, duplum. His summatim de fiscalibus rebus constitutione comprehensis, subiicit postea legem specialem de iis quæ ob
D crimen maiestatis confiscata sunt, vt eorum nunciator, delator non vocetur, sed promptè suscipiatur, si calumniatus fuerit, vt perinde puniatur ac ceteri delatores, si obiecta probauerit, non solùm pœna liberetur, sed & octauam partem bonorum quæ denunciauit ferat. Et eorum qui denunciati sunt si substantia omnis minor sit L. librarum auri, vt de æstimatione eius fideiussores dent. Si maior, vt etiam vsque ad eam summam L. librarum fideiussores dent: in reliquam quantitatem iurijurando
E committantur adiicientes se vel procuratores suos adfuturos in iudicio Comitis priuatarum, neque id deserturos. Id post iuratoriam cautionem deserentes, trinis edictis vocari, decem dierum spatio intermisso, ac tum si nec ipsi nec procuratores vel defensores eorum adfuerint, bona fiscum occupare, reseruata absentibus defensionis facultate. Ceterùm si res in prouincia constitutæ sint, litemque præses prouinciæ vltro vel ex præcepto Comitis priuatarum disceptet, nihil turbidè, nihil violen-
F ter fieri oportere, sumptus qui fiunt in regia vrbe pro tertia parte in litem præberi. Quisquis verò defert Comiti priuatarum vel scholæ palatinorum vel clarissimis fisci patronis vel clarissimis præsidibus prouinciarum, vt sciat siue in lite perseuerans calumniator apparuerit siue destiterit & latitauerit, mediocres quidem facultates habentem nec de earum amissione sollicitum, grauissimis verberibus subditum se perpetuò relegatum iri. Sin verò militiam vel honestum aliquod vitæ institutum
G vel idoneas facultates habuerit, ei militia & bonis ablatis, regia vrbe vel prouincia interdictum iri. Vt hanc legem conseruet Comes priuatarum & quæ ei obsequitur schola. In singula capita quæ quis violauerit mul-

tam esse L. librarum auri. In prouincia autem si quid horũ neglectum fuerit, in singulas causas x x x. auri libras præsides prouinciarum & eorum officia sigillatim exigi. Hanc multam ne quis effugiat, licere iniuria affectis legis violatores ad piissimum principem deferre, vel ad gloriosissimum magistrum sine damno, vt hac recognita, princeps magistro multæ exactionem committat.

Quod initio proponitur summè notandum est, ne cuiquam fisci patronus quasi possessori rerum fiscalium molestiam inferat non exhibito delatore. Patronus fisci, & delatoris quodam modo est patronus. l. 5. § aduocatum. D. de iis quæ vt ind. auf. sine dilatore si agat, ipse delator est potius, quàm fisci patronus. De eo scribentes citant l. vlt. D. de iu. fis. quæ est de procuratore Patroino non de patrono. Quod de iis qui deferre non possunt, congruit cum l. deferre. D. de iu. fis. & aliis quibusdam: quibus adiiciendi sunt conductores, procuratores, actores prædiorum fiscalium. l. 1. C. de conduc. & procur. Quod de seruo, cum l. pen. §. qui accus. non pos. Quod de x x x. diebus, idem relatum est in Eustathij libro de temporibus adducta hac lege, iis verbis. διὰ λ' ἡμερῶν ὀφείλει παρασκευάζειν ὁ διακατέχων φισκάλια ἀλλότρια πράγματα ὡς β' ἢ τοῦ κεφαλαίου τ' ἐκ δὲ τ' πληρωτέα. Quod de octauæ partis præmio, idem ex hac lege Harmenopulus scripsit lib. 1. Epit. tit. v. Quod de x. dierum interuallo, congruit cum l. per interuallum. D. de iudic. l. properandum. §. eod. Est tamen Nouella immutatum. Quod de custode possessionis, pertinere videtur ad l. vlt. §. de adq. pos. l. meminerint. §. vnde vi. l. 1. §. si per vim vel alio modo. In fine puto magistrum officiorum significari.

## *De petitionibus bonorum sublatis.* Tit. 12.

Veteres libri, De petitis, non malè. nam & petita dixere pro petitionibus, sicut indicta & æstimata & nota. Suidas, πετῖτα, ῥωμαϊκὴ λέξις. σημαίνει δὲ γνώρισμα αἰτήσεως.

I. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEOD. AAA. EVTROPIO PP. Quisquis in crimine maiestatis depræhensus fuerit & punitus, bonaque eius (sicut plectendi consuetudo criminis habet) fiscus inuaserit: nullus eadem sub specie munificentiæ principalis audeat proprio iuri poscere. qui cõtra legem id ausus fuerit sperare quod non licet, reus violatæ legis habeatur. Sed quoniam plerunque ita in nonnullis inuerecunda petentium inhiatione constringimur, vt etiam non concedenda tribuamus: ne rescripto quidem nostro aduersus formam latæ legis loci aliquid relinquatur. Si quid autem ex bonis talibus nostro iudicio, nullo tamen desiderante atq; poscente, concedi cuiquã voluerimus, huiusmodi tantum valeat liberalitas. DAT. XVI. KAL. DEC. THESSALONICÆ GRATIANO V. ET THEODOSIO AA. COSS.

Proscriptorum bona peti non posse, vltro dari posse. Tantum igitur abest, vt viuentium qui nondum damnati sunt bona peti possint, vt nec mortuorum & damnatorum bona honestè petantur. Sub specie.] legendum, sub spe. & ideo mox, *Qui contra legem*, inquit, *id ausus fuerit sperare*: Violatæ legis.] Sacrilegij. l. 1. C. vt dig. ordo ser. l. 13. C. de erog. mil. an.

II. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. FLORENTIO PP. Omne semen alienas appetendi fortunas stirpitus eruere cupientes, nulli deinceps volumus petitionis rerum esse licentiam. Et si intestatus quisquam quædámve, ac nullis ex numero propinquorum existentibus, vel vxore vel marito, fati munus impleuerit, cuiuscunque sit conditionis aut sectæ, seu quolibet titulo res fuerit fiscalis; nemo audeat ad petitionem rerum defuncti defunctæúe, cuiuscunque

que fortunæ aut sectæ sit, si fisco nostro locus pateat, adspirare: cùm ne illis quidem, quorum actu atque officio petitionum procedebat effectus, impune liceat sanctionibus nostris aduersari. Sed vir illustris quidem cuiuscunque temporis quæstor, si oblatæ petitioni subscripserit, vel etiam responsum dederit: virque illustris comes rerum priuatarum, si vel instrui permiserit, vel petitionem, si qua insinuatur, admiserit: indignationem nostri numinis sustinebit, ceterisque fiet vindictæ & temeritatis exemplum. Memoriales verò qui excipienda huiusmodi rescripta vel implenda curauerint: & palatinos qui instruxerint vel gesta admissæ petitionis ediderint, bonorum proscriptione puniri decernimus. Pari forma res etiam ciuiles & ad ius publicum pertinentes ab omni petitione muniendas esse censemus: scilicet, nec pragmatica iussione, vel sacra adnotatione, vel quolibet oraculo diuino, seu mandatis (si quà contra hanc sanctionem nostram fuerint impetrata) quodcunque roboris habere valituris. DAT. XI. KAL. MAII THEODOSIO A. XVIII. ET ALBINO COSS.

Hæc est Nouella Valentiniani de competitionibus, qua definitur vacantia bona, & generaliter res fisci aut reip. peti non posse. Puniri quæstorem, comitem rerum priuatarum, memoriales, palatinos quorum interuentu vel opera tales petitiones admissæ & instructæ fuerint, Quæstor sacri palatij petitionibus subscribebat vel etiam responsa reddebat, &, vt hoc loco omne eius officium paucis exequar, leges dictabat precesq; ac responsa subnotabat, vt constat ex Notitia Rom. Imp. & No. 53. & 114. l. vlt. §. de diu. resc. Symmachus ad Ausonium: Quæstor es, memini: consilij regalis particeps, scio: precum conditor, recognosco. & alio loco: Te magis quæsturæ honos & condendarum sanctionum vsus exercuit. Procopius 1. de bel. Pers. οἱ μὲν πρόκλος ἐκάλουν ὃς βασιλεῖ τότε παρέδρους τὴν τοῦ καλουμένου κοιαίστωρος ἀρχὴν ἔχων ἀνὴρ δίκαιος, διὸ δὴ ὅτι νόμον τινὰ ἐνιστὰς ἔγραφεν. & alio loco: Τριβωνιανὸς βασιλεῖ πάρεδρος, κοιαίστωρα τοῦτον καλοῦσι ῥωμαῖοι. His verò de causis quæstor iustitiæ & legum custos appellatur, & thesaurus famæ publicæ & armarium legum in No. Valentin. De homic. cas. fac. & à Cassiodoro duobus aut tribus locis. denique is planè est quæstor quem in aula Cancellarium appellamus. quod, iis si iungatur, quæ ad l. vlt. §. de discus. reiicimus, liquidò constabit. His porrò verbis quæstor rescriptis & constitutionibus subscribebar, QVAESTOR LEGI, addita die, vt in Constitutionibus Iustini & Tiberij de adscriptitiis. Præcedebat subscriptio principis addita etiam die. quod iis verbis significatur in No. Valẽtiniani de hom. cas. fac. ET MANV DIVINA. DIVINITAS TE SERVET PER MVLTOS ANNOS. & No. de ind. reliq. quod tamen deest in impressis. ET MANV DIVINA. OPTAMVS VOS FELICISSIMOS, &c. Addebatur etiã dies quo is ad quem dirigeretur cõstitutio, eam accepisset, & quo fuisset anrelata, id est, programmate proposita. l. 27. C. Th. de iis qui super rel. conr. ideoq; in vna nonnunquam & eadem Constitutione quatuor dies iis verbis subnotatos inuenias, Data, Subscripta, Accepta, Antelata, vel Lecta vel Allegata. Etiam illud adiiciam eundem morem posteriores Imperatores retinuisse, vt & ipsi subscriberẽt constitutionibus & chartularius cubiculi, quem vocarunt τὸν ἐπὶ κανικλείου. Habemus sanè constitutionem quandam Manuelis hac subscriptione. εἶχε τὸ σύνηθες κανίκλειον καὶ τὸ βασιλέως ταυτηνὶ. Μανουὴλ ἐν χριστῷ τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς πορφυρογέννητος καὶ αὐτοκράτωρ ῥωμαίων ὁ κομνηνός. καὶ κάτωθεν ἀπηωρημένην βούλλαν χρυσῆν διὰ μετάξης ὀξείας καὶ ἔξωθεν. τὸ διὰ τοῦ ἐπὶ κανικλείου καὶ διοικοῦντος Θεοδώρου τοῦ ... Sed ad rem. Ad quæstorem pertinebant memoriales, id est, vt Græci interpretantur hoc loco, οἱ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι, & ad Leos. §. de exc. mun. οἱ τῶν ὑπομνημάτων πάντων, & ad l. 5. §. qui mil. poss. τῶν ... φύλακες, qui leges & rescripta excipiebant & implebant, id est, perscribebãt aut perscribi curabant. Eorum obsequio res quæstoria agi dicitur in l. vlti. §. de prox. sac. scr. rectè. erant namque adiutores quæstoris & ex diuersis scriniis assumebantur, vt in eo titulo fusius demonstraturi sumus. Comes rerum priuatarum iudex erat & gubernator priuatæ substantiæ principis, ex qua censebãtur vacantia, caduca, & iis similia. l. vlt. §. tit. prox. l. 3. l. vlt. §. de bo. vac. l. vlt. §. de fide hastæ fis. Eius apparitores Palatini appellantur, quorum interuentu competitiones instruebãtur & insinuabãtur comiti. quod hæc lex in posterum fieri vetat. Quisquam quædamve.] Vet, quisquam quæquámve. Res etiam ciuiles.] Res ciuiles sunt quæ ad Remp. vel ciuitatem pertinẽt, veluti opera publica. l. si aliquando. §. de op. pub. secundum quam est apud Cassiodorum lib. VII. formula de Competitoribus. Earum verò rerum arbitrium Imperatores sibi vindicabant, atque ideo petebãtur ab Imperatore priusquam hæc Nouella competitiones sustulisset, & ita cùm olim fuisset ærarium diuisum à fisco; qua ex causa Frontinus de aquæductibus, commoda publicæ familiæ ex ærario, Cæsaris ex fisco dari ait, ærario tamen & primus omnium Imp. Augu-

ſtus abutebatur, atq; vt Dio ſcribit lib. LIII. λόγῳ erant hæc duo diſtincta, non ἔργῳ. Pragmatica.] A Pragmatica fit de conſilij ſententia ſolenniter ſuggeſtione aliena precibúſve l. vlt. ῀J. de prox. ſac. ſcri. Adnotatio ad libellum breuiter annotato nomine principis, vt in No. Valent. de hom. cau. ſue. in qua illud ſingulare eſt quo vtimur, ſine adnotatione principis cædem caſu vel ſui tuendi cauſa factam non purgari, quod confirmatur hoc Philonis loco 1. de vita Moſis: ὁ κτείνω ἄνθρωπον εἰ καὶ [illegible] καὶ ἀμυνόμενος καὶ βιασθεὶς, [illegible]. Sic verò iudex aliàs per adnotationem, aliàs cognitionaliter lites diſceptat, No. 86. Adnotationem ita definit Theodotus: παρασημείωσις ἐστὶν ἡ τὰ κυριώτερα τῶν λελυμένων περιλαμβάνουσα καὶ γράφουσα ταῦτα ὡς ἐν συντόμῳ καὶ δι' ὀλίγων, [illegible] πολλὰ βασιλικὰ σημειώματα. Oraculo diuino.] Simplici iuſſione principis ſubnotata à quæſtore ſolo vel magiſtro ſcriniorum. Mandatis.] hæc citra ſuggeſtionem aut libellum dantur l. vlt. ῀J. de colla. don. & quidem ſi vltro, rectè l. 1. §. ſi tacita alterius competitione, non rectè. B

## *De ijs qui ſe deferunt.* *Tit. 13.*

I. IMP. CONSTANTINVS A. RATIONALI HISPANIARVM. Is cuius tacitæ fidei commiſſa fuerit hereditas, ſtatim officio grauitatis tuæ nunciet & geſta prodat, & continuò quod actum fuerit C renunciet: & poſt hanc fidem, tertiam ex omnibus defuncti bonis percipiat portionem. Quòd ſi ab vxore defuncti iſtud ad officium deuotionis tuæ fuerit reuelatum: ipſa etiam quam defunctus eſſe voluit heredem (ſi geſta apparuerint) tali præmio mancipetur, vt ex omni patrimonio medium conſequatur, & cum fiſco noſtro celebret diuiſionem, id etiam habitura priuilegium, vt prior eligat optionem. & tunc occultator ille geſtorum fiſci & mulieris pariter inimicus, exutus omni patrimonio ſuo, ac fiſco vindicato, in inſulam deportetur. D DAT. ID. MART. GALLICANO ET BASSO COSS.

Delatores aut alios deferunt aut ſeipſos. Si alios deferant neque calumnientur, pro præmio eorum quæ denunciarunt certam partem ferunt, veluti quartam aut octauam. Si ſeipſos deferant, vt ſi is cui tacitè fideicommiſſaria hereditas relicta eſt profiteatur ſe capere non poſſe, ei datur pro præmio dimidia pars ex edicto Traiani, vel aſſis ſi nondum quicquam reſtitutum ſit, vel dodrantis ſi reſtitutus ſit dodrans. quam diſtinctionem comprobat l. edicto. & l. cùm tacitum. D. de iur. fiſc. Quòd ſi heres, à quo tacitè incapaci relicta eſt fideicommiſſaria hereditas, pœnitentia actus ſe detulerit, tertiam partem aſſis habet pro præmio. Maius eſt præmium eorum qui ſe, quàm qui alios deferunt. quo enim difficilius quiſque ſeipſum defert, eo maiore præmio inuitandus eſt. qua ratione etiam fideicommiſſario plus tribuitur præmij quàm heredi. Statim.] poſt apertas tabulas. l. edicto. §. cùm ante. D. de iu. fiſc. Poſt hanc fidem.] quam fiſco præſtitit. Ab vxore.] Dixit de herede, nunc dicit de vxore fideicommiſſaria. Vxor verò eſt incapax ex lege Papia decimaria, ideoq; tacitum fideicommiſſum ei perperam relinquitur. quod etiam indicat l. vlt. in princip. D. de his quæ vt ind. At certè ex conſtitutione l. 2. §. de infir. pœ. cœlib. non eſt incapax. Ad officium.] vet. officio, vt §. Ipſa etiam quam defunctus eſſe voluit.] per interpoſitionem tacitæ fidei. Apparuerint.] vet. aperuerit. hoc eſt, ſi ſeipſam detulerit. Non poteſt mulier niſi ſeipſam deferre. l. it. D. de iu. fiſ. Ex omni.] ex aſſe. Imò non niſi ex dodrante ſi dodrans vxori iam reſtitutus F ſit. Quadrans autem deductus ab herede, in fiſcum redigitur. Occultator.] heres adminiſter ſecreti fideicommiſſi.

## *Si liberalitatis imperialis ſocius ſine herede deceſſerit.* *Tit. 14.*

In Cod. Th. ſic titulus conceptus eſt, Si petitionis ſocius. At quia petitiones poſtea ſublatæ ſunt, non liberalitates, ita eum inuertit Tribonianus, Si liberalitatis imperialis ſocius. quod idem eadem G ratione fecit in l. vlt. §. de iur. fiſ. & l. pen. §. de bon. vac. quemadmodum conſtat ex l. 30. C. Th. de petitionib. & in multis aliis.

L. IMP.

A I. IMP. CONSTANTIVS A. ORIONI COM. R. P. ſubemus vt ſi quis fortè ex his, quibus communiter à nobis aliquid donatum ſit, nullo herede relicto deceſſerit: ad conſortem potius ſolatium, quàm ad perſonam aliam pars decedentis perueniat. DAT. XV. KAL. IVL. MEDIOLANI PHILIPPO ET SALLIA COSS.

Conſors conſorti in eo quod donatum eſt, ſine compenſatione ſuccedit excluſo fiſco. quod etiam in nauicularijs, decurionibus, cohortalibus, militibus, fabricenſibus, clericis locum obtinet, tit. B de her. dec. l. ſi quis presbyter. §. de epiſ. & cler.

## De theſauris. Tit. 15.

I. IMPP. LEO ET ZENO AA. EPINICO CONSVLARI. Nemo in poſterum ſuper requirendo in ſuo vel alieno loco theſauro, vel ſuper inuento ab alio vel à ſe, effuſis precibus pietatis noſtræ benignas C aures audeat moleſtare. Nam in ſuis quidem locis vnicuique, dummodo ſine ſceleratis ac puniendis ſacrificiis, aut alia qualibet arte legibus odioſa, theſaurum (id eſt, condita ab ignotis dominis tempore vetuſtiore mobilia) quærere, & inuento vti, liberam tribuimus facultatem, ne vlterius dei beneficium inuidioſa calumnia perſequatur: cùm ſuperfluum ſit hoc precibus poſtulare, quòd iam lege permiſſum eſt, & poſtulanda imperatoriæ maieſtatis videatur præuenire liberalitas. In alienis verò terrulis nemo audeat inuitis, imò non volentibus vel ignoran- D tibus dominis, opes abditas ſuo nomine perſcrutari. Quòd ſi nobis ſuper hoc aliquis crediderit eſſe ſupplicandum, aut præter huius legis tenorem in alieno loco theſaurum ſcrutatus inuenerit: totum hoc locorum domino reddere compellatur, & velut temerator legis ſaluberrimæ puniatur. Quòd ſi fortè vel arando vel aliàs terram colendo vel quocunque caſu, non ſtudio perſcrutandi in alienis locis theſaurum inuenerit: id quod repertum fuerit, dimidia retenta, altera dimidia data, cum E locorum domino partiatur. ita enim eueniet, vt vnuſquiſque ſuis fruatur & non inhiet alienis. DAT. VI. ID. OCTOB. LEONE IVNIORE A. COS.

Id eſt condita.] Caſſiodorus v. 1. theſaurum definit depoſititiam pecuniam quæ longa vetuſtate competentes dominos amiſit. Mobilia.] Legendum monilia, vt in l. 2. C. Th. de theſaur. Dei beneficium.] fortunæ donum in l. ſi is qui. D. de adq. rer. dom. Calumnia.] fiſci. nam inuentos theſauros ſibi fiſcus vindicabat, niſi inuentor eorum retinendorum facultatem impetraſſet à fiſco. Imò non.] Quidam Cod. Id eſt non. quod probo. Sic enim tollitur ambiguitas verbi inuitis. nam inuiti ſunt qui nolunt vel qui non volunt. Altera dimidia.] Quid opus fuit hac F conſtitutione cùm iam id eſſet ab Adriano clarè conſtitutum? nempe quòd deinde poſt Adrianum dimidiam loci domino conceſſam, ad quartam Imppp. Gratianus. Valent. & Theod. redegiſſent. d. l. 2. Eſt & hac de re Leonis No. 51.

malo, mobilia. enim monilia.

## De annonis & tributis. Tit. 16.

Annonæ in ſpeciebus conſiſtunt veluti frumento, vino, oleo, pane, carne, ſale. Tributa in corporibus veluti auro, argento, ære, equis, veſtibus, quæ & intributiones & contributiones dicuntur. & ſunt duplicia, ſoli & capitis. l. vlt. D. de cenſ. Capitis ſunt qui ſtipendia vocent. Tertullianus in Apologet. *Si agri tributo onuſti viliores, hominum capita ſtipendio cenſa ignobiliore.* Confe- G runt autem & annonam & tributa poſſeſſores, id eſt, domini prædiorum prouincialium quotannis vel ipſi prædiorum conductores. l. ſine herede. § Lucius. D. de admi. tut. per cauſam tuendi exercitus.

tus. l.2.§. de exact.trib. Exulabat autem huius tituli prima Constitutio vt & ceteræ, quòd Græca esset, quam ex lib. L v I. βασιλικῶν restituimus.

1. Αἱ σχολάζουσαι τῷ λειπεῖν ἀνιόντας καὶ εἰς κεφαλαιώτας τοῖς δημοσίοις διακριθεῖσαι καὶ μὴ διαμερισθεῖσαι παρὰ τῶν ἀρχόντων ἰσότης ἢ εἰς δημόσια ἔργα δίχα θείου τύπου καὶ τὴν δέουσαν καὶ τὸν τρόπον τοῦ ἀναλώματος ἀφορίζοντος, ἀλλὰ μηδὲ ἐκ τοῦ δημοσίου κανόνος εἰς ἰδιωτικὸν ἢ δημόσιον ἔργον ὕλας μεταφερέσθωσαν ἢ εἰς ἀγορασίαν ὑλῶν χρήματα διδόσθωσαν ἄνευ θείου τύπου. τοῦ παραβαίνοντος ἀποδιδόντος τὸ δημόσιον πληροῦντος καὶ τοῦ προσφέροντος σκρινίου βαρυτάτοις ἐπιτιμίοις ὑποκειμένου.

Capita vocat veluti fœnum, paleas, vt diximus in l.9.§.tit.,quæ vna cum annonis, magistratibus diuersisq; officiis præstantur. l.2.§.de cur.pub.l.1.& 2.§.de off.præf.præt.Afr. Nou.27. & sequentibus. Vacantes autem, quod fit illis sine successore defunctis, vt cetera bona ad fiscum legibus caducis redeunt. li.O.Th.de annonis.tit. nec sine sacra forma à præsidibus impendi in opera publica possunt. Sed neque ex fiscali canone materiæ vel pecuniæ in eadem opera à iudice transferri queunt, vel si temere transferantur, de suo cogetur fisco satisfacere, competens etiam scrinium quod ea transferri concesserit; grauissimis pœnis subiicietur. Longè alia est ratio multarum l. penult. §. de modo multar.

II. IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. ET VALERIANVS CÆSAR ANTIOCHO. Æs quidem alienum pro portione, ex qua quisque defuncto heres extiterit, præstari oportet. annonas autem is soluere debet, qui possessiones tenet & fructus percipit. PP. * SECVLARE ET DONATO COSS.

Si plures defuncto heredes extiterint, æs alienum præstabunt pro hereditariis portionibus ex XII. tab. Species annonarias is præstabit, qui possidet prædia & percipit fructus. Sunt enim hæc prædiorum onera non personarum. Prædiorum obligatio inter heredes non diuiditur. Personalis obligatio diuiditur.

III. IMP. DECIVS A. CITICIO. Indictiones non personis sed rebus indici solent. & ideo ne vltra modum earundem possessionum, quas possides, conueniaris, præses prouinciæ prospiciet. DAT. XVII. KAL. NOV. ÆMILIANO ET AQVILINO COSS.

Indictionis nomine continetur annonaria & tributoria functio. Plinius ad Traianum, Nec nouis indictionibus pressi ad vetera tributa deficiunt. Onera hæc sunt possessionum non personarū, & ideo eorum nomine quæ non possideo, ea non agnosco. No.128.

IIII. IMP. CONSTANTINVS A. AD PROCLIANVM. Omnes pensitare debebunt, quæ manus nostræ delegationibus adscribuntur. nihil amplius exigendi vel remittendi potestatem esse. nam si quis vicarius aut rector prouinciæ aliquid iam cuiquam crediderit remittendum: quod alij remiserit, de propriis dare facultatibus compelletur. DAT. XV. KAL. IVL. CP. CONSTANTINO A. IIII. ET LICINIO IIII. COSS.

Ait, **Delegationibus.**] Sudas. δηλεγατίων κατὰ Ῥωμαίους ὁ κατάλογος τῶν συντελεσμάτων καὶ ἡ ἀννώνων μεταγωγή. Delegationes igitur descriptiones sunt quibus exigendorum tributorum & annonarum modus continetur, quæ & delegatoriæ dicuntur, quòd delegari mittique in prouincias solent. δηλευτωρίους, ὑπομνήματα, ἀπογραφαί. Manant autem à principe, nec quidquam à vicariis aut præsidibus amplius exigendum est quàm eis continetur. Sed neque remittendum ex eis quidquam. **Vel remittendi potestatem.**] esse. hæc absunt à vet. lib. & Cod. Th. quod sequor proboque. **Nam si quis vicarius.**] Vicarij sunt præf. prætorio vicarij viri spectabiles, qui ex mandato principis in diœcesem aliquam siue tractum mittuntur multas habentem prouincias. l.1.§. de prox.

A prox.sac.scri.l.1.§.de offi.vic.l.1.§.vt omn.iud.l.2.§.à præfecto.D.de leg.3. Propriam igitur iurisdictionem habent non à præfecto mandatam. quod & de legatis proconsulum verè possim affirmare, & si, quod opto, erit otium, quandoque comprobabo. Quot fuerint vicarij cùm in Oriente tum in Occidente Notitia Romani imperij indicabit. Præsides sunt clarissimi, & sub eorum cura vna tantùm prouincia est, & propriè ij sunt qui ordinarij & ἰμεδαῖοι dicuntur l.vltima.§. de mo. mul.l. omnes.§. de epis.& cle.l.2.J.de prox.sac.scr.No.20.31.103.112. quasi infimi ordinis, vt ordinarij milites, hoc est, gregales & manipulares. *Nam*, autem hoc loco accipere oportet παρανωνυμικῶς.

V. IMP. CONSTANTIVS A. AD VRANIVM. Omnes B omnino ad oblationem functionum publicarum oportet vrgeri, lege enim nostra signatum est, nec esse extraordinaria nec vocari, quæ solenniter à prouincialibus deuotissimis conferenda sunt. DAT. III. NON. FEB. CONSTANTIO A. II. ET CONSTANTE COSS.

Canon propriè est pensio quæ ex emphyteuticariis prædiis redigitur. Sed & oblatio & indictio pro canonicis & ordinariis habentur. & ideo ab eis nemo excusatur. Ab extraordinariis plerique excusantur.

C VI. IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD DRACONTIVM VIC. AFRICÆ. Pro locis ac proximitate possessionum, annonam ad limites transuehi præcipimus. DAT. XV. KAL. IVL. MEDIOLANI VALENTINIANO ET VALENTE AA. COSS.

Vt transuehendæ ad limites & conferendæ annonæ militaris onus proximis possessoribus imponatur.l.4.J.de erog.mil.an.

D VII. IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOS. AAA. AD PRINCIPIVM PP. In fraudem annonariæ rei ac deuotionis publicæ elicitum damnabili subreptione rescriptum, manifestum est iure non posse vires sortiri. circa omnes igitur par atque æqualis illationis forma teneatur. DAT. VIII. KAL. OCT. AQVIL. ARCAD. A. I. ET BAVTONE COSS.

E Ne ex rescripto quidem principis potest quisquam canonicas illationes subterfugere, quum sit contra vtilitatem publicam. Vnius enim immunitas onerat alios.

VIII. IMPPP. VALENTIN. THEODOS. ET ARCAD. AAA. CYNEGIO PP. Nemo possessorum ad instruendas mansiones[1] vel conferendas species longius delegetur: sed omnes, itineris ac necessitatis habita ratione, delegentur. DAT. X. KAL. IAN. CP. ARCADIO A. I. ET BAVTONE COSS.

F [1] Mansiones vocant ἀλλαγὰς siue diuersoria, in quæ se recipiunt milites expeditionis tempore, vel etiam sacer comitatus. Posteriores dixere Mansus. Vtrumque à manendo. & inde manentes in Historia Helmodij, & Gallis, *Maisons*. Villæ sic possunt appellari, συστήματα Clemente in Petro, ἀγροδιώτην κατὰ δύο συστήματα. Separantur à ciuitatibus & oppidis in l.9.C.Th.eod.tit.l.2.J.de cond.in pub.hor.l.modios.J.de suscep.l.2.J.de luc.adu.l.Claudiopolis.C.Th. de decur. Ex annonis & pabulis instruuntur ex collatione vicinorum, non ex collatione eorum qui procul disiuncti sunt.

VIIII. IDEM AAA. CYNEGIO PP. Mediterraneæ ciuitates an- G tea maritimis & maritimæ mediterraneis onerabantur expensis, vt plus haberet dispendij translatio, quàm deuotionis illatio. hoc non solùm in præsenti, verumetiam in posterum prohibemus ea lege, vt se vltimo

D noue

nouerint supplicio puniendos qui ista commiserint. DAT. III. NON. SEPT. VALENTIÆ HONORIO NB. P. ET EVODIO COSS.

A

Ad limites & ad mansiones annonarum transuectio finitimorum est, quia & collatio. Quorum igitur est collatio, eorum est etiam transuectio, nec quas contulerint mediterranei, transuehent maritimi vel contrà. Alij sunt maritimi, alij riparenses, alij mediterranei, id est, à mari flumine nibúsve remoti. Cicero de suppliciis. *Centuripinos homines maxime mediterraneos.*

X. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MINERVIO COMITI R. P. Obsistere commodis publicis & statutis necessitatibus non possunt priuilegia dignitatum. Vnde vt quisque de prædiis emolumentum consequitur, si non is expleto anni spatio, intra sex menses omnem, cui esse constrictus dicitur, reliquorum intulerit cumulum, ad ipsos qui sunt domini prædij exactionem volumus pertinere. PP. ROMÆ HONORIO A. IIII. ET EVTYCHIANO COSS.

B

Dignitates ab extraordinariis muneribus excusantur, ab statutis, id est, canonicis non item. & ideo si coloni vel emphyteuticarij eorum qui in dignitate positi sunt, annonarum & tributorum onera non præstant, vt oportet eis cor[illegible] præstatio incumbit. Deficiente [illegible] conuenitur, etiam si dignitate aliqua præditus sit, non quidem statim, sed post sex menses ab anno quo eas indictiones colonus debet.

C

XI. IIDEM AA. ADRIANO P. P. Iudices, quos circa profliganda ærarij nostri compendia negligentes ac desides fuisse constiterit, omnia quæ in administratione positi perceperunt emolumenta, reddere compellantur. DAT. XIII. KAL. MAR. MEDIOL. VINCENTIO ET FRAVITTA COSS.

D

Iudices, id est, præsides, quorum munus est tributorum exactioni incumbere. l. in fiscalibus, j. de exac. trib. No. 161. Cassiodorus in formula rectoris prouinciæ. *[illegible] fiscalis in tributorum credita monstratur exactio.* Idem & Catholicorum munus est, de ex Constitutione Augusti iam ab initio Proconsulum. Dio LIII. [illegible] Circa profliganda.] Græci vertunt, *εἰς ἀναπτυσία.* Emolumenta.] annonas, capita. l. peræquatores. j. de censibus.

XII. IMP. THEODOSIVS A. ISIDORO PP. ILLYRICI. Id ab vnaquaque prouincia censuimus expetendum, quod ab iisdem nuper esse promissum tua sublimitas indicauit: vt nullus verò de cetero ad possessiones eorum (quod maximè formidant) inspector accedat, Macedonum reliqui exemplum secuti, mediæ quantitatis, vt obtulisse noscuntur, tributa suscipiant. sed hi qui protestati sunt nihil à se vltra tertiam partem posse conferri, illud exsoluant, ad quod se indubitanter fore idoneos pollicentur. Quæ dispositio in perpetuum obseruabitur, sacrosancta Thessalonicensis ciuitatis ecclesia excepta; ita tamen vt apertè sciat, propriæ tantummodo capitationis modum beneficio nostri numinis subleuandum, nec extraneorum grauamine tributorum rempublicam ecclesiastici nominis abusione lædendam. DAT. VI. ID. OCTOB. CP. VICTORE V. C. COS.

E

F

G

m Duplex fuit Illyricum, Orientale & Occidentale. quod Beatus Rhenanus obseruauit ad librum de Notitia Romani Imperij. Hæc lex pertinet ad Illyricum Orientale, cuius duæ sunt dioeceses, Dacia & Macedonia. Daciæ prouinciæ quinque, Dacia mediterranea, Dacia ripensis, Mœsia prima, Dar

ma, Dardania, Præualitana & pars Macedoniæ Salutaris. Macedoniæ sex; Achaia, Macedonia, Creta &c. Id verò constituitur hac lege, vt singulæ prouinciæ Illyrici ea conferant quæ obtulerunt & promiserunt tantum, & ne augendi tributi causa quisquam inspector vel peræquator prouincialium possessiones accedat, id est, dimidiam canonis partem. Soli Achæi præstant tertiam partem, quod testati sint se amplius facere non posse. legendum in hac lege, vt in Vet. & Theod. pro, *Aedibi, Achiui*. Excipitur etiam Thessalonicensis ecclesia, quod & antè fuit propositum l. sacrosancta. de sacr. eccl. Huic remittitur capitatio. Ceteris ecclesiis non item. Non licet apud nos fine ecclesiæ euitandorum canonum causa. l. placet. l. omne. §. de sacr. eccl. ne grauetur Resp. quæ quò pluribus datur immunitas, eò certè maiora tributa pendit. l. 4. ∫. de exact. trib. l. 1. ∫. de colleg. l. 3. ∫. de pri. do. Aug. No. 43. Quid sit capitatio, mox dicam. Sequitur vltima Constitutio quæ hactenus defuit.

XIII. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ Ἀναστάσιος Ἀνθεμίῳ ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων. Ἐὰν μὲν αἰτήσῃ ἐπαρχία ἢ πόλις κουφισμὸν λαβεῖν τυχικῆς συντελείας ἢ ἐπόπτην ἢ ἐξισωτὴν πεμφθῆναι, ἀναφερέσθω μὲν ἡ αἴτησις αὐτῶν εἰς βασιλέα, καὶ ἐξ ἐπιλογῆς αὐτοῦ ὁ ἐπιτήδειος πρὸς τοῦτο πεμπέσθω, ὅρκον πρότερον διδούς· ἀναφορᾶς μέντοι μενούσης ὑπὸ τοῖς ἐπάρχοις, μηδεὶς τόπος διδόσθω. ἐπὶ τὴν μενοῦσαν αὐτοῦ εἰ μὴ αὐτοὶ οἱ ἔπαρχοι ἀναδιδάξωσι βασιλέα πάντα τὰ παρ' αὐτοῖς ἀναδιδαχθέντα καὶ ζητηθέντα, καὶ οὕτως θεῖος ἐκφωνηθείη τύπος ὀφείλων πάσι πρότοις παραφυλάττεσθαι. εἰ δὲ καθ' οἷς ἄνθρωπος δεήσεις περὶ τοιούτων ἐπιδῷ, μὴ ἐπιδιδόσθω. μήτε δὲ κουφισμὸς ἢ μείωσις ἀπογραφῆς ἢ προσθήκη μήτε ἐπόψις μήτε ἐξίσωσις γινέσθω, χωρὶς βασιλικῆς ἐγγράφου κελεύσεως, ἀλλὰ μήτε ἐκταγὰς ποιείτωσαν οἱ ἔπαρχοι τοῖς χρόνων προλαμβανόντων τὴν αὐτὴν ἀρχὴν μήτε ὑπηρεσίαν ποιῶν ἀφοριζέτωσαν ἢ ἄλλως πως χρήματα ἢ μὴ παρεχόμενα τὴν ἀρχὴν ἢ παρεχόμενα μὲν· διὰ δὲ τὴν ἔλλειψιν τῶν ταῦτα κομιζομένων σωμάτων ἀργήσαντα ἢ διὰ τὸ πανδημίαν τὴν αἰτίαν ἐκλάσαι δι' ἣν παρείχετο τὴν ἀρχὴν ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἐκ βασιλικῆς μόνης αὐθεντίας γινέσθω κατὰ τὸν θεῖον ἔγγραφον τύπον. οἱ δὲ μὴ τοῦτο παραφυλάττοντες καὶ τὸ διδόμενον οἴκοθεν ἀποδιδότωσαν καὶ πᾶσαν ἄλλην ζημίαν ἣν ἂν ὑποστῇ τὸ δημόσιον. μήτε δὲ ὑπερθέσεις ἢ προθεσμίας ἐπὶ τοῖς ὀφειλομένοις δημοσίοις ἐνδιδότω τις ἢ τὰς νενομισμένας προθεσμίας χωρὶς ἐγγράφου θείας κελεύσεως. ὁ δὲ τοῦτο κατ' αὐθεντίαν οἰκείαν ποιῶν οἴκοθεν καταβαλλέτω τὰ κεχρεωστημένα τῷ δημοσίῳ· μήτε δὲ τὰ πολιτικὰ χρήματα ὅσα ἢ τῷ δημοσίῳ εἰσφέρεται ἢ ταῖς πόλεσιν ἀφώρισαι εἰς ἑτέρας μεταφερέσθω χρείας ἢ προσώποις τισὶν ἀφοριζέσθω χωρὶς θείας κελεύσεως. καὶ ἡ τάξις δὲ τῶν ἐπάρχων εἰ μὴ πάντα τὰ περιεχόμενα τῇ διατάξει ταῦτα παραφυλάξει καὶ διδάξει τοὺς ἐπάρχους, καὶ οἱ ἄρχοντες τῶν ἐπαρχιῶν καὶ αἱ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς καὶ οἱ λοιποὶ δημοσιεύοντες ἐν ταῖς τοιαύταις κελεύσεσιν ὑπουργήσειεν, οἴκοθεν ἀποδότωσαν τὴν συμβᾶσαν τῷ δημοσίῳ βλάβην καὶ ὡς τοῦ νόμου καταφρονήσαντες πεντήκοντα χρυσίου λίτρας προστιμάσθωσαν. τριμερῶς δὲ πάντα τὰ δημόσια εἰσφερέσθω τά τε ἄλλα καὶ τὰ λεγόμενα ἀρμενιακὰ τουτέστι καλάνδαις ἰανουαρίαις καὶ καλάνδαις μαΐαις καὶ πρὸς τῷ τέλει τῆς ἐπινεμήσεως ἐξίσων τριῶν μερῶν διαιρουμένων τῶν δημοσίων καὶ μηδεμιᾶς καινοτομίας ἐν τῷ μέσῳ γενομένης κατὰ τῶν συντελῶν. ἐπειδὴ δὲ τὰ ἀρμενιακὰ τελέσματα ἐν δύο καταβολαῖς συνετελεῖτο ἔξεστι τοῖς ταῦτα συντελοῦσιν εἰ βούλονται τὴν προτέραν συνήθειαν φυλάττειν καὶ ἐν δύο καταβολαῖς ἀνὰ ἥμισυ καταβάλλειν. * καὶ τὸ ἕτερον ἥμισυ ἐν τῷ σεπτεμβρίῳ τῆς μελλούσης ἐπινεμήσεως καταβάλλειν. εἰ δὲ καὶ τριμερῶς βούλονται τὰ ἀρμενιακὰ δημόσια καταβάλλειν ἐχέτωσαν τὸν σεπτέμβριον μῆνα τῆς μελλούσης ἐπινεμήσεως πρὸς ὑπέρθεσιν αὐτοῖς δεδομένον. τὸ δὲ πρὸ ἀπεσαλμένον κατὰ σύνθεσιν εἰσφερέσθω ἐν τῷ προνομίῳ ἑκάστης ἐπινεμήσεως ἐπειδὴ τοῦτο δηλοῖ καὶ ἡ προσηγορία αὐτοῦ. DAT. KAL. APR. PAVLO V.C. COS. *Interpretatio Latina.* Si prouincia vel ciuitas releuationem petat animalis functionis vel inspectorem aut peræquatorem, referatur petitio ad principem, eiúsque arbitrio idoneus mittatur prius iureiurando præstito: ex cuius tamen relatione facta

præfectis prætorio nõ aliter forma vlla detur, quàm si præfecti ea omnia quæ ab eo didicerant & quæsierunt principem edocuerint, atque ita sacra proferatur forma modis omnibus obseruanda. Priuati autem iis de rebus preces ne porrigant. Nec releuatio vel deminutio perpetuò vel ad tempus, nec inspectio nec peræquatio fiat aliter, quàm ex scripta iussione principis. Sed neque præfecti delegationes faciant pro tempore præcedenti, neque annonas vel pecunias quibusdam seorsim addicant, non præstitas initio vel postea defectas causæ præstationis accipientiúmve corporum defectu: verùm hæc omnia fiant ex sola auctoritate principis scripto comprehensa. quod qui non obseruarint, & data & omne damnum quod fiscus senserit, ei de suo resarcient. Is etiam qui debitoribus fisci dederit dilationes, præscripserítve terminos alios quàm legitimos sua auctoritate sine iussione principis quæ debentur fisco de suis facultatibus exsoluat. Sed neq; pecunias ciuiles fisco inferendas, vel ciuitatibus deputandas, in alios vsus transferat vel quibusdam personis deputet sine auctoritate principis. Et officium præfectorum nisi omnia quæ Constitutione continentur, obseruauerit, instruxeritque præfectos & præsides prouinciarum obsequentiaque illis officia, & ceteri qui res fiscales tractant, nisi iis iussionibus paruerint, fisco contingens damnum de suis facultatibus præstabunt, & legis contemptores L. libris auri multabuntur. Tripertito autem omnia fiscalia inferantur, ea etiam quæ Armeniaca vocant, videlicet Kal. Ianuariis & Kal. Maiis, & ad finem indictionis in tres æquas partes diuisa, nulla in medio collatoribus innouatione facienda. Quia verò Armeniacorum tributorum præstatio duabus pensionibus diuiditur, liceat collatoribus, si velint, priorem consuetudinem huic Constitutioni præferre, & duabus pensionibus soluere * & aliud dimidium Septembri futuræ indictionis. Quòd si velint tripertito soluere, habeant ad dilationem totum Septembrem mensem futuræ indictionis. Antemissum verò vt conuenit inferant in exordio cuiusque indictionis. nam & hoc eius significat appellatio.

Pro τυχικῆς lego ψυχικῆς. nam & ad l. vlt. D. de mun. & hon. pecunias pro capitibus animaduerti Græcos interpretari ψυχικὰ δημόσια, Animales functiones in l. cùm satis. in fi. j. de agric. & censi. l. eorum. C. Th. de col. don. pos. Census capitum alibi & capita & capitationes, quæ vetustissimæ indictiones sunt. Plutarchus περὶ παίδων ἀγωγῆς. καὶ τὸ ἐξ ὧν κατὰ κεφαλὴν εἰσφερόντων ἄργυρον. At videntur etiam capitationes de prædiis dici. l. si minor. §. de act. empt. l. vlt. C. Th. sine cens. vel reliq. & Sidonio dum à Maioriano Imperatore terras suas releuari postulat scribenti: *Hæc capita vt viuam tu mihi tolle tria.* Sed hoc ideo, quia colonorum, mancipiorum, quæ in prædiis sunt nomine præstantur. Priuatorum autem postulationes eiusmodi hæc Constitutio non admittit, Reip. vel prouinciæ admittit. Reseruat ea quoque sibi princeps hæc omnia, releuationis formam, inspectoris vel peræquatoris missionem in rem, Annonarum vel pecuniarum largitionem & alienationem, Dilationem solutionũ. Quo in loco scriptum est: αἱ ταῖς τοιαύταις, lego αἱ μὲν ἐκταγαί; delegationes siue dispositiones præf. prætorio interpretor, vt in No. 147. & l. vlt. j. de exact. trib. Sudas. Delegatio ἡ ἐκταγή.

## *De indictionibus.* *Tit. 17.*

Indictiones nihil aliud sunt quàm annonæ vel tributa. l. 3. §. tit. prox. Quid igitur hic titulus distat à superiore? Superior est de iis quæ indicuntur, Hic de indictionum ratione & forma. Porrò indictiones cùm essent anniuersariæ, inde cœperunt anni per indictiones numerari, quas vocant ἐπινεμήσεις, ita vt earum numerus non excederet xv. Sed idem semper reuolueretur. Cœpit hic mos Theodosij magni temporibus, vt Cedrenus scribit, vel Constantini potius, vt ex Fastis quibusdam

Græcis

A Græcis Onuphrius vir doctus & diligens prodidit, in quibus sub Cos. Constantini II. & Licinij II. ita est: ἰνδικτιόνων Κωνσταντινιανῶν ὀκτάβιν ἀρχή. Eas verò incipere mense Septembri indicat l. vlt. §. tit. prox. & l. i. j. de mil. veste. & No. 128. & species quàm Græci ponunt ad l. 13. D. de iurisd. omn. iud. de Gaio magno Drungario, cui princeps Titium successorem dedit, vt ab initio mensis Septembris sexta indictione magistratum inchoaret: Non posse Gaium Sempronium iubere iudicare post mensem Augustum quintæ indictionis: si tamen iussus iudicare mense Aprili quintæ indictionis, cœperit, necdum veniente Septembri pronunciauerit, iudicium non solui. Hæc etia sunt paria; Anno quinto, Indictione quinta, Fusione quinta. l. 6. C. Th. de indul. deb. ex quo apparet ratio nominis. Onuphrij etymologia non placet. Sed neque Georgij Cedreni, qui in Theodosio ab Actiaca pugna eam deducit, cuius verba hæc sunt: ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου ἤρξατο ἀριθμεῖσθαι

B αἱ ἰνδικτιῶνες ἀρξάμεναι ἀπὸ αὐγούστου καίσαρος ἐν ἔτει ιε' τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ. καλεῖται δὲ ἰνδικτίων τετίσιν ἰνακτίων ὃ ἐστὶ τὸ ἄκτιον εἶναι. Cedreni librum habet Petrus Faber vir clarissimus & eruditiss. cui hunc locum acceptum fero.

I. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PALLADIO PP. Omnes omnino, quocunque titulo possidentes, quod delegatio super indictione videbitur amplexa, velut canones cogantur inferre: & vt nequa sit dubietas, hac aperta definitione decernimus, vt id potius

C canonis vocabulo postuletur. Nulla igitur domus vel sacri patrimonij vel emphyteutici iuris vel hominum priuatorum (etiam si priuilegium aliquod habere doceatur) ab hac necessitate seiuncta sit, quæ iam non extraordinarium (vt hactenus) sed ipsis facientibus canonicum nomen accepit. DAT. VII. ID. IAN. RAVENNÆ THEODOSIO A. VII. & PALLADIO COSS.

Malè, *Super indictione*. legendum, *superindicti nomine*. Græci ὀνόματι ὑπὲρ τὸν κανόνα. Superindictio

D ergo pro indictione canonica habetur, ideoq; ab ea nullus excusatur. Imò verò ecclesia excusatur patrimonium résve priuata principis & viri illustres, atque alij quidam in dignitate positi. Quamobrem puto hanc legem de speciali quodam superindicto accipiendam esse, quod imperauerint Honorius & Theodosius, non de quolibet.

II. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. DARIO PP. Particulari delegationum notitia ante indictionis exordium singulis transmissa prouinciis, collationis modum à possessoribus

E multo ante prospectum deuotionis solitæ, non subditis calumniis tua sublimitas faciat imputari: vt & prouincialibus subeundi dispendij necessitas auferatur, & officiis inferendi damna licentia denegetur. DAT. V. KAL. SEPT. APAMIÆ ISIDORO ET SENATORE COSS.

Deuotionis.] legendum, *deuotioni*. τῇ καθοσιώσει. Calumniis.] Calumniæ species quædam est subito exigere prouinciales nec præmonere. Est igitur præmittenda delegationis formula ante indictionis tempus. quod & Iustinianus constituit in No. 128. Dispendij.] propter improuisam exactionem.

F

## *De superindicto.* *Tit.* 18.

I. IMPPP. GRATIANVS VALENT. ET THEODOS. AAA. AD PROCOSS. VICARIOS ET OMNES RECTORES. Nihil superindictorum nomine ad solas præfecturæ literas quisquam prouincialis exsoluat, neque vllius omnino indictionis titulus etiam solennis

G immineat: nisi cum nostro confirmata iudicio, & imperialibus nexa præceptis sedis amplissimæ deposcat indictio, & cogat exactio. DAT. VII. KAL. IVN. MED. ANTONIO ET SYAGRIO COSS.

in Rep. tam pestiferum, quàm delator aut sycophanta curiosus. Statutorum.] constitutionū.d.l.1. A

V. IMP. CONSTANTINVS A. AD PROVINCIALES.

Omnes iudices inuigilare præcipimus, delatores sine fisci aduocato denunciantes pœnis afficere. apertissimi enim iuris est, vt quod ex cuiusque patrimonio ceciderit in casum, & legibus & recto iuris ordine, fisci aduocatis agentibus, vindicetur. Sed quia nonnulli præcipites secundum ius possessa patrimonia deferre non cessant, damus omnibus licentiam, qui se læsos existimant, contra delatores seueritatem iudicum implorare ferro districtam. DAT. XI. KAL. APR. CP. CONSTANTIO ET ALBINO COSS. B

Ferro puniuntur qui sine fisci aduocato deferunt bona caduca. Euellendam linguam esse ex Codice Theodosiano Accursius tradit, quod auditione didicerat non lectione. neque enim legendi eius studiosus fuit: cui similes sunt stupidi hodie complures. Verè tamen id Accursio perlatum est l.2.C.Th. de petit. & vltro da. Hoc etiam in eodem Codice inuenitur constitutum in odium delatorum, vt si idem delator etiam in binis causis tertiò fuerit inuentus, capite puniatur. l.2.13.18. C. Th. eod. tit. quòd scilicet tam deferendi studium quæstum exercere videatur.] Ceciderint in casum.] & inde caduca. Simili forma cadere in commissum dicimus. Strabo XVI. [illegible] Præcipites.] sine aduocato fisci, sine quo ne à præside quidem rectè fit bonorum vacantium perquisitio. l.vlt. §. tit. prox. nec à catholico vel comite priuati ærarij, qui iudices sunt causarum fiscalium. l.vlt. §. de adu. fis. l.vlt. j. hoc tit. Hunc primus instituit Adrianus, non M. Antoninus. Procuratores Augustus, vt Dio scribit, qui ἐπιτρόπους vocat lib. LIII. C

VI. IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. PANHELLENIO CONSVLARI LYDIÆ. Seruum domini delatorem iubemus in exemplum omnium proditorum seuerissimæ sententiæ subiugari, etiam si obiecta probauerit, excepto crimine maiestatis. DAT. VII. KAL. NOVEMB. CP. ANTONIO ET SYAGRIO COSS. D

Seruus deferens dominum proditor est potius quàm delator: ideoque vt illius exemplo ceteri terreantur, grauissima is pœna veluti igne consumendus est, etiam si vera detulerit. l.vlt. j. Excepto.] l.pen. §. qui acc. non pos. At Tacitus Imperator ne in causa maiestatis quidem seruos in dominorum capita audiendos censuit auctore Vopisco. Desunt hoc loco duæ constitutiones Græcæ. Prima sententia ex libris βασιλικῶν hæc est. E

VII. ΟΥΤΕ οἰκέτῃ οὔτε ἐλευθέρῳ ἔξεστι καταμηνύειν ὅθεν μηδεὶς εὐλαβείσθω μήτε θάνατον μήτε οὐσίας ἀφαίρεσιν. εἰ δέ τις ἢ ἄλλως πῶς καταμηνύσει τινὰ ἢ ὡς εὑρόντα θησαυρὸν διαβάλει, οἰκέτης μὲν ὢν παραχρῆμα διδόσθω πυρὶ, καὶ μάλιστα εἰ τοῦ δεσπότου κατηγορεῖ. ἐλεύθερος δὲ ὑπάρχων καὶ τῆς οὐσίας ἐκπιπτέτω καὶ τῆς πολιτείας ἔξω τῶν ὅρων τῆς ῥωμαϊκῆς γινέσθω βασιλείας. Neque seruo neque libero licet deferre id ex quo vitæ vel omnium bonorum amissionem nemo pertimescit. Quòd si quis alia quauis ratione quem deferat, puta quòd thesaurum inuenerit, seruus quidem confestim tradatur igni, præsertim si dominum deferat, liber bonis ademptis deportetur. F

Valde sunt hac constitutione rescisæ delationum causæ, quæ recensentur in l.1. D. de iure fis. & est huic similis quædam lib. VI. βασιλικῶν. tit. 1. cap. CIIII. quæ desideratur libro primo. Ea porrò cautū est vt ne Comes rerum priuatarum vel alius quiuis magistratus vrbanus vel prouincialis quemquā admittat deferentem alium quendam thesaurum inuenisse. Vt tamen eum admittat qui rem vel hereditatem ad fiscum pertinentem ab alio detineri nuntiat dato fideiussore ad summam v. librarum auri, quo caueat se rem executurū & probaturum. Et vt ne ante sententiam ex scripto latam sigilla rebus delatis imprimantur vel aliud quidquā innouetur. Eam proponam συνοπτικῶς vt est in eo libro. G

Μήτε

A Μήτε ὁ κόμης τῶν ἰδικῶν πριουάτας μήτε τις ἕτερος τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἢ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἀρχόντων τὸν περὶ θησαυροῦ καταμηνύοντα προσδεχέσθω. εἰ δέ περί τινος ἑτέρου φισκάλιον προσαγγέλλει ὑπὸ ἔγγυον εὐθὺς ἐχέτω ἐκεῖνος ὁ λιτρῶν γενέσθω καὶ μήτις σφραγὶς ἢ ἀναγραφὴ ἢ καρπισμὸς ὁ τυχὼν ἐπὶ τοῖς προσαγγελθεῖσι προστεχνάσθω πράγμασι πρὸ διακρίσεως ἐγγράφου. Sequuntur alterius Constitutionis, quæ in hoc titulo desideratur, verba.

VII. ΜΗ ἐξέστω τοῖς τοῦ δημοσίου συνηγόροις λέγειν ὡς περιηχήθησάν τινα κατέχειν δημόσια καὶ διὰ ταύτης τῆς ἀφανοῦς κατηγορίας ἐπιβουλεύειν ἑτέροις, ἀλλὰ καὶ ὁ καταμηνυτὴς παρέστω, καὶ ἡ ποιότης αὐτοῦ σκοπείσθω, καὶ μηδὲ υἱὸς πατέρα ἢ μητέρα, ἢ ἀπελεύB θερος πάτρωνα ἐπὶ δημοσίοις καταμηνυέτω, μηδὲ ὁ ἐξορίαν ὑπομείνας, ἢ ἐπὶ συκοφαντίᾳ καταλειφθείς, ἢ πληγὰς παρὰ τοῦ ἄρχοντος δεξάμενος. μηδὲ ἕτερον πρόσωπον ἀπὸ νόμου εἰργόμενον ἀκουέσθω. οἰκέτης δὲ ἢ ἐπὶ δημοσίᾳ αἰτίᾳ, ἢ ἐπὶ ἄλλῃ τινὶ τοῦ δεσπότου κατηγορῶν ἐν αὐτῷ τῷ φθέγγεσθαι τὴν κατηγορίαν ἀποτεμνέσθω, εἰ καὶ ἀληθεύει κατὰ τοῦ δεσπότου. καὶ ἡ σχολὴ δὲ τῶν παλατίνων ἐὰν καταμηνύσῃ τινὸς (μόνη γὰρ αὕτη καὶ δύναται καταμηνύειν καὶ ἀναγκάζεται) ἢ καὶ ἕτερος ὁ ἐκ τοῦ νόμου συγχωρούμενος μνημονευέτω τοῦ καταμηνύοντος ὁ τοῦ δημοσίου προεστὼς καὶ εἰ μὲν ἐπὶ τῆς βασιλίδος πόλεώς ἐστιν ὁ καταμηνυθεὶς ἐκ διαC λαλιᾶς τοῦ κόμητος τῶν ἰδικῶν ὑπομιμνησκέσθω καὶ μηδὲν πλέον πάσῃ τῇ τῶν παλατίνων σχολῇ καὶ τῷ κατὰ καιρὸν πριμικηρίῳ, καὶ τοῖς τοῦ δημοσίου συνηγόροις διδότω τῶν τεσσάρων ΝΝ μήτε ὑπὲρ τῆς ὑπομνήσεως μήτε ὑπὲρ προβολῆς τοῦ τελείως. καθικάσθω δὲ διάγωσιν τὰ νενομισμένα δαπανήματα ἐν τῷ εἰρημένῳ δικαστηρίῳ παρεχέτω, καὶ ὑπὲρ τῆς διαγνώσεως αὐτῆς καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν πεπραγμένων ἐκλήψεως, καὶ ἀνεύθυνος μὲν οὖν ἀπαλλαττέσθω τῆς δίκης. εἰ δὲ ὑπεύθυνος φανείη μὴ αὐτὰ μόνα ἅπερ ἔχων εὑρίσκεται πράγματα, ἢ τὸ χρέος ὅπερ ἐχρεώστει ἀποδιδότω, ἀλλὰ καὶ τὰ σύμβαντα τῷ ταμείῳ δαD πανήματα ἐν διπλασίονι διδότω ὑπὲρ ὧν μάτην ἐδικάσατο. ἐὰν δὲ πράγματα μόνα καταμηνύεται ὡς διαφέροντα τῷ ἱερωτάτῳ ταμείῳ, ἀγνοεῖται δὲ ὁ ταῦτα διακρατῶν, καὶ ἐν τῇ βασιλίδι πόλει τὰ πράγματα ἢ ὑπὸ τὴν αὐτῆς ἐνορίαν, ἢ ἀκινήτοις μὲν οὖσιν αὐτοῖς μὴ ἐπιβαλλέτω τίτλους ἡ σχολὴ τῶν παλατίνων, μήτε ἐπιβαινέτω αὐτοῖς, ἀλλὰ προγράμματα προτιθέτω ὁ κόμης τῶν ἰδιοκλήτων τοῦ βασιλέως ἐν τοῖς περιφανέσι τόποις τῆς βασιλίδος, καὶ ἐν οἷς τὰ πράγματα διάκειται, ἐπιτρέπων ἑκάστῳ ἀντιποιουμένῳ τούτων τῶν πραγμάτων ἔσω τριάκοντα ἡμερῶν καταλαμβάνειν τὸ αὐτοῦ δικαστήριον, καὶ συνιστᾶν τοῖς ἑαυτοῦ δικαίοις ἐπὶ ταῖς εἰρημέναις δαπάναις εἴτε αὐτὸς ὁ κατέχων τὰ πράγματα βούλεται ἀπαντῆσαι, εἴτε φίλος αὐτοῦ, εἴτε οἰκέτης, εἴτε ἀπελεύθερος ὅταν ἄπεισιν ὁ τῇ ἀληθείᾳ ταῦτα κατέχων πληρουμένων καὶ ἐπὶ αὐτῷ πάντων ὅσα περὶ τοῦ φύλακος τῆς νομῆς νενομοθέτηται. ἐὰν δὲ μήτε αὐτὸς ὁ τῆς ὑποθέσεως κύριος, μήτε ἐντολεὺς αὐτοῦ νεμόμενος, μήτε φύλαξ τῆς νομῆς φανείη ἔσω τριάκοντα ἡμερῶν, καὶ τοῦτ' αὐτὸ γένηται δῆλον ἐν ὑπομνήμασι γινέσθω μὲν ἐπὶ νομῆς τῶν πραγμάτων τὸ ταμεῖον, μηδενὸς προκειμένου ἐπαγομένου τῷ κυρίῳ τῶν πραγμάτων ἐν ταῖς ἁρμοζούσαις αὐτῷ περὶ τούτων δικαιολογίαις. εἰ δὲ κινητὰ ἢ αὐτοκίνητα εἴη τὰ F καταγγελθέντα πράγματα, μηδὲ ταῦτα κατεχέτω τις προσωπικῶς ἀλλ' ἀναζητείσθω ὁ ταῦτα νεμόμενος καὶ ὑπομνησθεὶς ἀγωνιζέσθω τὴν δίκην ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις δαπανήμασι καὶ ὅροις. διὰ δὲ πάντων τῶν ἐννόμων τρόπων, καὶ ἀποδείξεων ἐγγράφων, ἢ καὶ ἀγράφων ἀνερευνάσθω τὰ πράγματα καὶ διὰ τῶν δυναμένων εἰδέναι τὸ ἀληθὲς προσώπων, εἰδότος τοῦ ἐναγομένου ὡς ἐὰν ἡττηθῇ οὐ μόνον τὰ περὶ τὴν δίκην γινόμενα δαπανήματα ἀπαιτηθήσεται ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ πράγματα παρ' αὐτῷ φανέντα καὶ τὴν τούτων διατίμησιν. ταῦτα καθόλου περὶ τῶν δημοσίων πραγμάτων ἡ διάταξις νομοθετήσασα ἐπιφέρει λοιπὸν ἰδικὴν νομοG θεσίαν περὶ τῶν διὰ τυραννίδα δημευομένων λέγουσα τοὺς ἐπὶ τούτοις καταμηνύοντας μηδὲ μηνυτὴν καλεῖσθαι, ἀλλὰ ἑτοίμως προσέχεσθαι καὶ εἰ μὲν συκοφαντήσωσιν οἱ προσαγγείλαντες ὁμοίως τοῖς ἄλλοις μηνυταῖς αὐτοὺς τιμωρεῖσθαι. ἐὰν δὲ διελέγξωσι τὰ μηνυθέντα μὴ μόνον

C ἀπαλ

ἀπαλλάττεσθαι τῆς τιμωρίας, ἀλλὰ καὶ ὀγδόην μοῖραν τῶν προσαγγελθέντων πραγμάτων αὐτοὺς κομίζεσθαι, τοὺς δὲ καταγγελθέντας ἐὰν μὲν τὰ παρ' αὐτῶν κατεχόμενα πράγματα ἤτοι ἡ οὐσία πᾶσα ἐλάττων εἴη τῶν πεντήκοντα τοῦ χρυσίου λιτρῶν πρὸς τὴν διατίμησιν αὐτῶν τὰς ἐγγύας διδόναι, εἰ δὲ ὑπερβαίνει τὰς πεντήκοντα λίτρας ἄχρι μὲν τῶν πεντήκοντα παρέχειν καὶ αὐτοὺς τὰς ἐγγύας, ὑπὲρ δὲ τῆς λοιπῆς ποσότητος διομνύσθαι προστεθείσας ἐν τῇ ἐξωμοσίᾳ ὡς παρεδρεύσωσι τῷ δικαστηρίῳ αὐτοὶ ἢ οἱ τούτων ἐντολεῖς καὶ οὐκ ἀπολειφθήσονται τοῦ δικαστηρίου τῶν θείων ἰδικῶν τοῦ βασιλέως, ἐὰν δὲ μετὰ τὴν ἐξωμοσίαν ἀπολειφθέντες τρίτον κληθῶσιν ἑκάστης κλήσεως ὑπὲρ δέκα ἡμέρας γινομένης, γένηται δὲ καὶ τρία κατ' αὐτῶν κηρύγματα, καὶ μήτε οὕτως φανῶσιν αὐτοὶ ἢ οἱ ἐντολεῖς αὐτῶν ἢ διεκδικηταί, ἐπιβαινέτω μὲν τοῖς πράγμασι τὸ ἱερώτατον ταμιεῖον, φυλάττεσθαι δὲ τὸ ἀπόκριτον τοῖς ἀπολιμπανομένοις. εἰ δὲ τὰ προσαγγελθέντα πράγματα ἐν ἐπαρχίᾳ διάκειται καὶ ἢ ἀφ' ἑαυτοῦ κινούμενος ὁ τῆς ἐπαρχίας ἄρχων ἢ ἐκ προστάξεως τοῦ κόμητος τῶν ἰδικῶν τοῦ βασιλέως ἐξετάζει τὴν ὑπόθεσιν μηδὲν ταραχῶδες μηδὲ βίαιον γινέσθω, ἀλλὰ τὰ μὲν δαπανήματα τῆς δίκης εἰς τὸ τρίτον μέρος τῶν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει γινομένων παρεχέσθω. ἕκαστος δὲ προσαγγέλλων, ἢ τῷ κόμητι τῶν θείων ἰδικῶν τοῦ βασιλέως, ἢ τῇ σχολῇ τῶν παλατίνων, ἢ τοῖς λαμπροτάτοις τοῦ δημοσίου συνηγόροις, ἢ τοῖς λαμπροτάτοις ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν γινωσκέτω ὡς εἴτε ἀπατεών τῇ δίκῃ φανείη συκοφάντης εἴτε ἀποστῇ τῆς κατηγορίας. καὶ ἀφανὴς γένοιτο σύμμετρον μὲν ἔχων περιουσίαν καὶ μὴ διδοὺς τὴν ἐν αὐτῇ τιμωρίαν, καὶ πληγὰς βαρυτάτας ὑπομένει, καὶ διηνεκῶς ἐξορίζεται. ἐὰν δὲ στρατείαν ἔχῃ ἢ σεμνὸν ἐπιτήδευμα ἢ περιουσίαν ἀρκοῦσαν, ἐκπίπτει καὶ τῆς στρατείας καὶ τῆς οὐσίας καὶ οὐδὲ τὴν βασιλίδα πόλιν οὐδὲ τὴν ἐπαρχίαν οἰκῆσαι συγχωρεῖται παραφυλαττόντων τὸν νόμον τοῦ τε κόμητος τῶν ἰδικῶν τοῦ βασιλέως καὶ τῆς πειθομένης αὐτῷ σχολῆς, καὶ τοῦ παραβαίνοντες αὐτὸν ἐφ' ἑκάστῳ κεφαλαίῳ πεντήκοντα χρυσίου λίτρας πρόστιμον ἀπαιτούμενοι. εἰ δὲ ἐν ἐπαρχίᾳ παραβαθείη τι τούτων ἐφ' ἑκάστῃ αἰτίᾳ ἀνὰ τριάκοντα χρυσίου λιτρῶν, καὶ οἱ τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες, καὶ αἱ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς ἀπαιτείσθωσαν. ἵνα δὲ τὰ τῶν προστίμων τούτων μὴ λανθάνῃ ἔξεστι καὶ αὐτοῖς τοῖς ἠδικημένοις καταμηνύειν τὸν παραβάντα τὸν νόμον καὶ προσαγγέλλειν τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ ἢ τῷ ἐνδοξοτάτῳ μαγίστρῳ ἀζημίως ἵνα ταῦτα δι' αὐτοῦ μανθάνων ὁ βασιλεὺς αὐτὸς τῷ μαγίστρῳ τὴν τῶν προστίμων ἀπαίτησιν ἐπιτρέψῃ. Ne liceat fisci patronis dicere ad se perlatum quendam detinere bona fiscalia, atque ita non apparente accusatore alios insidiis appetere, sed delator exhibeatur & eius qualitas spectetur: & neque filius patrem aut matrem, aut libertus patronum ex causa bonorum fiscalium deferat, neque exul vel calumniæ causa damnatus vel fustibus à præside cæsus vel alius quilibet iure prohibitus audiatur. Seruo autem vel in fiscali causa vel in alia qualibet dominum accusanti in ipso loquendi conatu vox intercidatur, etiam si vera deferat. Schola palatinorum si quem detulerit (hæc enim sola deferre potest & cogitur) vel etiam alius cui id iure conceditur, meminerit deferentis fisci præpositus, & si quidem est in regia vrbe is qui delatus est, ex interlocutione Comitis priuatarum conueniatur, nec amplius quàm solidos quatuor det palatinorum scholæ, & pro tempore primicerio, & fisci patronis pro conuentione vel productione procuratoris. In singulam verò cognitionem solemnes sumptus supradicto iudicio & pro cognitione ipsa præbeat & pro actorum exceptione, & si quidem obnoxius non sit absoluatur: obnoxius verò non solùm res quas habet vel pecunias quas debet reddat, sed & sumptus à fisco factos in duplum cum quo frustra

litiga

A litigauit. Sed si res solæ deferantur quasi pertinentes ad sacratissimũ ærarium, nec sciatur quis eas detineat, sintque in hac regia vrbe vel continentibus & immobiles, ne eis schola palatinorum titulos imponat nec eas occupet, sed edicta proponat Comes rerum priuatarum in celeberrimis locis vrbis, & in quibus res consistunt, permittens aduersario cuilibet iis de rebus apud se iudicium suscipere intra dies xxx. & sub iam dictis sumptibus de suo iure contendere, siue ipse possessor voluerit iu-
B dicio occurrere, siue eo reuera absente amicus eius vel seruus vel libertus, impletis etiam hac in re omnibus quæ de custode possessionis lege cauta sunt. Quòd si neque ipse dominus litis neque procurator eius posſidens neque possessionis custos compareat intra dies xxx. idque actis fiat manifestum, mittatur fiscus in possessionem rerum, nullo præiudicio domino inferendo quantum pertinet ad allegationes sibi competentes. At si res illæ mobiles vel mouentes sint, non occupentur etiam temere,
C sed requiratur earum possessor, & admonitus causam suam agat sumptibus & legibus supradictis. Omnibus autem legitimis modis & probationibus scriptis vel non scriptis perscrutari res oportet, & ab iis personis qui veritatem scire possint, sciente reo si succubuerit, non modò litis sumptus à se exactum iri, sed & res quas habere eum patuerit & æstimationem earum, id est, duplum. His summatim de fiscalibus rebus constitutione comprehensis, subiicit postea legem specialem de iis quæ ob
D crimen maiestatis confiscata sunt, vt eorum nunciator, delator non vocetur, sed promptè suscipiatur; si calumniatus fuerit, vt perinde puniatur ac ceteri delatores, si obiecta probauerit, non solùm pœna liberetur, sed & octauam partem bonorum quæ denunciauit ferat. Et eorum qui denunciati sunt si substantia omnis minor sit L. librarum auri, vt de æstimatione eius fideiussores dent. Si maior, vt etiam vsque ad eam summam L. librarum fideiussores dent: in reliquam quantitatem iurijurando
E committantur adiicientes se vel procuratores suos adfuturos in iudicio Comitis priuatarum, neque id deserturos. Id post iuratoriam cautionem deserentes, trinis edictis vocari, decem dierum spatio intermisso, ac tum si nec ipsi nec procuratores vel defensores eorum adfuerint, bona fiscum occupare, reseruata absentibus defensionis facultate. Ceterùm si res in prouincia constitutæ sint, litemque præses prouinciæ vltro vel ex præcepto Comitis priuatarum disceptet, nihil turbidè, nihil violen-
F ter fieri oportere, sumptus qui fiunt in regia vrbe pro tertia parte in litem præberi. Quisquis verò defert Comiti priuatarum vel scholæ palatinorum vel clarissimis fisci patronis vel clarissimis præsidibus prouinciarum, vt sciat siue in lite perseuerans calumniator apparuerit siue destiterit & latitauerit, mediocres quidem facultates habentem nec de earum amissione sollicitum, grauissimis verberibus subditum se perpetuò relegatum iri. Sin verò militiam vel honestum aliquod vitæ institutum
G vel idoneas facultates habuerit, ei militia & bonis ablatis, regia vrbe vel prouincia interdictum iri. Vt hanc legem conseruet Comes priuatarum & quæ ei obsequitur schola. In singula capita quæ quis violauerit nihil-

tam esse L. librarum auri. In prouincia autem si quid horũ neglectum fuerit, in singulas causas x x x. auri libras præsides prouinciarum & eorum officia sigillatim exigi. Hanc multam ne quis effugiat, licere iniuria affectis legis violatores ad piissimum principem deferre, vel ad gloriosissimum magistrum sine damno, vt hac recognita, princeps magistro multæ exactionem committat.

Quod initio proponitur summè notandum est, ne cuiquam fisci patronus quasi possessori rerum fiscalium molestiam inferat non exhibito delatore. Patronus fisci, & delatoris quodam modo est patronus. l. 5. §. aduocatum. D. de iis quæ vt ind. auf. sine dilatore si agat. ipse delator est potius, quàm fisci patronus. De eo scribentes citant l. vlt. D. de iu. fis. quæ est de procuratore Patrõino non de patrono. Quod de iis qui deferre non possunt, congruit cum l. deferre. D. de iu. fis. & aliis quibusdam: quibus adiiciendi sunt conductores, procuratores, actores prædiorum fiscalium. l. 1. J. de conduc. & procur. Quod de seruo, cum l. pen. §. qui accus. non pos. Quod de x x x. diebus, idem relatum est in Eustathij libro de temporibus adducta hac lege, iis verbis. διὰ λ' ἡμερῶν ὀφείλει παρ-ςαθῆν ὁ διακατέχων φισκάλια ἀκίνητα πράγματα ὡς β' / τοῦ κεφαλαίου τ' ἰὰ δὲ τ' πλωτῆρα. Quod de octauæ partis præmio, idem ex hac lege Harmenopulus scripsit lib. 1. Epit. tit. v. Quod de x. dierum interuallo, congruit cum l. per interuallum. D. de iudic. l. properandum. §. eod. Est tamen Nouella immutatum. Quod de custode possessionis, pertinere videtur ad l. vlt. §. de adq. pos. l. meminerint. §. vnde vi. l. 1. §. si per vim vel alio modo. In fine puto magistrum officiorum significari.

## *De petitionibus bonorum sublatis.* *Tit. 12.*

Veteres libri, De petitis, non malè. nam & petita dixere pro petitionibus, sicut indicta & æstimata & nota. Suidas, πετῖτα, ῥωμαϊκὴ λέξις. σημαίνει δὲ γνώρισμα αἰτήσεως.

I. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEOD. AAA. EVTROPIO PP. Quisquis in crimine maiestatis depræhensus fuerit & punitus, bonaque eius (sicut plectendi consuetudo criminis habet) fiscus inuaserit: nullus eadem sub specie munificentiæ principalis audeat proprio iuri poscere. qui cõtra legem id ausus fuerit sperare quod non licet, reus violatæ legis habeatur. Sed quoniam plerunque ita in nonnullis inuerecunda petentium inhiatione constringimur, vt etiam non concedenda tribuamus: ne rescripto quidem nostro aduersus formam latæ legis loci aliquid relinquatur. Si quid autem ex bonis talibus nostro iudicio, nullo tamen desiderante atq; poscente, concedi cuiquã voluerimus, huiusmodi tantum valeat liberalitas. DAT. XVI. KAL. DEC. THESSALONICÆ GRATIANO V. ET THEODOSIO AA. COSS.

Proscriptorum bona peti non posse, vltro dari posse. Tantum igitur abest, vt viuentium qui nondum damnati sunt bona peti possint, vt nec mortuorum & damnatorum bona honestè petantur. Sub specie.] legendum, sub spe. & ideo mox, *Qui contra legem*, inquit, *id ausus fuerit sperare*. Violatæ legis.] Sacrilegij. l. 1. J. vt dig. ordo ser. l. 13. J. de erog. mil. an.

II. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. FLORENTIO PP. Omne semen alienas appetendi fortunas stirpitus eruere cupientes, nulli deinceps volumus petitionis rerum esse licentiam. Et si intestatus quisquam quædamve, ac nullis ex numero propinquorum existentibus, vel vxore vel marito, fati munus impleuerit, cuiuscunque sit conditionis aut sectæ, seu quolibet titulo res fuerit fiscalis; nemo audeat ad petitionem rerum defuncti defunctæue, cuiuscun-

que

A que fortunæ aut ſectæ ſit, ſi fiſco noſtro locus pateat, adſpirare: cùm ne illis quidem, quorum actu atque officio petitionum procedebat effectus, impune liceat ſanctionibus noſtris aduerſari. Sed vir illuſtris quidem cuiuſcunque temporis quæſtor, ſi oblatæ petitioni ſubſcripſerit, vel etiam reſponſum dederit: virque illuſtris comes rerum priuatarum, ſi vel inſtrui permiſerit, vel petitionem, ſi qua inſinuatur, admiſerit: indignationem noſtri numinis ſuſtinebit, ceteriſque fiet vindictæ & B temeritatis exemplum. Memoriales verò qui excipienda huiuſmodi reſcripta vel implenda curauerint: & palatinos qui inſtruxerint vel geſta admiſſæ petitionis ediderint, bonorum proſcriptione puniri decernimus. Pari forma res etiam ciuiles & ad ius publicum pertinentes ab omni petitione muniendas eſſe cenſemus: ſcilicet, nec pragmatica iuſſione, vel ſacra adnotatione, vel quolibet oraculo diuino, ſeu mandatis (ſi qua contra hanc ſanctionem noſtram fuerint impetrata) quodcunque ro- C boris habere valituris. DAT. XI. KAL. MAII THEODOSIO A. XVIII. ET ALBINO COSS.

Hæc eſt Nouella Valentiniani de competitionibus, qua definitur vacantia bona, & generaliter res fiſci aut reip. peti non poſſe. Puniri quæſtorem, comitem rerum priuatarum, memoriales, palatinos quorum interuentu vel opera tales petitiones admiſſæ & inſtructæ fuerint. Quæſtor ſacri palatij petitionibus ſubſcribebat vel etiam reſponſa reddebat, &, vt hoc loco omne eius officium paucis exequar, leges dictabat preceſq; ac reſponſa ſubnotabat, vt conſtat ex Notitia Rom. Imp. & No. 53. & 114. l. vlt. ȝ. de diu. reſ. Symmachus ad Auſonium: Quæſtor es, memini: conſilij regalis par- D ticeps, ſcio: precum conditor, recognoſco. & alio loco: Te magis quæſturæ honos & condendarum ſanctionum vſus exercuit. Procopius 1. de bel. Perſ. οἱ μὲν πρόσλος ἐκάλουν ὃς βασιλεῖ τότε παρήδρευε τὴν τοῦ καλουμένου κοιαίστωρος ἀρχὴν ἔχων ἀνὴρ δίκαιος, δι' οὗ τοῦ νόμον τινὰ ἐναντίως ἔγραφεν. & alio loco: Τριβωνιανὸς βασιλεῖ πάρεδρος, κοιαίστωρα τοῦτον καλοῦσι ῥωμαῖοι. His verò de cauſis quæſtor iuſtitiæ & legum cuſtos appellatur, & theſaurus famæ publicæ & armarium legum in No. Valentin. De homic. caſ. fac. & à Caſſiodoro duobus aut tribus locis. denique is planè eſt quæſtor quem in aula Cancellarium appellamus. quod, iis ſi iungatur, quæ ad l. vlt. ȷ. de diſcuſ. reiicimus, liquidò conſtabit. His porrò verbis quæſtor reſcriptis & conſtitutionibus ſubſcribebat, QVAESTOR LEGI, addita die, vt in Conſtitutionibus Iuſtini & Tiberij de adſcriptitiis. Præcedebat ſubſcriptio princi- E pis addita etiam die. quod iis verbis ſignificatur in No. Valētiniani de hom. caſ. fac. ET MANV DIVINA. DIVINITAS TE SERVET PER MVLTOS ANNOS. & No. de ind. reliq. quod tamen deeſt in impreſſis. ET MANV DIVINA. OPTAMVS VOS FELICISSIMOS, &c. Addebatur etiā dies quo is ad quem dirigeretur cōſtitutio, eam accepiſſet, & quo fuiſſet antelata, id eſt, programmate propoſita. l. 27. C. Th. de iis qui ſuper rel. cont. ideoq; in vna nonnunquam & eadem Conſtitutione quatuor dies iis verbis ſubnotatos inuenias, Data, Subſcripta, Accepta, Antelata, vel Lecta vel Allegata. Etiam illud adiiciam eundem morem poſteriores Imperatores retinuiſſe, vt & ipſi ſubſcriberēt conſtitutionibus & chartularius cubiculi, quem vocarunt τὸν ἐπὶ κανικλείου. Habemus ſanè conſtitutionem quandam Manuelis hac ſubſcriptione. εἶχε τὸ σιγίλλιον κανίκλειον καὶ τῆς βασιλείας ταυτηλὶ Μανουὴλ ἐν χῷ τῷ θῷ πιστὸς βασιλεὺς πορφυρογέννητος καὶ αὐτοκράτωρ ῥωμαίων ὁ κομνηνός. F καὶ κάτωθεν ἀποκρεμάμενον βούλλαν χρυσῆν διὰ μετάξης ὀξέας καὶ ἔξωθεν. τὸ διὰ τοῦ ἐπὶ κανικλείου καὶ διηκονοῦντος Θεοδώρου τοῦ ... Sed ad rem. Ad quæſtorem pertinebant memoriales, id eſt, vt Græci interpretātur hoc loco, οἱ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι, & ad l. eos. ȷ. de exc. mun. οἱ τῶν ὑπομνημάτων πάντων, & ad l. 5. ȷ. qui mil. poſſ. τῶν ὑπομνημάτων φύλακες, qui leges & reſcripta excipiebant & implebant, id eſt, perſcribebāt aut perſcribi curabant. Eorum obſequio res quæſtoria agi dicitur in l. vlti. ȷ. de prox. ſac. ſcr. rectè. erant namque adiutores quæſtoris & ex diuerſis ſcriniis aſſumebantur, vt in eo titulo fuſius demonſtraturi ſumus. Comes rerum priuatarum iudex erat & gubernator priuatæ ſubſtantiæ principis, ex qua cenſebātur vacantia, caduca, & iis ſimilia. l. vlt. ȝ. tit. prox. l. 3. l. vlt. ȝ. de bo. vac. l. vlt. ȝ. de fide haſtæ fiſ. Eius apparitores Palatini appellantur, quorum interuentu competitiones inſtruebātur & inſinuabātur comiti. quod hæc lex in poſterum fieri vetat. Quiſquam quædamve.] Vet. quiſquam quæquámve. Res etiam ciuiles.] Res ciuiles ſunt quæ ad Remp. vel ciui- G tatem pertinēt, veluti opera publica. l. ſi aliquando. ȝ. de op. pub. ſecundum quam eſt apud Caſſiodorum lib. VII. formula de Competitoribus. Earum verò rerum arbitrium Imperatores ſibi vindicabant, atque ideo petebātur ab Imperatore priuſquam hæc Nouella competitiones ſuſtuliſſet, & ita cùm olim fuiſſet ærarium diuiſum à fiſco; qua ex cauſa Frontinus de aquæductibus, commoda publicæ familiæ ex ærario, Cæſaris ex fiſco dari ait, ærario tamen & primus omnium Imp. Augu-

ſtus abutebatur,atq; vt Dio ſcribit lib.LIII.λόγῳ erant hæc duo diſtincta,non ἔργῳ. Pragmatica.] A Pragmatica fit de conſilij ſententia ſolenniter ſuggeſtione aliena precibúſve.l.vlt.j.de prox. ſac. ſcri. Adnotatio ad libellum breuiter annotato nomine principis, vt in No. Valent.de hom.cau. fac. in qua illud ſingulare eſt quo vtimur, ſine adnotatione principis cædem caſu vel ſui tuendi cauſa factam non purgari, quod confirmatur hoc Philonis loco 1.de vita Moſis: ὁ κτείνων ἄνθρωπον εἰ καὶ δικαίως καὶ ἀμυνόμενος καὶ βιασθεὶς, ὑπαίτιος εἶναι δοκεῖ διὰ τὴν ἀνωτάτω καὶ κοινὴν συγγένειαν. Sic verò iudex aliàs per adnotationem, aliàs cognitionaliter lites diſceptat, No.86. Adnotationem ita definit Theodorus: παρασημειώσεις ἐστὶν ἢ τὰ κυριώτερα τῶν λαλουμένων περιλαμβάνοντα καὶ γράφοντα ταῦτα ὡς ἐν συνόψει καὶ δι' ὀλίγων, ὁποῖα εἴθισμεν ὄντα παλαιὰ βασιλικὰ σημειώματα. Oraculo diuino.] Simplici iuſſione principis ſubnotata à quæſtore ſolo vel magiſtro ſcriniorum. Mandatis.] hæc citra ſuggeſtionem aut libellum dantur.l.vlt.j.de colla.don.& quidem ſi vltro, rectè.l.1.§.ſi tacita alterius competitione, non rectè. B

## *De ijs qui ſe deferunt.* *Tit. 13.*

I. IMP. CONSTANTINVS A. RATIONALI HISPANIARVM. Is cuius tacitæ fidei commiſſa fuerit hereditas, ſtatim officio grauitatis tuæ nunciet & geſta prodat, & continuò quod actum fuerit renunciet: & poſt hanc fidem, tertiam ex omnibus defuncti bonis percipiat portionem. Quòd ſi ab vxore defuncti iſtud ad officium deuotionis tuæ fuerit reuelatum: ipſa etiam quam defunctus eſſe voluit heredem (ſi geſta apparuerint) tali præmio mancipetur, vt ex omni patrimonio medium conſequatur, & cum fiſco noſtro celebret diuiſionem, id etiam habitura priuilegium, vt prior eligat optionem. & tunc occultator ille geſtorum fiſci & mulieris pariter inimicus, exutus omni patrimonio ſuo, ac fiſco vindicato, in inſulam deportetur. DAT. ID. MART. GALLICANO ET BASSO COSS. C D

Delatores aut alios deferunt aut ſeipſos. Si alios deferant neque calumnientur, pro præmio eorum quæ denunciarunt certam partem ferunt, veluti quartam aut octauam. Si ſeipſos deferant, vt ſi is cui tacitè fideicommiſſaria hereditas relicta eſt profiteatur ſe capere non poſſe, ei datur pro præmio dimidia pars ex edicto Traiani, vel aſſis ſi nondum quicquam reſtitutum ſit, vel dodrantis ſi reſtitutus ſit dodrans. quam diſtinctionem comprobat l.edicto. & l. cùm tacitum. D.de iur.fiſc. Quòd ſi heres, à quo tacitè incapaci relicta eſt fideicommiſſaria hereditas, pœnitentia actus ſe detulerit, tertiam partem aſſis habet pro præmio. Maius eſt præmium eorum qui ſe, quàm qui alios deferunt. quo enim difficilius quiſque ſeipſum defert, eo maiore præmio inuitandus eſt. qua ratione etiam fideicommiſſario plus tribuitur præmij quàm heredi. Statim.] poſt apertas tabulas. l.edicto.§.cùm ante.D.de iu.fiſc. Poſt hanc fidem.] quam fiſco præſtitit. Ab vxore.] Dixit de herede, nunc dicit de vxore fideicommiſſaria. Vxor verò eſt incapax ex lege Papia decimaria, ideoq; tacitum fideicommiſſum ei perperam relinquitur. quod etiam indicat l. vlt.in princip.D. de his quæ vt ind. At certè ex conſtitutione l.2.§.de infir.pœ.cœlib.non eſt incapax. Ad officium.] vet.officio, vt §. Ipſa etiam quam defunctus eſſe voluit.] per interpoſitionem tacitæ fidei. Apparuerint.] vet. *aperuerit*. hoc eſt, ſi ſeipſam detulerit. Non poteſt mulier niſi ſeipſam deferre.l.ut.D.de iu.fiſ. Ex omni.] ex aſſe. Imò non niſi ex dodrante ſi, dodrans vxori iam reſtitutus ſit. Quadrans autem deductus ab herede, in fiſcum redigitur. Occultator.] heres admiſſor ſecreti fideicommiſſi. E F

## *Si liberalitatis imperialis ſocius ſine herede deceſſerit.* *Tit. 14.*

In Cod.Th. ſic titulus conceptus eſt, Si petitionis ſocius. At quia petitiones poſteà ſublatæ ſunt, non liberalitates, ita eum inuertit Tribonianus, Si liberalitatis imperialis ſocius. quod idem eadem ratione fecit in l vlt.§.de iur.fiſ.& l.pen.§.de bon.vac. quemadmodum conſtat ex l.30.C.Th.de petitionib.& in multis aliis. G

I. IMP.

A I. IMP. CONSTANTIVS A. ORIONI COM. R. P. Iubemus vt si quis fortè ex his, quibus communiter à nobis aliquid donatum sit, nullo herede relicto decesserit: ad consortem potius solatium, quàm ad personam aliam pars decedentis perueniat. DAT. XV. KAL. IVL. MEDIOLANI PHILIPPO ET SALLIA COSS.

Consors consorti in eo quod donatum est, sine competitione succedit excluso fisco. quod etiam in nauicularis, decurionibus, cohortalibus, militibus, fabricensibus, clericis locum obtinet, tit. B de her.dec.l.si quis presbyter.§.de epis.& cler.

## De thesauris. Tit. 15.

I. IMPP. LEO ET ZENO AA. EPINICO CONSVLARI. Nemo in posterum super requirendo in suo vel alieno loco thesauro, vel super inuento ab alio vel à se, effusis precibus pietatis nostræ benignas C aures audeat molestare. Nam in suis quidem locis vnicuique, dummodo sine sceleratis ac puniendis sacrificiis, aut alia qualibet arte legibus odiosa, thesaurum (id est, condita ab ignotis dominis tempore vetustiore mobilia) quærere, & inuento vti, liberam tribuimus facultatem, ne vlterius dei beneficium inuidiosa calumnia persequatur: cùm superfluum sit hoc precibus postulare, quod iam lege permissum est, & postulanda imperatoriæ maiestatis videatur præuenire liberalitas. In alienis verò terrulis nemo audeat inuitis, imò non volentibus vel ignoran- D tibus dominis, opes abditas suo nomine perscrutari. Quòd si nobis super hoc aliquis crediderit esse supplicandum, aut præter huius legis tenorem in alieno loco thesaurum scrutatus inuenerit: totum hoc locorum domino reddere compellatur, & velut temerator legis saluberrimæ puniatur. Quòd si fortè vel arando vel aliàs terram colendo vel quocunque casu, non studio perscrutandi in alienis locis thesaurum inuenerit: id quod repertum fuerit, dimidia retenta, altera dimidia data, cum E locorum domino partiatur. ita enim eueniet, vt vnusquisque suis fruatur & non inhiet alienis. DAT. VI. ID. OCTOB. LEONE IVNIORE A. COS.

Id est condita.] Cassiodorus v.1. thesaurum definit depositiuam pecuniam quæ longa vetustate competentes dominos amisit. Mobilia.] Legendum monilia, vt in l.2. C. Th. de thesaur. Dei beneficium.] fortunæ donum in l.si is qui.D.de adq.rer.dom. Calumnia.] fisci. nam inuentos thesauros sibi fiscus vindicabat, nisi inuentor eorum retinendorum facultatem impetrasset à fisco. Imò non.] Quidam Cod. Id est non. quod probo. Sic enim tollitur ambiguitas verbi F inuitis. nam inuiti sunt qui nolunt vel qui non volunt. Altera dimidia.] Quid opus fuit hac constitutione cùm iam id esset ab Adriano clarè constitutum? nempe quòd deinde post Adrianum dimidiam loci domino concessam, ad quartam Imppp. Gratianus. Valent. & Theod. redegissent. d. l.2. Est & hac de re Leonis No. 51.

mobilia. monilia. cum mobilia.

## De annonis & tributis. Tit. 16.

Annonæ in speciebus consistunt veluti frumento, vino, oleo, pane, carne, sale. Tributa in corporibus veluti auro, argento, ære, equis, vestibus, quæ & intributiones & contributiones dicuntur. & sunt duplicia, soli & capitis. l.vlt.D. de cens. Capitis sunt qui stipendia vocent, Tertullianus in Apologet. *Sic agri tributo onusti viliores, hominum capita stipendio censa ignobiliora.* Confe- G runt autem & annonam & tributa possessores, id est, domini prædiorum prouincialium quotannis vel ipsi prædiorum conductores. l. sine herede. §. Lucius. D. de admi. tut. per causam tuendi exercitus.

tus. l.2.§. de exact.trib. Exulabat autem huius tituli prima Constitutio vt & cetera, quòd Græca esset, quam ex lib. LVI. βασιλικῶν restituimus.

I. Αἱ σχολάζουσαι τῶν λοιπῶν ἀννῶναι καὶ αἱ κεφαλαιώσεις τοῦ δημοσίου ἐκδικείσθωσαν καὶ μὴ διαιρείσθωσαν παρὰ τῶν ἀρχόντων ἑτέροις ἢ εἰς δημόσια ἔργα δίχα θείου τύπου καὶ τὴν δέουσαν καὶ τὸν τρόπον τοῦ ἀναλώματος ὁρίζοντος, ἀλλὰ μηδὲ ἐκ τοῦ δημοσίου κανόνος εἰς ἰδιωτικὸν ἢ δημόσιον ἔργον ὕλαι μεταφερέσθωσαν ἢ εἰς ἀγορασίαν ὑλῶν χρήματα διδόσθωσαν ἄνευ θείου τύπου, τοῦ παραβαίνοντος οἴκοθεν τὸ δημόσιον πληροῦντος καὶ τοῦ προσφόρου σκρινίου βαρυτάτοις ἐπιτιμίοις ὑποκειμένου.

Capita vocat veluti fœnum, paleas, vt diximus in l.9.§.tit.quæ vna cum annonis, magistratibus diuersisq; officiis præstantur. l.2.§. de cur.pub. l.1.& 2.§. de off.præf.præt.Afr. Nou.17. & sequentibus. Vacantes autem, quod fit illis sine successore defunctis, vt cetera bona ad fiscum legibus caducis redeunt. l.1. C.Th. de ambitu. nec sine sacra forma à præsidibus impendi in opera publica possunt. Sed neque ex fiscali canone materiæ vel pecuniæ in eadem opera à iudice transferri queunt, vel si temere transferantur, de suo cogetur fisco satisfacere, competens etiam scrinium quod ea transferri concesserit, grauissimis pœnis subiicietur. Longè alia est ratio multarum l. penult. §. de modo multar.

II. IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. ET VALERIANVS CÆSAR ANTIOCHO. Æs quidem alienum pro portione, ex qua quisque defuncto heres extiterit, præstari oportet. annonas autem is soluere debet, qui possessiones tenet & fructus percipit. PP. * SECVLARE ET DONATO COSS.

Si plures defuncto heredes extiterint, æs alienum præstabunt pro hereditariis portionibus ex XII. tab. Species annonarias is præstabit, qui possidet prædia & percipit fructus. Sunt enim hæc prædiorum onera non personarum. Prædiorum obligatio inter heredes non diuiditur. Personalis obligatio diuiditur.

III. IMP. DECIVS A. CITICIO. Indictiones non personis sed rebus indici solent. & ideo ne vltra modum earundem possessionum, quas possides, conueniaris, præses prouinciæ prospiciet. DAT. XVII. KAL. NOV. ÆMILIANO ET AQVILINO COSS.

Indictionis nomine continetur annonaria & tributoria functio. Plinius ad Traianum, Nec nouis indictionibus pressi ad vetera tributa deficiunt. Onera hæc sunt possessionum non personarũ, & ideo eorum nomine quæ non possideo, ea non agnosco. No.128.

IIII. IMP. CONSTANTINVS A. AD PROCLIANVM. Omnes pensitare debebunt, quæ manus nostræ delegationibus adscribuntur. nihil amplius exigendi vel remittendi potestatem esse. nam si quis vicarius aut rector prouinciæ aliquid iam cuiquam crediderit remittendum: quod alij remiserit, de propriis dare facultatibus compelletur. DAT. XV. KAL. IVL. C.P. CONSTANTINO A. IIII. ET LICINIO IIII. COSS.

Ait, Delegationibus.] Sudas. δηλεγατίων κατὰ Ῥωμαίους ἡ ἔνταξις τῶν στρατιωτικῶν χρειῶν καὶ ἀννώνων μεταπομπή. Delegationes igitur descriptiones sunt quibus exigendorum tributorum & annonarum modus continetur, quæ & delegatoriæ dicuntur, quòd delegari mittique in prouincias solent, δηλεγατώρια, ὑπομνήματα, ἀπογραφαί. Manant autem à principe, nec quidquam à vicariis aut præsidibus amplius exigendum est quàm eis continetur. Sed neque remittendum ex eis quidquam. Vel remittendi potestatem.] esse. hæc absunt à vet.lib. & Cod. Th. quod sequor proboque. Nam si quis vicarius.] Vicarij sunt præf. prætorio vicarij viri spectabiles, qui ex mandato principis in diœcesem aliquam siue tractum mittuntur multas habentem prouincias. l.1. §. de prox.

A. prox.sac.scri.l.1.§.de offi.vic.l.1.§.vt omn.iud.l.1.§.à præfecto.D.de leg.3. Propriam igitur iurisdictionem habent non à præfecto mandatam. quod & de legatis proconsulum verè possim affirmare,& si,quod opto, erit otium, quandoque comprobabo. Quot fuerint vicarij cùm in Oriente tum in Occidente Notitia Romani imperij indicabit.Præsides sunt clarissimi, & sub eorum cura vna tantùm prouincia est, & propriè ij sunt qui ordinarij & ἡγεμόνες dicuntur l.vltima.§.de mo.mul.l.omnes.§.de epis.& cle.l.2.§.de prox.sac.scr.No.20.32.103.112.quasi infimi ordinis, vt ordinarij milites, hoc est, gregales & manipulares. *Nam*, autem hoc loco accipere oportet παρεμπεσόντως.

V. IMP. CONSTANTIVS A. AD VRANIVM. Omnes B omnino ad oblationem functionum publicarum oportet vrgeri. lege enim nostra signatum est, nec esse extraordinaria nec vocari, quæ solenniter à prouincialibus deuotissimis conferenda sunt. DAT. III. NON. FEB. CONSTANTIO A. II. ET CONSTANTE COSS.

Canon propriè est pensio quæ ex emphyteuticariis prædiis redigitur. Sed & oblatio & indictio pro canonicis & ordinariis habentur. & ideo ab eis nemo excusatur. Ab extraordinariis plerique excusantur.

C VI. IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD DRACONTIVM VIC. AFRICÆ. Pro locis ac proximitate possessionum, annonam ad limites transuehi præcipimus. DAT. XV. KAL. IVL. MEDIOLANI VALENTINIANO ET VALENTE AA. COSS.

Vt transuehendæ ad limites & conferendæ annonæ militaris onus proximis possessoribus imponatur.l.4.§.de erog.mil.an.

D

VII. IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOS. AAA. AD PRINCIPIVM PP. In fraudem annonariæ rei ac deuotionis publicæ elicitum damnabili subreptione rescriptum, manifestum est iure non posse vires sortiri. circa omnes igitur par atque æqualis illationis forma teneatur. DAT. VIII. KAL. OCT. AQVIL. ARCAD. A. I. ET BAVTONE COSS.

E Ne ex rescripto quidem principis potest quisquam canonicas illationes subterfugere, quum sit contra vtilitatem publicam. Vnius enim immunitas onerat alios.

VIII. IMPPP. VALENTIN. THEODOS. ET ARCAD. AAA. CYNEGIO PP. Nemo possessorum ad instruendas mansiones vel conferendas species longius delegetur: sed omnes, itineris ac necessitatis habita ratione, delegentur. DAT. X. KAL. IAN. CP. ARCADIO A. I. ET BAVTONE COSS.

F Mansiones vocant ἀλλαγὰς siue diuersoria, in quæ se recipiunt milites expeditionis tempore, vel etiam sacer comitatus. Posteriores dixere Mansus. Vtrumque à manendo.& inde manentes in Historia Helmodij, & Gallis, *Maisons*. Villæ sic possunt appellari, συστήματα Clemente in Petro, ἀποδύσιν κατ' δύο συστήματα. Separantur à ciuitatibus & oppidis in l.9.C.Th.eod.tit.l.2.§.de cond.in pub.hor.l.modios.§.de suscep.l.2.§.de luc.adu.l.Claudiopolis.C.Th. de decur.Ex annonis & pabulis instruuntur ex collatione vicinorum, non ex collatione eorum qui procul disiuncti sunt.

VIIII. IDEM AAA. CYNEGIO PP. Mediterraneæ ciuitates an- G tea maritimis & maritimæ mediterraneis onerabantur expensis, vt plus haberet dispendij translatio, quàm deuotionis illatio. hoc non solùm in præsenti, verumetiam in posterum prohibemus ea lege, vt se vltimo

nouerint supplicio puniendos qui ista commiserint. DAT. III. NON. SEPT. VALENTIÆ HONORIO NB. P. ET EVODIO COSS. A

Ad limites & ad mansiones annonarum transuectio finitimorum est, quia & collatio. Quorum igitur est collatio, eorum est etiam transuectio, nec quas contulerint mediterranei, transuehent maritimi vel contrà. Alij sunt maritimi, alij riparenses, alij mediterranei, id est, à mari fluminibusve remoti. Cicero de suppliciis. *Centuripinos homines maximè mediterraneos.*

X. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MINERVIO COMITI R. P. Obsistere commodis publicis & statutis necessitatibus non possunt priuilegia dignitatum. Vnde vt quisque de prædiis emolumentum consequitur, si non is expleto anni spatio, intra sex menses omnem, cui esse constrictus dicitur, reliquorum intulerit cumulum, ad ipsos qui sunt domini prædij exactionem volumus pertinere. PP. ROMÆ HONORIO A. IIII. ET EVTYCHIANO COSS. B

Dignitates ab extraordinariis muneribus excusantur, ab statutis, id est, canonicis non item, & ideo si coloni vel emphyteuticarij eorum qui in dignitate positi sunt, annonarum & tributorum onera non præstant, vti oportet eis quorum præstatio incumbit. Deficiente colono dominus conuenitur, etiam si dignitate aliqua præditus sit, non quidem statim, sed post sex menses ab anno cuius indictiones colonus debet. C

XI. IIDEM AA. ADRIANO P. P. Iudices, quos circa profliganda ærarij nostri compendia negligentes ac desides fuisse constiterit, omnia quæ in administratione positi perceperunt emolumenta, reddere compellantur. DAT. XIII. KAL. MAR. MEDIOL. VINCENTIO ET FRAVITTA COSS. D

Iudices, id est, præsides, quorum munus est tributorum exactioni incumbere. l. in fiscalibus. ∫. de exac. trib. No. 161. Cassiodorus in formula rectoris prouinciæ. *cum fiscalis in tributorum credita monstratur exactor.* Idem & Catholicorum munus est, & ex Constitutione Augusti tum ab initio Proconsulum. Dio LIII. τὰς φόρους ἐκ ... Circa profliganda.] Græci vertunt, εἰς ἀναπανία. Emolumenta.] annonas, capita. l. peræquatores. ∫. de censibus.

XII. IMP. THEODOSIVS A. ISIDORO PP. ILLYRICI. Id ab vnaquaq; prouincia censuimus expetendum, quod ab iisdem nuper esse promissum tua sublimitas indicauit: vt nullus verò de cetero ad possessiones eorum (quod maximè formidant) inspector accedat, Macedonum reliqui exemplum secuti, mediæ quantitatis, vt obtulisse noscuntur, tributa suscipiant. sed hi qui protestati sunt nihil à se vltra tertiam partem posse conferri, illud exoluant, ad quod se indubitanter fore idoneos pollicentur. Quæ dispositio in perpetuum obseruabitur, sacrosancta Thessalonicensis ciuitatis ecclesia excepta: ita tamen vt apertè sciat, propriæ tantummodo capitationis modum beneficio nostri numinis subleuandum, nec extraneorum grauamine tributorum rempublicam ecclesiastici nominis abusione lædendam. DAT. VI. ID. OCTOB. CP. VICTORE V. C. COS. E F G

Duplex fuit Illyricum, Orientale & Occidentale. quod Beatus Rhenanus obseruauit ad librum de Notitia Romani Imperij. Hæc lex pertinet ad Illyricum Orientale, cuius duæ sunt dioeceses, Dacia & Macedonia. Daciæ prouinciæ quinque, Dacia mediterranea, Dacia ripensis, Moesia prima, Dar

A ria, Dardania, Prævalitana & pars Macedoniæ Salutaris. Macedoniæ sex, Achaia, Macedonia, Creta &c. Id verò constituitur hac lege, vt singulæ prouinciæ Illyrici ea conferant quæ pollicitæ fuerunt & promiserunt tantùm, & ne augendi tributi causa quisquam inspector vel peræquator prouinciarum possessiones accedat, id est, dimidiam canonis partem. Soli Achæi præstant tertiam partem, quod testati sint se amplius facere non posse. legendum in hac lege, vt in Vet. & Theod. pro, *Arabi*, *Achæi*. Excipitur etiam Thessalonicensis ecclesia, quod & ante fuit propositum l. sacrosancta. de sacr. eccl. Huic remittitur capitatio. Ceteris ecclesiis non item. Non licet a quoquam nomine ecclesiæ euitandorum canonum causa. l. placet. l. omne. §. de sacr. eccl. ne grauetur Resp. quæ quò pluribus datur immunitas, eò certè maiora tributa pendit. l. 4. j. de exact. trib. l. 1. j. de colle. l. 5. j. de pri. do. Aug. No. 43. Quid sit capitatio, mox dicam. Sequitur vltima Constitutio quæ hactenus defuit.

B

XIII. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ Ἀναστάσιος Ἀνθεμίῳ ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων. Ἐὰν μὲν αἰτήσῃ ἐπαρχία ἢ πόλις κουφισμὸν λαβεῖν τυχικῆς συντελείας ἢ ἐπόπτην ἢ ἐξισωτὴν πεμφθῆναι, ἀναφερέσθω μὲν ἡ αἴτησις αὐτῶν εἰς βασιλέα, καὶ ἐξ ἐπιλογῆς αὐτοῦ ὁ ἐπιτήδειος πρὸς τοῦτο πεμπέσθω, ὅρκον πρότερον διδοὺς. Φανερῶς μέντοι ὄντος τοῖς ἐπάρχοις, μηδὲν τόπον ἀποδίδοσθαι ἐπὶ τὴν μείωσιν αὐτοῦ εἰ μὴ αὐτοὶ οἱ ἔπαρχοι ἀναδιδάξωσι βασιλέα πάντα τὰ παρ' αὐτοῖς ἀναδιδαχθέντα καὶ ζητηθέντα, ἵνα εἴ τις θεῖος ἐκφανηθείη τύπος ἀφελὼν ἢ τοῖς τρόποις παραφυλάττειν. ὁ δὲ καθ' οἷς ἄνθρωπος δεήσεις περὶ τοιούτων ἐπιδιδότω, μὴ ἐπιδιδότω. μήτε δὲ κουφισμὸς ἢ μείωσις ἀπαιτήσεως ἢ προσκούφισις μήτε ἐπόψις μήτε ἐξισώσεις γινέσθω, χωρὶς βασιλικῆς ἐγγράφου κελεύσεως. ἀλλὰ μήτε ἐκταγὰς ποιείτωσαν οἱ ἔπαρχοι τοῖς χρόνον παραλαμβανόντων τὴν αὐτὴν ἀρχὴν μήτε ὑπηρεσίαν ποιεῖν ἀφορίζέτωσαν ἢ ἄλλως πως χρήματα ἢ μὴ παρεχόμενα τὴν ἀρχὴν ἢ παρεχόμενα μέν, διὰ δὲ τὴν ἔλλειψιν τῶν ταῦτα κομιζομένων σωμάτων ἀργήσαντα ἢ διὰ τὴν παλαιότητα τὴν αἰτίαν κωλύσαντα δι' ἣν παρείχοντο τὴν ἀρχὴν. ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἐκ βασιλικῆς μόνης αὐθεντίας γινέσθω κατὰ τὸν θεῖον ἔγγραφον τύπον. οἱ δὲ μὴ τοῦτο παραφυλάττοντες καὶ τὸ διορθωθὲν οἴκοθεν ἀποδιδότωσαν καὶ πᾶσαν ἄλλην ζημίαν ἣν ἂν ὑποστῇ τὸ δημόσιον. μήτε δὲ ὑπερθέσεις ἢ προθεσμίας ἐπὶ τοῖς ὀφειλομένοις δημοσίοις ἐνδιδότω τις ἢ τὰς νενομισμένας προθεσμίας χωρὶς ἐγγράφου θείας κελεύσεως. ὁ δὲ τοῦτο κατ' αὐθεντίαν οἰκείαν ποιῶν οἴκοθεν καταβαλλέτω τὰ κεχρεωστημένα τῷ δημοσίῳ. μήτε δὲ τὰ πολιτικὰ χρήματα ὅσα ἢ τῷ δημοσίῳ εἰσφέρεται ἢ ταῖς πόλεσιν ἀφώρισται εἰς ἑτέρας μεταφερέσθω χρείας ἢ προσώποις τισὶν ἀφοριζέσθω χωρὶς θείας κελεύσεως. καὶ ἡ τάξις δὲ τῶν ἐπάρχων εἰ μὴ πάντα τὰ περιεχόμενα τῇ διατάξει ταύτῃ παραφυλάξει καὶ διδάξει τοὺς ἐπάρχους, καὶ οἱ ἄρχοντες τῶν ἐπαρχιῶν καὶ αἱ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς καὶ οἱ λοιποὶ δημοσιεύοντες ἐν ταῖς τοιαύταις κελεύσεσιν ὑπουργήσειεν, οἴκοθεν διδότωσαν τὴν συμβᾶσαν τῷ δημοσίῳ βλάβην καὶ ὡς τοῦ νόμου καταφρονήσαντες πεντήκοντα χρυσίου λίτρας προστιμάσθωσαν. τριμερῶς δὲ πάντα τὰ δημόσια εἰσφερέσθω τά τε ἄλλα καὶ τὰ λεγόμενα ἀρμενιακὰ τουτέστι καλάνδαις ἰανουαρίαις καὶ καλάνδαις μαΐαις καὶ πρὸς τῷ τέλει τῆς ἐπινεμήσεως ἐξ ἴσων τριῶν μερῶν διαιρουμένων τῶν δημοσίων καὶ μηδεμιᾶς καινοτομίας ἐν τῷ μέσῳ γενομένης κατὰ τῶν συντελῶν. Ἐπειδὴ δὲ τὰ ἀρμενιακὰ τελέσματα ἐν δύο καταβολαῖς συνετελεῖτο ἔξεστι τοῖς ταῦτα συντελοῦσιν εἰ βούλονται τὴν προτέραν συνήθειαν φυλάττειν καὶ ἐν δύο καταβολαῖς ἀνὰ ἥμισυ καταβάλλειν. * καὶ τὸ ἕτερον ἥμισυ ἐν τῷ σεπτεμβρίῳ τῆς μελλούσης ἐπινεμήσεως καταβάλλειν. Εἰ δὲ καὶ τριμερῶς βούλονται τὰ ἀρμενιακὰ δημόσια καταβάλλειν ἐχέτωσαν τὸν σεπτέμβριον μῆνα τῆς μελλούσης ἐπινεμήσεως πρὸς ὑπέρθεσιν αὐτοῖς δεδομένον. τὸ δὲ πρὸ ἀπεσταλμένον κατὰ σύνθεσιν εἰσφερέσθω ἐν τῷ προνομίῳ ἑκάστης ἐπινεμήσεως ἐπειδὴ τοῦτο δηλοῖ καὶ ἡ προσηγορία αὐτοῦ. DAT. KAL. APR. PAVLO V.C. COS. *Interpretatio Latina.* Si prouincia vel ciuitas releuationem petat animalis functionis vel inspectorem aut peræquatorem, referatur petitio ad principem, eiúsque arbitrio idoneus mittatur prius iureiurando præstito: ex cuius tamen relatione facta

Græcis Onuphrius vir doctus & diligens prodidit, in quibus sub Cos. Constantini II. & Licinij II. ita est: ἰνδικτιόνων Κωνσταντινιανῶν ὀκτώβριος ἀρχή. Eas verò incipere mense Septembri indicat l. vlt. §. tit. prox. & l. I. j. de mil. veste. & No. 128. & species quàm Græci ponunt ad l. 13. D. de iurisd. omn. iud. de Gaio magno Drungario, cui princeps Titium successorem dedit, vt ab inito mensis Septembris sexta indictione magistratum inchoaret: Non posse Gaium Sempronium iubere iudicare post mensem Augustum quintæ indictionis: si tamen iussus iudicare mense Aprili quintæ indictionis, cœperit, necdum veniente Septembri pronunciauerit, iudicium non solui. Hæc ita sunt paria, Anno quinto, Indictione quinta, Fusione quinta. l. 6. C. Th. de indul. deb. ex quo apparet ratio nominis. Onuphrij etymologia non placet. Sed neque Georgij Cedreni, qui in Theodosio ab Actiaca pugna eam deducit, cuius verba hæc sunt: ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου ἤρξατο ἀριθμεῖσθαι αἱ ἰνδικτιαι ἀρξάμεναι ἀπὸ αὐγούστου καίσαρος ὀγ ἔτει ιε' τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ. καλοῦνται δὲ ἰνδικτίων τετρίστιν ἰνακτίων ἡ ἀπὸ τὸ ἄκτιον νίκη. Cedreni librum habet Petrus Faber vir clarissimus & eruditiss. cui hunc locum acceptum fero.

I. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PALLADIO PP. Omnes omnino, quocunque titulo possidentes, quod delegatio super indictione videbitur amplexa, velut canones cogantur inferre: & vt nequa sit dubietas, hac aperta definitione decernimus, vt id potius canonis vocabulo postuletur. Nulla igitur domus vel sacri patrimonij vel emphyteutici iuris vel hominum priuatorum (etiam si priuilegium aliquod habere doceatur) ab hac necessitate seiuncta sit, quæ iam non extraordinarium (vt hactenus) sed ipsis facientibus canonicum nomen accepit. DAT. VII. ID. IAN. RAVENNÆ THEODOSIO A. VII. & PALLADIO COSS.

Malè, *Super indictione.* legendum, *superindicti nomine.* Græci ὁ ὑπὲρ τὸν κανόνα: Superindictio ergo pro indictione canonica habetur, ideoq; ab ea nullus excusatur. Imò verò ecclesia excusatur patrimonium résve priuata principis & viri illustres, atque alij quidam in dignitate positi. Quamobrem puto hanc legem de speciali quodam superindicto accipiendam esse, quod imperauerint Honorius & Theodosius, non de quolibet.

II. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. DARIO PP. Particulari delegationum notitia ante indictionis exordium singulis transmissa prouinciis, collationis modum à possessoribus multo ante prospectum deuotionis solitæ, non subditis calumniis tua sublimitas faciat imputari: vt & prouincialibus subeundi dispendij necessitas auferatur, & officiis inferendi damna licentia denegetur. DAT. V. KAL. SEPT. APAMIÆ ISIDORO ET SENATORE COSS.

Deuotionis.] legendum, *deuotioni.* τῇ καθοσιώσει. Calumniis.] Calumniæ species quædam est subito exigere prouinciales nec præmonere. Est igitur præmittenda delegationis formula ante indictionis tempus. quod & Iustinianus constituit in No. 128. Dispendij.] propter improuisam exactionem.

## *De superindicto.* *Tit. 18.*

I. IMPPP. GRATIANVS VALENT. ET THEODOS. AAA. AD PROCOSS. VICARIOS ET OMNES RECTORES. Nihil superindictorum nomine ad solas præfecturæ literas quisquam prouincialis exsoluat, neque vllius omnino indictionis titulus etiam solennis immineat: nisi cum nostro confirmata iudicio, & imperialibus nexa præceptis sedis amplissimæ deposcat indictio, & cogat exactio. DAT. VII. KAL. IVN. MED. ANTONIO ET SYAGRIO COSS.

Superindictum est augmentum indictionis. l. 3. C. Th. de col. fun. pa. *Augmenti*, inquit, & *superindicticij*. Marcellinus XXVII. *Indictionale augmentum*. Athalaricus Rex IX. *Quod à nobis augmenti nomine quærebatur, illustrem virum Comitem patrimonij nostri nunc iussimus remouere.* & alio loco. *Quidquid supra consuetudinariam functionem augmenti nomine petebatur.* Est autem munus extraordinarium, à quo excusantur plerique, vt diximus in l. 1. §. tit. prox. Porrò constituitur in hac lege, ne quid præf. prætorio iniussu principis indicat vel superindicat. Princeps emittit delegationem; tum ea insinuatur apud acta præf. prætorio, deinde mittitur præsidibus vt exigant. No. 128. A

## *De exactionibus tributorum.* *Tit. 19.*

I. IMP. CONSTANTINVS A. AD ÆLIANVM PROCONSVLEM AFRICÆ. Ducenarij & centenarij siue sexagenarij non prius debent aliquem ex debitoribus conuenire, quàm à tabulario ciuitatis nominatim breues accipiant debitorum. quam quidem exactionem sine omni fieri concussione oportet. DAT. KAL. NOV. TREV. CONSTANTINO A. IIII. ET LICINIO IIII. COSS. B

Ducena & centena dignitates sunt in schola agentium in rebus & in officio sacrarum largitionum. l. 1. C. Th. de Cæsar. l. 1. C. Th. de murileg. l. 5. C. Th. de decur. l. 3. C. Th. de cohor. prio. cor. l. 3. & 4. §. de ageo. in reb. l. 5. §. de prin. ag. in reb. l. 1. §. de offi. mag. off. l. 1. §. de luc. ad. Eusebius VII. de Samosateno. καὶ ὑπεφήρτας κοσμικὰ ἀξιώματα ὑποδυόμενος καὶ δουκηνάριος μᾶλλον ἢ ἐπίσκοπος θέλων καλεῖσθαι. Procuratores ducenarij dicuntur à Cypriano in Epistolis. *Actis*, inquit, *publicè habitis apud procuratorem ducenarium.* Et à Suetonio in Claudio cap. 24. An igitur sic videntur appellati ducenarij & centenarij, itemque sexagenarij (de quibus alterum duntaxat locum obseruaui in l. 2. C. Th. de anno. & trib. quam huic esse coniungendam inscriptiones & subscriptiones probant satis) à numero pecuniarum eis commissarum? qua ratione procuratoribus Cæsaris indita fuisse nomina Dio scribit lib. LIII. καὶ τοῖς γε ἐπιτρόποις καὶ αὐτὸ τοῦτο ἀξιώματος ὄνομα ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν διδομένων αὐτοῖς χρημάτων προσγίγνεται. Exegisse eos fiscales pecunias hæc lex ostendit, non tamen nisi ex breui debitorum à tabulario confecto. C D

II. IDEM A. AD POPVLVM. Nemo carcerem plumbatarúmque verbera aut pondera, aliáque ab insolentia iudicum reperta supplicia in debitorum solutionibus, vel à peruersis vel ab iratis iudicibus expauescat. carcer pœnalium, carcer hominum noxiorum est & officialium, & cum denotatione eorum iudicum, quorum de officio certiores esse debebunt qui contra hanc legem admiserint. Securi iuxta præsidem transeant solutores. vel certè si quis tam alienus ab humano sensu est, vt hac indulgentia ad contumaciam abutatur: contineatur aperta & libera & in vsu hominum instituta custodia militari. Si quis in obdurata nequitia permanebit: ad res eius omnemque substantiam exactor accedat, solutionis obsequio cum substantiæ proprietate suscepto. qua facultate præbita exactori, omnes fore credimus proniores ad soluenda ea, quæ ad nostri vsus exercitus pro communi salute poscuntur. DAT. KAL. FEB. CONSTANTINO A. VI. ET CONSTANTIO CÆS. COSS. E F

Plumbatarum.] Nemo melius hoc genus verberum expressit quàm Prudentius περὶ στεφάνων:

*Tundatur tergum crebris ictibus,*
*Plumbóque ceruix verberata extuberet.*
*Pulsatus ergo martyr illa grandine*
*Postquam inter ictus dixit hymnum plumbeos.*

Pondera.] Ammianus Marcellinus XXIX. *Expediuntur pondera plumbea cum fidiculis & verberibus.* Carcer.] Locus est valde deprauatus. cum si qua ratione restituere possem sæpius frustra tentaui. Sententia hæc fuit: Carcerem esse propositum noxis non debitoribus: Puniri iudices & G

officia

A officiales qui contra hanc legem admiserint. Iuxta præsidem.] Melius in Cod. Th. *iuxta eam. Solutores*, id est, tollatores. Indulgentia.] Summa hæc indulgentia est. nam ob debitur priuata carcerem patimur. l. 3. qui bon. ced. poss. Exactor.] vet. *Exaltor eum*. melius Cod. Th. *Crebr cum accedant*. nam & paulo post à vet. abest vox, *Exactori*, & cum admitti probat l. pen. j. hoc tit. & bona eis addicuntur cum onere illationum debitarum.

III. IMP. CONSTANTIVS A. NEMESIANO COM. SAC. LARG. Quoties quis & priuati debitor inuenitur & fisci, & abreptus B ab vno officio tenetur: ad vniuersi debiti solutionem qui eum abstulit coerceatur: ac totius summæ exactionem in se suscipiat; qui eundem auellendum subtrahendumque crediderit. DAT. IIII. ID. MAR. NIZIBI AMANTIO ET ALBINO COSS.

Debitor priuati ærarij & fisci ab vno officio abreptus & custodiæ militari traditus est. Ab vno officio, hoc est à largitionalibus vel à priuatianis. Lex ait ei vtriusque debiti exactionem incumbere. Pro *coerceatur*, legendum *coarctetur*, vt in l. 3. j. de apoch. pub. l. pen. in fi. j. de agr. & cens.

C IIII. IDEM A. AD EVSTATHIVM PP. Actores ceterique rei priuatæ nostræ ad solutionem specierum solennium debiti vigoris authoritate cogantur, ne prouinciales rei priuatæ nostræ fatiget immanitas. DAT. VIII. ID. MAR. PP. ROMÆ LIMENIO ET CATVLINO COSS.

Actores, procuratores, conductores rei priuatæ ad solutionem canonum compelli possunt manu militari aut missione in possessionem. l. missi. l. pen. j. ne horum communitas ceteris grauet. Græci, D [illegible] itaque vulgò malè legitur *immanitas*.

V. IMPPP. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. RVFINO PP. Apparitores quicunque in collationem auri præcepti fuerint officij sui adhibere seruitium, titulorum debita & collationum summas relationis suæ fide & adnotatione perscribant: sitque ex officialis instructione officium conscium, quid exactum, quidve prælatum esse videatur: ne longinqui itineris diuersitate susceptor abductus, E & curiæ suæ desit, & rei familiaris detrimenta sustineat. DAT. PRID. ID. APR. CP. THEODOSIO A. IIII. ET ABVNDANTIO COSS.

ab Si quando iubeantur præfectiani aurariæ functionis exactioni operam dare, necesse est eos acceptorum & reliquorum rationem principali susceptori reddere, vt eorum instructione & relatione susceptor intelligat, quid solutum quidque reliquum sit. Pro, *prælatum*, legendum, *prolatum*, F id est, dilatum. Græci: [illegible]. Sic in l. 3. j. de execut. & exact. *quid exactum fuerit, quid ve in debitis habeatur*. Curiæ suæ.] Creatur enim susceptor aurarius ex curialibus. l. 1. j. de apoch. pub.

VI. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. THEODORO PP. In fiscalibus debitis, hoc est, annonariis, ceterisque titulis, qui ad arcam eminentissimæ pertinent præfecturæ, necnon in iis debitis, quæ rationale vsurpat officium: rectores prouinciarum constringantur, & ad eos necessitas maneat exigendi, à quibus expectatur G auctoritas. DAT. VIII. KAL. IVN. MEDIOL. HONORIO A. IIII. ET EVTYCHIANO COSS.

Cano

Canones aut ærario inferuntur, aut arcæ siue mensæ præf. prætorio, ex qua emolumenta solemnia & pensiones præbentur. Fit huius arcæ mentio in l. 9. C. Th. de indul. deb. l. duos. C. de suscept. l. vlt. C. de app. præf. præt. l. pen. C. de car. pub. Fuit & arca quæstoria quædam. Symmachus in Epist. *Ex arca quæstoria, itémque ex formarum conditis.* Et arca theatralis præf. vrbi, auctore Iuliano in No. LXIII. Varij autem sunt illationum tituli, veluti annonarum, tributorum, vestium, quibus omnibus exigendis præsides prouinciarum vim & auctoritatem suam interponere debent. l. XI. C. de an. & trib. l. prox. in fi. Rationale.] Rationalis sacrarum largitionum aut rerum priuatarum, & rationalium officiales.

VII. IIDEM AA. ADRIANO PP. Missi opinatores cum delegatoriis, iudicibus, eorumque officiis insistant, vt intra anni metas id quod debetur, accipiant: nihil his sit cum possessore commune, cui non militem sed exactorem, si sit obnoxius, conuenit imminere. Iudices itaque qui prouinciales passi fuerint opinatoribus delegari, eiusdem quantitatis duplex pœna retinebit: & apparitores ex quolibet officio sententiam deportationis excipient, si per semet exigendos voluerint delegare militibus: & curiales temporale manebit exilium, si eos quos solenniter exigere consueuerunt, opinatoribus putauerint esse tradendos: cùm iudicem oporteat inquirere debitores, tabularios fideliter prouidere nomina debitorum, & apparitores siue curiales consuetudine seruata regionum conuictis debitoribus imminere, vt perceptis congruis emolumentis, opinatores impleto anno ad proprios numeros valeant remeare. Qui si vltra annum protracti fuerint, iudices & officia absque vlla mora de proprio cogantur exsoluere militibus, quod debetur, ipsis aduersus obnoxios repetitione seruata. Quòd si ad nos aliqua de retentis ab opinatoribus querela peruenerit, in duplum ab his protinus exigetur: vt partem debitam miles, reliquam fiscus accipiat. iudicibus quoque eorumque officiis eatenus subueniemus, vt in contumaces debitores cuiuslibet dignitatis auctoritatem suam exerant. ac si impudenter solutio differatur, actores procuratorésque, eorumque prædia persequantur, de eorum quoque nominibus ad nostram scientiam relaturi. DAT. III. ID. IVL. MED. VINCENTIO ET FRAVITTA COSS.

Opinatores sunt milites, qui in prouincias mittuntur petendæ militaris annonæ causa. l. 11. & 14. C. de erog. milit. an. sic, vt opinor, dicti, quòd exigant opinionem, id est, censum agri. Malè Haloander legit hoc loco, Optiones. Hi sunt qui annonam militibus diuidunt. l. 9. C. eod. tit. l. 3. C. de apoch. pub. & No. Martiani de indulg. rel. No. Iustiniani 129. & ideo rectè ad l. 1. D. de mun. & hon. Græci lib. 54. Βασιλικῶν annonæ diuisionem interpretantur optionem militum. Procopius II. de bel. Vand. ὡς ἐπιμελοῖτο τὸ τῆς ἀεὶ γῆν δίαιταν διανέμοι, ὀπτίωνα τοῦτον καλοῦσι. Nominis ratio hæc, quòd duces eos sibi optent diuidendæ annonæ causa quasi adiutores, quò facilius cetera munia militaria obeant. qua ratione auxilia fœderatorum Optiones etiam dicuntur l. vlt. C. de loca. No. 116. & 117. Duces illorum proprio nomine Phylarchi. nam in No. 102. rectissimè Iulianus φύλαρχον interpretatur Saracenorum ducem, quos ex fœderatis fuisse constat. Procopius 1. de bel. Pers. οὐδεὶς δὲ ἐν Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἀρχῇ οὓς δοῦκας καλοῦσιν, οὔτε Σαρακηνῶν τῶν Ῥωμαίοις ἐνσπόνδων ἡγούμενος, οἳ φύλαρχοι ἐπικαλοῦνται. vbi Volaterranus perperam legit, Chiliarchi. Idem paulo post: καὶ αὐτὸν βασιλεὺς φύλαρχον τῶν ἐν Παλαιστίνῃ Σαρακηνῶν κατεστήσατο. Theodorus Anagnostes 2. Ἀλαμουνδάρου τοῦ φυλάρχου Σαρακηνῶν. Verùm, vt ad opinatores redeamus quibus de agitur in hac lege, missi in prouincias non fungentur exactorum officio, sed instabunt præsidibus & officiis eorum & curialibus tantùm, quibus titulorum fiscalium exactio competit, vt intra anni spatiũ annonas accipiant. l. 11. C. de erog. mil. an. idemq́ue de palatinis constituitur in l. 2. C. de can. larg. tit. & l. vlt. C. & in l. nullum. C. de off. rec. pro. ad quam ita Theodorus: ἐπετρέψαμεν τοῖς ὄχλοις καὶ κατεπείγειν τοὺς ἄρχοντας εἰς ἀπαίτησιν τῶν δημοσίων μᾶλλον δὲ καὶ συμποιεῖν τοῖς τούτων ταξεώταις εἰς τὴν συναγωγὴν τῶν τελῶν. Præsides potentiores exigunt, Curiales sui ordinis viros. l. 12. C. Th. de exact. trib. & interdum omnes possessores secundum

dum consuetudinem regionum. **Exactorem.**] Lenior est appellatio exactoris quàm militis. **Iudices.**] Præses qui prouincialem patitur exigi ab opinatoribus, in duplum damnatur, officialis deportatur, curialis exulat ad tempus. In duplum etiam damnatur præses, qui opinatorem vltra annum protrahit, forte opinatori, pœna fisco relicta. Debet itaque omnimodo intra annum vel de suo annonas quæ efflagitantur, opinatori præstare, ne fiat longior mora, ac deinde à prouincialibus eas repetere. Præstituitur & palatinis præfectianisq; annus in l. 3. ℨ. de execut. **Delegari.**] exigendos tradi. **Congruis emolumentis.**] competentibus annonis. **Nominibus.**] Interest principis nomina eorum nosse, qui indeuoti & inobedientes sunt.

VIII. IMPP. LEO ET ANTHEMIVS AA. NICOSTRATO PP. Si diuina domus aut quælibet alia, cuiuscunque dignitatis atque fortunæ, re vera fundos extra metrocomias, non patrocinij gratia, sed emptionis iure vel quolibet alio titulo legitimo possederit, & non impositas reipublicæ functiones agnouerit, quemadmodum prior dominus dependebat: omnibus modis possessiones eorum publico vindicentur, & curiæ eiusdem ciuitatis, sub qua iuncti sunt, adsignentur, vt publicis commoditatibus circa tributarias functiones vndique nostra prouisione videatur esse consultum. DAT. KAL. SEPTEMBR. ANTHEMIO A. II. COS.

Coloni capitationem præstant. l. 1. ℨ. ne rustic. ad vl. obs. deu. exceptis Thracensibus & Illiricanis. l. 1. ℨ. de col. Thra. & colonis ecclesiæ Thessalonicensis. l. 12. §. de an. & trib. Plebs vrbana non item. l. 1. ℨ. de capit. ciu. cens. exim. Sed neque μητροκωμῆται. Qualis est metropolis inter vrbes; talis est metrocomia inter vicos. Metropolis, caput mater've prouinciæ, vel vt Solinus Marcellinusque loquuntur, mater vrbium. Metrocomia, mater vicorum. Vt vrbes à capitatione immunes sunt, ita & metrocomiæ, non etiam reliqui vici. Huic verò legi coniungenda est l. 5. ℨ. non lic. hab. & l. 1. ℨ. vt nemo ad suum pat. quæ eandem inscriptionem & subscriptionem habent. **Si diuina.**] priuata principis domus. idem in ecclesia l. 5. & 6. §. de sac. eccle. **Extra metrocomias.**] extra muros. l. 1. ℨ. ne rustic. ad vl. obs. **Non patrocinij.**] Quod patrocinij gratia possidetur, verè non possidetur. d. l. 1. ℨ. vt nemo ad suum pat. **Et curiæ.**] Possessores igitur cuiuscunque dignitatis atque fortunæ si non soluant debitas capitationes, dominio prædiorum excidunt, eaque cum capitationis onere curiæ vrbis, sub qua vici sunt, adsignantur. malè vulgò legitur, *sub qua vincti sunt*. Sequitur Constitutio Græca quæ deerat.

IX. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ Ἀναστάσιος Ἀνθεμίῳ ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων. Ἵνα μὴ πολλῶν ἀπαιτούντων τὰ δημόσια καὶ οἱ συντελεῖς βλάπτωνται καὶ αὐτὸς ὁ δημόσιος λόγος, εἷς μόνος κανονικάριος εἰς ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐκ τοῦ προσφόρου πεμπέσθω σκρινίου, ὀφείλων καλεῖσθαι τὴν ἐξάνυσιν τῶν κεχρεωστημένων τίτλων τοῦ ἰδίου σκρινίου. ἐξπελλευτὴς μέντοι μὴ πεμπέσθω εἰ μὴ μετὰ παραδρομὴν τῆς ὁρισμένης προθεσμίας καὶ ἑτέρου μηνός. τούτου δὲ τοῦ χρόνου διατρέχοντος πεμπέσθω ὁ ἐξπελλευτὴς προειρημένος, καὶ τοῦ ἄρχοντος καὶ τῆς τάξεως αὐτοῦ καὶ τοῦ κανονικαρίου πρὸς τὸν οἶκον τῶν μὴ ἀπαιτηθέντων χρημάτων, καὶ πρὸς τὴν τῆς ῥᾳθυμίας ποσότητα ὥστε τὸν αὐτὸν ἐξπελλευτὴν, καὶ τὰ λειπαζόμενα δημόσια καὶ τὸ πρόστιμον καταβαλεῖν. μόνῳ δὲ τῷ ἄρχοντι καὶ τῇ τάξει καὶ τῷ κανονικαρίῳ ὁ ἐξπελλευτὴς ἐπικείσθω ἀφοριζομένης αὐτῷ παραμυθίας ἐκ πρὸς τὴν ἐπαρχίαν τὴν χρεωστοῦσαν καὶ πρὸς τὰ διαστήματα τὴν δὲ παραμυθίαν ταύτην ὁ ἄρχων ἐπιγινωσκέτω καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ καὶ ὁ κανονικάριος ὡς αἴτιοι γενόμενοι τοῦ πεμφθῆναι τὸν ἐξπελλευτήν. ἐξπελλευτὴς δὲ ἕτερος μηδέποτε πεμπέσθω μηδὲ ἄλλος τις μετὰ τὸν ἐξπελλευτήν. ἐὰν δὲ νομίσωσιν οἱ ἔπαρχοι χρειῶδες εἶναι τὸ καὶ ἕτερον ἐκπέμψαι μετὰ τὸν ἐξπελλευτὴν τὰ αὐτὰ καὶ ἐπὶ τούτῳ κρατείτω, καὶ τὴν ὁριζομένην αὐτῷ παραμυθίαν ὁ αἴτιος τοῦ πεμφθῆναι ἄλλον παρεχέτω τουτέστιν ὁ τῆς ἐπαρχίας ἄρχων καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ καὶ ὁ κανονικάριος καὶ ὁ ἐξπελλευτής. ἡ γὰρ ἀφοριζομένη τῷ κανονικαρίῳ παραμυθία πᾶσι τοῖς μετ' αὐτὸν πεμπομένοις [illegible] ἀρκεῖ, καὶ μηδὲν περαιτέρω μήτε τὰ συστήματα τῶν πόλεων, μήτε [illegible]

εἰ καὶ πλείονες πρὸς ἀπαίτησιν ἐκπεμφθείησαν πεπλημμελημένων ἑκάστοτε πάντων τῶν ἐκπεμπομένων καὶ μὴ ἀνυόντων τὰ δημόσια. καὶ ὅσαι δὲ γίνονται ἐνταγαὶ τῷ κανονικαρίῳ πεμπέσθωσαν ὥστε δι' αὐτοῦ καὶ ταύτας ἀνύεσθαι μὴ αὐξάνεσθαι δὲ διὰ τοῦτο τὴν ἀφορισμένην αὐτῷ παραμυθίαν. ἐνδοματικὰ δὲ μηδεὶς λαμβανέτω ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα παντελῶς ἀπαλειφέσθω. εἰ δὲ κατά τι παραβαθείη τὰ νομοθετηθέντα πεντήκοντα χρυσίου λίτραις ἐπιτίμιον ἔστω καὶ κατὰ τῆς τάξεως τῶν ὑπάρχων καὶ κατὰ τῶν ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τῆς τάξεων αὐτῶν καὶ κατὰ τῶν λοιπῶν τῶν δημοσιευόντων προσώπων. DAT. XIII. KAL. AVG. CP. PAVLO V. C. COS. *Interpretatio Latina.* Ne exactorum multitudo cum fisci rationibus tum collatoribus damnum adferat, vnus tantùm in singulas prouincias ex competenti scrinio canonicarius mittatur, qui eorum, quæ proprio scrinio debentur, exactionem vrgeat: Compulsor planè non mittatur, nisi post diem quo solui debuit, & hoc amplius mensem alterum. At eo tempore elapso compulsor mittatur, qui non tantùm reliqua fiscalia, sed & pro modo culpæ multam à præside & officio eius & à canonicario exigat. Soli autem præsidi & officio & canonicario compulsor immineat, & pro ratione prouinciæ atq; itineris spatio solatium ab eis ferat, per quos factum est vt mitteretur. Verùm alius compulsor nequaquam mittatur, nec alius quisquam. Si tamen præfecti ex vsu esse existimauerint alium compulsorem mitti, eadem in eo seruentur, & definitum solatium ei is præstet, qui mittendi causam præstiterit, hoc est, præses prouinciæ & officium eius & canonicarius & compulsor. Constitutum namque canonicario solatium omnibus exactoribus pòst eum missis sufficit, nec eo amplius quidquā corpora ciuitatum vel collatores præstare coguntur, etiam si plures mittantur, iis qui missi sunt sigillatim multandis, nisi publica tributa expedierint. Quæcunque autem fiunt delegationes canonicario mittantur, vt eas per se expediat, nec ob eas augeatur canonicarij solatium. ἐνδοματικὰ nullus accipiat, sed & nomen illud penitus aboleatur. Quòd si qua ex parte quis legem transgrediatur, & aduersus officia præfectorum & aduersus præsides prouinciarum & officiales eorum, ceterorumq; publica tractantium personas, L. librarum auri pœna constituta esto.

Huic Constitutioni derogat No. 128. quæ vetat post canonicarium, compulsorem mitti. Mittitur autem ex hac Constitutione post mensem quàm solui debuit. quod ita ex hac lege in libro ῥωμαϊκῶν Eustathius magister vrbis Romæ notauit. Μετὰ μῆνα τῆς ὡρισμένης προθεσμίας πέμπεται ὁ ἐκβιβαστής. Et canonicario quidem quod datur salarium, à collatoribus præstatur: Compulsori & aliis qui post compulsorem mittuntur à præside & officio eius & canonicario & primo compulsore, qui in expediendis fiscalibus debitis negligenter versati sunt. De canonicariis memini me scripsisse aliquid Obs. 11. Græci ad L. vllum. §. de off. rec. pro. palatinos, canonicarios vocant. Hi sunt palatini qui mittuntur ex scrinio canonum. & ideo rectè iidem ad l. 16. J. de munieg. ὁ κατὰ ὁ δεδόμενος ἀπὸ σκρινίου ... κανονικάριος ... &c. De eis Maiorianus No. de ind. rel. Ἐνδοματικὰ sunt quæ dat collator exactori in hoc vt aliquid de exigendi seueritate instantiaq; remittat. Iustinianus in edicto de Alexandrinis: καὶ τοὺς μὲν τῆς ... ἐνδόσεως καὶ τὰ καλούμενα ἐνδοματικὰ κομίζεσθαι.

## *De superexactionibus.* Tit. 20.

I. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. APOLLODORO PROCONS. AFRICÆ. Quidquid vltra debitum fuerit elicitum à cu

A à curialibus vel cohortalibus vel aliis exactoribus, in duplum eruatur, quod prouincialibus restitui protinus oportebit. Si quis autem exactorum superexactionis crimine fuerit confutatus, capitali periculo cupiditas eius amouenda atque prohibenda est, si in iisdem sceleribus perseueret. DAT. PRID. ID. MAR. MED. STILICONE ET AVRELIANO COSS.

B Superexactores prouincialibus tenentur in duplum. Obstat l. peræquatores. j. de censib. quæ quadruplum statuit; in peræquatores scilicet aut discussores, qui pecunia corrupti demunt vni quod transferant in alium, vel etiam pecunia redempti abstinent ab iniuriis, vt l. vlt. j. de discuss. De superexactoribus non loquitur. Obstat l. placet. j. de exc. mun. quæ de eo loquitur, qui quid exigit extra ordinem ex descriptione præf. prætorio; non de superexactore, cui non dupli tantùm hac lege, sed & si perseuerauerit, capitis pœna proposita est. quod tamen mutauit No. Leonis 61.

## *De capiendis & distrahendis pignoribus tributorum causa. Tit. 21.*

C I. IMP. CONSTANTINVS A. AD AFROS PROVINCIALES. Res eorum qui fiscalibus debitis per contumaciam satisfacere differunt, distrahantur: comparatoribus data perpetua firmitate possidendi. DAT. XV. KAL. IVN. SERDICÆ CONSTANTINO V. ET MAXIMO COSS.

Tributorum non solutorum causa pignora capiuntur & distrahuntur. l. 8. ff. de fur. Imò curiæ D adsignantur. l. 2. l. pen. ff. de exac. trib. quod equidem fieri existimo non inuento emptore. Vel vtrunque est indifferens, vt aut bona contumacium distrahantur sine reliquorum onere, aut curiæ addicantur cum reliquorum onere. Non malè Accursium adiecisse, post duos menses à die capionis, probat l. 1. C. Th. de dist. pig. quæ trib. cau. ten. Emptorum securitatem, tit. si prop. publ. pensit. ff.

II. IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS. AA. RESTITVTO PRÆSIDI SARDINIÆ. Satis sit debitorem annonarum ad soluendi necessitatem capione pignorum conueniri. DAT. VIII. ID. DEC. THESSALONICÆ CONSTANTIO VI. ET E CONSTANTE III. AA. COSS.

Sufficit pignorum capio, nec vincula aut tormenta adhibenda sunt.

## *De apochis publicis & descriptionibus curialibus. Tit. 22.*

Apocha est professio solutæ pecuniæ. Antapocha est exemplum apochæ subscriptum à debito- F re & creditori datum. & hanc esse veram definitionem antapochæ probat l. plures. ff. de fide instr. si modò, vt auctores sunt libri scripti, deleantur hæc verba, *vel antapocham suscipere.* quam Iacobus & Fulgosius sequuntur. Apocha debitor probat se soluisse, vt creditoris actionem excludat. Antapocha creditor probat sibi reditus, pensiones, vsuras solutas fuisse, vt præscriptionem temporis summoueat, vel vt repellat colonum sese in libertatem asserentem. Apocha securitas etiam dicitur & *ἀμεριμνία*, & *ἀπόδειξις* sæpissime in Nouellis, & in libris *βασιλικῶν*. Petronius Arbiter in Satyrico: *Redde mihi apodixem defunctoriam*, id est, remissionē senilis ætatis. Cassiodorus x 1. *Meritò testimonium solutionis securitas dicitur, de quo non solum animus, sed substantia communitur.* Sidonius v. *Contra tributa securitatibus consule.* Dicuntur & Recauta in No. 130. vbi Græci vertunt *ἀνταποχὰς*, non minus malè quàm delegatores, *πλωτὰς*. August. de cura pro mortuis: *Vbi esset recautum quo illa cautio vacua- G ta fuerat indicauit.* Posteriores dixere Euacuatoriam, in formulis Marculphi ab euacuanda obligatione, vt quandoque Græci, *ἀκυρωτικάς*. Hic titulus est de apochis publicis, id est, de securitatibus, quibus functionibus publicis satisfactum esse comprobatur. Sequitur, *Et descriptionibus curialibus.* Descriptio fit adscripto singulorū collatorum nomine & collationis modo, de qua est l. 1. Vel-

lem additum fuisset, *Et de quadrimenstruis breuibus*, quod forsitan addi etiam oportet, de quibus agitur in eadem l. 1. Sunt autem quadrimenstrui breues, qui de singulis pensionibus conficiuntur à chartulariis, & ad officium palatinum aut præf. prætorio transmittuntur. l. 2. j. constat enim tribus pensionibus anni cuiusque indictiones solui. l. vlt. s. de an. & trib. l. 15. & 16. C. Theod. tit. Cassiodorus sæpe, *Vt trina* inquit, *illatione deuotus possessor suam compleat functionem.* Et inde singularum pensionum breues quadrimenstrui sunt. Idem Cassiodorus XII. *Expensarum fidelem notitiam quaternis mensibus comprehensam, ad scrinia nostra dirigere maturabis. Vt totius erroris caligine detersa, rationibus publicis veritas elucescat.* quæ Cassiodori verba Accursius vsurpauit in l. 1. Maiorianus No. de ind. rel. *Quadrimenstruis illationibus annua functionis celebretur exactio.*

I. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ANTHEMIO P. P. Ad inferiorum curialium releuandas fortunas, & impressionem potentium itidem curialium cohibendam placuit, vt descriptiones (si quæ per singulos ordines cogentibus diuersis negotiis agitentur) non sumant antè principium, quàm apud acta prouinciarum rectoribus intimentur, & ex eorum fuerint receptæ sententiis. Sed & aurum quod ex huiusmodi contributione redigitur, ita debet susceptori aurario consignari, vt securitatibus nomen inferentis, dies, consul, mensis, causa & summa comprehendantur: quo & descriptionis æquitas illustretur, & descriptio documentis euidentibus fulciatur. hoc etiam obseruando, vt quadrimestruis quoque breuibus, qui ad excellentiæ tuæ officium sollemniter diriguntur, celebratæ descriptionis dispositio societur: vt omnes vestræ potestatis scientiam formidantes, nihil ad reuelationem locupletum atque inopum perniciem audeant pertentare. Quod & tunc optimum est custodiri, cùm lucratiuæ facultates ex bonis curialium curiæ obuenerint, vt & inopes & locupletes fructu prouisionis simillimæ potiantur. quam dispositionem si quis iudicum, numerariorum, vel curialium mutilandam esse crediderit, interminationi, quam vestra sedes statuerit, subiacebit. DAT. VII. KAL. SEPT. CP. VARANA COS.

Descriptiones siue ἀπογραφαί curialium, non antè effectum habent, quàm insinuatæ fuerint & receptæ à præsidibus prouinciarum. Ita verò fieri debent seruata proportione Geometrica, vt tenuiores decuriones à potentioribus subleuentur, non onerentur. Puto legem accipiendam esse de collatione auri coronarij, quod curialium munus esse constat. Per singulos ordines.] decurionum, per singulas ciuitates. Et descriptio.] legendum, *& descriptus.*, id est, decurio qui aurum intulit. Quod & tunc.] Res ipsa exigit, vt sicuti est in Cod. Theodosiano, absit hac parte verbum, *Curia*. nam vel auri vel lucratiuorum descriptionem curiales faciunt. De auri descriptione dictum est suprà. Nunc dicit de lucratiuorum descriptione, quam sustinent non curiales quibus curialium bona obuenerunt ex causa lucratiua, vt constat ex tit. de imp. luc. des. In vtraque seruari debet proportio Geometrica. Iudicum, numerariorum.] Iudices, præsides sunt. Numerarij, officiales qui numeros agunt, proximi tabulariis, de quibus in tit. de susceptor. j.

II. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. CELERI PROCONS. AFRICÆ. Semel securitatem de refusione munerum emissam ab alio iudice non liceat refricari. & ideo spectabilitas tua, saluberrimæ ac iustissimæ præceptionis formam secuta, prohibebit in posterum eos ad discussionem transacti muneris constringi, quos claruit accepta securitatis prosperitate lætari. DAT. V. KAL. MAI RAVENNÆ POST CONS. FELICIS ET TAVRI VV. CC.

Non esse retractandam eius illationis rationem de cuius fide satis ex apocha constat. Quia ad proconsulem scribit, ait, *spectabilitas tua.* Omnes proconsules sunt spectabiles.

A III. IMP. MARTIANVS A. CONSTANTINO PP. Quicunque de prouincialibus & collatoribus, decurso posthac quantolibet annorum numero, cùm probatio aliqua ab eo tributariæ solutionis exposcitur, si trium cohærentium sibi annorum apochas securitatesque protulerit, superiorum temporum apochas non cogatur ostendere, neque de præterito ad illationem functionis tributariæ coarcetur: nisi forte aut curialis aut quicunque apparitor, vel optio vel actuarius vel quilibet publici debiti exactor siue compulsor, possessorum vel collatorum B habuerit cautionem, aut id quod reposcit, deberi sibi manifesta gestorum adsertione patefecerit. DAT. XV. KAL. AVG. VARRONE ET IOANNE COSS.

Qui prolatis apochis ostendit se proximis tribus annis soluisse, præsumitur etiam soluisse superioribus, itaque exactori incumbit onus probandi. quod & ad emphyteuticarium trahitur vulgò. [Quicunque apparitor.] ex quolibet officio. l. missi. ℥. de exact. trib. Optio est erogator militaris C annonæ. Optioni iungitur actuarius, vt No. Martiani de ind. deb. & l. excellentia & l. vlt. ℥. de erog. mil. an. qui Subscribendarius in l. 1. C. Th. eod. tit. Et annonario in l. 3. C. Th. de numerar. Zonaras in Apostolorum c. 83. differētiam facit inter *στρατιωτικῶν διαιρέσεων*, & *τροφῶν στρατιώταις ἀφωρισμένων* ... & *στρατολογίαν*. Sed de his in tit. de erog. mil. an.

IIII. IMP. IVSTINIANVS A. MENNÆ PP. Securitatibus quæ publicarum functionum gratia siue insolidum siue ex parte solutæ esse conscribuntur, nullam exceptionem non numeratæ pecuniæ penitus opponi concedimus. DAT. KAL. IVN. CP. DN. IVSTINIA- D NO A. II. COS.

Contra chirographa intra biennium opponitur exceptio non numeratæ pecuniæ. Contra apochas priuatorum, intra dies xxx. Contra apochas publicas, nunquam. Hæc lex pars est l. in contractibus. ℥. de non num. pec. ex qua hanc sic emendo, *securitatibus publicarum functionum siue &c.*

## *De canone largitionalium titulorum.* Tit. 23.

E Canon largitionalium titulorum est, qui ex more infertur thesauris vel priuato ærario, ex quo princeps dona & largitiones publicè priuatimve facit, necessaria comparat. l. 2. ℥. de comptel. l. 1. ℥. de metal. vel exequitur. l. vlt. ℥. de pri. dom. Aug. atque ideo idem dicitur Comes thesaurorum, sacrarum largitionum, sacrarum remunerationum vel numerationum. l. 2. ℥. de commea. l. palatinos. ℥. de palat. sac. larg. l. 41. C. Th. de apel. & interdum *ταμιοῦχος* à Græcis, quem Cassiodorus lib. VI. ait præsidere donis imperialibus, & per eum erigi supplicum fortunas, & kal. Ianuarijs affatim largitiones fieri. qui dies largitionum etiam notatur in l. laudabile. ℥. de adu. diu. iud. & à Nicephoro lib. x. cap. XXIII. Est & alius Comes priuatarum largitionum.

I. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEOD. AAA. F LOLIANO. Omnem summam auri vel argenti & reliquarum specierum quæ sacris largitionibus ex more penduntur, statim vt exactio fuerit celebrata, ad thesauros vniuscuiusque prouinciæ, vel ad proximos referri sub obsignatione tabularij ceterorumq́; , quos sollicitos esse debere præcedentia iussa decreuerunt, & thesaurorum præpositis consignari præcipimus, vt exinde ad sacrum comitatum integer omnium titulorum numerus dirigatur. DAT. XII. KAL. AVG. MERO- G BAVDE ET SATVRNINO COSS.

Constituitur in hac lege, vt statim canon largitionum inferatur thesauris prouinciæ, aut proximis thesauris, ne diu sit penes susceptores. l. diu. ℥. de suscep. & vt inferatur sub obsignatione tabulariorum ceterorúmque, quos huius rei cura attingit, & obsignatus tradatur præpositis thesaurorum,

cuiusmodi multos fuisse sub dispositione Comitis, sacrarum largitionum indicat Notitia Romani Imperij, & l. 14. ̅j. de murileg. non nisi satisdato promoueri. Ad sacrum comitatum.] Græci vertunt, ad vrbem regiam. Porrò ibi est & vrbs regia & sacer comitatus, vbi opum dominus Imperator. Herodianus ἐκεῖ ἡ Ῥώμη, ὅπου ποτ' ἂν ὁ βασιλεὺς ᾖ. Aliter Synesius: ὅπου ἂν ὁ βασιλεὺς ἐκεῖ καὶ πάσης τῆς τύχης ὤν.

II. IMPP. HONORIVS. ET THEODOSIVS AA. ANTHEMIO PP. Neq; sacrarum vel priuatarum largitionum palatina officia, ex quacunq; causa vel ex quocunq; titulo fiscalis debiti, cùm ad prouinciam mittuntur, possessores per se audeant conuenire: siue id ex præterito reliquum trahatur, seu præsentis temporis tributa solui conueniat: sed rectores prouinciarum frequenter adeundo commoneant, eorumq; officiis incumbant. Quòd si rector prouinciæ imminentem sibi memoratorum declinare molestiam quærens, vel qualibet alia ratione palatinis iisdem propria auctoritate publicæ exactionis permiserit curam: tam ipse, quàm officium eius vicena auri pondo fisco dependant. DAT. VII. ID. DEC. CP. BASSO ET PHILIPPO COSS. C

Palatinos iam sæpe diximus suprà largitionales siue priuatianos esse, qui pertinent ad Comitem sacrarum vel priuatarum largitionum, & quod hac lege constituitur, in l. 7. ̅j. de exact. trib. non prouincialibus eos, sed præsidibus immineri, vt ij maturent exactionem per se suave officia, non etiam delegatis his ipsis palatinis, quos si forte delegauerint, ex hac lege punientur, leuius tamen quàm si opinatores delegassent ex d. l. 7. Mittantur.] à Comitibus l. 4. ̅j. de pal. sac. larg. & inde Mittendarij dicti.

III. IMPP. LEO ET ANTHEMIVS AA. HELIODORO COM. S. L. Præcepit nostra serenitas, neque veloci cursui, neque alij præter inueteratam consuetudinem grauamini subiacere chartularios, qui de cohortalibus officiis vniuscuiusque prouinciæ largitionales titulos retractare constituuntur: cùm & idem amplissima præfectura disposuisse perhibeatur, vt his necessitatibus liberati, fideliter largitionales titulos valeant retractare. Quòd si aliquo tempore nostra iussio temerario ausu ex aliqua fuerit parte violata; tam rector prouinciæ quàm apparitio eius triginta librarum auri condemnatione plectentur. Insuper virum spectabilem Comitem Orientis, eiusque officium licentiam habere conatus nefarios inhibendi, tam moderatorum quàm cohortalis officij, cùm de ea re admoniti fuerint à palatinis: & eandem pœnam formidantibus, si non omnibus modis pietatis nostræ decreta congruum mereantur effectum. Illud etiam generali forma sancimus, vt in omnibus prouinciis tam nominatio specialium susceptorum largitionalium titulorum, quàm defensio tractatorum, non tantùm per viros clarissimos moderatores prouinciarum, sed etiam per viros spectabiles proconsules, & præfectum Augustalem ac laudabiles vicarios, vnà cum eorum officiis, admonentibus semper, necnon imminentibus palatinis, procuretur: prouidentibus, vt post nominationem etiam specialium susceptorum largitionalium titulorum, nulla minuendæ exactionis ad sacrum pertinentis ærarium, aut transferendi ad arcarios aut quoslibet alios extraneos titulos, rectoribus prouinciarum aut eorum officiis, vel etiam curialibus licentia permittatur: quadrimestruis breuibus per idoneum

A neum tractatorem eorundem titulorum, ſuper commendandis ratiociniis publicis, periculo rectorum prouinciarum, ad ſacratiſſimam vrbem tranſmittendis. nam quacunque ex parte, quàm iuſſit noſtra tranquillitas, ſi minus fuerit procuratum: pœna ſuperius deſignata, tam ipſi iudices quàm eorum officia ſe nouerint eſſe plectenda. DAT. VIII. KAL. AVG. CP. ANTHEMIO A. II. COS.

B In ſingulis prouinciis ſunt perpetui præſidum apparitores qui Cohortales dicuntur, ac pluri-mùm eis primipili neceſsitas aut exhibitio curſus iniungitur, vt non malè Patricius definierit Cohortalinos eſſe Beneficiarios habentes curam manſionum equorum, referente Thalelæo libro 45 *βασιλικῶν* tit.1. cuius verba ſubiiciam, quòd in eis & legendis & intelligendis excutierit Heruetus. *ὁ δὲ μακαρίτης πατρίκιος τοὺς κορταλίνους καλεῖ* Beneficiarios, *λέγει δὲ φροντίζειν αὐτοὺς τῆς ἀλλαγῶν τῶν ἵππων*. quod confirmatur l.14.ℨ.de cur.pub.item l.7.C. Th. de cohort. ex qua eſt l. officiales. §. de epiſ.& cler. *Beneficiarij*, inquit, *vel officiales rationales ſi exhibitione curſus ſeu primipili neceſsitate neglecta*. Ex hoc cohortatum grege plerumque aſſumuntur qui tabulas vel chartas fiſcalium debitorum tractent, agant, adminiſtrent. l.10.ℨ.de cohortalib. Qui chartas tractant, Chartularij dicuntur eadem ratione qua & chartularij diuinarum domuum, magiſtrorum equitum & peditum vel
C numerorum ſacri cubiculi, defenſorum ciuitatum, fabricenſium, eccleſiarum. Et illis quidem id hac lege datur, vt ne ſicut ceteri cohortales veredariæ neceſſitati, ſiue exhibitioni curſus obligentur, ſi ad tractandas chartas largitionalium titulorum ex eo corpore aſſumpti fuerint: pœna propoſita in rectores prouinciarum & eorum officia, ſi quē ex chartulariis ad ea munera adegerint, quos defendere potius & ſeruare immunes [illegible] pòſt ait, defenſionem tractatorum eis incumbere. Tractatores enim & chartularios pro iiſdem dici arbitror, vt in l. nulli. ℨ. de numerar. l.vlt.ℨ.de execut. No.28.30.128.129.147. nam & ſuprà dixit, chartularios retractare largitionales titulos. Itaque verè poſſis dicere à chartulariis confici quadrimenſtruos breues, de quibus in fine legis. Comitem Orientis.] Sub Comite Orientis ſunt xv. prouinciæ Orientis, quarum præſides aut correctores ſi quid conentur illicitè, coërcitio Comitis erit. Palatinorum au-
D tem qui ſunt ſub Comite ſacrarum largitionum partes eæ ſunt, vrgere, inſtare, monere, ne quid tale aduerſus chartularios attentetur. Videtur hoc in prouinciis tantùm Orientis ita conſtitui, verùm porrigitur mox generaliter ad ceteras omnes. Tam nominatio.] Ad nominatores periculum ſuſceptionis ſpectat. Præfectum Auguſtalem.] Qui in Aegypti prouinciam mittitur proconſulari poteſtate, ſpecialiter dictus eſt præf. Auguſtalis l.1.D.de offi.præf. Aug. Eum habere Strabo *τὴν τοῦ βασιλέως τάξιν* ſcribit, Tacitus regis loco eſſe. Ammianus Marcellinus xxii. *Aegyptus quoque iam inde vt Romano imperio iuncta eſt, regitur à præfectis*. Sub eo ſunt ſex prouinciæ Aegypti, Lybia ſuperior, Libia inferior, Thebais, Aegyptus, Arcadia & Auguſtamnica, in cuius poſtremæ prouinciæ nomine, vt hoc obiter dicam, error eſt in l.9.§.de vectig.& com. ſicut & in inſcriptione l. 34.C.Th.de decur. Nulla minuendæ.] nec minuendi ſunt tituli nec permutandi ſiue confun-
E dendi: vt puta quod ærario debetur, arcæ præfectoriæ inferendum non eſt, quanquam ſint ea vera omnes tituli fiſcales. nec largitionalium ſuſceptores rationes arcæ attingere debent. l. duos. ℨ. de ſuſcep. Scu etiam.] Omnes lib. vet. *Sed etiam*, vt in l.verba.§.ad leg.Iul.de adult. l. intra. D. de diu.temp.præſ. Ait autem, *Sed etiam curialibus*. quòd eos quoque tangat exactio & ſuſceptorum nominatio.

IIII. IIDEM AA. HELIODORO COMITI S. L. Præcipimus vt ſi fortè delegatio quæ ab ampliſsima præfectura in diuerſas prouincias ex more quotannis emittitur, minus contineat omnes largitio-
F nales titulos, aut quomodo exactio eorum debet procedere: nihilominus competentem exactionem eorum à viris ſpectabilibus tam proconſulibus quàm vicariis & viro ſpectabili Comite Orientis & præfecto Auguſtali, necnon rectoribus prouinciarum eorumque officiis & curialibus procurari: vicenarum librarum auri condemnationem præ oculis habentibus, ſi quid minus exactum vel illatum fuerit ſacro ærario, quàm priſca & inueterata conſuetudo ſacris largitionibus inferri conſtituit.
G DAT. KAL. IVL. CP. ANTHEMIO A. II. COS.

Delegatio manat à principe, inſinuatur apud acta præf. prætorio, ac deinde ab eo mittitur in ſingulas prouincias. Solus ipſe delegationes vel indictiones non facit. l.1.§.de ſuperindicto. Conſtitui-

tur autem hac lege, vt solemnes canones præsidum & curialium cura exigantur, etiam si per non curantiam fortè omnes in delegatione comprehensi non sint. vt igitur suppleant præsides quod delegationi deest.

## *Ne opera à collatoribus exigantur.* Tit. 24.

I. IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRAT. AAA. AD VIVENTIVM PP. Operarum præbitionem quæ illicitè à prouincialibus hactenus expetita est, synceritas tua cessare præcipiat. DAT. X. KAL. MAR. TREV. VALENTINIANO NB. P. ET VICTORE COSS.

Cessare præcipit operarum præbitionem eam tantùm quæ exigitur illicitè, non omnem. l. ad portus, §. de oper. pub. veluti equorum prosecutionem. l. 1. ȷ. ne rustic. ad vl. obs. deu. non tamen equorum prosecutoribus ministerium. l. 2. ȷ. de tract. & stat. Operæ sunt quæ à Gallis dicuntur, *Corueés*, quasi opera corporalia. nam & Lugdunensibus, *Vee*, operam significat. Sunt igitur veluti angariæ quædam. At angariarum nomen latius patet, & separantur ab operis in l. pen. ȷ. de aquæd. l. 4. C. Th. de ext. mun.

## *De immunitate nemini concedenda.* Tit. 25.

LEX TYRANNICA

Quod maiestatis supplicium constitueretur in eos qui Christum abnegassent!

I. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEOD. AAA. AD POPVLVM. His nostræ serenitatis edictis ciuitatum tabulariis erit flamma supplicium, si cuiuspiam fraude, ambitu, potestate, iniusta cuiusquam profiteretur immunitas: ac non secundum præcedentem definitionem omnes omnino, abolita specialium immunitatum gratia, necessitas tributariæ functionis, firmata censitorum, peræquatorum, prouincialium iudicum peræquatione constrinxerit. DAT. III. NON. MAR. MAR. MED. MEROBAVDE II. ET. SATVRNINO COSS.

Tabularij ciuitatum qui rationes tributorum tractant, si iniquæ cuiusquam immunitatis professionem admittant, viui exuruntur. Tollit hæc lex immunitates à quibusdam perperam impetratas, & l. immunitates. ȷ. de agr. & cens. quæ huic coniungenda est, & reuocantur omnes ad pristinam rationem census, censitorum, peræquatorum & præsidum iudicio confirmatam.

II. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ANTHEMIO PP. Per Bithyniam ceterasq; prouincias possessores in reparatione publici aggeris, & ceteris huiusmodi muneribus, pro iugorum numero vel capitum quæ possidere noscuntur, adstringi cogantur. DAT. VII. KAL. NOV. CP. HONORIO VIII. ET THEODOSIO V. AA. COSS.

l. v. adstringi. sic in l. 2. de aug. in n. ... p..

Ait, *Ceterásque prouincias*, videlicet Ponticæ dioeceseos, veluti Galatiam, Cappadociam, Armeniam. Ait, *adstringi cogantur*, abolitis scilicet immunitatibus. l. 2. §. de oper. pub. Sic emendauit ex Cod. Th. & ex vet. (nec enim solus Codex Theodosianus sufficeret) & ex Græcis qui sic vertunt, *ἀφορμᾶσθαι ἀναγκαζέσθωσαν*. Antea legebatur, *Dare cogantur*.

## *De conditis in publicis horreis.* Tit. 26.

I. IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD VOLVSIANVM P. V. Omnia quæ in horreis habentur, expendi volumus

A mus: ita vt non prius ad frumentum extendatur expensio, quod sub præfectura tua vrbis horreis insertur, quàm vetera condita fuerint erogata. & si fortè vetustate species ita corrupta est, vt per semet erogari sine querela non possit: eidem ex noua portione misceatur, cuius adiectione corruptio velata damnum fisco non faciat. Ad istud autem negotium arbitratu ac iudicio tuo nobis prudens, fidelis, optimè sibi conscius pro integritate mentis apponatur custos ac mensor, qui vel B frumenta modio metiatur, vel iustis æstimationibus colligat, quanta habeantur in condito. DAT. VI. ID. APR. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO COSS.

Populo cura præf. vrbi & præfecti annonæ in dies præbentur annonæ, & panes, qui gradiles dicuntur, quòd è gradibus qui in vnaquæque regione vrbis erant ad pistrina, vt constat ex descriptione antiqua vrbis, præbeantur. Inde in Cod. Th. tit. de annonis ciuicis & pane gradili. Prudentius aduersus Symmachum: *Et quem panis alit gradibus dispensus ab altis.* Cassiodorus 1x. *Vt siue in* C *gradu siue in aliis locis frumentarium condita potuerint inuenire.* Dantur frumenta pistoribus ex publicis horreis, tum deinde populo panes. Cauetur autem hac lege vt expendantur vetera primùm, deinde noua, & si fortè vetera corrupta sint, vt nouorum admissione id vitium corrigatur. Item vt custodiendis, admetiendis, æstimandis conditis arbitrio præf. vrbi idonei custodes & mensores præponantur. Hi vacationem habent munerum personalium. l. his oneribus. §. 1. D. de vacat. mun. Fuere in portubus Tyberinis horrea, & in his annonæ vrbicæ causa mensores portuenses, quibus iunguntur caudicarii, id est, nautici frumentarij. l. v. C. Th. de can. frum. vrb. Rom. l. 9. C. Th. de suar. Et Romæ in veteri inscriptione, ita: *Hinc etiam factum est, vt mensores, nos portuenses, quibus vetus fuit cum caudicariis diuturnumq; luctamen, voti compotes abiremus, vt vtrumque corpus & beneficio se & victoria gratularetur affectum.*

D

II. IIDEM AA. ANTHEMIO PRÆSIDI. Cùm ad quamlibet vrbem mansionem'ue accesseris: protinus horrea te inspicere volumus, vt deuotissimis militibus depuratæ & incorruptæ species præbeantur. nam si per incuriam officij grauitatis tuæ sartorum tectorum neglecta procuratione, aliqua pluuiis infecta perierint: ad damnum tuum referantur. DAT. VII. KAL. SEPT. ARELATI DIVO IOVIANO E ET VARRONIANO COSS.

Sunt alia in prouinciis horrea, ex quibus militibus erogantur annonæ. ea præses prouinciæ inspicere debet an sarta tectaq; sint. l. si in aliquam. D. de off. procons. ne horreariæ species corrumpantur. Depuratæ.] Omnes libri vet. *Desforata.* Græci, ἀνθηρὰ ἢ ἀδιάφθορα εἴδη.

III. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. ANATOLIO PP. PER ILLYRICVM. Nulli posthac horreaticas species contingendi copia præbeatur. si verò quisquam temerator horreorum extiterit, qui sibi ex prædictis aliquid audeat vsurpare: hanc pœnam sciat F nostro arbitrio definitam, vt deportationis pœnæ subiectus, totius substantiæ cogatur subire iacturam. DAT. VII. ID. IVL. CP. CÆSARIO ET ATTICO COSS.

In insulam deportari eos qui horreaticas species præsumpserint. Deportationi iuncta semper est publicatio bonorum omnium. Huc pertinet l. a. j. de iis quæ ex pub. col. il. sunt non vsurp.

## *Ut nemini liceat in coemptione specierum se excusare, & de munere sitoniæ.* Tit. 27.

G

Ostendi Obseruationum 1. legendum esse, *Coemptione*, & quid sit coemptio, quam Græci *συνωνὴν*, male interpres No. Tiberij de diuinis domibus, contributionem vel onus. Coemit autem vndique

dique fiscus à prouincialibus etiam inuitis species annonarias vsui publico vel exercitus necessarias. Boetius 1. de consolatione: *Cùm acerba famis tempore graui atque inexplicabili indicta coemptio profligatura inopia Campaniam videretur, certamen aduersum praef. praetorij communis commodi ratione suscepi, rege cognoscente contendi, & ne coemptio exigeretur, euici.* Cura autem coemendi frumenti sitonia vel sitonicum appellatur. itaque hoc tit. sitoniae an sitonici legas, nihil refert.

I. IMP. ANASTASIVS A. MATRONIANO PP. Quoties vrgente necessitate comparationes frumenti, vel ordei, aliarumque specierum quibuslibet prouinciis indicuntur: nulli penitus possidentium sese sub cuiuscunque priuilegij occasione excusandi tribui facultatem censemus: omnique cuicunque possidentium, quocunque modo, quocunque tempore, per sacros apices vel etiam pragmaticam sanctionem aut iudicialem forte dispositionem huiusmodi excusatio data est,* vel postea data fuerit, licentia minimè vnquam contra tenorem nostrae legis saluberrimae valitura. Adeò namque huiusmodi onera cunctis, pro qua singulos portione contigerit, volumus irrogari, vt ab iisdem comparationibus nec sacratissimam nostrae pietatis, nec serenissimae nostrae coniugis domum pateremur subtrahere. DAT. III. KAL. AVG. CP. OLIBRIO V. C. COS.

Non nisi vrgente aliqua necessitate *συνωνὴ* indicitur, veluti exercitus aut vrbis inopiae subleuandae causa, ac tum ab eo onere nemo excusatur, sed coguntur omnes species fisco vendere. Hordei.] Fortè, *olei*. vt in l. 2. §. de can. frum. vr. Ro. Curatos frumenti, *σιτώνας*: Olei, *ἐλαιώνας* appellatur l. vlt. D. de mun. & hon. Sacros apices.] sacras adnotationes, quae quidem fiunt encausto, de quo in l. sacri. §. de diu. resc. Graeci dixere *σεβάσμια γράμματα* & *σεβασμίας καὶ θείας ὑπογραφάς*. Nec sacratissimam.] Indicto synoneto actores etiam & procuratores diuinarum domuum species annonarias fisco distrahere coguntur. Desiderantur sub hoc titulo aliae duae constitutiones Graecae, quarum sententiam proponam ex lib. LVII. *βασιλικῶν*.

II. Οἱ τὰς πόλεις οἰκοῦντες ἢ ἐν αὐταῖς κεκτημένοι μὴ ἀναγκαζέσθωσαν εἰς ἑτέραν πόλιν ἢ εἰς τὴν μητρόπολιν εἴδη χορηγεῖν. εἰ δὲ καί τις ἀπαραίτητος αἰτία καταναγκάσῃ τὴν γενέσθαι τοῖς δικαίοις τιμήμασι τοῖς ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει κρατοῦσιν ἐξ ὧν τὰ εἴδη παρέχονται πιπρασκέτωσαν ἐκεῖνοι ταῦτα μετακομιζόντων τῶν δεχομένων τῶν εἰδῶν. ὑπολογιζέσθω δὲ τοῖς πιπράσκουσι τὰ τιμήματα τῶν εἰδῶν εἰς τὰ συντελούμενα ἐν χρυσῷ παρ' αὐτῶν δημόσια. οὐδὲ γὰρ δίκαιον τοὺς μὲν ἀπαιτεῖσθαι τινὰ παρέχειν εἴδη μετὰ χρόνον δὲ αὐτοῖς τὰ τιμήματα λογίζεσθαι οὕτως ἀθυμίας γενομένης, τοῦ λαμπροτάτου ἄρχοντος τῆς ἐπαρχίας ἐγκινδυνεύοντος εἰς τὸ καταλογίζεσθαι τὰ τῶν εἰδῶν τιμήματα κατὰ τὰς ὡρισμένας προθεσμίας ὑπὲρ αὐτῶν ἐκπίμπεσθαι. μηδεὶς δὲ ἀναγκαζέσθω πιπράσκειν πᾶσαν χρείαν αὐτοῦ ἀλλὰ τὰ ἐκπερισσεύοντα εἴδη. ἀσεβὲς γάρ ἐστιν ἀποστερεῖσθαί τινα οἰκείων καὶ ἑτέρους ταῦτα χορηγεῖν ρ' χρυσίου λίτρας ὑφισταμένου ζημίαν καὶ κινδυνεύοντος εἰς τὴν ἀξίαν καὶ τὴν ζώνην αὐτοῦ τοῦ παραβαίνοντος τὸν νόμον ἢ συγχωροῦντος αὐτὸν παραβαθῆναι. μηδεὶς ποτὲ χωρὶς μεγάλης ἀνάγκης ἐπιτελείσθω τοῖς κτήτορσιν συνωνὴ καὶ ὅτε δὲ γίνεται κατὰ θείαν μόνον κέλευσιν γινέσθω ἐφ' ᾧτε τὸ τῆς συνωνῆς χρυσίον ἐκ τῆς συντελουμένης παρὰ τῶν κτητόρων ἐν χρυσῷ συντελείας παρακατέχεσθαι ἐὰν ὅλως τὰ τῆς οἰκείας αὐτῶν συντελείας ἀρκῇ πρὸς τὴν συνωνήν. ἐὰν δὲ μὴ χρεωστῶσι δημόσια οἱ τὴν συνωνὴν ἐπιταχθέντες ἢ μικρὸν χρεωστῶσιν, ἐν νομίσμασιν εὐσταθμοῖς πρότερον τὸ χρυσίον λαμβανέτωσαν καὶ οὕτως τὸ εἶδος ἀπαιτείσθωσαν μηδενὸς τολμῶντος, ἢ παράσταθμα δοῦναι τὰ νομίσματα, ἢ ἐλλιπῶς ταῦτα καταβαλεῖν, ἢ ἄλλως πῶς ζημιοῦσθαι τοὺς ὑποτελεῖς ἀλλὰ καὶ τὸ τετραπλάσιον παντὸς τοῦ παρ' ἀλλήλου καὶ τῆς ζημίας ἀπαιτουμένου παρὰ τοῦ ἐλλιπῶς καταβάλλοντος. εἰ δὲ καί τις συνωνὴν ἐπιτάξαι τολμήσῃ, ἢ τὴν ἐπιταγεῖσαν παρανόμως ἐκβιβάσει πεντήκοντα χρυσίου λίτρας προστιμάσθω, καὶ τῆς πραγματείας, καὶ ἀξίας ἐκπιπτέτω ὑποκείμενος.

A χείρων, καὶ μείζονι ποινῇ. καὶ ὅτι δὲ κατὰ θείαν κέλευσιν γίνεται ἐπιβολὴ συνωνῆς, ἕκαστος τῶν κληρώσεων πρὸς τὴν ἀναλογίαν τῶν ξυγῶν ἤτοι ζυγοκεφαλῶν ἀποχρείσθω τῇ συνωνῇ μηδενὸς αὐτῆς ἐξαιρουμένου. ὁ δὲ ὑπὲρ ταύτην τὴν ἀναλογίαν ἀπαιτῶν τινὰ τῷ συντελῶν πρόφασει τῆς συνωνῆς, καὶ ζημίαν τῶν πεντήκοντα τῶν χρυσίου λιτρῶν ὑποκείσθω, καὶ ζώνης καὶ ἀξίας ἐκπιπτέτω, καὶ ἑτέραν μείζονα προσδοκάτω κίνησιν. ἀλλὰ ταῦτα χωρὶς τῆς ἐπηρεῖας τῆς βασιλικῆς νενομοθέτηται. ἐνδεχόμενον γὰρ ἐπειδὴ οὐκ εἰς ὁλόκληροι εἰσφέρονται τὰ δημόσια διὰ τὰς προφάσεις τῶν βαρβαρικῶν ἐφόδων ἐλαττωθεισῶν τοὺς γεωργοὺς, καὶ μὴ ἀρκοῦν τὴν ἐν εἴδεσι ὑποτελοῦσαν τοῖς

B κατ' αὐτὴν ἱδρυμένοις στρατιώταις, καὶ πάντων μᾶλλον ἀποστρέφεσθαι εἰς αὐτὴν στρατευόμενα τάγματα ἀνάγκη ἐστὶ συνεχῆς πάνυ γίνεσθαι ἐπειδὴ μὴ ἐνδέχεται δίχα συνωνῆς ἀποστρέφεσθαι τοὺς ἐν αὐτῇ στρατιώτας. ἐν ἐκείνῃ τοίνυν τῇ διοικήσει ἡ μέχρι σήμερον κρατείτω συνήθεια ἀποχειμένων, καὶ τῶν ἐμπόρων τῇ συνηθείᾳ, πρότερον μὲν καὶ τοῖς συντελεσταῖς, καὶ τοῖς ἐμπόροις καταβαλλομένου τοῦ τῆς συνωνῆς χρυσίου ἐν ὁλοσταθμίοις νομίσμασι, καὶ δεχομένοις καὶ ὅταν αὐτὸν ἀπαιτουμένων ἀδιαστρόφως, καὶ ἀζημίους τὸ εἶδος εἰσφέρειν τοῦ δὲ ταῦτα παραβαίνοντος ταῖς αὐταῖς ἐπιτιμίαις ὑποκειμένου. βέλτιον γὰρ αὐτὴ τῆς ἰδιωτικῆς ἐμπορίας μᾶλλον τοὺς στρατιώτας, καὶ τοὺς

C ἐμπόρους χορηγεῖν τὰς ἀναγκαίας αὐτῶν ἀποστροφάς. ἐὰν δὲ ποτε διὰ τινὰς πόλεις μὴ ἐχούσας σιτωνικὰ χρήματα, μήτε ἑτέρωθεν εὐπορούσας ἀνάγκη γένοιτο συνωνὴν ποιήσασθαι ἐξέστω μὲν τοῖς ἄρχουσι ταύτην ποιεῖν ἐν μόνῃ δὲ τῇ ἐνορίᾳ τῆς πόλεως τῆς τοῦ σίτου δεομένης, καὶ ἐν τοῖς αὐτῆς ὁρίοις, καὶ κατὰ τὰ ἐν τοῖς τόποις κρατοῦντα κατὰ καιρὸν τιμήματα. τούτου δὲ παραφυλαττέσθωσαν, καὶ οἱ πατέρες τῶν πόλεων, καὶ πᾶς ἕτερος τῆς συνωνῆς προνοούμενος. εἰ δὲ καὶ ἀνάγκη γένηται πολιτικὴν γίνεσθαι συνωνὴν ὡν ἐπιζητουμένων εἰδῶν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει, καὶ ἐν ταύτῃ κατὰ θείαν μόνην κέλευσιν προβαινέτω, τοῦ χρυσίου προφέρειν κατὰ τὰς ἐπ' ἀγορᾶς ἐν

D ἐκείνοις τοῖς τόποις ὤνια παρεχομένου ἀδιαστρόφως καὶ ἀζημίως, μετὰ τοῦ καὶ τὰ ναῦλα ἐκ τοῦ δημοσίου παρέχεσθαι ὥστε τὸν συντελεστὴν πιπράσκειν μόνον τὸ ἐπιζητούμενον εἶδος, καὶ πληρωθεῖσαν τοῖς δεομένοις τὴν χρείαν. μηδὲν δὲ ἐκ ταύτης τῆς διαλάξεως καινιζέσθω τὰ ἐπὶ τῇ συνωνῇ τῆς ἀλεξανδρείων μεγαλοπόλεως διατετυπωμένα. ἀλλὰ κρατείτω καὶ ὁ θεῖος τύπος ὁ διατυπώσας τὰ περὶ τῶν ἐπισιτίων στρατιωτῶν ἀποστροφῆς. ὑποκείσθω δὲ τοῖς προστίμοις τῶν πεντήκοντα τοῦ χρυσίου λιτρῶν, καὶ τὸν εἰς ζώνην καὶ ἀξίαν ὑπομενέτω κίνδυνον ἥτε μεγίστη τάξις τῶν ἐνδοξοτάτων ἐπάρχων, καὶ οἱ λαμπρότατοι τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες μετὰ τῶν πειθομένων αὐτοῖς τάξεων. καὶ οἱ

E κατὰ τόπον ἔκδικοι καὶ ἄλλοι οἱ δημοσιεύοντες παραβαίνοντες αὐτοὶ τὸν νόμον, ἢ παραβαθεῖσαν συγχωροῦντες ἢ μὴ μηνύοντες ἀνυπερθέτως, καὶ ἀληθῶς κατὰ τῶν παραβαινόντων αὐτόν.

Ciuitatum incolæ vel qui in eis aliquid poſſident, non cogantur in aliam ciuitatem vel metropolin ſpecies conferre. Sed & ſi ineuitabilis quædam cauſa id fieri exigat,iuſtis pretiis,quæ in ea ciuitate obtinent ex qua præbentur ſpecies,eas indigentibus vendant. Compenſentur autem venditoribus pretia cum auraria collatione. nec enim æquum eſt qui

F nunc præbuit ſpecies & annonæ copiam attulit,ei poſtea pretia computari.& hoc fiat cura & ſolertia præſidis cuiuſque prouinciæ. Nullus verò cogatur vendere omne id quod ſui vſus gratia comparauit, ſed ſuperflua tantùm, quandoquidem ſatis impium eſt ſuis quemque defraudari, eaq; in alios transferri, præſide qui legem violarit violari ue conceſſerit c. libris auri multando & dignitate propria cinguloq; ſpoliando. Nulla vnquam citra ingentem neceſſitatem iuſſionemq; principis poſſeſſori-

G bus coemptio indicatur, nec aliter quàm vt coemptionis aurum ex auri collatione à poſſeſſoribus debita,ſi quidem ea omnimodo ad coemptionem ſufficiat,retineatur. Quòd ſi nihil fiſco debeant ij quibus coemptio

F 2 indic

indicitur aut partem tantùm, prius in nummis ponderis probi aurum accipiant, quàm ab eis species exigantur, nemine audente vel iniusti ponderis vel ex parte tantum nummos exsoluere, vel qua alia ratione collatoribus damnum dare, damni quadruplo & eo quod pretio deest ab eo qui secus fecerit exigendo. Sed & si quis coemptionem indicere ausus sit, vel indictam illicitè exegerit, L. libris auri multabitur & militiam ac dignitatem amittet, maiori etiam commotioni subdendus. At cùm ex mandato principis coemptio indicitur, vnusquisque pro rata iugorum & capitum quæ possidet, coemptioni subiiciatur, nemine excepto: eo qui in exigendo hanc rationem non seruauerit, L. librarum auri multam subituro, & dignitatem ac cingulum amissuro, & maiorem aliam commotionem expectaturo. Excipimus ab hac lege Thraciæ diœcesin. In Thracia enim quia tributa fiscalia insolidum non inferuntur, barbarorum incursibus colonis attritis, nec sufficiente specierum collatione ad alendos milites in ea consistentes, quod omnium maximè interest, nec tamen sine coemptione præstari potest, ideo eam frequentissimè fieri longè necessarium est. In ea igitur diœcesi, quæ hactenus obtinuit, consuetudo seruetur, ei subiectis etiam negotiatoribus, vt collatoribus & negotiatoribus coemptionis aurum primùm soluatur in nummis obryzis & debiti ponderis, tum ab eis sine refragatione & damno vllo conferantur species, illo qui hæc non seruauerit, eisdem subdendo pœnis. Longè enim est instar priuatæ negotiationis militibus etiam negotiatores alimonia conferre. Quòd si quandoque ob ciuitates aliquas inopes necesse sit coemptionem fieri, liceat præsidibus eam facere in territorio duntaxat eius ciuitatis, quæ frumento indiget, & in confiniis eius, & eo pretio quod in locis pro tempore obtinebit. quod & patres ciuitatum obseruabunt & quilibet alius coemptionis curam gerens. At si necessitas exigat ciuilem coemptionem fieri in vrbe regia deficientibus annonis, ea verò procedat ex sacra iussione, auro prius sine damno & dilatione præstito, vt in foro rerum venalium distrahuntur species, ita vt & naula ex publico præbeantur, & collator vendat solummodo suppeditetq; egentibus necessarias species. Nihil verò hac Constitutione innouatur eorum quæ de coemptione magnæ Alexandrinorum ciuitatis disposita sunt sacra forma de annona militum euocatorum. Subiiciantur multæ L. librarum auri & periculo dignitatis ac cinguli tam maximi apparitores gloriosissimorum præfectorum prætorio, quàm clarissimi præsides prouinciarum, & eis obsequentia officia & locorum defensores & alij publicorum tractatores, si hanc legem violauerint aut violari concesserint, aut confestim & verè eius violatores minimè detulerint.

Præcipua Constitutionis capita hæc sunt; Non fieri coemptionem sine auctoritate principis, nisi si qua municipia annonæ caritate laborent: Reputari pretia specierum venditarum in collationem fisco inferendam, sicut & de sumptibus factis in transitu militum constituitur No. 129. vel etiam statim adnumerari. Coemptionem exigi pro numero iugorum & capitum. Ait, πρὸς τὴν ἀναλογίαν τῆς ζυγοκεφαλῆς, vt in No. 17. & ad l. 2. T. de veste mil. Græci ζυγοκέφαλα. Sunt qui iugationem tantùm præstant, Sunt qui ζυγοκέφαλα, id est, iugationem & capitationem. Ex eadem No. 17. in No.

A in No. 128. lego *ἰυγατίων* pro *ἰυδίων*, In Basilicis *ἰυγῶν*. Alij metiuntur iugis, alij iugeris, vt Varro scribit. Aliud ergo iugatio aliud iugeratio. Legatur pragmaticum Iustiniani ad petitionem Vigilij, cap. ne pro comparatione specierum collatores grauentur.

III. Ὅταν ἔν τινι πόλει σιτώνου δέῃ χρεία, κατὰ δοκιμασίαν καὶ ἐπιλογὴν καθιστάσθω, τὸν πόλιν ἐπιτυχόντα. καὶ τῶν ἐν τῇ κτήτορσι πρωτευόντων γινέσθω ἡ ἐπ' αὐτῷ προβολή, οὐ κατὰ τὸ δοκοῦν τοῖς προβαλλομένοις ὑφ' οἱ ἐφ' τοῖς ἂν βουληθεῖεν προσώποις, ἀλλὰ μόνων τῶν ἐν τῇ χώρας ἐκείνης ταξεωτῶν τῶν στρατευομένων καὶ τῶν ἀποθεμένων τὴν τάξιν διὰ τῶν εἰρημένων προσ-
B ώπων πρὸς τὴν σιτωνίαν προβαλλομένων. ἐπειδὴ εὐχερέστερον οὗτοι ταῖς δημοσίαις χρείαις ἐντετριμμένοι ἐκ μακρῶν χρόνων τὸ τῆς σιτωνίας διενέγκοιεν βάρος. πάσης δὲ ζημίας ἀπαλλαττέσθωσαν οἱ σιτωνοῦντες καὶ πληροῦντες τὴν εἰρημένην χρείαν. κατὰ τὸ δίκαιον λογοθετείσθωσαν. οὐ γὰρ δίκαιον αὐτοὺς ἀντὶ τοσούτων κόπων καὶ ζημιοῦσθαι. χορηγείτωσαν δὲ τὸν σῖτον κατὰ τὰ ἐπὶ ἀγορᾶς ὤνια καὶ μηδὲν περαιτέρω. ὁ δὲ παραβαίνων ἢ παραβαθῆναι συγχωρῶν τὸν νόμον λ' χρυσίου λίτρας ἐπιτίμιον καταβαλλέτω. Cùm in ciuitate aliqua frumenti comparandi curatore opus est, eius creatio fiat arbitrio & ele-
C ctione episcopi & primorum ciuitatis, non vt videbitur creatoribus, neque ex quibus voluerint personis, sed soli ex regione illa officiales militantes & dimissi ad munus illud sitoniæ ab eis promoueantur. Hi namque qui in publicis negotiis diu sunt exercitati, facilius sitoniæ munus expedient. At omni damno liberentur qui eam necessitudinem curamq; sustinuerint, & secundum leges discutiantur, quandoquidem æquum non est vt ex tot laboribus damnum ferant, frumentum autem præbeant non maiore pretio quàm in foro distrahatur. Qui vio-
D larit legem aut violari concesserit, triginta librarum auri multam sustineto.

Fit ex hac Constitutione sitonæ creatio arbitrio possessorum ciuitatis & episcopi, non ex quibuslibet, sed ex cohortalibus. Et indemnes sitonæ seruantur, vt ex l. vlt. §. item rescripserunt sitonas. D. de adm. rer. ad ciuit. pert.

## *De collatione donatorum vel releuatorum aut translatorum seu adæratorum.*
E
## *Tit. 28.*

I. IMP. P. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. HERMOCRATI PP. Dispositionem amplissimæ recordationis Antiochi, qui certam quantitatem ante se releuatis possessionibus nomine canonis indixit, non imminui decernimus. id enim, quoniam in ca-
F nonem cecidit, & anniuersaria debet pensitatione persolui, nec in præteritum, nec in posterum patimur esse concessum. indulgentiam verò memoratæ descriptionis & in anteactum & in posterum tempus, non solùm in releuatis, verùm etiam in donatis, adæratis, translatisq;, seu quodcunque aliud nomen nouæ descriptionis excogitatum est, volumus obseruari. nullamq; super his vnquam exactionis molestiam for-
G midari, quibus non tantùm reliqua præteriti temporis relaxamus, sed nec in posterum quidquam innouationis aut oneris adiiciendum esse censemus, nulliq; licere deinceps contra diualia statuta releuare suas pos-

 sessiones.

ſeſſiones. nouerit tamen ampliſſimæ tuæ ſedis officium, quòd ſi aliquando nobis ſuggeſtio huic noſtræ ſanctioni contraria porrigatur, vel ſi ſacris mandatis (ſi qua fortè citra ſuggeſtionem his piis diſpoſitionibus aduerſa manauerint) obſequatur, & aliquos tanquam debitores ex huiuſmodi titulo crediderit exponendos: ducentarum librarum auri ſe condemnatione multandum. DAT. XII. KAL. DEC. CP. THEODOSIO A. XVIII. ET ALBINO V. C. COSS.

Beneficia principum hæc ſunt, donare poſſeſſiones dempto canone: releuare poſſeſſiones tributis: transferre poſſeſſiones in aliud ius aliam'ue functionem, veluti ex patrimoniali iure, in priuatum, vel ex vna præſtatione, in aliam. Adærare, id eſt, æſtimare & taxare leuius. Cùm huiuſmodi pleraque principes contuliſſent, neceſſitate vrgente poſtea eis derogatum eſt ſæpe, & remiſſæ poſſeſſionibus quantitatis pars alia atque alia, deſcriptionibus indicta & impoſita eſt. l. 15. C. Th. de ind. deb. No. Mart. de ind. rel. quæ omnes hac Theodoſij Nouella tolluntur, & ſi quæ ſunt ex eis reliqua remittuntur, deincepsq́; conſtituitur vt in talibus prædiis ea tantùm deſcriptio locum habeat, quam Antiochus præf. prætorio ordinauit, cuius definitio extat in l. vlt. C. Th. eod. tit. (fuerat is præf. prætorio ante Hermocratem, ad quem hæc lex ſcripta eſt) & vt ei deſcriptioni poſthac nihil adiiciatur, ſicut ex l. pen. J. de om. agro deſ. quam huic eſſe coniungendam ex integra Theodoſij Nouella, quam habemus, didicimus: ſi quis de fundis patrimonialibus ſteriles ſub certo canone ſuſceperit, nulla etiam adiectione onerari poteſt. Adhæc, vt in poſterum releuationem poſſeſſionum ſuarum ex liberalitate principis nemo petat, petita'ue fruatur: atque adeo vt ne ex huiuſmodi titulo, releuatarum ſcilicet poſſeſſionum, poſthac à præfectianis alij quàm qui ante hanc Nouellam fuerint quaſi debitores exponantur. Legendum hoc loco pro, *Et aliquos*, *Et alios tanquam debitores*, &c.

## *De collatione æris.* Tit. 29.

I. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. HILARIO PP. Æris pretia quæ à prouincialibus poſtulantur, ita exigi volumus, vt pro viginti libris æris vnus auri ſolidus à poſſeſſore reddatur. DAT. V. KAL. IAN. MED. ARCADIO IIII. ET HONORIO III. AA. COSS.

Sunt quædam prouinciæ quæ æs fiſco inferunt veluti Cyprus, quo exemplo vtuntur Græci hoc loco, eodemq́; ad l. 1. J. de arg. pretio, & Theſſalonices metallorum. Cyprus itaque æs & argentum infert. Pro vtroque ſi mалit aurum inferre, id hac ratione faciat, vt pro ſingulis libris argenti, inferat quinos ſolidos, & pro vicenis libris æris, ſingulos ſolidos.

## *De diſcuſſoribus.* Tit. 30.

Diſcuſſores ſunt veluti cognitores & diſceptatores rationum fiſcalium ab aliis tractatarum. L. cùm poſt. Š. de appell. l. pen. Š. quor. ap. non rec. quæ duæ leges coniungendæ ſunt: vel etiam rationum publicarum. l. vlt. J. hoc tit. l. 1. Š. de ratioc. op. pub. Symmachus in epiſt. *Video baſilicæ pontisq́ rationem rectè quidem Bonoſo præſidali viro eſſe mandatam, cui & vigilantia ſupereſt ad illuminandas publicæ rationis ambages, & fides ad perſequenda quæ examen inuenerit. Sed vereor ne ludificationibus res iniuncta frigeſcat obluctante eo quem ſocium diſcuſſionis accepit.* Hoc verò non quæratur in editis. multò certè plures reſtant non editæ quàm editæ.

I. IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD ARTHEMIVM VIC. HISPANIARVM. Quoties in diſceptatione conſtiterit, iniquè diſcuſſionem fuiſſe confectam, & fidem facti non poterit adprobare diſcuſſor: ipſe in eodem titulo & in eodem modo ad ſoluendum protinus vrgeatur, in quo alterum perperam

A peram fecerit debitorem. DAT. PRID. ID. MAI VALENTINIANO NB. P. ET VICTORE COSS.

Iniquus discussor siue λογοθέτης tanti damnatur, quanti prouincialem fisco debere constiterit. *In eodem titulo*, puta in auro vel argento, & in eodem modo, id est, eadem quantitate.

II. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MESSALÆ PP. Ne diutius casu amissa securitate publica quædam præda nascatur colla-B toribus: decernimus vt quando securitates à discussoribus seu apparitoribus expositæ ratiociniis publicis continentur, rursus per iniuriam non petantur. DAT. V. KAL. DEC. CP. STILICONE ET AVRELIANO COSS.

Nouella Valentiniani de indulg. reliq. valde pertinet ad hanc legem: quæ discussores refert in prouincias plerunque proficisci ambitione & suffragio potius, quàm merito vel electione certa, & ingressos statim expetere cohortales atque etiam scholares. vulgò malè legitur *scalares*, si-C cut & in vita Martini à Sulpitio Seuero composita, *scalares alas & stipatos multiplici satellitio proferre iussiones sacras, expetere securitates annorum serie & vetustate consumptas, & eis non extantibus inde prædæ occasionem captare, extantium acceptilationem diuendere, denique apud improbum rei arbitrum nocere chartulam cùm periit, nihil proficere cùm extat. ex quo sequuntur innumera clades*, & cetera. Hac lege constituitur, nihil nocere securitatum amissionem, seruari illationum fidem posse ex rationibus & regestis publicis, vt dictum est in l.2. §.de con.fis.deb. vel ex arca præf. prætorio. No.49. sicut ex creditorum rationibus in priuatis debitis.l.5. & 6. §.de edendo. Ratiociniis.] Vide nostrarum Obser. IIII. cap.27.

III. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTIN. AA. APOL-D LONIO PP. Per singulas prouincias vel ciuitates, honoratis vsque ad comitiuam consistorianam, necnon etiam militantibus & suis obsequiis non adhærentibus, aduocatis quin etiam fori prouincialis, mandari discussionis iugorum sollicitudinem decernimus. DAT. V. KALEND. IANVAR. EVDOXIO ET DIOSCORO COSS.

Discussionis onus iniungi posse non honorariis tantùm Comitibus consistorianis, sed etiam E in actu positis, si suis obsequiis non adhæreant. arg. l.1. ‡.de colleg. Item aduocatis fori prouincialis. quod cum l.6.§.de adu.diu.iud. videtur pugnare, nisi eam ad illustrium & spectabilium iudicum duntaxat aduocationem referas, non ordinariorum iudicum, quæ non nisi impleto huiusmodi munere, immunitate fruitur. l.1.‡.quib.mun.exc. Sequitur l.4.ex lib.56. βασιλικῶν quæ exulabat.

IIII. ΜΗΔΕΙΣ γινέσθω λογοθέτης χωρὶς βασιλικῆς κελεύσεως ἰδικῶς μεμνημένης τῆς αὐτοῦ τοῦ λογοθέτου προσηγορίας, μήτε κατὰ κέλευσιν τῶν ὑπάρχων, μήτε ἐκ προστάξεως ἄλλου οἱουδήποτε δικαστηρίου γινέσθω τὶς λογοθέτης ἐν ταῖς ἐπαρχίαις, ἢ πο-F λιτικῶν ἔργων, ἢ σιτωνικῶν χρημάτων, ἢ λιμενιτικῶν, ἢ τῶν περὶ τὰς δημοσίους ὁλκὰς τῶν πόλεων δαπανωμένων, ἢ περὶ τειχοποιΐαν, ἢ περὶ ὁδοστρωσίαν, ἢ γεφύρων, ἢ μώλων κατασκευὴν ἀλλ' οὐδὲ τῶν λυτρωτικῶν χρημάτων ἢ ἄλλως ὁπωσοῦν εἰς πολιτικὴν ζήτησιν ἀναφερομένων χωρὶς βασιλικοῦ τύπου. αὐτὸς γὰρ ὁ βασιλεὺς εἴτε ἐκ δημοσίου χρήματα ἐκπέμψῃ πρὸς τειχοποιΐαν ἢ ἑτέρου παντὸς ἔργου κατασκευὴν, εἴτε εὕρῃ παρ' ἑτέρου καταλελειμμένα χρήματα πόλεσι πρὸς ἅπαξ, ἢ καὶ διηνεκῶς ὅτε ἂν αὐτῷ παραστάσῃ, πέμπει τὸν λογοθέτην καὶ G τὸ ἔργον ὀφείλοντα ἐπιτηρῆσαι καὶ ἀκριβεῖς λογισμοὺς ποιήσασθαι καὶ εἰς τὸ θεῖον αὐτοῦ κράτος ἀναγαγεῖν ἐφ' ᾧ τε γινομένης ὀρθῶς τῆς δαπάνης θεῖαν γενέσθαι παρ' αὐτοῦ τοῖς διαπανηκόσιν ἀμεριμνίαν καὶ μηκέτι δευτέραν ζήτησιν αὐτοὺς ὑπομένειν ἢ κληρονόμους αὐτῶν ἢ διαδόχους. εἰ δὲ καὶ ὁ λογοθέτης πεμπόμενος ἐπιτραπείη ποιῆσαι ἀμεριμνίαν

τοῖς

τοῖς ὀρθῶς διαδαπανηκόσι τὰ χρήματα καὶ μετὰ τὴν τοῦ λόγου ἐρεύνης δίδοσθαι αὐτοῖς ἀμεριμνίαν τοῖς ὀρθῶς διαδαπανηκόσι, ἴσω δὲ αὕτη κυρία ὑπὲρ μήτε θείας ἀμεριμνίας δεῖσθαι τὸ λοιπὸν μηδὲ ἑτέρας ἀσφαλείας τὸν δαπανήσαντα ἢ τοὺς κληρονόμους αὐτοῦ ἢ διαδόχους ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τῇ τοῦ λογοθέτου ἀσφαλείᾳ. Ἐπαγγελλέτω δὲ καὶ δαπάνας δίδοναι τοῖς λογοθέταις ἡ διάταξις ἐφ' ᾧ τε ἀζημίως αὐτοὺς ποιεῖσθαι τὴν λογοθεσίαν. ὁ δὲ οἴκοθεν δαπανῶν ἢ περὶ ἔργα τῆς πόλεως, ἢ περὶ ἄλλην κοινωφελῆ χρείαν μηδενὶ ὑποκείσθω λογοθεσίᾳ μήδε αὐτὸς μήδε κληρονόμος μηδὲ διάδοχος αὐτοῦ. μηδὲ ἐπὶ ζητήσει δημοσίων λογισμῶν οἷον ἐπὶ κερδῶν ἢ τῶν λεγομένων ἀγωγικῶν ἤτοι περιπτωματικῶν ἢ τῶν δαπανωμένων περὶ τοὺς δημοσίους ὄνους ἢ ὀνηλάτας ἢ τῶν διωγμιτικῶν καὶ τῶν ἄλλων ἃ ῥωμαϊκῷ ὀνόματι καλοῦνται Solemnia. μηδεὶς δὲ τῶν ἀρχόντων πεμπέτω λογοθέτην ἀλλὰ ἀναφερέτω πρὸς βασιλέα ἐφ' ᾧ τε παρ' αὐτοῦ πέμπεσθαι τὸν ἐπὶ τούτοις λογοθέτην μηδὲ ἄχρις ἑνὸς ὀβολοῦ ὀφείλοντα κερδαίνειν, ἀλλὰ τῷ τε δημοσίῳ λόγῳ καὶ τοῖς ὑποτελέσι φυλάττειν τὸ δίκαιον. ἐὰν οὖν εὑρὼν παρά ποι χρήματα δημόσια ὁ λογοθέτης εἰσπράξῃ αὐτὰ καὶ εἰς τὸ θεῖον ornamentum εἰσκομίσῃ, ἐξέστω αὐτῷ καθ' ἑκάστην λίτραν ἓξ νομίσματα ὑπὲρ θεραπείας παρακατασχεῖν. Εἰ δὲ παρὰ τῶν ὄντων ἐν ἐπαρχίαις ἢ ἑκόντων ἢ ἀκόντων ἄχρις ἑνὸς ὀβολοῦ λάβῃ αὐτὸς μὲν τὸ λαμβανόμενον ἀποδιδότω τετραπλάσιον ὀφείλων εἰσκομισθῆναι τοῖς δημοσίοις καὶ ποινῆς βασιλικῆς πειράσθω ὡς τὸ δημόσιον προδεδωκὼς ἢ τοὺς συντελεστὰς ἀδικήσας. ὁ δὲ ἀναγκαζόμενος παρασχεῖν ὡς διὰ τῶν καθομολογῶν ὑποτίθησιν αὐτὸν εἶναι τοῖς δημοσίοις ἀπαιτηθήσεται πάλιν τὰ περὶ ἔσων ὑπομένει ζήτησιν ὀφείλοντα εἰσκομισθῆναι τῷ δημοσίῳ λόγῳ. καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ τῶν Solemnium ζητήσει ὁ βασιλεὺς μανθάνων τὸ γενόμενον λογοθέσιον, θείαν ἀμεριμνίαν ἐκτίθεται τοῖς λογοθετήσασι μηκέτι δευτέρῳ ὑποβαλλομένοις λογοθεσίῳ, αὐτῷ τῷ λογοθετοῦντι ἐπιτρέπων τοῖς λογοθετουμένοις ποιεῖν ἀμεριμνίαν ἐφ' ᾧ τε τοὺς ταύτην λαμβάνοντας μηκέτι δευτέραν μένειν λογοθεσίαν. μήτε δὲ ὑπὲρ τῆς γενομένης ἀμεριμνίας λαμβανέτω τι παντελῶς ὁ λογοθέτης ἀλλ' ἐὰν ὅλως ἐπιχειρήσῃ τι λαβεῖν ἄδειαν ἐχέτωσαν οἱ κλήρικοι καὶ πολῖται καὶ ἀπωθεῖσθαι τὸν ἐκβιβασμὸν αὐτοῦ καὶ δεήσεις ἐπιδιδόναι τῷ κατὰ καιρὸν βασιλεῖ ὥστε πεμφθῆναι τινὰ κατὰ χώραν τὸν ὀφείλοντα ποινὴν ἀναπράξαι τὸν ἐπιχειροῦντα τι ἀπαιτῆσαι. Εἰ δὲ καὶ τις ἄρχων μετὰ τὸν παρόντα νόμον χωρὶς θείας ἐγγράφου κελεύσεως πρὸς αὐτὸν πεμπομένης ἀποστείλῃ λογοθέτην ἐπὶ οἱονδήποτε τῶν εἰρημένων ἐπ' αὐτοῖς μὲν ὁ ἄρχων εἴκοσι χρυσίου λίτρας πρόστιμον ὑποστήσεται, ἡ δὲ τάξις αὐτοῦ, πέντε καὶ δέκα. μήτε προφάσει ἀνακαθάρσεως ὀχετῶν ἢ τῶν πρὸς τοῖς τείχεσιν οἰκοδομημάτων, καὶ τῶν αὐτῶν καταλύσεως ἢ τῶν ἐν ταῖς δημοσίαις στοαῖς γινομένων τῶν καλουμένων προσδυλείων καὶ ἐργαστηρίων, ἢ τῶν ἐν ταῖς μεσοτοίχοις τῆς πόλεως οἰκοδομημένων ὡς ὀφειλόντων ἀνατραπῆναι, ἢ περὶ ἐκείνων ἤτοι αὐτοτρόπων ὅλως ἐπινοιῶν ἢ πολιτικῶν ζητήσεων ποιείσθω τινὰς προσάξεις. οἱ δὲ καὶ ποιήσει ἄδειαν ἐχέτωσαν οἱ ἐν ταῖς πόλεσι τὸν ἐντεῦθεν ἐκβιβασμὸν ἀπωθεῖσθαι καὶ μηδεμίαν ἀπόκρισιν ποιεῖν ἐν ταῖς τοιαύταις * πράξεσι μετὰ τοῦ καὶ τοὺς ἄρχοντας τῶν ἐπαρχιῶν οἱ τὸν τὸ γενόμενον σιωπήσουσι καὶ ταύτην πολιτικὴν καὶ δημοσίαν βοήθειαν τοῖς αὐτοῖς ὑποκεῖσθαι ἐπιτιμίοις, ἐξουσίαν ἐχόντων τῶν βουλομένων δεήσεις ἐπιδιδόναι βασιλεῖ καὶ δι' αὐτῶν διδάσκειν τὰ γενόμενα ὡς ἂν ἐκ βασιλικῆς ἀγανακτήσεως ἐπακολουθήσῃ διόρθωσις, πρὸς τὸ καὶ τοὺς προστάξαντας ἄρχοντας γνῶναι τι τοιοῦτο εἴκοσι χρυσίου λίτρας προστιμᾶσθαι καὶ μάλιστα προσδοκᾶν βασιλικὴν ἀγανάκτησιν: τὰς δὲ πειθομένας αὐτοῖς τάξεις μετὰ τοῦ προστίμου τῶν πέντε καὶ δέκα τῶν χρυσίου λιτρῶν καὶ τὴν ἐν σώματι τιμωρίαν ὑπομένειν. μόνον γὰρ ἔξεστι τῷ βασιλεῖ καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐποψίαν ἐπιτρέπειν ἀνδρὶ καθαρῷ καὶ σὺν ἀληθείᾳ καὶ πρὸς [illegible]ίλειαν τῶν πόλεων τὰ τοιαῦτα ζητοῦντι καὶ μηδὲν παντελῶς ὑπὲρ αὐτῶν κομιζομένῳ. προνοείτωσαν δὲ οἱ τῶν πόλεων πάτερες καὶ οἱ τῶν κληρικῶν ἀντιλήπτορες ὥστε μηδένα πολιτικὸν τόπον ἢ δημόσιον ἢ πρὸς τὰ τείχη ἢ ἐν ταῖς δημοσίαις στοαῖς ἢ πλατείαις ὃ ὁπουδήποτε κείμενον ὑπό τινων ἀλόγως κατέχεσθαι καὶ μὴ

* forte προσάξεσι vel ἀναπράξεσι.

A καὶ μὴ ἐκδίδοσθαι τόπον πολιτικὸν χωρὶς θείου τύπου. τὰ γὰρ παρ' αὐτῶν μὴ ὀρθῶς ἐκδιδόμενα ἀνατρέπεσθαι καὶ ζημιοῦνται οἱ εἰληφότες. προνοείτωσαν δὲ οἱ αὐτοὶ ὥστε τοὺς ἐκ τούτου θείου ἔχοντας νομὴν ὕδατος μὴ πλεονεκτεῖν τοὺς ἑτέρους καὶ τὸν μὲν πλέον τὸν δὲ ἔλασσον λαμβάνειν· ἔργον δὲ ἔστω τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος τῶν θείων ἰδικῶν τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ὑπηρετουμένων αὐτῷ παλατινῶν διερευνᾶν ταῦτα καὶ προσαγγέλλειν καὶ τὴν τῶν ἐπικειμένων προστίμων εἴσπραξιν ποιεῖσθαι ἢ ἐὰν ῥαθυμήσωσιν εἴκοσι χρυσίου λίτρας προστιμᾶσθαι τὴν δὲ τάξιν αὐτοῦ πέντε καὶ δέκα. Nemo fiat discussor aliter quàm ex iussione principis
B specialiter discussoris faciente mentionem, non præfectorum iussu, non ex præcepto alterius cuiusquam iudicis, non ciuilium operum vel pecuniarum frumento comparando destinatarum, vel portuum vel eorum quæ impenduntur in aquæductus murorumve constructiones, vel ad vias sternendas, vel ad pontium & aggerum instructionem, sed neque pecuniarum ad lauacra destinatarum, vel alio quocunque modo ad ciuilem rationem pertinentium. At princeps siue ex ærario pecunias
C miserit ad mœnium vel alterius operis constructionem, siue ab alio relictas ciuitatibus pecunias inuenerit, semel vel etiam sæpius cùm ei sederit animo, mittat discussorem qui opus admetiatur & rationes putet exactè, & ad se referat, vt si rectè sumptus facti sunt, iis qui fecerunt sacra securitas conficiatur, qua freti nullam ij postea vel heredes eorum aut bon. possessores quæstionem patiantur. Valeat & ab discussore post rationum discussionem emissa securitas, nec sacra apocha nec alia qua-
D libet cautione indigens. Sumptus autem discussoribus pollicetur Constitutio, vt sine damno ratiocinia tractent. Eos verò qui de suo impendunt in opera ciuitatis vel alias publicas necessitates, heredesve eorum, nullam vult discusionem sustinere, vel lucrorum vel eorum quæ dicuntur ἀγωγικὰ aut προχρεωστικὰ, vel sumptuũ qui fiunt circa mulos fiscales aut muliones, vel prosecutionum ratione, vel eorum quæ generali nomine vocantur, solemnia. Ceterùm præsidum nemo discussorem mittat, sed
E referat ad principem in hoc vt ab eo mittatur qui hæc discutiat, ac ne vnum quidem obolum inde corradat, sed tam fisco quàm collatoribus ius suum conseruet: & si inuentas apud aliquos pecunias fiscales exegerit & sacro ornamento intulerit, licito iure sibi in singulas libras sex solidos pro solatio retineat. Quòd si vel obolum inuitis aut volentibus prouincialibus acceperit, is quidem quod accepit reddat, quadruplum fisco inferens, & criminaliter coerceatur quasi proditor fisci collatorúm-
F que concussor: Qui autem dedit quasi hoc ipso confessus se fisci rationibus obnoxium, rursus discutiatur & exigatur: Discusione autem solemnium facta & ad principem perlata, discusis sacra securitas detur: dari etiam ea potest à discussoribus, ita vt vtroque casu nullam illi postea discusionem patiantur: neque verò ob securitatem à se expositam discussor quidquam accipere potest, vel si quid exigat, possessoribus & municipibus eum propulsandi ius est, referendi etiam ad principem vt
G mittat aliquem qui hoc genus concusionis coerceat. Præses qui post hanc legem non accepta ex scripto iussione principis, discussorem quacumque ex causa miserit, xx. lib. auri & officium eius xv. pœnæ subii-

 ciatur,

ciatur, qui nec occasione repurgationis cloacarum vel ædificiorum muris adiunctorum vel ruinæ eorum vel ob factas in publicis porticibus παραδυλίδας, vt vocantur, & areas, vel eorum quæ in ciuitatis intercolumniis ædificata sunt, quasi destruenda sint, vel de imaginibus aliisue à se excogitatis modis, aut ciuilibus quæstionibus vllas iussiones facere potest. Sed & si fecerit, licet ciuibus executioni earum obsistere, miniméque eis satisfacere, præsidibus prouinciarum hoc silentio transmittentibus & omni ciuili publicoque auxilio eisdem subdendo pœnis, facultatem quoque habentibus iis qui voluerint preces principi offerre & gesta perdocere, vt principalis indignationis correctio consequatur: præsidibus item talia iubentibus x x. lib. auri multandis, maioremque principis commotionem expectantibus: officio autem obsecundante præter multam x v. lib. auri in corpus castigando. Soli enim principi licet horum inspectionem viro integro & fideliter atque ex vsu ciuitatum hæc indaganti, nihilque protinus ob id accipienti mandare. Prouideant autem patres ciuitatum possessorumque potiores, ne quis ciuilem vel publicum vllum locum in muris vel in publicis porticibus vel obsequiis vel alibi iniusta ex causa detineat, & ne cuiquam detur quidquam ex publico sine sacra forma. Quæ enim fuerint ab eis tradita non rectè rescindentur, & in damno versabuntur qui acceperint. Hidem prouideant ne qui ex sacra forma habent possessionem aquæ, quid vsurpent præter ceteros, & hic quidem plus, ille minus accipiat. Hæc autem magnificus Comes priuatarum & ei obsequentes Palatini perscrutari & deferre debent, impositasque pœnas exigere, vel si neglexerint, x x. lib. auri multantur, officium verò x v.

Præcipua legis capita hæc sunt, Non mitti in prouincias discussorem sine auctoritate principis: Discussis apocham sacram vel à discussore dari: Sumptus solatiaque discussorem habere ex publico: Nihil capere à collatoribus. De iis quæ vocantur, παραπομπαὶ, meminit Iustinianus No. 128. Notandum quod sacrum ærarium, ornamentum vocat, vestiarium Græci appellant ad l. 2. §. ne fis. vel Resp. Discussoré autem semel Inspectoré vocat, vt in No. Valent. de ind. tel. & frequẽtius λογοθέτην. Procopius II. de bel. Goth. ἦν δὲ Ἀλέξανδρός τις ἐν Βυζαντίῳ τοὺς δημοσίους ἐφευρὼν λογισμοὺς, λογοθέτην ἑλληνίζοντες τὴν τιμὴν ταύτην καλοῦσι ῥωμαῖοι. quæ interpres omisit. Sed fortasse Catholicum potius intelligit quàm discussorem. nam & eodem nomine cœpit Catholicus appellari teste Harmenópulo. Nouissimè etiam Quæstor. Sic enim legimus scriptum in Notitia officiorum Constantinopoleos. μέγας λογοθέτης διατάττει τὰ περὶ τοῦ βασιλέως ἀποστελλόμενα προστάγματα τε καὶ χρυσόβουλα πρός τε ῥῆγας τοὺς λατίνους καὶ τοπάρχας καὶ τοῦτο μὲν ἴδιον τοῦ μεγάλου λογοθέτου ὑπούργημα. quæ functio Quæstoris est. Mutauere etiam Latini Quæstoris nomen in Cancellarij. Niceta VII. τὸν ἐκείνων ὡς ἡ λατίνων βούλεται φωνὴ καγκελλάριον, ὡς δ' ἕλληνες εἴποιεν λογοθέτην. quo de officio §. tit. 12.

## *De decurionibus & filiis eorum, & qui decuriones habentur quibus modis à fortuna curiali liberentur. Tit. 31.*

Curia senatum significat. duplex autem est senatus, antiquæ Romæ & Constantinopolitanæ Romæ, qui dicitur maximus l. vlt. j. hoc tit. In aliis ciuitatibus est curia. ergo & senatus. Sed hîc minor senatus dicitur, & qui in eum conscripti sunt consilij publici causa curiales siue decuriones, quodammodo senatores sunt. l. omnes iudices. j. hoc tit. No. 38. Euagrius lib. III. ἐκέστας φιλοῦσι τοὺς ἐν ταῖς βουλευτηρίοις ἀντισυγκλήτου τινὸς ἰσχύος τε καὶ ὀρεξαμένας. Maiorianus in No. de Curialibus. *Curiales, inquit, seruos esse Resp. ac viscera ciuitatum nullus ignorat, quorum cœtum rectè appellatum minorem senatum.* vbi pro *seruos*; legendum, *neruos*. Cassiodorus IX. Non inaniter appellauit minorem senatum, neruos quoque vocitans ac viscera ciuitatum. intelligit autem Cassiodorus Nouellam illam Maio

A Maiorani. Hic titulus non est in Basilicis, quòd Leonis auctoritate No. 46. sublati iam essent ordines decurionum.

I. IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. ET VALERIANVS CÆSAR CARTERIO. Si cùm te pater decurionem esse voluisset, & illo in rebus humanis agente, honor tibi iste delatus est: tenentur quidem etiam heredes eius reipublicæ. nam in hac parte vice fideiussoris pater accipitur: sed non antè, nisi tuis propriis rebus excussis. PP. V. KAL. DEC. ÆMILIO ET BASSO COSS.

B

Si filiusf. voluntate patris & patre superstite decurio factus sit, lex ait heredes patris Reip. teneri. patrem enim vice fideiussoris accipi. excuti verò prius filium oportere. Vt igitur fiscus, ita Resp. electionem non habet. Sed neque priuati ex Nouella Iustiniani. At si filiusf. à patre decurio factus, post mortem patris honores vel munera quædam ciuilia suscipiat, vel si voluerit eum pater decurionem fieri, eiq; decurionatus honor delatus sit post mortem patris, heredes patris eo nomine Reip. non tenentur. l. Lucius. § hoc responsum. D. ad municip. l. 3. § vlt. l. & si filiũ. D. de mun. & hon. Nec obstat. l. si filia. § Neratius. D. fami. erc. quoniam ibi viuo patre filio delata est ἀγορανομία, atque ideo pater eam filium suscepturum professus est. quamobrem meritò heredes tenentur, etiam si filius non nisi post mortem patris eo munere functus sit. l. 1. ℐ. de per. & suc. par.

C

II. EXEMPLVM SACRARVM LITERARVM DIOCLETIANI ET MAXIMIANI AA. Obseruare oportebit magistratus, vt decurionibus solenniter in curiam conuocatis, nominationem ad certa munera faciant, eamque statim in notitiam eius qui fuerit nominatus, per officialem publicum perferri curent: habituro appellandi, si voluerit, atque agendi facultatem apud præsidem causam suam iure consueto. quem si constiterit nominari minimè debuisse, sumptum litis eidem à nominatore restitui oportebit. SINE DIE ET CONSVLE.

D

Duumuiri nominationem ad munera ciuilia faciunt ex more vel lege municipali, conuocata curia. Ab ea nominatione est appellatio. l. si ad scribatum. l. ij qui ad ciuilia. l. ciues. ℨ. de appel. vel querela potius quàm appellatio. l. si nominatus. C. Th. eod. tit. sine obseruatione dierum fatalium. l. 1. ℨ. de temp. ap. Confirmari nominationem oportet iudicio præsidum. l. 59. ℐ. qui & nominationibus interesse solent. l. 1. § sed & si præses. D. quan. ap. sit. Edita est hæc Constitutio sine die & consule vt & pleræque aliæ, quæ res vitij nihil adfert. Augustinus in Breuiculo Collat. III. *Cognitor interlocutus est euidentissimè legibus definitum, imperialia constituta, etiam si Coss. non legerentur, in dubium non vocari.* Personalia certè beneficia sine die & consule non valent. l. si qua. ℨ. de diu. res.

E

III. IIDEM AA. IVLIO. Cùm decurionatus honorem sponte susceperis, ab albo eximi, licet annosum te esse dicas, non potes. PP. ID. NOV. DIOCLETIANO A. II. ET ARISTOBOLO COSS.

F

Constitutionibus cautum est, inuitos ad decurionatus honorem non vocari eos, qui maiores sunt annis 55. Qui tamen sua sponte susceperint decurionatum, licet excesserint annos LXX. non eximentur decurionum albo.

IIII. IIDEM AA. CASSIANO. Cùm adoptiuum filium ex adoptantis dignitate decurionis filium effici nulla dubitatio sit, pro atrocibus iniuriis eum, quem ad vicem naturalis pignoris tibi adscribebas, à præside prouinciæ illicitis corporis cruciatibus affici non oportuit, hocque congruenti pœna coercebitur. PP. XI. KAL. DEC. DIOCLETIANO A. II. ET ARISTOBOLO COSS.

G

Decuriones plebeiorum pœnis tormentisve non adficiuntur. Sed nec filij eorum naturales aut adoptiui quam in rem pœna definitur in l.omnes iudices.7.Filios pignora vocat. Sunt enim ἐνέχυρα βίου, vt Theophilactus scholasticus ait in epistolis, & Theophilus in Institutione prima. A

V. IIDEM AA. ALEXANDRO. Filios in potestate patris positos ad munera seu honores non posse deuocari falsò tibi persuasum est: Sanè si ad nominationem filij consensum non accommodaueris: ob administrationem ipsius minimè conueniri poteris. PP. VI. ID. MAXIMO II. ET AQVILINO COSS. B

Filiusf.ciuilia munera & honores suscipere potest, nec pro eo pater inuitus obligatur, nisi prætoriis actionibus.l.3.§.Ne filius pro pat.

VI. IIDEM AA. LEONTIO. Expertes literarum decurionis munera peragere non prohibent iura. DAT. VIII. KAL. MAI AA. COSS.

In decurionibus facultates magis spectamus, quàm eruditionem literarum. C

VII. IIDEM AA. DIOGENIANO. Licet indiuisa bona fratres habent, nihilominus tamen singuli suo nomine ciuilibus tenentur muneribus. DAT. IIII. ID. MAI PAVLINO IPSIS AA. COSS.

Qui munere aliquo functus est, certi temporis vacationem habet. At propter fratrem qui munere functus est, frater vacationem non habet qui munere functus non est, licet hereditatem paternam possideant pro indiuiso. nec enim vt indiuisa sunt bona, ita & munera ciuilia. indiuisa sunt munera inter patrem & filiumf.& inter fratres qui sunt sub patris potestate, quia omnes simul vnius vice funguntur, atque ideo nonnunquam vnus vacat propter alium. D

VIII. IIDEM AA. PLATONIANO. Infamia, quæ tibi abominanda est, non etiam amissionis oculorum casus quæsitum tibi adimit honorem. DAT. XVI. KAL. FEB. NICOMEDIÆ CC. COSS.

Infamia & nota quælibet adimit decurionatus honorem, cæcitas non item. quinimò cæcus & senator & decurio & iudex fieri potest, non tamen magistratus. nam in magistratu maiestatem ampliorem exigimus. Persæ ne coclitem quidem ad regni principatum aliamùe dignitatem admittebant, auctore Procopio. E

VIIII. IIDEM AA. * In albo decurionum describendo, patrem non habenti filios anteferri constitit.

Pro, *describendo*, quidam Codices habent, *præscriptis*. Puto legendum, *proscribendo*, vt in l.Herennius. D.eod. Præfertur in albo proscribendo is qui liberos habet non habenti. & ita ex septimo capite legis Iuliæ, ex Coss. ei qui liberos habet in potestate aut bello amisit, priori fasces sumendi potestas fit, auctore Gellio lib.2. Qui liberos habent, plus sunt de rep. solliciti, quàm qui non habent. Addatur l.spurij.§.vlt.D.eod. F

X. IIDEM AA. AVRELIO. Si vltra septuagesimum ætatis annum patrem tuum esse præses prouinciæ perspexerit, eum personalium munerum vacatione perfrui prouidebit.

A personalibus muneribus excusat ætas LXX. annorum, nec tamen decurionatu soluit. G

XI. IIDEM AA. AD MAXIMVM. Vxorem pro marito decurione

A rione conueniri non posse proculdubio est.

Dos tamen tenetur ob ciuile munus vel honorem mariti, nec speciale hoc est in primipilatu. Parapherna non tenentur. l. 3. §. Ne vxor pro mar.

XII. IIDEM AA. ZOTICO. Nec infames immunitatem habere, cùm hæc priuilegij, non notæ sit, conuenit. DAT. V. KAL. DEC. AA. COSS.

B Infamia repellit ab honoribus. Immunitatem & vacationem munerum, quæ ex priuilegio tantùm datur, non tribuit. l. 1. ff. de infam. l. 1. ff. de iis qui non impl.

XIII. IIDEM AA. * A muneribus decurionatus nec sententia præsidis in perpetuum, nec anni quinquaginta, nec podagræ valetudo præstat excusationem.

C In perpetuum decurionatu prohibitus non excusatur à muneribus ciuilibus. Sed neque podagricus, chiragricus, ischiadicus, nam ij morbi cessationem & interualla habent. Pro L. mallem L V. Tot anni excusant à decurionatu, non à muneribus. Eusthatius tamen περὶ χρόνων legit L.

XIIII. IMP. CONSTANTINVS A. AD EVAGRIVM. Nemo iudex aliquem suo arbitrio de curia liberet. nam si quis fuerit huiusmodi infortunio deprauatus, vt debeat subleuari: de eius nomine ad nostram scientiam referri oportet, vt certo temporis spatio ciuilium munerum ei vacatio porrigatur. PP. ID. MAR. CONSTANTINO

D A. III. ET LICINIO III. COSS.

Præses prouinciæ tribuere munerum vacationem non potest, etiamsi iusta videatur dandæ vacationis caussa subesse, veluti paupertas aut euersio bonorum aut morbus sonticus. Sed impetranda est à principe. l. 1. ff. de iis qui à prin. vac. acc.

XV. IDEM A. HILARIANO CORRECTORI LVCANIÆ ET BRVTIORVM. Vniuersos decuriones volumus à tabellionum

E officiis temperare. DAT. III. KAL. FEB. SABINO ET RVFINO COSS.

Decuriones tabellionum officio pro dignitate fungi non possunt. Tabelliones tamen ad decurionatum vocari possunt. l. si quis decurio. §. ad leg. Cor. de fal. cui hanc esse coniungendam inscriptiones & subscriptiones suadent. Tabelliones sunt publici contractuum scriptores. l. 3. ff. vt nemo ad suum pat. l. 2. §. de eunuchis. l. contractus. §. de fid. inst. vel testamentorum. l. ambiguitates. §. de testa. instrumenta ab eis conscripta ἔγγραφα dicuntur No. 73. 52. 49. 117. 142. & edicto 7. Forensia siue publica. l. comparationes. §. de fide instr. De eis specialis est No. 44. περὶ συμβολαιογράφων, ex qua intelligitur habere eos stationes suas, quas & gradus & scamna Græci vocant, & ministros siue disci-

F pulos, itemq; adiutorem siue substitutum confirmatum apud acta magistri census: Et Leonis No. περὶ πολιτικῶν συμβολαίων διατάξεων, ex qua intelligitur fuisse certum tabellionum corpus sub primicerio; à quo ex collegij sententia tabelliones quique creabantur, non nisi homines fidei probæ & scribendi loquendiq; peritissimi, necnon & iurisperiti, qui tenerent libros XX. βασιλικῶν, & haberent ἐπὶ στόματος, vt ait, XL. titulos Enchiridij. Adiicitur creationem eorum insinuandam esse præf. vrbi, creatoribus iurantibus se nec ambitione nec gratia vlla, sed sola virtutis conscientia ad noui tabellionis electionem adductos, atque ita in secretario præf. vrbi annuli signatorij oblatione, eius promotionem fieri. Duci autem eum ad præf. vrbi indutum ephestride, ac deinde promotione facta ad templum, ceteris tabellionibus eadem indumenta gerentibus, ibiq; pro ephestride, ei à sacerdote dari album φελόνιον superdicta precé. Adiicit & inepta quædam alia: & ad extremum, licere

G συμπανηγυρίζειν μετὰ τῶν συμπαρόντων καὶ συνευφραίνεσθαι, quæ omnia in Doctoribus creandis plerique nunc obseruant diligenter. At in ea No. Tabularij appellantur. Posterior ætas multa mutauit vocabula. Tabularij in libris nostris sunt qui ciuitatum aut prouinciarum chartas & rationes tractant atque supputant, qui præsunt tabulario ciuitatum, in quo pleraque publica & priuatorum recon-

duntur, veluti debitorum obsignatæ pecuniæ; quod ex multis locis liquet, qui sunt infrà supraq́. In rebus tamen priuatorum plerunque adhibebantur, vel vt pro imperitis literarum scriberent aut subscriberent, vel vt pro stipulari nequeuntibus stipularentur, quasi personæ publicæ. qua dè re sunt multi loci, quos nolo notare. eamus porrò.

XVI. IDEM A. AD HILARIANVM PROC. AFRICÆ. Si quis decurio vel propriæ rei causa vel reipublicæ cogatur nostrum adire comitatum, is non antè discedat, quàm insinuato iudici desiderio proficiscendi licentiam consequatur. quòd si pro sua audacia parui aliquis hanc fecerit iussionem, indignationem competentem sortiatur. PP. VII. ID. IVL. CARTAG. CRISPO III. ET CONSTANTINO III. COSS.

Ne decuriones suæ vel publicæ rei causa ad sacrum comitatum veniant sine commeatu præsidis. Obstare videtur l. pen. J. de legation. Respondeas, præsidi decretum & causam legationis non insinuari, Commeatum tamen siue ἀπολυτικὸν ab eo postulari.

XVII. IDEM A. AD EVAGRIVM PP. Qui derelicta curia militauerit, reuocetur ad curiam. DAT. XVI. KAL. IVN. CONSTANTINO A. VII. ET CONSTANTIO C. CÆS.

Qui militauerit in exercitu vel officio magistratuum.

XVIII. IDEM A.* Si ad magistratum nominati aufugerint, requirantur: & si pertinaci eos animo latere patuerit, his ipsorum bona permittantur, qui præsenti tempore in locum eorum ad duumuiratus munera vocabuntur: ita vt si postea reperti fuerint, biennio integro onera duumuiratus cogantur agnoscere. omnes enim qui obsequia publicorum munerum tentauerint declinare, simili conditioni teneri oportet. DAT. III. KAL. OCT. SERDICÆ CONSTANTINO A. VII. ET CONSTANTIO IIII. COSS.

Duumuiri sunt magistratus municipales annui, refugæ biennales. fuere in aliis municipiis Quatuoruiri. l. 1. J. de solut. & lib. deb. ciu. In aliis Aediles. l. 2. J. tit. prox. l. qui insulam. §. Aedilis. D. loca. Iuuenalis Saty. III. *Sufficiunt tunicæ summis aedilibus albæ.* Arpinum habuit Ædiles. Cic. XIII. Episto. *Aedilem filium meum fieri volui. Is enim magistratus in nostro municipio nec alius vllus creari solet.* & XV. ad Atticum. *Nummos Arpinatium si L. Fadius Aedilis petet.* Lanuuium Dictatores, in Orat. pro Milone. Capua Prætores II. Agr. Fundi, Horatio teste, nisi prætorem pro Duumuiro dixit, vt Acro interpretatur, more Græcorum, qui Duumuiros στρατηγοὺς vocant. Inde Spartianus in Adriano. *Per latina oppida Dictator & Aedilis & Duumuir fuit.* Alexandria Hypomnematographos. l. 59. J. Qui abierunt Duumuiratu, Duumuiralitij dicuntur. Augustinus de cura pro mortuis. *Curialis pauper vix illius loci Duumuiralitius.*

XVIIII. IDEM A. AD LVCRETIVM. Vacuatis rescriptis, per quæ munerum ciuilium nonnullis est vacatio præstita, omnes ciuilibus necessitatibus aggregentur: ita vt nec consensu ciuium vel curiæ præstita cuiquam immunitas valeat, sed omnes ad munerum societatem conueniantur. DAT. VIII. KAL. NOV. HERACLEÆ CONSTANTINO A. VII. ET CONSTANTIO IIII. COSS.

Non valent rescripta quibus nonnullis ciuilium munerum vacatio conceditur, etiam si adsit cōsensus curiæ vel ciuium. l. nemo. J. hoc tit. & l. 1. J. de iis qui à prin. vac. accep. de temporaria vacatione loquuntur.

XX. IMP.

A XX. IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. ORDINI CIVITATIS ÆDESENÆ. Circensium magistratus desertores ad eam grauitas tua faciat necessitatem conditionis vrgeri, vt quascunque pro his expensas ciuitas prorogauerit, refundere protinus ac repræsentare cogantur. DAT. XIIII. KAL. FEB. NAISSO ACINDINO ET PROCVLO COSS.

Sic reposui inscriptionem, vt erat in vetustissimo libro, quem habemus. At Cod. Th. habet, B *Constantina.* Hæc vrbs est Phœniciæ. Edessa Osroenæ. Scripta etiam videtur hæc lex fuisse ad præsidem Osroenæ. quoniam ait, *ad eam grauitas tua.* Sententia legis hæc est, Duumuiros non edentes ludos Circenses, protinus Reip. reddere compelli ea, quæ in eam rem Resp. prorogauerit. Similis est de prætoribus lex eiusdem Constantij lib. VI. C. Th. his verbis: *Pro eo quem absentem tempus editionis inuenerit, erogationem debitam fiscus expendat, post aduentum cuncta quæ prærogata fuerint, soluturo.*

XXI. IIDEM AA. NEMESIANO COM. LARGITIONVM. Curiales omnium ciuitatum nullam pro re priuata nostra debent in- C quietudinem sustinere, nec huiusmodi oneribus velut extraordinariis occupari, quoniam satis est si ciuitatum munera per eos congruè compleantur. DAT. PRID. ID. AVG. BESSÆ ACINDINO ET PROCVLO COSS.

Curiales pro Rep. subeunt munera, non pro re priuata principis, & generaliter alienis, humilioribus, extraordinariis oneribus Rep. subducendi non sunt. l. pen. j. de suscept.

XXII. IMP. IVLIANVS A. IVLIANO COMITI ORIEN- D TIS. Eos indulserunt veteres principes ex materno genere curialibus Antiochenis adscribi, quos patris conditio nullius vindicaret iuri ciuitatis. DAT. V. KAL. SEPT. ANTIOCHIÆ MAMERTINO ET NEVITTÀ COSS.

Partem patriæ nullam ducimus ex matre, licet ita Virgilius scripserit VIII. *Gnatum exhortarer ni mistus matre Sabella, Hinc partem patriæ traheret.* Ideoq; patre non curiali natus, etiam si mater sit ex curiali genere, non obligatur curiæ maternæ ciuitatis. l. nullus. 2. j. hoc tit. Excipitur hac lege curia Antiochena, quæ sibi vindicat etiam eos qui nascuntur patre libero, matre decurionis filia. l. E 62. j. hoc tit. cuius priuilegij gratiam Imp. Leo facit certis personis comprehensis. l. 61. j. hoc tit. Est igitur hoc vnum priuilegium Antiochenæ ciuitatis, quam Am. Marcellinus XX. Orientis pulchrum apicem, Herodianus IIII. ἡ πόλις τῆς ῥώμης μεγέθει ἀποδεομένη Procopius I. de bel. Pers. πλούτῳ τε καὶ μεγέθει καὶ πολυανθρωπίᾳ πόλεων πρώτην ἁπασῶν τῶν ἐν τοῖς ἑῴοις. Dissimilia aliquantum sunt ea priuilegia quæ Iliensibus & Delphis & Ponticis concessa sunt. l. 1. D. ad municip. Nec enim id eis datum est, vt editus matre curiali & patre nou curiali, curiam maternam sequatur, sed vt editus vtroque parente curiali, matris Iliensis aut Delphicæ aut Ponticæ potius curiam sequatur. Iliensibus id datum est propter inclitam nobilitatem ciuitatis & originem ciuitatis Romanæ. qua ratione Claudij temporibus soluti etiam sunt omni publico munere. l. non tantùm. §. Iliensibus. D. de exc. tut. & Tacitus XII. & Strabo XIII. & Suetonius in Claudio. Delphis idem datum est propter religio- F nem. Ponticis cur, nescio, qua lege scio, nempe Pompeia, auctore Plinio X. Epist. Illis qua lege, nescio. Dum sit quod scias, si quid adhæc sit quod nescias, laus est, quam hac sola ex parte capto. Ex alteta sibi pergant sumere qui cœperunt. Vndique enim sibi quisque vindicat nostra. Video, nec inuideo: & malo vt aliis bene sit de meo, quàm mihi malè de alieno.

XXIII. IDEM A. IVLIANO COMITI ORIENTIS. Prouidendum est eorum nouitati decurionum, qui nuper nomen curiis addiderunt, ne præteritis debitis susceptorum onerentur: sed conuentis propter hæc debita his, qui ea præcedentibus delegationibus contraxe- G runt, nullam eos molestiam pro sarcina nominationis alienæ sustinere patiaris. PP. BYRITHO KAL. NOV. MAMERTINO ET NEVITTA COSS.

Suscep

Susceptores publicorum tributorum ex decurionibus creantur.l.5.8.de exact. trib.l. 8.7. de suscep.quod tamen eis ademit Anastasius constitutis vindicibus.At noui decuriones non onerantur præteritis debitis susceptorum, quos ipsi non nominauerunt.Ait, *delegationibus*, quòd susceptoris officio nemo fungatur sine delegationibus. A

XXIIII. IDEM A. LEONTIO CONSVLARI PALESTINÆ. Si quis decurio pater sit duodecim liberorum, honestissima munerum quiete donetur. DAT. KAL. MAR. ANTIOCHIÆ IVLIANO A. IIII. ET SALVSTIO COSS.

Pro XII.Codex Th. & libri scripti habent,XIII. quod duobus II.mutatis in V.coniecturam facit esse legendum, XVI. Tot enim desiderantur in l.semper.D.de iu.immun. B

XXV. IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD PROVINCIALES BIZACENOS. Curiales vltra terminos propriæ ciuitatis non iubeantur à moderatoribus prouinciarum exhibere sui præsentiam, nisi publica necessitas exegerit. DAT. PRID. ID. SEPT. AQVIL. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO COSS. C

Nn.45.inter alia decurionum priuilegia hoc refertur, ne in aliam regionem pertrahantur. debent enim curiæ suæ assiduam & constantem operam.

XXVI. IIDEM AA. AD MODESTVM PP. Quidam ignauiæ sectatores, desertis ciuitatum muneribus captant solitudines ac secreta, & sub specie religionis cum cœtibus monazonton congregantur. hos igitur atque in huiusmodi deprehensos erui latebris, consulta præceptione mandamus, atque ad munia patriarum subeunda reuocari, aut pro tenore nostræ sanctionis familiarium rerum carere illecebris, quas per eos censuimus vindicandas, qui publicarum essent subituri munera functionum. PP. BYRITHO KAL. IAN. VALENTINIANO ET VALENTE AA. COSS. D

Pertinet hæc lex ad monachos Aegypti(quibus fuit Valens pertinaciter infensus)l.63. C. Th. de decur.nec tamen ad omnes,sed ad eos tantum,qui curia relicta Aegypto solitudines quæsissent.qua ex re capite minuti non censebantur.bona namque propria & testamenti factionem retinebant.l. generaliter.§. de episc.& cle.At ex ea vita non redeuntibus ad communem vtilitatem,hæc Constitutio ademit bona,quæ addicit iis qui eorum vice ciuilia munera gesserint,vt l.18.§. De monachis est locus singularis apud Hieronymum in Philone. E

XXVII. IIDEM AA. MAVRIS SITIFENSIBVS. Priuilegio militiæ paternæ se non vindicet,quem assuetus curiæ nexus adstringit. quòd si militari auo & patre decurione nascetur,paternæ erit succedaneus functionis. DAT. VIIII. KAL. MAI TREV. VALENTINIANO ET VALENTE AA. COSS. F

Qui natus est auo decurione,patre milite,aui conditionem sequitur. Qui patre decurione, auo milite,patris.denique curiæ causa est potior.Pro *assuetus*,veteres habent,*habitus*,quod significat auitus,vt iam antè indicaui III.Sent.Pauli tit.III. Sic apud Hieronymum de virg. ser. *Proba nunc habitas venundare dicitur possessiones*.

XXVIII. IIDEM AA. AD VOLVSIANVM P. V. Nullus qualibet prærogatiua fultus,à debitis muneribus habeatur immunis. DAT. IIII. KAL. IVL. MED. VALENTINIANO ET VALENTE AA. COSS. G

*Nullus*, decurio.*Prærogatiua*,id est, dignitate aut militia.

XXVIIII.

Vide Alciat. cap. XI. lib. 3. Dispunct.

auitus

auitas

A XXIX. IIDEM AA. GERMANO PP. GALLIARVM. Nati ex inquilinarum nostræ domus matrimonio & patre decurione, non patrum suorum, verùm matrum conditionem sequantur. DAT. III. ID. OCT. VALENTINIANO ET VALENTE AA. COSS.

Plures sunt casus, quibus qui nascuntur ex iustis nuptiis, matris non patris originem sequuntur. Vnum habuimus suprà de Iliensibus, Delphicis, Ponticis, Antiochenis. Aristoteles in. Polit. 3 ἐκ πολίτιδος ἐν τισι δημοκρατίαις πολίτης ἐστί. Est hic alius, si qui nascantur ex inquilina vel colona do-
B minica & patre curiali: hi namque colonium vel inquilinatum sequuntur potius, quàm curiam. quod videtur abrogatum No. 38.

XXX. IIDEM AA. AD MODESTVM PP. Procuratores reipublicæ actionibus publicis debere vti non venit in dubium.

Idem est procurator & curator Reip. Is iudex est & censor rerum ad ciuitatem pertinentium, & ideo λογιστὴς appellatur, id est, vt interpretantur, πατὴρ πόλεως. l. 3. ℥. de mo. mul. l. vlt. D. de off. adf. Et est ex decurionibus. Prædia publica & vectigalia locat, pecuniam publicam tractat, opera & loca publica curat. l. ad curatores. D. de dam. inf. l. 3. §. plane. l. 5. §. idem ait, & §. hæc verba. D. quod
C vi aut clam. l. 2. & 3. D. de adm. rer. ad ciuit. pert. & vt est in hac lege, causas Reip. agit apud præsidem aut principem. Dices, idem est procurator & curator Reip. Cur ergo cùm scriptum esset in l. pen. ℥. ne de sta. def. *procuratorem vel curatorem Reip.* atque ita legerint Græci, emendasti, *procuratorem rei priuatæ?* nimirum quia de seruo fisci eo in loco agitur non ciuitatis, idq; de procuratore rei priuatæ traditum est in l. 2. & 5. ℥. vbi cau. sta.

XXXI. IIDEM AA. ET GRATIANVS A. AD MODESTVM PP. Ex omnibus domibus producti, qui origine sunt curiales, ad subeundam publicorum munerum functionem protrahantur: quippe cùm
D occultatoribus talium, præter iacturam existimationis, etiam rerum discrimen incumbat, si vlterius progressi, vtilitatem publicam priuatis custodiis & patrociniis postponant. DAT. III. ID. IVL. ANCYRÆ GRATIANO A. II. ET PROBO COSS.

Ne decuriones se vllius domus patrocinio tueantur, cuiuscunque illa dignitatis sit vel fortunæ. l. 19. ℥. patronos & occultatores coerceri.

E XXXII. IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD NEOTHERIVM PP. Fabricenses ordinibus restituantur, qui originem curialem & propriæ munera declinauerint ciuitatis. reliqui ne leui quidem inquietudine pulsentur. DAT. XVI. KAL. APR. THESSAL. GRATIANO V. ET THEODOSIO AA. COSS.

Fabricenses sunt qui arma fabricant in publicis officinis. In eorum corpus curiales assumi non
F possunt. l. 4. ℥. de fabric. assumpti retrahuntur in curiam. idem de militibus & monachis dictum est suprà. At fabricenses qui curiæ obnoxij non sunt, ne ad leue quidem munus publicum vocari possunt.

XXXIII. IIDEM AAA. EVTROPIO PP. Omnes iudices prouinciarumq; rectores à consuetudine temerariæ vsurpationis abstineant, sciantq; neminem omnino principalium aut decurionum sub
G qualibet culpæ aut erroris offensa cruciatibus esse subdendum. Quòd si quis forte iudicum in hanc pertinaciam illiciti furoris eruperit, quòd audeat principalem aut decurionem & suæ curiæ (si sic dici oportet) se-

maiorem tormentis subdere: viginti librarum auri illatione multatus, & A perpetua infamia inustus, ne speciali quidem rescripto notam eruere mereatur. & officium quinquaginta librarum auri multam fisco nostro cogatur inferre: quoniam vt pertinaciæ iudicis sui resistat, liberam eidem contradicendi permittimus facultatem. DAT. XII. KAL. AVG. HERACLEÆ, EVCHERIO ET SYAGRIO COSS.

Hæc lex pœnam statuit in præsides, & officia, qui principales & decuriones pœnis aut tormentis plebeiorum, veluti eculo, vngulis, fidiculis subiecerint. In Cod. Theodosiano de plumbatis hac lege nominatim cautum est. quod remouit Tribonianus propter l. quilibet. ℑ. in constitutione Constantini & Licinij, quæ extat in Augustini epistola 68. & lib. III. contra Cresconium, ita legitur: *Vigentium periculum ideo minime tortum, quod se decurionem Ziquensium ciuitatis esse asseuerauerit.* B Principalium.] Principales sunt decurionum primi, à quibus distributionum omnium forma procedit, vt est in Cod. Th. tit. de iis quæ adm. vel off. pub. ger. non tamen extraordinariarum ex l. 4. C. Th. de ext. mun. Hos intellexit Tertullianus de corona militis, dum ait, *Coronatur et vulgus nunc ex principalium proprietatum exultatione.* Hi vel x. erant vel v. vel xx. pro curiarum amplitudine & numero. Inde decemprimi Curiales l. 2. C. Th. de quæst. l. 44. coniuncta l. 43. C. Th. de iis qui super rel. cont. l. 29. C. Th. de episc. & cler. vt autem in schola domesticorum vel notariorum est primicerius caput scholæ, quem sequuntur decemprimi, ita in curia est summo loco primus curiæ. C l. Alexandrinis. ℑ. l. 127. C. Th. eod. tit. vt in Senatu princeps senatus, qui primus sententiam rogatur, & inde ab eo sunt quinque aut decem aut viginti primi. Primo curiæ similis est qui à Gregorio maior populi appellatur, Germanis *Meier*, Gallis *Mere*, qui & *Vimore* dicunt pro vi maiore, & *mermenstier*, pro maiori monasterio. Principalibus, qui Scabini antiqua satis appellatione, vel Consules vel Iurati vel Capitolini vel Pares. Reliquis, qui præter eos consilij publici causa euocari solent in curiam. Aut erroris.] Quidam codices, *anterioris*. Quoniam vt pertinaciæ.] Tertullianus de anima. *Grauior inuidia est in præsidem cum officia pulsantur, plus caeditur qui iubet, quando nec qui obsequitur excusatur.*

XXXIIII. IIDEM AAA. FLORO PP. D Si quis procurationem facultatum suarum curiali crediderit esse mandandam, totius dignitatis exceptione depulsa, grauissima pœna plectatur. ille verò qui immemor libertatis & generis, infamissimam suscipiens vilitatem, existimationem suam seruili obsecundatione damnauerit, tradatur exilio. DAT. X. KAL. NOV. CP. ANTONIO ET SYAGRIO COSS.

Vt indignum est decurione tabellionis officium, quod diximus suprà, ita & alienarum facultatum procuratio. ergo & conductio. l. curiales. ℑ. de loca. nam conductio est procurationis species. E No. Th. ne cur. alt. præd. cond. Sed nec publicorum vectigalium aut prædiorum conductor esse potest. l. spurij. §. decurio. D. eod. tit. l. 97. C. Th. eod. l. 1. §. 1. D. de adm. rer. ad ciu. pert. quod Adrianum constituisse Xiphilinus scribit. Idemque obtinuit in Senatoribus. Asconius contra Antonium. *Praeterea Antonius, inquit, redemptas habebat ab ærario vectigales quadrigas, quam redemptionem senatori habere licet per legem.*

XXXV. IIDEM AAA. POSTVMIANO PP. In filiis decurionum retinendis priorum præceptorum decreta sublimitas tua custodiat. F Eos quoque qui aduocationis obtentu curialia onera declinant, agere vniuersa compellat, quæ & si necessitas non exigit, tamen patria non remittit. Quin ipsos etiam filios magistrorum, qui ex curiali stirpe descendunt, simili modo obnoxios esse decernat. DAT. VIII. ID. APR. CP. MEROBAVDE II. ET SATVRNINO COSS.

Tria in hac lege eaque diuersa proponuntur. Vt in filijs decurionum in curia retinendis præf. prætorio anteriores leges sequatur & custodiat. Vt ne quis decurio per causam aduocationis ciuilia munera detrectet. Potest decurio fungi aduocationis officio, l. falsi. §. 1. D. ad leg. Cor. de fal. l. 56. G 57. ℑ. hoc tit. nec tamen ideo, etiam si alij complures existant decuriones gerendis muneribus idonei, ipse ab eis excusatur. Vt filij magistrorum, id est, professorum artium liberalium ex curiali genere descendentium, à ciuilibus muneribus non excusentur, vt patres.

A XXXVI. IIDEM. AAA. AD BASILIVM COM. S. L. Exemplo ſenatorij ordinis patris originem vnuſquiſque ſequatur, nec valeant ſpecialiter delata reſcripta, ſi quis ſe, matris origine defenſa, à maiore curia ad minorem transferri fortaſſe promeruerit: neque vlla pro more prouinciæ referri ſinatur exceptio. DAT. XVI. KAL. IVL. ROMÆ MEROBAVDE II. ET SATVRNINO COSS.

B Editus vtroque parente curiali, regulariter patris curiam ſequitur, nec auditur ſi oppoſita matris origine, à patris maiore ciuitate ad maternam, quæ minor eſt, vt ſcilicet minoribus oneribus ſubiiciatur, tranſire velit. Excipiuntur ciuitates aut prouinciæ, quibus contraria huic regulæ priuilegia data ſunt, de quibus diximus ſuprà. Priuilegia ciuitatibus aut prouinciis hac de re conceſſa valent. Beneficia ſpecialiter vni perſonæ delata non valent. Conſuetudo etiam contraria non valet.

XXXVII. IIDEM AAA. POSTVMIANO PP. Quotieſcunq; ſe ex reſcriptis noſtris aliquid impetraſſe contendunt hi, quos obnoxios C curiæ vel origo fecerit, vel latum inter partes iudicium deſignauerit: nullam prorſus ſpem curiam declinandi ex colore ſacræ iuſſionis accipiant. DAT. XIIII. KAL. AVG. CP. MEROBAVDE II. ET SATVRNINO COSS.

Curiæ ſubiicit nos origo vel res iudicata vel incolatus vel poſſidendi conditio. Improbat autem hæc lex ſpecialia reſcripta in fraudem curiarum impetrata, vt l.19.

D XXXVIII. IIDEM AAA. CYNEGIO PP. Ne quis officialium pœnæ ſpecie atque æſtimatione curiæ dedatur, niſi ſi quis forte curiam defugiens, ob hoc cœperit militare, ne ingenitis fungatur officiis. Omnes itaq; omnino iudices tuæ cenſuræ ſubditos admonebis, ne quis eorum æſtimet curiæ loco ſupplicij quenquam deputandum, cùm vtiq; vnumquemque criminoſum non dignitas debeat, ſed pœna comitari. DAT. VIII. ID. NOV. CP. RICHOMERE ET CLEARCHO COSS.

E Officiales præſidum pœnæ ſpecie in curiam non damnantur. alioquin pœna dignitatem tribueret. Pœna deteriorem non meliorem eius qui punitur, conditionem facit. ideoq; Vrbaniciani rectè damnantur in corpus piſtorum. l.2. ℸ.de app.præf. vr, monachi abiecta ſtola ſiue tribonio, vel clerici deſerto ordine eccleſiaſtico in curiam vel in cohortem, quaſi videantur à meliore conditione in deteriorem transferri. No.5.& 6. Officiales in curiam non item. Sed neque ſuarij in corpus piſtorum. l.ne quis. §.de pœnis. quia hoc genere pœnæ rei conditio deterior non fit. Ingenitis.] Originalibus. Hic verò non tam datur, quàm redditur curiæ. Cenſuræ.] Præſides ſubiecti ſunt præf. prætorio, l.quilibet. ℸ. Caſſiodorus in Pſal.104. Quæ poteſtas hodie retinetur à præfectis, qui & vice ſacra iudicant, & cunctarum prouinciarum poteſtatem maximam habere noſcuntur.

F XXXIX. IIDEM AAA. EVSIGNIO PP. Curiales qui ſe priuilegio domus noſtræ defendi poſſe crediderint, ad curiam retrahantur, & propriis functionibus mancipentur, & publica damna ſarciant. DAT. VIII. KAL. IAN. HONORIO NB. P. ET EVODIO COSS.

G Vt curiales ex domo principis non ſecus atq; ex domibus priuatorum in curiam retrahantur.

XL. IMPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. CYNEGIO PP. Quilibet principalium vel de-

curionum, si vel decoctor pecuniæ publicæ, vel fraudulentus in adscri- A ptionibus illicitis, vel immoderatus in exactione fuerit inuentus: iuxta pristinam consuetudinem non solùm à vobis, quibus propter loci dignitatem rerum summa commissa est, verùm & à iudicibus ordinariis plumbatarum ictibus subiiciatur. DAT. DIE KAL. APR. CP. VALENTINIANO A. III. ET EVTROPIO COSS.

Id primùm moribus obtinuit, vt plumbatis castigari curiales possent, postea fuit mutatum. l. 85. B C. Th. de decur. quod attigimus § l. 33. Nunc hac lege reducitur, maximè ex iis causis, si euersores pecuniæ publicæ, si iniqui descriptionum arbitri, si superexactores vel concussores fuerint. Quod in corona Romani decurionis Prudentius expressit eleganter, qui cùm non posset fidiculis subiici, plumbatis subiectus est, ne virum clarum, vt ait, plebeia pœna damnaret. Gradu reorum formam tormentis dari. Euersorem dixi, quem lex decoctorem, qui ita definitur à Græcis, ὁ χρεωστῶν τινὶ ἢ διά τινος μηχανῆς παρασκευάσας ἐκποδὼν τὸ χρέος καὶ μὴ καταβαλὼν τῷ δανειστῇ. Igitur decoctor est qui quasi mutuatus sit contra s. c. cùm tamen sit paterf. non soluit, vel qui quasi inops, cùm sit diues, vtitur nouis tabulis, vel cedit bonis. Tertullianus in Apol. *Templorum vectigalia quotidie decoquunt.* Rerum summa.] Marcellinus XVII. loquens de præf. prætorio: *Cui Augustus summam commiserit rerum Constantinus A. ad Ablauium p. p. Apud vos qui iudiciorum summam tenetis.* Eua- C grius lib. III. c. XLII. Μαρῖνον τὴν κορυφαίαν διέποντα τῶν ἀρχῶν ἣν οἱ πάλαι ὕπαρχον τῆς αὐλῆς ἐκάλουν. quod Latinè sic reddi debuit, Marini summam iudiciorum tenentis, quem olim præf. prætorio vocabant. Procopius malè, ὃν πραίτωρα καλῶν, lib. 3. bel. Vand. Non enim prætorem vocant sed prætorij præfectum.

XLI. IIDEM AAA. CYNEGIO PP. Decurio fortunam quam nascendo meruit, suffragiis atque ambitione non mutet: & si vacare per senectutem potuerit, propter ordinationem, quæ per plurimos citò definiri solet, curiam non relinquat. DAT. PRID. NON. IVL. D CP. VALENTINIANO A. III. ET EVTROPIO COSS.

Ne quis emendicatis decurionum suffragiis segreget se à curia, veluti senex, qui decurio non fit inuitus, si post decurionatum ad eam ætatem peruenerit, curia non soluitur ne ceterorum quidem consensu & emendicato decreto, quod fieri solet & facilè.

XLII. IMPPP. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. ABVNDANTIO COMITI ET MAGISTRO E VTRIVSQVE MILITIÆ. Militaribus viris nihil sit commune cum curiis, nihilq; sibi licitum sciant, quod suæ non subiectum est potestati. nullum iniuria, nullum verbere, nullum graui pulsatione tribunus, dúxve aut comes curialem principalem've contingat. Si quis posthac temerario & inconsiderato ausu vllum ex principalibus viris vsurpata attrectauerit iniuria: sciat se decem libris auri esse multandum. DAT. PRID. KAL. AVG. CP. ARCADIO A. ET RVFINO COSS. F

In principales vel decuriones ciuilium magistratuum iurisdictio est. l. 47. J. non militarium veluti tribunorum. Ait, *Dux've aut Comes.* Veteres libri consentientes cum Theodosiano, *Dux ille aut Comes sit.* quo modo plerique latini auctores loqui solent.

XLIII. IIDEM AAA. RVFINO PP. Omnes qui curiali obstricti sanguine, diuersis se officiorum priuilegiis & actuum præiudiciis aggregauerunt, reddendos muniis esse non ambiges: sed nec rescripta G aut adnotationes ad munerum fugam prodesse permittimus. DAT. PRID. ID. APR. CP. THEODOSIO A. III. ET ABVNDANTIO COSS.

Quod

A Quod de officiorum priuilegiis & actuum præiudiciis, congruit cum l.17.18.32.35.39. Quod de rescriptis, cum 19.36.37.

XLIIII. IIDEM AAA. RVFINO PP. Nullus solius materni sanguinis vinculis illigetur: quia mulieris infirmitas nunquã huiusmodi functionibus reddit obnoxios, à quibus ipsa habetur immunis. DAT. V. ID. AVG. CP. THEODOSIO A. III. ET ABVNDANTIO COSS.

B Dixi hac de re in l.22. & 29.

XLV. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. ENNOIO PROC. AFRICÆ. Nominationũ forma vacillare non debet, si omnes qui albo curiæ detinentur, adesse non possunt: ne paucorum absentiã siue necessaria siue fortuita debilitet quod à maiore parte ordinis salubriter fuerit constitutum: cùm duæ partes ordinis in vrbe positæ totius C curiæ instar exhibeant. DAT. XVII. KAL. IVN. MED. OLYBRIO ET PROBINO COSS.

Huic legi coniungenda est l.nominationes. §.de appell. quæ eandem inscriptionem & subscriptionem habet. Non possunt fieri nominationes siue creationes ad munera ciuilia citra consilium decretumq; publicũ, præsentibus omnibus decurionibus, aut saltem duabus tertiis totius ordinis, l.3. D.de dec.ab ord.fac. l.nulli. D.quod cuiusque vniuers.

D XLVI. IIDEM AA. THEODORO PP. Ad subeunda patriæ munera dignissimi meritis & facultatibus curiales eligantur, ne tales fortè nominentur, qui functiones publicas implere non possint. DAT. IIII. KAL. OCT. MED. OLYBRIO ET PROBINO COSS.

Ad munera veluti ad sacerdotium prouinciæ, nominantur potiores, id est, locupletes & de Rep. bene meriti. & hoc est quod ait l.honores. D.eod. tit. *honores & munera non ordinationi, sed potioribus iniungi*, hoc est, non tam vices spectari quàm vires. quod de tutelis Paulus scripsit 2. receptarum Sententiarum.

E XLVII. IIDEM AA. CÆSARIO PP. Curiales qui honorariam adepti sunt comitiuam dignitatem, formidare debent eos, quorum moderationi sunt commissi: nec se existimare ideo meruisse dignitatem, vt iudicum præcepta despiciant. Quòd si in eadem culpa perseuerent, quinque librarum auri multæ obnoxij subiugentur, honore quoq; quem prodiderint, spoliandi. DAT. IIII. KAL. IAN. CP. OLYBRIO F ET PROBINO COSS.

Curiales sunt sub iurisdictione præsidis, etiam si honorati sint titulo comitis consistoriani, vel ordinis primi aut secundi. Honorem prodit qui eo abutitur ad iudicum contemptionem.

XLVIII. IIDEM AA. FLORENTINO P.V. In successione curialium decernimus, vt etiam si patres decesserint, teneatur adgnatio. G DAT. XII. KAL. IAN. MED. CÆSARIO ET ATTICO COSS.

Agnasci dicuntur postumi. Hic igitur est legis sensus, non tantùm natos, sed & postumos sequi curialem fortunam patris. Quia enim lex ait, *Patres*, de aliis quàm de filiis accipienda non est. De agnatis certè haudquaquam, quandoquidem decurionum agnati, etiam si eis heredes existant, eorum conditionem non sequuntur.

XLIX. IIDEM AA. THEODORO PP. Omnes qui quolibet curiæ iure debentur, cuiuſcunque ſuperſtitionis ſint, ad implenda munera teneantur. DAT. ID. FEB. MED. HONORIO A. IIII. ET EVTYCHIANO COSS. A

*Quolibet iure*, puta genere, actu, re iudicata. *Cuiuſcunque ſuperſtitionis*, puta Iudæi aut hæretici. Theodoſius ait cuiuſcunque ſectæ In l.curiales. §.de hæret.

L. IIDEM AA. EVTYCHIANO PP. Omnes omnino curiales in originalibus ac debitis perpetuò curiis perſeuerent. & qui ex his ad prouinciarum regimen atque adminiſtrationem qualibet fraude atq; ambitione peruenerint, ſciant ſe non ſolùm in ſua curia remanſuros, ſed etiam cunctis rurſus ab exordio muneribus ſeruituros. DAT. VIII. KAL. NOV. CP. HONORIO A. IIII. ET EVTYCHIANO COSS. B

Qui fraude vel ambitione facti ſunt rectores prouinciarum, reuocantur in curiam, ita vt omnia curialia munera, & ſi iampridem ex eis quædam obierint, ex integro obire & repetere cogantur. Ait, *Originalibus*, genere: *Debitis*, quolibet alio iure. C

LI. IIDEM AA. MESSALÆ. PP. Quamuis prouiſum fuerat congruæ emendationis occurſu, quemadmodum curiales, militiæ nomine & honore ſuſpenſo, officiis redderentur: tamen quia hoc callido conſilio repererunt, vt ciuitatis prouinciæ ſuæ finibus, tanquam his eorum tantùm interdictus fuiſſet acceſſus, peregrinos expeterent commeatus: ne diutius in perniciem curiarum latitandi ſpes & ſolatium eos impunitatis exacuat: horum cupiditatibus obuiamus, vt ex eorum bonis, qui ſe vel proſecutioni, vel muniis ciuitatum, interdictæ dudum ambitione militiæ, vel qualibet fraude ſubtrahere conati fuerint: curiis quas deſeruerant, conſulatur. Itaque ſi vocati edictis intra anni metas (hi tamen qui manifeſtis curiæ nexibus illigantur) latere potius, quàm redire maluerint: ſciant poſt emenſum annum, interpellatis prouinciarum moderatoribus, ex facultatibus ſuis curiis, quas deſtituerunt, eſſe conſulendum. neq; enim de immaturo præiudicio temporis poſſunt breuitatem cauſari. DAT. XVII. KAL. SEPT. THEODORO V. C. COS. D E

Qui relicta curia militiæ nomen dederunt, aut reuocantur, aut poſt annum bona eorum addicuntur curiæ, vel etiam iis qui eorum vice munera ſubeunt, vt demonſtratum eſt ſuprà. Et non tantùm in patria, ſed & in peregrino ſolo decuriones militare prohibentur. Proſecutioni ait eos ſe ſubtrahere, qui longiſſimè abſunt. Huic coniungenda eſt l.pen. §.de reſc.vend.

LII. IIDEM AA. PROBINO PROC. AFRICÆ. Quis tam iniquus arbiter rerum poteſt, qui in viribus magnifico ſtatu præditis, ac votiua curialium numeroſitate locupletibus, ad iterationem quempiam tranſacti oneris compellat: vt cùm alij needum pene initiati curiæ ſacris fuerint, alios & continuatio & repetitæ ſæpe functiones adficiant? DAT. XVI. KAL. APR. MED. CÆSARIO ET ATTICO COSS. F G

Nemo cogitur munera ciuilia iterare vel continuare. æquum enim non eſt, aliis idoneis exiſtentibus, qui nondum munus vllum curiæ attigerunt, eos qui attigerint iterum prægrauari. Si ciuium ſit inopia, aliud dicendum eſt. l.3. §.quemad.ciu.mun.ind.

A LIII. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. EVCHARIO PROC. AFRICÆ. Duumuiris impune non liceat extollere potestatem fascium, extra metas territorij propriæ ciuitatis. DAT. VI. ID. MAR. RAV. HONORIO VIIII. ET THEODOSIO V. AA. COSS.

Duumuiri imperium non habent. l. ea quæ. D. ad municip. Iurisdictionem habent vsque ad certam quantitatem, vt 5. Sent. Pauli diximus; quam tamen defendere pœnali iudicio nequeunt. l. 1. D. si quis ius dic. non opt. Pignoris capionem. l. 29. §. magistratus. D. ad leg. Aq. Legis actionem, vt in 2. Sent. diximus. In seruos castigationem. l. 12. D. de iurisd. l. si priuatus. D. qui & à quib. man. Tutoris & curatoris dationem. l. 3. D. de tut. & cur. da. quam & ordo ipse ipsum magistratum, id est, Duumuirum iure tutorem dat. l. decreto. D. qui pet. tut. Præfert fasces siue bacillos, vt in 1. Agraria. Potestate sua non vtitur extra territorium; sicut nec vrbani magistratus. Territorium à terra malo deducere, quàm à terrendo. nam & pro fundo accipitur sæpe. l. 13. §. de nat. lib. l. nulli. §. de episc. & cler.

LIIII. IIDEM AA. PALLADIO PP. Generali lege sancimus, vt si quis suum decurionem curiæ vindicare maluerit, si præsidis desit copia, in eundem manus iniectione concessa, sciat ad examen cognitoris resultantem esse deducendum: ita vt moderator prouinciæ (si quæstio fortasse fiducia defensionis vlla generatur) nisi intra tres menses causam originis competenti disceptatione cognouerit, atque conuictum cum pœna restituerit debitis muneribus, vel liberum ab inquietudine pronunciauerit: decem librarum auri multam cogatur exsoluere. eius D etiam officium pari damni irrogatione teneatur. DAT. V. NON. MAI RAV. DN. THEODOSIO A. VII. ET PALLADIO COSS.

Ordini in decurionem manus iniectio est, si præsidis desit copia. Curialis conditionis quæstio apud præsidem agitur: & peragitur intra tres menses. quod etiam tradidimus in l. vlt. §. de iu. fisc. Ait, *Eius etiam.* Eustathius, καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ ὁ ζημιοῦται.

LV. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. E ISIDORO PP. Si quis decurio, aut subiectus curiæ ausus fuerit vllam affectare militiam: nulla præscriptione temporis muniatur, sed ad conditionem propriam retrahatur: nec ipse, vel eius liberi post talem ipsius statum procreati, quod patriæ debetur, valeant declinare. DAT. III. NON. APR. CP. ISIDORO ET SENATORE COSS.

Filius decurionis subiectus est curiæ, necdum decurio. Neque autem decurio, neque subiectus curiæ XXX. vel XL. annorum præscriptione tueri se à curiæ vindicatione potest. l. præscriptionem. §. de præs. 30. ann. Obstat l. si cohortalis. J. de cohort. quæ eandem inscriptionem & subscriptionem F habet, eadem verba, nisi quòd hæc de curialibus, illa de cohortalibus loquitur. At in cohortalibus idem prorsus nullo tempore excepto, Theodosium constituisse constat ex l. vlt. C. Th. de cohortal. Verùm Tribonianus ex Anastasij Constitutione, id est, ex l. 4. §. de præsc. 30. ann. addidit in d. l. si cohortalis, hæc verba, *præter eam scilicet quæ ex XL. annis colligitur* (sic enim auctoribus libris scriptis legendum est) quoniam à sua Constitutione Anastasius postea solos curiales excepit in d. l. præscriptionem.

LVI. IIDEM AA. ISIDORO PP. Alexandrinis principalibus, & si aduocatione fungantur, nihilominus onus peregrinationis incumbat: nec publica cura, nisi in sua tantùm ciuitate, committatur: & primus curiæ, cùm muneribus vniuersis expletis ad summum peruenerit gradum, comitiuæ primi ordinis fruatur post biennium dignitate præ-

stita:

ſtita: in curialibus tamen permaneat. DAT. PRID. NON. IVN. CP. ISIDORO ET SENATORE COSS.

Hæc lex & tres quæ ſequuntur & l. 1. ℸ. de Alex. prim. pertinent ad curiam Alexandrinam, & ſumptæ ſunt omnes ex vna eademq́; No. Theodoſij. Hæc curia inſtituta eſt à Seuero. Spartianus. *Alexandrinis, inquit, ius Bulentarum dedit, qui ſine publico conſilio, ita vt ſub regibus antè viuebant, vno iudice contenti, quem Cæſar dediſſet.* Is verò iudex quo Spartianus ait Alexandrinos fuiſſe contentos, Iuridicus eſt Alexandriæ ὁ τῶν πολλῶν δικαίων κύριος, vt Strabo ait XVII. de quo habemus ſpecialem titulum. Datur autem primùm hac lege Alexandrinis principalibus, & ſi aduocatione fungantur, quos tamen magis decere videbatur legatio, vt minimè (ſic accipio *nihilominus* non ſine exemplis) legationis munus obire, alia've qua procuratione vel cura extra ſuam ciuitatem fungi cogantur. Non dicit munus, ſed cura. Principales expletis muneribus omnibus ſuſcipiunt curas. Datur deinde aliud primo curiæ, vt poſt biennium comitiua primi ordinis ornatus exeat, non quidem è curia, ſed ex primicerio. De primo curiæ diximus ſuprà. De biennio, de primiceriis, de comitibus primi ordinis dicemus lib. XII. Nihil inexplicatum reliquimus. Vno loco ſi quid deſideres, noli queri, tibi altero ſatisfiet. itaque malè iis vtetur, imò nihil planè percipiet, niſi qui omnia legerit.

LVII. IIDEM AA. ISIDORO PP. Quinque ſummates ordinis Alexandrini corporalibus iniuriis immunes eſſe cenſemus, vt voce libera commoditates patriæ defendant: cùm poſſint, ſi quid egerint criminosè, pecuniariis coërceri diſpendiis. æſtimabuntur autem præſente curia viri ſpectabilis Auguſtalis iudicio. DAT. PRID. NON. IVN. CP. ISIDORO ET SENATORE COSS.

Datur & aliud hoc capite Alexandrinis principalibus qui pro patria aduocatione funguntur, vt ne ad libidinem præfecti Auguſtalis corporalibus adficiantur iniuriis. quod & principalibus Vulſinenſium in Hetruria datur. l. vrbis. C. Th. eod. tit. De præfecto Auguſtali dixi in tit. de can. larg. tit. Ait, *Quinque ſummates*, vt in l. 4. ℸ. de nauicul. & Symmachus, *ſummates Aricinæ vrbis*.

LVIII. IIDEM AA. ISIDORO PP. Eum qui triginta annis in Alexandrina ciuitate ciuilibus inhæſerit muneribus, corporalibus muniis non pecuniariis excuſari conuenit: habita conſideratione videlicet meritorum, vt hoc bene cogniti priuilegium conſequantur, nec eo paſſim fruantur indigni. DAT. PRID. NON. IVN. CP. ISIDORO ET SENATORE COSS.

Datur & aliud beneficium quaſi pro emerito curialibus Alexandrinis, qui per XXX. annos functi in ea ſunt ciuilibus muneribus, vt deinceps vacent à corporalibus, non etiam à patrimonialibus. ſed hoc ita, ſi ſtrenuè & ſeriò per tot annos in ea verſati ſint, non negligenter, non ſceleratè, non defunctoriè.

LIX. IIDEM AA. ISIDORO PP. Si quos ſpontaneos hypomnematographi munificos ſuis exhortationibus ad publicas nominauerint functiones, iubemus non expectandum eſſe conſenſum pro tempore viri ſpectabilis Auguſtalis, qui fit plerunque venalis, ſed vtriuſque partis ſufficere voluntatem, vt incipiat functio, quam nullus incuſat: tunc ad memoratum iudicem tam nominati, quàm etiam creatoris conſona relatione currente. quam ſi ſuſcipere vel confirmare diſtulerit, ſciat ſe viginti quinque librarum auri condemnatione plectendum. DAT. PRID. NON. IVN. CP. ISIDORO ET SENATORE COSS.

A A Strabone inter magistratus ciuitatis Alexandrinæ numeratur ὑπομνηματογράφος lib. XVII. qui Latinè dici potest Commentariensis. Videntur duo fuisse, vt in aliis ciuitatibus Duumuiri, qui nominationes ad munera ciuilia facerent, quas ratas esse cauetur hoc capite, etiam si sine consensu factæ sint præfecti Augustalis, qui & inuitus eas confirmare cogitur, videlicet vtriusq; partis, id est, nominantis & nominati concurrente consensu. Nominatorem creatorem vocat, vt in l. 2. ꝗ. quo quisque ord. con. l. 2. §. si eo tempore. D. de adm. rer. ad ciuit. pert. Addatur l. vlt. §. de hered. decur. vbi vulgò malè, *creditores*, pro *creatores*. lib. 45. βασιλικῶν; χειροτονηταί.

LX. IIDEM AA. THOMÆ PP. Nullus qui nexu generis curiæ tenetur obnoxius, per substitutam quamcunque personam curiales B impleat functiones, sed ipse per se debitum patriæ munus exsoluat, & si spectabili dignitate decoratus sit: nisi hoc ei speciali beneficio sit concessum. hi verò qui honorario titulo illustrem dignitatem cõsecuti sunt, per substitutos periculo suarum facultatum curiæ muneribus satisfacere non vetentur. DAT. V. KAL. MAR. CP. EVDOXIO ET DIOSCORO COSS.

C Vt is qui origine est curialis, etiam si spectabili dignitate veluti Comitiua primi ordinis decoratus sit, per se non per substitutum munera ciuilia obeat, nisi hoc ei princeps specialiter concesserit. Vt is qui illustri dignitate honestatus est, veluti magisteria, ea per substitutum obire possit suo periculo. & hæc postrema legis verba repetita sunt in l. ad similitudinem. §. de episc. & cler. in qua idem significatur datum episcopis, præsbyteris, diaconis. Alij clerici, vt puta hypodiaconi, lectores, cantores, exorcistæ, ostiarij retracti in curiam per se munera obeunt. l. si quis curialis. §. de epis. & cle. nec obstat No. 123. quæ quod in præteritum indulget, in futurum vetat.

LXI. IMP. LEO A. IVLIANO PP. Neque Dorotheum vi- D rum illustrem & totam eius substantiam, neque Irenæum virum spectabilem tribunum & notarium, & si ante paternas illustres dignitates natus est, vllam inquietudinem pro curiali genere & conditione sustinere decreuimus. Liberos quoque eorum, vel qui iam sunt vel futuri sunt, eorumq; posteros, quotiescunque continuata temporum & successionum perpetuitate nascentur, à conditione curiali & functione esse liberos: lege diuæ memoriæ Iuliani, quæ de materno curialium Antiochenæ ciui- E tatis genere promulgata est, nihil in persona viri illustris Dorothei, vel viri spectabilis Irenæi, vel aduersus facultates eorum, vel aduersus liberos eorundem, vel qui iam nati sunt, vel postmodum quoquo tempore nascentur, vel aduersus substantias eorum roboris vel iuris habitura. circa alias sanè vniuersas personas de materno genere ad memoratæ Antiochenæ ciuitatis tantummodo curiam pertinentes, eandem legem præcipimus obtinere propriam firmitatem.

F A generali constitutione, vt liberi ante illustratum patris suscepti curia retineantur, de qua dicemus infrà, & à priuilegio l. 22. §. hæc lex familiam excipit Dorothei viri illustris & filij eius Hirenei viri spectabilis.

LXII. IDEM A. CONSTANTINO PP. Si ille qui ex filia decurionis Antiochenæ splendidissimæ ciuitatis & patre, qui nullius alterius ciuitatis muniis debeatur, procreatus est, sub examine prouincialis iudicis vel sponte confessus, vel certè conuictus, quòd ex filia sit curialis G progenitus, & albo decurionum adscriptus fuerit: nullam sibi superesse facultatem negandæ vel euitandæ conditionis existimet, & curialem non adspernari fortunam aui materni sui pertentet, nec dubitet se muneribus

I curial

curialibus subiacere. Quòd si quem curia, de qua præsens sanctio loquitur, natum ex filia curialis minimè secundum præstitutam ordinationem sibi sociandum curauerit: prolem eius pulsare nullo modo penitus poterit. nec enim patimur contentionem eiusmodi prætermisso filio, quem curialis filia ediderat, à nepote vel pronepote vel vlterius incipere. A

Confirmatur l. 22. §. hoc addito, vt à filio huiusmodi conuectio incipiat, non à ceteris liberis. Filius igitur si non fuerit curiæ Antiochenæ vindicatus, non vindicabitur etiam nepos. B

LXIII. IDEM A. AD SENATVM. Doctitij viri clarissimi iubemus fortunam super curiali conditione nullo modo esse inquietandam, nec facultatibus eius, sed eo qui huiusmodi conamen inierit, sacrilegij pœnam luituro. omnes qui post peractam illustrem administrationem, vel adhuc in ea posito patre suo gignuntur, à curialium intentione defendantur vnà cum paternis sine dubio substantiis, quas cum persona patris à curiali nexu liberas esse nemo dissimulet. C

De senatore ad senatum scribit, ne Doctitio vel facultatibus eius vlla moueatur de curiali conditione controuersia. legendum in contextu, *nec facultates eius scilicet, eo qui huiusmodi conamen inierit, sacrilegij pœnam luituro*. Quod sequitur, *Omnes*, initium est alterius sententiæ, quæ nihil commune habet cum re Doctitij. Vt nati ex illustribus vel administrantibus vel administratione perfunctis, curiæ non teneantur. Ergo antea nati tenentur. idq; innuit l. 61. §. l. prox. l. pen. l. vlt. ꝟ. Proinde illustris filius non est qui natus est ante illustrem dignitatem patris. qua ratione fortiter defendi potest, filium regis non esse eum, qui natus est antè quàm pater regno potiretur: qua Xerxes obtinuit aduersus Darium fratrem natu maiorem. At secus est tamen in decurionum & senatorum filiis, vt dicemus in l. 1. ꝟ. de dignit. & in filiis patronorum fisci, vt in l. vlt. ꝟ. D

LXIIII. IMP. ZENO A. SEBASTIANO PP. Neminem ex his qui obnoxij curiæ constituti, ab initio felicissimi nostræ pietatis imperij Comitum priuatarum rerum nostræ vel piissimæ augustæ partis, seu Comitis sacrarum largitionum, vel Comitis domesticorum, Quæstoris, vel magistri officiorum ad actum administrationis gerendum prouecti sunt, vel in posterum prouehentur, ob hoc curialium munerum laqueos volumus euitare: sed obligatos cum liberis suis quandocunque progenitis, & facultatibus suis, post administrationem depositam curiæ commoditatibus inseruire: nisi fortè aliis priuilegiis super hoc legibus cognitis muniantur. nam alia vniuersa legitima, vel ex constitutionibus data priuilegia, integra volumus illibataque seruari. Ne tamen indulti honoris inane nomen retinere videantur, dignitatum titulis potiantur, & per substitutos suarum periculo facultatum curialibus muneribus respõdentes, habeant integra illibataq; priuilegia dignitatis. Eos verò, qui præfatas dignitates ante initium nostri imperij consecuti sunt, cum facultatibus suis, & post eam dignitatem progenitis filiis à curialibus nexibus vel honore decreuimus liberari. Hos autem qui quocunque tempore patricij, vel consules, aut consulares facti sunt, aut in posterum fuerint, aut magistri militum, vel præfecti prætorio Orientis, vel Illyrici, vel vrbis administrationem in actu positi quandocunque gessere, aut postea gesserint: omni modo cum facultatibus suis & post eam dignitatem progenitis filiis à curiarum nexibus vel honore decernimus liberari. E F G

In cont

In contextu legendum, *Comites priuatarum nostræ vel piissimæ Augustæ partis siue comites largitionum vel comites domesticorum, quæstores vel magistri officiorum licet ad actum* &c. quam lectionem confirmat l. prox. Hæ autem omnes, quæ hac lege recensentur initio, dignitates illustres sunt, & ex ea qui eas ante Zenonis imperium administrauerunt, curia liberantur vnà cum liberis post eas dignitates susceptis. Antè suscepti in curia retinentur. At post Zenonis imperium qui eas dignitates administrauerunt per se vel per substitutum, curiæ satisfacere coguntur, sicut & honorarij illustres. l. 60. §. & liberi eorum quandocunque suscepti. Recensentur in extremo aliæ dignitates æquè illustres, quæ tamen curia absoluunt, etiam si post Zenonis imperium administratæ sint, exceptis liberis ante eas dignitates susceptis. Loquitur de præfectis tantùm prætorio Orientis & Illyrici, quoniam hæc lex tantùm pertinet ad Orientale imperium.

LXV. IMP. ANASTASIVS A. POLICARPO PP. Diuæ memoriæ Zenonis sacratissimam constitutionem, quę de curialibus post certas excelsas administrationes seu dignitates conditionis nexu liberandis lata est, in hac parte tantummodo duximus corrigendam, qua cauetur eos etiam qui ante eandem constitutionem (ab initio tamen eiusdem diuæ recordationis Zenonis imperij) Comites priuatarum nostræ vel piissimæ augustæ partis, seu Comites sacrarum largitionum, vel Comites domesticorum, Quæstores, aut magistri officiorum licet ad actum administrationis gerendum prouecti sunt, minimè curialium munerum laqueos ob hoc euitare, sed obligatos cum liberis suis quandocunque progenitis & facultatibus suis, post administrationem depositam curiæ commoditatibus inseruire: nisi fortè aliis priuilegiis super hoc legibus cognitis muniantur. his etenim qui memoratas administrationes vel vnam ex his peregerunt, necnon liberis & rebus eorum beneficium, quod antè per illustrem administrationem peractam eis adquisitum est, intactum illibatumq́; iubemus seruari, vt relaxatione conditionis & munerum curialium per anteriores principales dispositiones sibi concessa, tam ipsi, quàm liberi eorum post huiusmodi administrationem adeptam procreati, vnà cum propriis substantiis potiantur, & si contigerit eos post diuæ memoriæ Zenonis constitutionem, siue per se siue per substitutos suos, curiæ competentia munera subiisse. Eadem videlicet constitutione diuæ memoriæ Zenonis ex die, quo promulgata est, suas vires obtinente: cùm conueniat leges futuris regulas imponere, non præteritis calumnias excitare.

In hoc Iustiniani Codice ponuntur sæpe leges, quibus superioribus derogatur, vix quibus superioribus abrogetur. In Codice Theodosij non ita. Hæc lex derogat proximæ, in qua Zeno curiæ obligat eos, qui ab imperij sui auspiciis facti essent Comites priuatarum, Comites largitionum, Comites domesticorum, Quæstores, Magistri officiorum. In hac Anastasius soluit, modò si ante constitutionem illam Zenonis eas gessissent dignitates, nec vult sibi eosdem quidquam præiudicasse, quòd aliquandiu paruerint Constitutioni Zenonis. idq́; meritò. Debuit enim Zeno in futurum legem ferre, non in præteritum, adempta libertate iis, qui iam ad eam iure peruenerant, ex l. 65. & aliis plerisque constitutionibus.

LXVI. IMP. IVSTINIANVS A. DEMOSTHENI PP. Curialibus consortiis consulentes, censemus vt nemo sibi blandiatur, & non certis modis sese liberum esse existimet, sed pro nostra forma tantummodo sciat posse libertatem sibi curialis competere conditionis: omnibus anterioribus modis, quos non comprehendit præsens sanctio, ex præsenti die antiquandis. Si quis igitur vel summum patriciatus

honorem fuerit consecutus, siue insulis consulatus honorarij aut ordinarij fuerit ampliatus, vt vel consul, vel consularis efficiatur, seu præfectorum prætorio insulas susceperit gubernandas, vel vrbicariam (in ipso tamen actu) meruerit præfecturam, necnon magistri militum officium gerendum susceperit: is gaudeat se huiusmodi conditionis esse exsortem & liberum cum suis facultatibus, suaq; posteritate, quam postquam meruit dignitatem, vel actum gessit, ediderit: anterioribus filiis in conditione pristina remansuris. Sed & tam prælaturæ Quæstoris, quàm viri eloquentissimi fisci patroni, tam præfecturæ, quæ Orientalibus & Illyricianis præsidet sedibus, quàm vrbicariæ, cùm ad fisci patronatum peruenerint, nexibus curiæ liberantur, vnà cum substantiis & liberis suis, quos vel antè habuerint, vel postquam ad eundem gradum prouecti sunt. Viri etiam clarissimi principes agentium in rebus curiæ libertatem ex antiquis legibus consecuti sunt: & viri spectabiles proximi sacri scrinij nostræ memoriæ, & sacrarum epistolarum, necnon sacri scrinij libellorum, sacrarumque cognitionum & dispositionum, cum substantiis suis & liberis, quos post emerita stipendia susceperint. hoc etiam nos corroborantes intuitu laborum, quos multo, longuo, prolixoque tempore pertulerunt, intactum illibatumque conseruamus: vt hi omnes fortuna curiali liberentur cum sua substantia, suaque sobole secundum ea quæ prædiximus. Ex æuo autem sequente progenitos antea nullius futuri fisci patroni liberos concedimus liberandos, vt nę quod summis apicibus dignitatum non est concessum, hoc alij sibi audeant vindicare: sed progeniti filij ante, quàm ad fisci patronatum peruenerint, in conditione pristina remaneant. Aliis autem modis quàm his, quos singulatim enumerauimus, siue legibus antiquis comprehensi sunt (qualis erat is, quem ex tribus maribus concessum antè fuerat patri maximo senatui sociare) siue comprehensi anterioribus scitis non fuerant, liberationem competere cuidam curialis fortunæ nullo patimur modo: sed siue pragmatica sanctio super hoc processit, siue sententia eminentissimæ præfecturæ, siue alius modus (quicunque excogitatus est) omnia ea penitus vacuari, & pro infectis haberi, & curialia corpora suis reddi ciuitatibus, & substantias eorum subiacere, nulla excusatione eis penitus competente.

Hodie Comitiua priuatarum vel largitionum vel domesticorum, vel quæstura vel magisterium officiorum curia non soluit. Patriciatus, Consulatus, Consularitas, Magisterium militum, Præfectura prætoriana vel vrbicaria, Patronatus fisci, Principatus agentium in rebus, Proximatus sacrorum scriniorum curia soluit. Patriciatus & Consularitas solo titulo honoris. Reliquæ non nisi administrationis merito. No. 69. & 81. Ait, *sed & tam prælaturæ*. Locus est corruptissimus. Affirmo legendum, *sed & viri eloquentissimi fori patroni, tam præfecturæ, quæ Orientalibus & Illyricianis præsidet sedibus, quàm vrbicariæ*. Fuit certus aduocatorum numerus in foro præfecturæ prætorianæ & vrbicariæ, qui Statuti dicebantur, sicut in quaque militia & collegio certi statuti sunt, alij supernumerarij dicuntur, & fuit sub primiceriis, vt Balsamon scribit Nomocanonis [illegible] ex eis duo fisci patroni quotannis prodibant: quia ex re curiali & cohortali fortuna liberabantur cum liberis omnibus quandocunque susceptis. quod tamen illustres non habuerunt. nam liberi ex eis ante illustratum nati, non sunt illustres. Sed Iustinianus hac lege idem statuit in fisci patronis, vt ii postea ij tantùm cum patribus curia liberentur, qui fuerint post patronatum fisci procreati. Iuris antiqui vestigium est in l. 8. de adu. diu. iud. vbi quod erat expressum de curiali conditione, propter hanc

legem

legem Tribonianus immutauit. Ad extremum Iustinianus abrogat, omnes alios modos soluendi curialis vinculi. abrogat l.131.C.Th. de decur. Abrogat & alibi quartam Sabinianam datam adoptato ex tribus maribus. §. sed ea omnia. Inst. de her. quæ ab int. def. Alciatus malè censet legendum, *Tribus maribus*: quem ob id quidam alij etiam notarunt, sed rem non explicarunt. Erant hæc tres liberos mares habentium iura: Vni dato senatui, curiæ liberatio contingebat: Vni in adoptionem dato, quarta omnium bonorum adoptatoris ex S.C. Sabiniano deferebatur, sicut impuberi arrogato ex Constitutione Antonini. De principibus agentium in rebus quod hac lege continetur, non caret difficultate, quam discutiemus in l.7.j. de pri. ag. in reb.

## *Si seruus aut libertus ad decurionatum aspirauerit. Tit. 32.*

I. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. SATVRNINO. Si libertus vel ius aureorum anulorum adeptus non est, vel natalibus suis non est restitutus, præses prouinciæ non tantùm curiæ participare non permittet, sed iuxta legis seueritatem congruenti pœna vlciscetur.

Libertini in decurionum ordinem conscribi non possunt: libertinorum filij possunt, quia ingenui sunt. idq; etiam in senatu maximo obtinet. l.9.j. de dignit. quod tamen turpe & inuidiosum fuit, & imperatori Claudio vitio vertitur, quòd latum clauum tribuerit libertini filio: & Appio Claudio, quòd in censura inquinarit senatum lectis libertinorum nepotibus. At impetrato iure anulorum aureorum vel restitutione natalium, libertini in curiam admittuntur. Anulo vtebantur ingenui. idcirco anulus libertinis datur, vt quasi ingenui viuant. Scribit Dio Musam medicum ab Augusto accepisse anulum aureum, & subiicit, *Erat enim libertinus*. Meliore autem condiitione sunt natalibus restituti, quàm anulo donati. hi honore augentur, conditionem non mutant, iura tantùm & munia, dum viuunt, ingenuitatis habent. No. 74. l. falsa. D. de cond. & dem. l. etiam. D. de bo. lib. l. 2. §. de iure aur. anu. vbi pro *libertinitatis*, legendum, *libertinis*. Illi conditionem mutant, quippe cum eis natalibus restituantur, in quibus homines fuerunt, nondum neque naturali neque ciuili iure descripto. l. 2. D. de nat. rest. ergo verè fiunt ingenui. l. vlt. §. de bo. lib. At ex No. Iustiniani 78. ipso iure omnes liberti natalibus restituuntur, & ius habent anulorum, saluo iure patronatus. Possunt igitur omnes hodie in curiam admitti, & cessant pœnæ legis Viselliæ, quam intelligunt hoc loco Imperatores, dum aiunt, *Iuxta legis seueritatem*.

II. IIDEM AA. ORICINÆ. Præses prouinciæ si eum qui ædilitate fungitur, seruum tuum esse cognouerit, si quidem non ignarum conditionis suæ ad ædilitatem adspirasse prospexerit, ob violatam seruili macula curiæ dignitatem, congruenti pœna afficiet. Si verò cum opinione publica mater eius pro libera haberetur, ex decurione procreatus, ad capessendum honorem errore lapsus processit: dominio tuo eum subiugabit.

Seruus si sciens aspirauerit ad honorem curiæ, grauissima pœna adficitur. si ignorans, illæsus domino redditur. An & sciente domino? quod videtur. nam nec sciente domino decurio fit, etiam si ea fini manumittatur. Sed magis est vt addicatur fisco. arg. l. generali. j. de tabul. Cur enim eo passus est dominus inquinari curiam? Præterea hæc lex ostendit, communem opinionem libertatem non tribuere seruo ædilitatem gerenti potius, quàm ædili arbitror & gesta per eum ipso iure nulla esse, vtilitatis tamen causa sustineri. l. Barbarius. D. de off. præt.

## *De prædiis curialium sine decreto non alienandis. Tit. 33.*

I. IMPPP. VALENTINIANVS THEOD. ET ARC. AAA. CYNEGIO PP. Si quis decurionum vel rustica prædia, vel vrbana venditor necessitate coactus addicit, interpellet iudicem competentem, omnesq; caussas sigillatim, quibus strangulatur, exponat: & ita demum

distrahendæ possessionis facultatem accipiat, si alienationis necessitatem probauerit. Infirma enim venditio erit, si hæc fuerit forma neglecta. ita enim fiet, vt nec immoderatus venditor, nec emptor (cuiuscunque sit conditionis) inueniatur iniustus. Denique nihil erit postmodum, quo venditor vel circumuentum se insidiis, vel oppressum potentia comparatoris queri debeat: qnandoquidem sub fide actorum & de necessitate distrahentis & de voluntate patuerit comparantis. Quòd si quis contra vetitum occultis molitionibus per suppositas fraude personas cuiuslibet loci, quem tamen ei decurio distrahat, comparator exstiterit: sciat se pretio, quod dedit, esse priuandum: & locum quem comparauit, cum fructibus esse restituendum. DAT. VIII. KAL. DEC. CP. HONORIO NB. P. ET EVODIO COSS.

Non valere venditionem prædiorum curialium, nisi fiat causa probata apud acta præsidis. l. 2. §. de off. eius qui vic. al. iud. obt. vel præfecti prætorio ex No. Maioriani de curialibus, quam sequitur Cassiodorus lib. VII. formula vltima ad præt. prætorio, non ad præpositum: idemq; lib. IX. consequenter huic Constitutioni, *Prædia*, inquit, *curialium vnde maxime mediocribus parantur insidiæ, nullus illicita emptione peruadat. quia contractus dici non potest nisi qui de legibus venit.* Cuiuscunque sit conditionis.] siue collega siue non. l. 2. C. Th. eod. tit. Sciat se pretio.] Qui prædium curiale emit sine decreto, curiali venditori restituit prædium cum fructibus, nec tamen ab eo pretium recipit vel meliorationes. idemq; fit si quis emerit capite censitos sine terra. l. 7. §. de agr. & cens. nam & hoc casu Reip. interest, vt censiti terræ suæ adhæreant, & illo vt curiales sua teneant, ne patrimonij dissipatione ad munera ciuilia minus reddantur idonei. Vtroque item casu æquum est, vt qui sciens (nec enim causari iuris ignorantiam potest) ad eam emptionem accessit; pretium amittat & sumptus. Idem quoque obseruatur, si quis dempto canone, quod fit illicitè, prædium dominicum emerit. l. vlt. §. de fun. rei pri. nam & domino rerum priuata conseruari publicè interest, & temerario emptori pretium reddi rationis non est. Non idem obseruatur si non vicanus vicani prædium emerit. Hic enim pretij deductionem habet. l. 1. §. non lic. habit. met. aduersus quam ex superioribus iuris speciebus, quæ diuersæ sunt, & in quibus emptorem maius damnum mereri visum est, non argumentamur rectè. An igitur superioribus speciebus venditoris lucro pretium cedet? Minimè verò, cùm sit etiam ipse in vendendo mala fide versatus. Assentior Accursio, qui id multarum legum argumento ærario inferendum censet in d. l. 7. & in l. pen. §. de resc. vend.

II. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. FLORENTIO PP. Nec venditio rei hereditariæ curiæ adquisitæ, aut debitoris hereditarij qui soluerit, liberatio aliter admittenda est: nisi apud acta totius, vel maioris partis ordinis intercedente decreto, ineundi contractus, vel dissoluendæ obligationis causa probetur. Ita enim & id quod ex ea redigitur, ad prædiorum iubemus comparationem expendi. quorum reditus omnes (sicut dictum est) eiusdem curiæ publicis muneribus, quæ solatio egere constiterit, iustissimè seruabuntur: ex consensu omnium, maximè ditiorum, vel idonea fideiussione oblata, conductoribus eligendis. DAT. V. ID. IVN. CP. FELICE ET TAVRO COSS.

Lex prima est de prædiis decurionum. Hæc de rebus mobilibus vel nominibus curiæ hereditario iure adquisitis. Res hereditaria iure non venditur, debitor hereditarius soluendo non liberatur, nisi venditio aut dissolutio obligationis ex ordinis decreto fiat. Ex pecunia inde confecta prædia comparantur, quorum reditus curiæ oneribus seruiunt. Reditus plerunque sunt pecuniæ, quæ ex locatione prædiorum rediguntur. l. liberto. l. fundi. D. de vsufr. leg. Conductores autem idonei eligendi sunt. Quod ait, *sicut dictum est*, indicio est hanc legem partem esse amplioris cuiusdam Theodosij Constitutionis, cuius & alia pars est in l. 1. § tit. prox. & l. 2. C. Th. de imp. luc. desc.

III. IMP.

A III. IMP. ZENO A. SEBASTIANO PP. Curiales vendere quidem res immobiles, vel mancipia rustica prohibemus sine interpositione decreti: donationes verò vel permutationes, vel quoslibet alios etiam sine decreto permittimus celebrare contractus: quoniam & sacræ constitutiones, quæ super hoc à retro principibus latæ sunt, in plurimis suis partibus de pretio non redhibendo locutæ sunt: vt ex hoc apertissimè detur intelligi, solum emptionis decurionibus sine decreto B interdictum fuisse contractum. cùm tamen venditio intercedente (vt dictum est) decreto agitur, nullum eos, vel qui ab his comparant, dispendium cuiuscunque personæ, vel causæ, vel theatralis liberalitatis nomine (quod frequenter fieri dicitur) sustinere decernimus: nec ex tabella decretum recitari, sed curialium vel maioris partis curiæ relatione currente, sine vlla malignitate referentium, vel damno contrahentium, ad confirmandam emptionem competentis iudicis proferri sententiam.

C

Ait, *Mancipia rustica.* Olim quælibet. l. 1. C. Th. cod. tit. hodie meritò sola rustica. arg. l. lex. §. de adm. tut. Ait, *Donationes.* Sola venditio inhibetur, & ideo in rubrica, *Alienandi*, id est, vendendis, vt in l. 1. §. de iure emphy. donatio vel permutatio non inhibetur. quam legem mirabilem Iustinianus vocat No. 38. Sed causa eius hæc est, quòd facilius quisque vendat quàm donet: cuius etiam ratione S.C. obligatæ mulieri succurrit, non donanti. lex Iulia inhibet hypothecam fundi dotalis, non alienationem: Caninia familiæ manumissionem testamentariam, non inter viuos: mores Parisiorum largitionem omnium bonorum testamentariam, non inter viuos. At hæc causa Iustinianum non mouit, quominus idem ipse ius in donatione, quod in venditione constitueret, neutram valere sine decreto, vt ipse refert No. 38. & hanc eius Constitutionem sub hoc titulo desiderari: quodq; in quibusdam vet. Codicibus ad finem tituli de decur. in aliis ad finem tit. D proximi, adnotatum est deesse constitutionem Græcam: huius tituli extremo adnotari debuisse puto. Quin & postea Iustinianus No. 87. nec cum decreto donationem permisit. Decretum autem fieri hac lege constituit Zeno, consensu curiæ & sententia competentis iudicis viua voce, non ex periculo siue tabella recitata, nec quid pro scriptura exceptoribus dare contrahentes necesse sit. Omnino enim vult decretum fieri sine damno, sine impendio vllo, adeò vt nominatim etiam caueat, ne quod frequenter fieri iis venditionibus solet, quidquam theatralium nomine contrahentes præstent. De pretio.] vnus tantùm est contractus in quo interuenit pretium, is est emptio venditio. Dicitur & merces locationis pretium, sed καταχρηστικῶς. Relatione] Sic §. de decur. l. 59. *consona relatione currente.*

E

## *Quando & quibus quarta pars debetur ex bonis decurionum, & de modo distributionis eorum.* *Tit. 34.*

I. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. F FLORENTIO PP. Si decurionum consortio sit alienus qui curiali successit, competentis eidem iuris (siue ex asse, siue ex parte heres sit bonorum've possessor) partem quartam iure optimo à curia peti decernimus. DAT. V. ID. IVN. CP. FELICE ET TAVRO COSS.

Si non-curialis curiali successerit ex asse, quarta pars bonorum curiæ debetur; cum onere tamen æris alieni. l. 2. §. æquè diuerso. Si plures nō curiales ei successerint ex partibus, singuli pro rata conferunt ad quartam curiæ debitam. Eidem.] successori.

G

II. IIDEM AA. APOLLONIO PP. Meminimus nuper emissa lege diuali, portionem quartam de facultatibus curialium fati munus implentium, quæ ex qualibet nouissima voluntate, vel ab intestato etiam, ad quem

ad quemcunque (prӕterquàm si ad filios curiales) deferantur, curiarum deputasse corporibus. sed multi tanquam corrumpendi totius patrimonij occasione captata, vniuscuiusque rei sibi particulam vindicando, adeò totas dilacerant facultates, vt dum participibus relictarum opum nocere cupiunt, sua quoque iura prӕcipitent. Quorum nimiam licentiam prouida dispositione refrenantes, ipsis quidem curialibus occupandi sua auctoritate res mortui copiam denegamus. Heres autem ad quem ab intestato vel ex postrema voluntate directis vel fideicommissariis verbis decurrit hereditas, omne patrimonium, quod relictum est, in partes quatuor diuidi procuret: vt rebus totis in sortium casum deductis, vel curiӕ quadrantis, vel heredi aut fideicommissario per vniuersitatem dodrantis electio ex sortis felicitate contingat. ita scilicet & prӕfati successores & curia promiscui rerum dominij liberabuntur incommodo. Naturale quippe vitium est negligi, quod communiter posidetur: vtque se habere nihil, qui non totum habeat, arbitretur: denique suam quoque partem corrumpi patiatur, dum inuidet alienӕ. Sed vbi quarta pars bonorum mortui curiӕ debet offerri, immobiles quidem res, quӕ nec latere facilè possunt, nec cuiquam (si diuulgentur) officiunt, sub aspectu etiam curialium ӕstimari diuidique concedimus. mobiles autem res vel se mouentes, vel instrumenta, vel si quid aliud in huiusmodi iure consistat, in medium proferri diuulgariq; non patimur, sed iuratis successoribus, cùm apud se diligenter ӕstimauerint quӕ quantique sint pretij facultates, credi oportere decernimus. quid enim tam durum, tamque inhumanum est, quàm publicatione pompaque rerum familiarium, & paupertatis detegi vilitatem, & inuidiӕ patere diuitias? In exigendis verò debitis, si pretium quod pro quarta parte actionum curiӕ competit, successores prӕstare noluerint, cautionibus iurata fide prolatis in medium, vnusquisque à debitoribus conuenientem sibi exigat portionem. eque diuerso ӕs alienum, si cui defunctus fuerat obligatus, tam iidem successores, quàm curia pro sua sorte restituere compellantur. Quòd si sӕpedicti successores sacramentum sibi crediderint excusandum, tunc verò ad similitudinem rerum immobilium diligentior curialibus omnium rerum indago prӕbebitur: scilicet vt vniuersis mortui facultatibus in aperto propositis, vel ӕstimatio rerum, vel diuisio sub prӕsentia curialium celebretur. In omnibus autem casibus, vbi quarta pars curiӕ competit, transactiones interpositas firmas illibatasque manere decernimus. Ad filiorum verò curialium, vel nepotum ac pronepotum scilicet decurionum similitudinem, ad quos integras opes peruenire censuimus: filiam, quinetiam neptem, proneptem've principali eiusdem ciuitatis, vnde pater, auus, vel proauus oritur, nuptam: rerum vel ab intestato, vel ex dispositione vltimӕ voluntatis quӕsitarum, integrum nullaque parte minutum dominium habere sancimus. Quòd si post parentum obitum inueniantur innuptӕ vel viduӕ, impuberibus quidem, post transactam pubertatem: in aliis verò quӕ pubertatem excesserint, vel etiam in viduis, post mortem parentis

A B C D E F G

A triennium duntaxat volumus expectari: vt interim quarta portio suspensa, aut apud eam, si in matrimonio curialis eiusdem ciuitatis fuerit collocata, perpetuo iure permaneat: vel si intra id tempus alienum eadem curia sortiatur maritum, penitus've nupta non fuerit, memorata pars totius substantiæ curiæ cum triennij tam vrbanorum, quàm rusticorum prædiorum duntaxat fructibus addicatur: ita tamen vt & optionis conditio in offerendis rebus quartæ partis vel dodrantis, & sacramenti, tam B de quantitate, quàm de æstimatione rerum mobilium, deq; actionibus inferendis, vel excipiendis (sicut in extraneis personis dictum est) ratio conseruetur. Sed & si mater mortui, vel auia tempore, quo filius nepos've moritur, in coniugio eiusdem ciuitatis curialis inuenta fuerit: ne ipsas quidem patimur quartæ portionis subire iacturam. Extraneum quin etiam heredem propinquitatis quidem iure discretum, tamen curiæ eiusdem ciuitatis obnoxium, supradictæ portionis dispendio liberamus,
C DAT. VII. ID. MAR. CP. DIOSCORO ET EVDOXIO COSS.

Ait, *Lege diuali*, id est, l.1.§. Ait, *Præter quàm si ad filios curiales.* Ex No. Theodosij si filius, nepos, pronepos, pater, auus, proauus non curialis curiali successerit, quarta curiæ non debetur: Ex Constitutione Iustiniani, id est, ex l.prox.§.debetur. Hoc igitur loco non addiderat Theodosius, *Curiales*, sed Tribonianus addidit, vt hæc lex congrueret cum Iustiniani lege. Quibus autem casibus debetur quarta, ex vniuerso ea sumitur, non ex singulis rebus. quamobrem heres bona diuidit in partes quatuor, & is eligit cui sors dederit. Forsitan & fratres in diuisione hereditatis, vel heres & fideicommissarius iure Romano sorti totam rem committunt, vt in multis aliis casibus fit, vel D inter fratres potius, vt solet hodie, maior diuidit, minor eligit: qualem legem Sulpitius Victor in Inst. Orat. ponit, vt commune patrimonium diuidat qui est maior ex fratribus, eligat minor, & Seneca Declamationum VI. **Sortium casum.**] Vet. *sortitum casumq.* **Promiscui.**] Communio est promiscuum rerum dominium. **Sed vbi quarta.**] Rerum immobilium æstimatio & diuisio fit præsentibus videntibusq; curialibus: reliquorum æstimatio fit iureiurando successorum, vel si adeò superstitiosi sint vt iurare nolint, omnes proferantur in medium. Cautionibus item prolatis si nolint successores pretium nominum curiæ præstare pro quadrante, nomina inter curiam & successores pro dodrante & quadrante diuidentur, & è contrario pro quadrante curia agnoscet æs alienum defuncti. **Vel diuisio.**] Ex No. Theodosij, prout successor elegerit. nam in arbitrio successoris est diuidere, vel quadrantis æstimationem præstare. Ex sententia Iustiniani, E prout inter ipsos conuenerit. **Ad filiorum verò.**] Hoc etiam loco Tribonianus addidit, *Curialium, &c, scilicet decurionum.* Ex Triboniani igitur siue Iustiniani sententia si filius, nepos, pronepos curialis curiali successerit, curiæ nihil debetur. idemq; est si filia, neptis, proneptis curiali nupta, patri, auo, proauo curiali, succedat. Item si pater, auus, proauus curialis, aut mater vel auia nupta curiali. **Principali.**] Principalis pro curiali quolibet. & sic quasi generali vocabulo D. Augustinus Areopagitas principales Atheniensium vocat. **Quod si post.**] Si moriente curiali filia, eius neptis vel proneptis virgo sit aut vidua, expectatur triennium quoad nubat, & si curiali nubat, assem obtinebit: si non curiali, vel omnino non nubat, quartam curiæ restituet cum fructibus prædiorum tantùm. Hæc quæ paulò pòst sunt verba (*& optionis conditio in offerendis rebus quartæ partis vel dodrantis &*) absunt ab omnibus libris scriptis, & quantum ego suspicor, temere ab Haloan- F dro inuecta sunt ex integra No. Theodosij, quod iamdiu ostendi in notis ad lib. III. Instit. tit. I. **Vel auia.**] Idem proauiæ datum non est.

III. IMP. IVSTINIANVS A. MENNÆ. PP. Si quis curialibus muniis obnoxius, vno forrè vel pluribus filiis vel filiabus derelictis, filio quidem vel filiis suæ substantiæ partem minimam dereliquit (eam tamen, quæ excludere eos ab inofficiosi querela potest) aliis autem suam substantiam dereliquit, vt ex hac patrimonij distributione apud filium G quidem vel filios curiales minima pars substantiæ remaneat, totum autem curiale munus masculis immineat, siue filij sint, siue nepotes, vel pronepotes, curiali tamen conditioni obnoxij: sancimus huiusmodi ini-

K quitat

quitatem resecari, & non minus quarta portione in masculos posse testatorem transmittere, siue vnus est filius, siue plures, nulla deminutione ex permistione sororũ eis facienda: vt non solùm corporibus, sed etiam substantiis laborantes, possint curiale habere consortium. Ad hoc sancimus, si quis curialis filiabus pluribus derelictis ab hac luce fuerit subtractus, quarum vna curiali eiusdem nupserit ciuitatis, aliis filiabus, quæ ad huiusmodi vota non migrauerint, vel extraneis in reliquam partem heredibus derelictis: non videri curiæ ex sententia legis Theodosianæ ad Apollonium scriptæ, satisfieri, sed omnino quartam partem patrimonij curia consequatur, siue vni filiæ, quæ curialibus nuptiis copulata sit, deputanda, siue ex aliis heredibus colligenda: filia proculdubio quæ curiali nupserit, immuni ab huiusmodi quartæ datione seruanda: cùm per maritum eius, quantum ad ipsius personam, curiæ sit satisfactum. Et hoc obseruari non solùm si vltimo elogio condito testator curialis decesserit, sed etiam si intestatò suum diem obierit. sed si quid minus fuerit vel minimè derelictum: hoc modis omnibus filio curiali, vel filiæ quæ nupta est eiusdem ciuitatis decurioni, ex substantia patris curialis vel deputari vel adimpleri: nullo obstaculò curiæ opponendo, si secundum prædictam legem filius, nepos, pronepos, pater, auus, proauus curiali morienti fuerint derelicti, qui nexibus curialibus ex quacunque vel dignitate vel occasione fuerint absoluti. in hoc etenim Theodosianæ legi apertissimè volumus esse derogatum. Et generaliter definimus, ex omni causa, neq; masculos liberos, neq; filias copulatas matrimonio curialis minus quarta parentis substantiæ habere: vel non exstantibus filiis vel filiabus, sed aliis heredibus, ipsam curiam secundum anteriores leges quartæ curialis morientis habere solatium. DAT. KAL. IVN. CP. DN. IVSTINIANO A. II. COS.

Constituitur hac lege, vt si curialis filium vel filios, nepotes aut pronepotes habeat curiæ obnoxios, filias item neptes aut proneptes, masculis omnimodò relinquat quartam partem bonorum omnium, nec satis sit eis relinqui sortem partem've eam, quæ inofficiosi testamenti querelam excludit: ea est iure antiquo quadrans legitimæ partis, ex No. Iustiniani triens vel semis legitimæ partis. Vnus igitur si filius sit & vna filia, sescuncia iure antiquo, vel ex No. Iustiniani, sextans bonorum omnium singulis relinquendus est querelæ excludendæ causa. Ceterùm in casu proposito quadrans bonorum omnium filio relinquendus erit. **Vt non solum corporibus]** personalia & patrimonialia munera obeuntes. **Adhuc sancimus.]** Si curialis habeat tantùm filias, & ex eis aliæ curialibus nuptæ sint, aliæ plebeiis, vel etiam innuptæ, exemplo filiorum iis quæ curialibus nuptæ sunt, omnimodo quadrantem bonorum omnium relinqui necesse est, nec satis est si eis, aliis filiabus vel extraneis heredibus institutis, relinquatur minima illa portio, quæ querelam inofficiosi testamenti excludit. quod ait esse ex sententia l. 2. quæ filiabus non curialibus nuptis negat integras opes deberi sine quartæ deminutione. **Deputanda.]** Imputatur filiæ quarta si tantum ei relictum sit indicio defuncti. Colligitur ex aliis heredibus, si filia nihil aut minus habeat quarta. Ipsa filia quæ curiali nupta est, nihil confert filio curiali ad quartam conficiendam. **Secundum prædictam legem.]** Ex prædicta No. Theodosij si filius, nepos, pronepos, pater, auus, proauus non curialis curiali successerit, curiæ nihil debetur. qua in parte Iustinianus nominatim ait, se Nouellæ Theodosij derogare, quamobrem insciencer Tribonianus Theodosianæ legis verba accommodat ad Iustiniani Constitutionem. nam Theodosianæ legis verbis ita conceptis, ei sanè nihil derogatur. Adhæc ineptum fuit in filiis id & ceteris adscribere, quod Tribonianus adscripsit, cùm in extremo legis idem generaliter constituatur in omnibus extraneis. Illud prætermittendum non est ex Iustiniani Nou. 38. 18. 89. quadrantem debitum curiæ versum esse in dodrantem, & ideo liberis curialibus hodie omnimodo relinquendum esse dodrantem, nec sufficere trientem vel semissem legitimæ portionis.

De

A *De imponenda lucratiuis descriptione. Tit. 35.*

I. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. APOLLONIO PP. Descriptionis onere siliquarum quatuor, quas ex lucratiuis iugationibus tantùm, non humanis, vel animalium censibus, neque mobilibus rebus iubemus indici, & si curiales non sint, maiores ac posteros liberamus. vt si pater, auus, proauus, filio, nepoti, pronepoti, vel filiæ, nepti, pronepti've (nec interest nuptæ sint curialibus, necne) in postrema voluntate, vel inter viuos etiam donatione quidquam de suis opibus largiatur: memoratæ descriptionis cesset indictio. Eq; diuerso vt si posteri ad maiores prædicta sibi consanguinitate deuinctos præfatis titulis suas conferant facultates, nullius accessione grauaminis huiusmodi liberalitas oneretur. in tam enim necessariis sibi coniunctisq; personis sub liberalitatis appellatione debitum naturale persoluitur. cuius auctoritatem iuris pariter valere sancimus, etsi ab intestato succedant præfati sibi generis ordine sociati. ex his enim successionibus maximè debiti potius solutio, quàm muneris oblatio comprobatur, quæ non largientibus etiam dominis, ipsa propinquitatis serie deferuntur. Ceteri verò, licet quadam intet se cognatione iungantur, nunquam tamen curiale prædium sine prædicto onere lucrabuntur: nisi fortè is cui lucro res cesserit, eiusdem ciuitatis ordini sit obstrictus: qui licet inter extraneos numeretur, vacuum tamen ea functione, quod datum est, consequatur. nam cùm personæ conditio non mutetur, ne rei quidem statum conuenit immutari. Lucratiuas verò res eas tantùm volumus appellari, & prædictæ descriptionis grauamen excipere, quæ hereditatis, legati, fideicommissi iure, mortis causa donatione, vel cuiuslibet postremæ voluntatis arbitrio ad quempiam delabuntur. Inter viuos etiam donatio simplici liberalitate confecta, lucratiuæ merebitur & nomen & sarcinam. Si verò vel socer futurus filij, vel nepotis, vel pronepotis sponsæ adfinitatis coeundæ causa donauerit, vel parens etiam filiam, vel neptem, vel proneptem curiali seu exttaneo nubentem dotauerit: licet casus euentu, res eius, cui data est, vertatur ad lucrum: nec inter lucratiuas numerabitur, nec descriptionis oneri subiacebit. Nec enim iuris optimi est matrimonium, cùm tot tantisq; suis difficultatibus opprimatur, aduenticiis etiam cumulare ponderibus. Res verò quæ memoratis causis lucratiuæ semel nomen exordiumq; sortita est, licet ab eo qui susceperat, ad alterum emptionis vel cuiuscunq; contractus iure migrauerit: cum prædicto descriptionis grauamine proculdubio transferetur, vt vel sciens sibi imputet qui accepit oneratam, vel si ignorauerit, quod intereſt consequatur. Contraq; si cuiuslibet contractus exordio lucratiuæ nomen euaserit, & si postea lucri titulo in dominium alicuius ceciderit: sarcinam memoratæ descriptionis effugiet. nulla enim in huiuscemodi causis confusionis intercedit occasio, si ad primordium tituli posterior quoque formetur euentus: nisi fortè res decurionis, quæ ad eum cuiuslibet mercimonij iure peruenerit, ad alterum fuerit postrema eius voluntate,

luntate, vel ab inteſtato, vel inter viuos donatione tranſlata. tunc enim, quia ſemel in perſonam cecidit principalis, veterum titulorum nequaquam ratione perſpecta, conditionem & onus merebitur lucratiuæ. DAT. VII. ID. MAR. CP. DIOSCORO ET EVDOXIO VV. CC. COSS.

Si non curialis curiali heres extiterit, curiæ debetur quadrans, heres retinet dodrantem cum hoc onere, vt in iugationes ſingulas quotannis curiæ inferat ſiliquas quatuor, id eſt, ſextam partem ſolidi, dimidiam tremiſſis, quam deſcriptionem præter heredem patitur & quiuis alius non curialis, ad quem ex alia cauſa lucratiua bona curialis peruenerunt. & de hac deſcriptione tractatur hoc loco, & l.1.§.de apo.pub.& l.16.C.Th.de agen.io reb. Ceterùm hæc ſiliquatica, vt dixi, debentur in ſingulas iugationes, non ex capitibus vel rebus mobilibus. qua in re derogatur l.1. C.Th. eod.tit. Rurſus vt ex No.Theodoſij liberi & parentes maſculi non curiales quadrantem curiæ non debent, ita nec ſiliquatica. At ex Conſtitutione Iuſtiniani quadrantem debent, non ſiliquatica. nam quod ad ſiliquatica attinet, Iuſtinianus No.Theodoſij non derogauit. ac ſimiliter ex eadem No. filia, neptis, proneptis, cœlebs nupta'ue non curiali, quadrantem debet, ſiliquatica non debet. denique liberi & parentes cuiuſcunque ſexus ſiliquatica non debent. eſt enim hoc lucratiuorum onus. parentes autem & liberi non tam lucra, quàm debita videntur percipere. qua ratione & olim viceſimam non præſtabant, nec eis heredibus inſtitutis vlla caduca fiebant. Ceteri etiam cognati non curiales ſiliquatica debent. Planè curiales etiam extranei, ea non debent, ſicuti nec quadrantem. Aequè loca pietati & Deo dedicata ab eiuſmodi deſcriptione immunia ſunt. l.pen. §.de ſac. eccl. No.131. Conſanguinitate.] Conſanguinitas eſt fraternitas. Hoc loco cognatio, cui vix alium ſimilem inuenias. Ad maiores igitur prædicta ſibi conſanguinitate deuinctos, id eſt, ad patrem, auum, proauum. Lucratiuas.] Lucratiui tituli ij ſunt, Hereditas, Legatum, Fideicommiſſum, Donatio cauſa mortis, Donatio inter viuos, Dos, Donatio propter nuptias. Emptio, Permutatio non ſunt tituli lucratiui. Licet caſus euentu.] Haloander addidit, *mortis vel diuortij:* quæ interpretis verba ſunt non auctoris.

## *De prebendo ſalario.* *Tit. 36.*

I. IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD MARCELLINVM COM. OR. Nulli ſalarium tribuatur ex iuribus reipublicæ, niſi ei qui iubentibus nobis ſpecialiter fuerit conſecutus. DAT. V. NON. OCT. CP. LIMENIO ET CATVLLINO COSS.

Series titulorum docet hanc legem ſic eſſe accipiendam, vt non poſſint decuriones cuiquam ſalarium conſtituere iniuſſu principis. excipiuntur tamen caſus quidam. l.4. D.de dec. ab ord.fac. Salaria interpretamur τὰ διδόμενα εἰς τροφήν, ſiue vt plurimùm Græci vertere ſolent, σιτηρέσια & ὀψώνια. Sudas ἀλλαγίας σιτηρεσίους, pro σαλλαρίους. An igitur ratio nominis hæc, quòd ſalaria percipientes inde ſe alant? Quæ ſalaria in l.6.ᵹ.de profeſſ. & med. annonaria commoda in l.9.

## *Si curialis relicta ciuitate rus habitare maluerit.* *Tit. 37.*

I. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EVTYCHIANO PP. Curiales omnes iubemus interminatione moneri ne ciuitates fugiant, aut deſerant rus habitandi cauſa: fundum quem ciuitati prætulerint, ſcientes fiſco eſſe ſociandum, eoq; rure ſe carituros, cuius cauſa impios ſe patriam vitando demonſtrauerint. DAT. XVIII. KAL. IAN. CP. ARCADIO IIII. ET HONORIO III. AA. COSS.

Curialibus interdicitur ne ruri habitent, ſicut in tit.de decurionibus, ne captent ſolitudines, lauras, ſecreta. Rus fiſco vindicari. Impios eſſe eos qui patriam vitant. l.pen.§.de reſc.vend.

## *De municipibus & originariis.* *Tit. 38.*

Tria ſunt quæ municipes faciunt, Natiuitas, Manumiſſio, Adoptio. l.ciues.ᵹ.tit.ſeq. l.1. D.ad mun.

A mun. quæ originis nnmine continentur. l.priuilegio. ꝭ.tit.ſeq. nam originales ſiue originarij ſunt non nati tantùm, ſed etiam manumiſſi & adoptati. l.cum neque. ꝭ.tit.ſeq. quoniam & ij pro natis habentur, & alienæ originis iure cenſentur. Quamobtem non malè ſic quidam Codices habent, *De municipibus originarijs*. Alij ſunt municipes voluntarij. l.4.ꝭ.de iis qui ſpon.mun.ſuſc. quos facit adlectio vel incolatus. l.ciues. tit.ſeq. l.filij. §.municipes. D.ad municipales.

I. IMP. ANTONINVS A.* Cum te Biblium origine, incolam autem apud Berytios eſſe proponis: meritò apud vtraſque ciuitates mu- B neribus ſungi compelleris.

Biblus vrbs eſt Phœniciæ Beryto finitima. Qui ortu eſt Biblius, incolatu Berytius, in vtraq; ciuitate munera facere cogitur. Proinde ad munera vocamur vel vt originarij, vel vt incolæ.

II. IMP. GORDIANVS A. FRONTONI. Si, vt proponis, ea quæ ex cauſa fideicommiſſi te manumiſit, ab ea libertatem iuſtam fuerit conſecuta, quæ originem ex prouincia Aquitania ducebat: tu C quoq; eius conditionis eiuſq; ciuitatis ius obtines, vnde quæ te manumiſit, fuit. eorum enim conditionem ſequi ex cauſa fideicommiſſi manumiſſos pridem placuit, qui libertatē præſtiterint, non qui rogauerint.

Libertus ſequitur originem patroni. Patronus etiam is eſt qui ex cauſa fideicommiſſi manumiſit. l.libertus. §.ex cauſa. D.ad municip. Manumiſſus ergo originem eius ſequitur. itemq; manumiſſi filius. l.filij. l.aſſumptio. §.vlt D.eo. Fuit autem olim Aquitania duplex, vt ex Itinerario Antonini conſtat: Prima, cuius metropolis Biturigæ: Secunda, cuius metropolis Burdegala. quam diuiſionem etiam diœceſes epiſcopales obſeruant. **Libertatem iuſtam.**] teſtamento heres ſcri- D pta cum libertate.

III. IMP. PHILIPPVS A. PATROCLO. Filios apud originem patris, non in materna ciuitate, & ſi ibi nati ſunt (ſi modò non domiciliis retineantur) ad honores ſeu munera poſſe compelli explotati iuris eſt.

Filij ſequuntur originem patris non matris. Domicilium patris non ſequuntur, videlicet ſi alibi domicilium ſibi conſtituerint. l.libertus. §.patris. D.ad municip. quod & in libertis locum E obtinet. l.eius qui. D.eod. alioquin patris aut patroni domicilium ſequuntur. denique domicilium proprium ſequuntur, originem propriam non ſequuntur. atque ita qui Tuſculi natus eſt, niſi & pater ibi natus ſit, vel domicilium habuerit, Tuſculanus non eſt, ſed patris originem domiciliumve ſequitur.

IIII. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. SECVNDO. Origine propria neminem poſſe voluntate ſua eximi manifeſtum eſt.

F

Ius incolatus mutatur mutato domicilio. Ius originis non mutatur, quia naturale eſt. nec igitur tranſlatione domicilij mutatur, nec adoptione. proinde is qui adoptatur duarum ciuitatum eſt municeps: in patria ſua, iure naturali: in patria adoptatoris, iure ciuili. naturalis patria non amittitur. Ciuilis amittitur ſoluta adoptione. Hoc Græci ſignificant, qui lib. LIIII. βασιλικῶν ad hanc conſtitutionem hanc rationem adiiciunt: καὶ εἰκότως. οὐδὲ γὰρ οἴκησις ποιεῖ τὴν ἀρχαιογονίαν ἀλλὰ τὸ ἀπὸ τόπου τινὸς ὁρμᾶσθαι. ὅθεν δὲ μὴ βουλόμενος τις ἐκ τῆς ἀρχαιογονίας τῆς ἰδίας ἐξελθεῖν. τὴν μέντοι καθ᾽ εἰσποίησιν ἐκ τῆς οἰκήσεως τῆς ἡμετέρας δοθεῖσαν, ἔξεστιν ἡμῖν ὅτε βουλόμεθα αὐτὴν ἐναλλάσσειν.

V. IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM VIC. VR- G BIS. Si quis cùm ex maiore vel ex minore ciuitate originem ducit, eandem euitare ſtudens ad alienam ſe ciuitatem incolatus occaſione contulerit, & ſuper hoc vel preces dare tentauerit, vel qualibet fraude

niti, vt originem propriæ ciuitatis eludat: duarum ciuitatum decurionatus onera ſuſtineat,in vna voluntatis, in vna originis gratia. PP. VIII. KAL. IAN. PAVLINO ET IVLIANO COSS.

Hæc lex oſtendit iure incolatus non perimi ius originis. nec precibus id alia've qua fraude obtineri poſſe.

## *De incolis & vbi quis domicilium habere videtur, & de iis qui ſtudiorum cauſa in alia ciuitate degunt. Tit. 39.*

Incolas domicilium facit, non domus, non poſſeſſio ſola. iidem & coloni dicuntur l.libertus. §.error. D.ad municip. Interdum incola pro inquilino, qui propriè ἐνοίκιος dicitur, Incolæ *μέτοικος* vel *πάροικος*, vt in l.1. §.de fal.mon. & apud Sophoclem, *μέτοικος ἀντὶ τοῦ ἔνοικος*, vt Demetrius notauit. Dorotheus ad l.27. §.Proculus. D.ad leg.Aq. *τὰ αὐτὰ καὶ ἐπὶ τῶν παροικούντων τῷ οἴκῳ*. Et alius: *οἱ ἐν οἴκῳ τοῦ κολωνοῦ ἢ παροίκου*.

I. IMP. ANTONINVS A. PAVLO. Non tibi obeſt ſi cùm incola eſſes, aliquod munus ſuſcepiſti, modò ſi ante quàm ad alios honores vocareris, domicilium tranſtuliſti.

Incolatui renunciari poteſt, Origini non item. quod his verbis notarunt Græci hoc loco: *τὸ γὰρ μεθίστασθαι τινὰ τὴν οἴκησιν τὴν μὲν ἀρχαιογονίαν αὐτοῦ οὐκ ἐναλλάσσει, τὸ δὲ μετοίκιον ἐναλλάσσει*. *Suſcepiſti*, id eſt, impleuiſti. nam qui ſuſceptum munus nondum impleuit, renunciare incolatui non poteſt. l.incola iam. D.eod.

II. IMP. ALEXANDER A. * Nec ipſi qui ſtudiorum cauſa aliquo loco morantur, domicilium ibi habere creduntur, niſi decem annis tranſactis eo loci ſedes ſibi conſtituerint ſecundum epiſtolam diui Hadriani: nec pater qui propter filium ſtudentem frequentius ad eum commeat. Sed ſi aliis rationibus domicilium in ſpendidiſſima ciuitate Laodicenorum habere probatus fueris: mendacium, quo minus muneribus fungaris, non proderit.

Non ſunt incolæ qui aliqu loci ſtudiorum cauſa commorantur. Poſt decennium tamen ſi ibidem permanſerint,ex epiſtola Adriani incolæ cenſentur. Quod ait *mendacium*, id eſt, ſi falsò adſeras te in ea ciuitate ſtudiorum cauſa commorari.

III. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ALEXANDRO. Eſt verum eos qui in territorio alicuius ciuitatis commorantur, velut incolas ad ſubeunda munera vel ad capiendos honores non adſtringi.

Qui in territorio & finibus alicuius ciuitatis ſedes poſuit, licet in ciuitate non moretur, incola eſt eius ciuitatis. l.pupillus. §.incola. D.de verb.ſign. nec obſtat l.*εἰ δέ τις*. D.ad municip. Loquitur enim de eo qui agrum tantummodo poſſidet,vt l.prox. ij.nec ciuitatis præcipuis vtitur, id eſt, foro, balneo, templo, ſpectaculis. Hæc etiam non obſtabit ſi affirmatè legatur, quemadmodum Græci legunt LIII I. *βασιλικῶν*, quorum verba ſubiiciam. *Ἀληθὲς ἐστὶν ὅτι οἱ οἰκοῦντες ἐν ἐνορίᾳ πόλεως τινος ὡς μέτοικοι λειτουργοῦσι καὶ τὰς τιμὰς ἀπαιτοῦσιν. ἄρα εἰ ὁ μὲν οἰκῶν ἐν αὐτῇ τῇ πόλει, ἀλλ᾽ ἐν τῇ ἐνορίᾳ αὐτῆς οὕτως λειτουργεῖ ὡς ὁ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει οἰκῶν*. Sic igitur conſentiet hæc lex cum d.§.incola. & in ſequenti, quę ad eundem ſcripta eſt, continebitur exceptio, ſecundum quam l.*εἰ δέ τις*, eſſe accipiendam reor.

IIII. IIDEM AA. ET CC. ALEXANDRO. Cùm neque originales, neque incolas vos eſſe memoratis, ob ſolam domus vel poſſeſſionis

A ſionis, licet ex ſubſtantia decurionis adquiſita eſt cauſa publici iuris au-ctoritas muneribus ſubiugari vos non ſinet.

Sola domus vel agri cauſa ſine laris collocatione incolam non facit. l.52. Cod.Th.de decur. l. libertus. §.ſola ratio, & §.ſola domus. D.ad municip.

V. IIDEM AA. ET CC. MAXIMO. Si in patria vxoris tuæ, vel qualibet alia domicilium defixiſti, incolatus iure te vltro eiuſdem ci-B uitatis muneribus obligaſti.

Incolatus ius eſt arbitrij cuiuſque. eo ſe quis nuda voluntate obligat vel liberat, domicilio mutato.

VI. IIDEM AA. ET CC. MARCELLINO. Priuilegio ſpeciali ciuitatis non interueniente, tantùm originis ratione, ac domicilij voluntate, ad munera ciuilia quemque vocari certiſſimum eſt.

C Niſi ſpecialiter priuilegium ciuitati datum ſit, vt ob ſolam poſſeſſionis cauſam quis eiuſdem ciuitatis muneribus obligetur, vt l.libertus. §.ſola ratio. D.ad municip. originis tantummodo vel domicilij cauſa muneribus publicis obligamur. l.4.§. Hic malè antea legebatur, *tamen*.

VII. IIDEM AA. ET CC. Ciues quidem origo, manumiſſio, allectio, vel adoptio: incolas verò (ſicut & diuus Hadrianus edicto ſuo manifeſtiſſimè declarauit) domiciliũ facit. Et in eo loco ſingulos habere domicilium non ambigitur, vbi quis larem rerumq́; ac fortunarum ſuarum ſummam conſtituit, vnde rurſus non ſit diſceſſurus, ſi nihil auocet: D vnde cùm profectus eſt, peregrinari videtur: quòd ſi rediit, peregrinari iam deſtitit.

Ciues ſunt qui & municipes & municipales dicuntur. Origo municipes facit, vt ortus ex patre Campano, Campanus eſt municeps, nec emancipatione vel datione in adoptionem Campanus eſſe deſinit. Sed & nepotes ex eo quandoque ſuſcepti, Campani ſunt. & hæc originis cauſa omnibus antepomitur. l.libertus.§.præſcriptio.D.ad municip. Originem hoc loco accipimus ſtrictè pro natiuitate. Municipes etiam manumiſſio facit, veluti manumiſſus à Campano, Campanus eſt. Et adoptio, vt ſi quis adoptetur à Campano, quo tamen iure ſoluto, Campanus eſſe deſinit. Item al-E lectio, vt ſi quis in ciuitatem aliquam receptus ſit. Quidam codices habent, *allectio, id eſt, adoptio*. Placet tamen magis, *Allectio, vel adoptio*, & ita Græci, [illegible] A municipibus ſeparantur incolæ, qui domicilij iure municipij commodis & præcipuis fruuntur. Vt autem quis plurium ciuitatum poteſt eſſe municeps. l.7. l. eius qui. D.eod.ita & incola. l.Labeo.l.aſſumptio. §.viris.D.eod. Vt ſine ciuitate, qualis eſt is qui deditiorum numero eſt, ita & ſine domicilio. l.eius qui.§.Celſus. eod.tit. Ait, *Et in eo loco*. Vet. *Et in eodem loco*. forſitan, *Et in eo demum loco*. quod pertinet ad illam rubricæ partem, *Vbi quis domicilium habere videtur*. qua de re quæri ſolet non ſolùm vt ſciatur vbi quis munera faciat, verumetiam vbi conueniatur. *Summam*, id eſt, *τὴν ὁμάδα*.

F VIII. IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AA. AD SENATVM. Senatores in ſacratiſſima vrbe domicilium dignitatis habere videntur. DAT. KAL. MAR. VALENTINIANO A. ET NEOTERIO COSS.

Senatores in antiqua & Conſtantinopolitana Roma domicilium habent ratione dignitatis ſenatoriæ. quod eò pertinet vt intelligamus eos in vrbe conueniri poſſe, quod indicat l.2. §.vbi G ſen.vel clar. quæ huic coniungenda eſt. Poſſunt & in originali patria. l.pen. D.de ſenat. cùm in ea etiam honores retineant. l.filij. §.ſenatores. & l.ſeq. D.ad municip. & in qua domicilium collocauerunt. d.l.2. In eo §.ſenatores, ſic lego, *Senatores & eorum filij filiaq́; quoque tempore nati nataue, itemq́; nepotes & neptes ex filio origini eximuntur.*

IX. IIDEM AAA. MARTIANO COMITI ORIENTIS. Mulieres honore maritorum erigimus & genere nobilitamus, & forum ex eorum persona statuimus. sin autem minoris ordinis virum postea sortitæ fuerint, priore dignitate priuatæ, posterioris mariti sequantur conditionem, & domicilia mutamus. DAT. IIII. KAL. FEBR. CP. ARCADIO II. ET RVFINO COSS.

Vbi domicilium habet maritus, habet & mulier ratione matrimonij, quod & vidua retinet. Conuenitur ergo ibidem & munera personalia facit. Origini autem eximitur quantum ad munera. l.1, j.de mul.in quo lo.mun. l.vlt.D.ad municip. Domicilium matrimonij dicitur in l.mulierem. D.de rit.nupt. & lar matrimonij in l.1. §.domum. D.de lib.agnos. Eadem ratione matrimonij dignitatem mariti adipiscitur & vidua retinet. l.fœminæ. D.de senat. No.de Consul. l.mulieres. j.de dignit.ex qua in hac lege hæc postrema verba, *Et domicilia mutamus*, priori parti applicanda videntur.

## *De honoribus & muneribus non continuandis inter patrem & filium, & de interuallis. Tit. 40.*

I. IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. SEPTIMIO ZENONI. Sicut & honores & munera, cùm pater & filius decuriones sunt, in eadem domo continuari non oportet: ita vacationum concessa tempora non aliis prodesse possunt, quàm his qui ad eosdem, vel alios honores, eademq; vel alia munera denuo vocantur. Pro infante verò filio, quem decurionem esse voluisti, quanquam fidem tuam in posterum adstrinxeris: tamen interim onera sustinere non cogeris: cùm ad ea quæ mandari possunt, voluntatem dedisse videaris.

Nec honores nec munera quisquam continuare, repetere, iterare debet, nisi si idonei non existant, qui honoribus muneribus've fungantur. l.honor. §.pen.& fi.D. de mun. & hon. Sed & inter patrem & filium continuari honores ac munera non debent, quia vnius personæ vice funguntur. ideóq; si hoc anno pater Duumuiratu functus sit, eodem sequenti anno filius non fungetur. De filiof. loquor. in emancipato secus est, arg. l.3. j. de filiisf. & quemad.pat.pro iis ten. Decuriones.] ex quorum ordine sumuntur qui honores & munera gerunt. Curia est seminarium honorum & munerum. Vacationum.] Vacationum tempora sunt quæ in rubrica, interualla dicuntur, & in l.Diuus. D.ad municip. l.filio.D. de legat. l.vlt. j.hoc tit. Propter honorem aut munus quo defunctus sum ipse, certi temporis vacationem habeo. filius meus non habet propter me, in iis scilicet honoribus qui sumptu carent, vel in muneribus personalibus. Pro infante.] Hæc rescripti pars relata est in l.Lucius. § Impp.D.ad municip. Infans adscribi in ordinem potest ex causa, quod fortè ab egregia indole vel clara stirpe progressum annorum expectari non oporteat. Huic si consenserit pater, non cogitur interim, id est, quandiu infans est, pro eo onera sustinere. quia ad ea quæ ei mandari possunt videtur consensum accommodasse & fidem suam adstrinxisse. porrò infanti mandari nihil potest. *In posterum*, id est, post infantiam.

II. IMP. GORDIANVS A. CYRILLO. Ab honoribus ad honores eosdem quinquennij datur vacatio: triennij verò ad alios. legatione autem perfunctis biennij vacatio concessa est.

Hæc lex præscribit interualla, quæ eadem magis est vt dicamus non honoribus tantùm, verùm etiam oneribus esse præscripta. l.nauicularij. D.de mun.& hon. Sunt autem quinquennij ad eosdem honores eadem've munera, triennij ad alia. fuit & quinquennium lege Augusti à magistratu vrbano ad prouincialem. Dio LIII. μηδένα πρὸ πέντε ἐτῶν μετὰ τὸ ἐν τῇ πόλει ἄρξαι κληροῦσθαι. fuit & olim lex, ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet, auctore Liuio VII. & X. Inde Cicero hanc legem condit, EVNDEM MAGISTRATVM NI INTERFVERINT X. ANNI NE QVIS CAPITO. De legatione diximus in l.3. j.de legat.

III. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET

A CC. CRITTÆ. Interualla temporum, quæ in vnius persona locum habent, fratribus (licet communia possideant bona) minimè prodesse frequenter constitutum est. Sanè his missis qui necdum functi muneribus ad hoc idonei constituti vocari debent, vos si ad obsequium ciuilium munerum repererit paruisse: ne interim interpellemini præses prouinciæ prouidebit.

B Propter fratrem qui honore aut munere functus est frater non vacat, licet hereditatem paternam pro indiuiso possideant. l.7.§.de decur. Dimissis autem idoneis qui nullo adhuc munere functi sunt, qui semel functi sunt, iterum fungi non coguntur. Pro, *Ne interim*, perspicuè legendum est, *Ne iterum*. quod & vet. libri confirmant. l.52.§.de decur. l.3.§.quemad.ciu.mun.indic.

## *De muneribus patrimoniorum.* *Tit. 41.*

Munus est officium priuati hominis, ex quo commodum ad singulos vniuersosq; ciues, remq; eorum imperio magistratus extraordinario peruenit. Ait, *priuati hominis*: quòd munus obeatur sine vllo honoris dignitatis've gradu, nec honorem gerenti indicatur. l.honorem. D.de mu.& hon. C Ait, *imperio magistratus extraordinario*, quòd extra ordinem iure suæ potestatis id magistratus iniungat, aliàs ex lege aut more, aliàs præter morem, id est, aliàs ordinarium, aliàs extraordinarium: rursusq; aliàs patrimonio cum sumptu vel periculo, aliàs personæ solo ministerio sine sumptu. Ad hæc patrimoniale vel possessionibus vel personis, hoc solis municipibus vel incolis. illud etiam possessoribus qui nec ciues sunt nec incolæ. est & mistum tam patrimonij quàm personæ.

I. IMP. ANTONINVS A. FILIO. Ciuilia munera per ordinem pro modo fortunarum sustinenda sunt.

D *Per ordinem*, id est, vt suo quisque ordine munera sustineat. l.filius. l.vicarius. D.de legat. & per vices. l.3.§.eos, & §.præses. D.de mun. & hon. nec tamen vltra modum facultatum. l.vlt.§.tit. prox. Et non omnia, sed patrimonialia, vt ex tit. apparet, & illis verbis, *pro modo fortunarum*.

II. IDEM A. MATERNO. Munera quæ patrimoniis publicæ vtilitatis gratia indicuntur, ab omnibus subeunda sunt.

Munera quæ patrimoniis publicæ vtilitatis gratia, ex qua publicorum nomen acceperunt, indicuntur, ab omnibus etiam eis qui immunitatem meruerunt, vel alio priuilegio censentur, subeunda sunt. E

III. IMP. ALEXANDER A. ATTILIO. Qui immunitatem munerum publicorum consecuti sunt, onera patrimoniorum sustinere debent, in quibus causis & hospites recipiendi sunt.

Immunitate legibus concessa corporalia munera remittuntur non pecuniaria, ex quibus est metatum, siue militis domum suscipiendi munus. Sed neq; corporalia omnia. nam tutelæ remissæ non censentur. l.αὐτὸν ὄντα.§.ὁ λαβών. D.de exc.tut. quòd eas necesse sit nominatim remitti. l.non tantùm. §.eos, & §.seq. D.eod. l.legato in fi. D.de vac. & exc. mun. l.in honoribus.§.1.eod. Capitolinus in F Gordianis: *Familiæ Gordiani hoc Senatus decreuit, vt à tutelis atque legationibus & à publicis necessitatibus, nisi si vellent posteri eius, semper vacarent.* Eodem modo pecuniaria munera nominatim remitti oportet.

IIII. IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. Non videtur abhorrere ratione sententia, qua præses prouinciæ equos curiales alere, non personarum, sed patrimonii esse decreuit. & tamen si iniqua esset, omisso à te appellationis auxilio, necessario permanet.

G Legendum in textu, *equos curules*, non *curiales*, vt in l.pen.§.de spect. l.7.§.de num.act. & Cod. Th.tit.de equis curulibus. Apuleius lib. *Equum curulem nimia velocitate refectum.* Circenses dicuntur in l.1.D.de mun.& hon. Munus ergo alendorum equorum curulium patrimoniale est, non personale, vt agasonis. Decretum sententia've iniqua valet, nisi prouocationis remedio extinguatur.

L V.

V. IMPPP. CARVS CARINVS ET NVMERIANVS AAA.*. A
Neque tempore ætatis, neque numero liberorum à muneribus, quæ patrimoniorum sunt, excusationem quis habere potest.

Annus LXX, vel numerus quinque liberorum non excusat à muneribus patrimonialibus.

VI. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA.*. Professio & desiderium tuum inter se discrepant. nam cùm philosophum te esse proponas, vinceris auaritia & rapacitate, & onera quæ patrimonio tuo iniunguntur, solus recusare conaris. quod frustra te facere ceterorum exemplo poteris edoceri. B

Philosophia non excusat à muneribus patrimonialibus. l. in honoribus. §. pen. D. de vac. mun. Pro, *auaritia & rapacitate*, vet. habent, *auaritia cæcitate*. quod placet. l. vlt. j. de vet. num. pot. Cicero, *At quàm cæca auaritia est!*

VII. IIDEM AA. ET CC. ALEXANDRO. Etiam minores ætate patrimoniorum muneribus subiugari solent. Vnde intelligis te frustra plenam immunitatem desiderare, cùm munera quæ impensas exigunt, subire te necesse sit. C

Minor ætas non excusat à muneribus patrimonialibus. Plena immunitas est omnium munerum immunitas, personalium & patrimonialium.

VIII. IIDEM AA. ET CC. LONGINO. Nec protostasiæ, vel sacerdotij, vel decaprotiæ munera corporalia sunt, sed tantùm patrimonii esse non ambigitur. D

Hoc loco & l. 3. j. de filiisf. & quemad. pa. *πρωτοστασίας*, principalitates interpretor, quas & *πρωτοστασίας* vocant l. 3. C. Th. de priuil. eo. qui in sac. pal. mil. l. 2. C. Th. de protostas. Inde principales *πρωτοστάτας*, *δεκαπρώτους*, *εἰκοσαπρώτους*, de quibus j. de decur. l. 33. quæ sunt munera patrimonialia, quoniam eorum periculo exactiones & distributiones censuum fiunt. l. 1. l. 3. §. decaprotos. D. de mun. & hon. l. 7. C. Th. de tyron. Modestinus & Charisius mixta esse dixerunt, quòd & corporale ministerium gerant, & pro oneribus defectorum (sic lego in l. vlt. D. eod. & si Flor. *omnibus* legatur, non *oneribus*. Græci *ὑπὲρ τῶν ἀπόρων*) fiscalia detrimenta resarciunt. At certè quia magis patrimonij sunt, si quis vacationem munerum impetrauerit, non excusabitur à protostasia vel decaprotia vel icosaprotia. Malo autem hoc loco ita legere, vt est in Basilicis, *Nec protostasia vel decaprotia vel sacerdotij*. Sacerdotium autem interpretor veluti Alytarchiam, Asiarchiam, Syriarchiam, Phœniciarchiam, quo qui funguntur, ludis præsunt in honorem Deorum institutis cum sumptu aliquo. In basilicis, *ἡ ἱερωσύνη, τουτέστιν τὸ ἐπιτελεῖν τὰ κυνηγέσια*. Ait, *Sed tantum. ἀλλὰ μόνον χρηματικά*. quod pugnat cum Modestino & Charisio. Quidam Cod. habent, *Sed tamen*. E

VIIII. IIDEM AA. ET CC.*. Patrimoniorum munera mulieres etiam sustinere debent. F

Sexus non excusat à patrimonialibus. At à personalibus excusat. alioquin frustra admonemur non excusare eum à patrimonialibus, qua de re alio loco dicetur infra.

X. EXEMPLVM SACRARVM LITERARVM EORVNDEM AA. ET CC. AD PRÆSIDES PROVINCIARVM. Quantùm ad extraordinarias indictiones pertinet, præsidibus significamus, vt omnes possessores, ceterique sciant conuenire debere: quandoquidem ea patrimonij munera esse constet, meritóque ab omnibus agnosci debeant, quò facilius obsequiis publicis pareatur. G

Extraordinariæ indictiones sunt, quæ ad tempus ex improuiso præter morem indicuntur, veluti

A loci angariæ belli tempore, aut equi, muli, verhedi. His parere omnes possessores debent, etiam ecclesiæ. l. neminem. §. de sac. eccl. & ceteri municipes vel incolæ. l. vlt. §. patrimoniorum. D. de mun. & hon.

## *Quemadmodum ciuilia munera indicuntur.* *Tit. 42.*

I. IMPP. CARVS CARINVS ET NVMERIANVS AAA. Cùm te curatorem ad cogendas angarias creatum, appellationem inter-B posuisse proponas: præses prouinciæ, si alterius curiæ te esse animaduerterit, ad alieni corporis munera vocari non sinet: quia eius patriæ oneribus respondere debes, cui te attributum esse commemoras.

Munus cogendarum, id est, compellendarum & adigendarum angariarum, siue exhibendarum, vt in l. 1. §. sump. iniun. mun. quod personale est, vt dicemus in l. 2. §. de præp. sac. cub. si quis detrectet & appellauerit præsidem eo nomine, vincet, si se non iure creatum & ad nominationem alterius corporis pertinere docuerit. Pro, *Curia*, vet. libri habent, *Creatura*, quod est nominationis. & pro, *Patria*, *partis*. quæ placent satis.

C

II. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. DIONYSIO. Maioribus honoribus functos ad minores deuocari non oportere rationis est.

Quidam Codices, *Maioribus oneribus*. quod rectum non est. nam paulo pòst sequitur, *ad minores*. Frequens est eorum verborum commutatio, quod vt honoribus, ita honeribus solerent veteres scribere, auctore Gellio lib. 2. c. 3. At honoribus munera plerumque cohærent. l. 2, §. 1. D. de vac. mun. & ideo aliena hæc lex à titulo non est. Rationem Constitutionis Græci notarunt, quia viden-D tur iniuria affici. *δοκοῦσι γὰρ ὑβρίζεσθαι.*

III. IIDEM AA. EVTYCHIANO. Cùm te omnibus muneribus functum esse adseueres, ad eadem munera, si aliorum ciuium copia est, qui obsequiis ciuilibus fungi possunt, præses prouinciæ deuocari te non permittet.

Eadem est sententia l. 52. §. de decur.

E

IIII. IIDEM AA. ET CC. REGIO. Vltra modum sumptuum te muneribus ciuilibus grauari, leuatis aliis, præses prouinciæ non patietur: sed æquabilitatem, tam iuris, quàm censuræ memor, circa ordinem custodiet.

*Vltra modum sumptuum*, id est, nulla sumptuum habita ratione ex fortunarum modo. quod est æquabilitati contrarium, quam in muneribus indicendis præses tam iuris quàm censuræ memor, custodire debet. *Circa ordinem*, id est, κατὰ τάξιν. Censuram, disciplinam & iudicationem publicam F vocat, vt in l. 3. §. de cond. ob tur. cau. l. 1. §. sum. iniun. mun. l. 3. §. de off. rec. pro.

## *De iis qui sponte munera susceperunt.* *Tit. 43.*

I. IMP. ALEXANDER A. FELICIANO. Veterani qui cùm possent se tueri immunitate his concessa, decuriones se fieri in patria sua maluerunt, redire ad excusationem quam reliquerunt, non possunt: nisi G certa lege & pacto seruandæ immunitatis, vel partem eius honoris agnouerint.

Veterani munerum personalium immunitatem habent, vt dicetur in tit. de veteranis: quæ labefactatur decurionatu sponte suscepto, seruandæ immunitatis conditione non addita, non etiam

si munus tantùm aliquod municipale honorem've susceperint. l. 2, l. vlt. D. de pri. vet. l. 2. D. de iu. immun. Valde illud notandum est, in ingressu curiæ dictam conditionem seruari oportere, vt si quis se det curiæ ea lege ne corporalia munera subeat. A

II. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. *. Qui publici muneris vacationem habet, si aliquem honorem, excepto decurionatu, sponte susceperit: ob id quod patriæ suæ vtilitatibus cesserit, vel gloriæ cupiditate paulisper ius publicum relaxauerit, competens priuilegium non amittit. B

Qui decurionatum agnouit, immunitatem amittit. l. pen. §. vlt. D. de iu. im. Qui partem decurionatus, veluti honorem aliquem municipalem, non item. l. 1. hoc tit. ius publicum dicit, quo est concessa immunitas.

III. IMP. LEO A. PVSEO PP. Qui conditioni non obnoxius curiali, quemlibet honorem vel munus voluntate propria in quacunque gesserit ciuitate, nullum præiudicium circa fortunam suam statumq; sustineat: sed tam ipse, quàm liberi eius, & qui ex his in posterum procreandi sunt, ab omni huiusmodi nexu cum suis facultatibus liberi alieniq; permaneant: ita tamen vt si aliqua functio volentibus eis fuerit iniuncta, ex qua necesse sit eos aliquid accipere: quod ex data sibi pecunia in reliquis apud eos mansisse constiterit, soluentes, sine vlla molestia vel conditionis suæ formidine discedant. Si quis verò ex his omnia decurionum munera, vel functiones, vel honores, nulla imminente necessitate, sed sua sponte peregerit: eum pro sua liberalitate patrem ciuitatis, in qua voluntarius municeps apparebit, si hoc ei libuerit, fieri constituiq; hac lege decernimus. DAT. V. ID. NOV. CP. BASILISCO ET ARMERICO COSS. C D

Possessor qui neque in municipin natus est, neque in eo habitat, si sua sponte munera quædam ciuilia cœperit, non ideo vel se vel posteros obligat curiæ, rationibus tamen reddendis obligatur. Quòd si sua sponte omnibus honoribus & muneribus ciuilibus perfunctus sit, fiet prnnuntiabiturq;, si velit, pater ciuitatis. Is est quasi pater patriæ, discussor pecuniæ publicæ operumq; publicorum. l. 1. §. de rat. op. pub. l. vlt. §. de inf. exp. l. 2. §. de aleat. l. 1. J. quib. mun. exc. l. 2. J. de deb. ciu. No. 17. 85. 128. 160. Græci ad l. ad curatores. D. de dam. inf. & l. j. J. de solut. & lib. curatorem Reip. patrem ciuitatis interpretantur. Ὁ πατὴρ τῆς πόλεως ἀναγκάζει τοὺς δεσπότας τῶν καταπιπτόντων οἴκων ἀνορθοῦν αὐτούς. E

IIII. IMP. IVSTINIANVS A. MENNÆ PP. Eos qui curiali fortuna liberi constituti, postea se curiæ cuiuscunque ciuitatis obtulerint, confidere volumus, quòd posteritas eorum non solùm iam procreata, sed etiam post talem deditionem procreanda, huiusmodi fortuna libera remanebit: siue specialiter sub hac lege curiæ se obtulerint, vt ab his descendentes tali fortuna liberi permaneant, siue nullam huiusmodi fecerint mentionem: nullo audente dicere, quòd nati vel concepti post talem deditionem paternam conditionem sequi debeant. hoc enim speciali beneficio alacriores omnes ad conferendam ciuitatibus huiusmodi opitulationem constituere properauimus, ita tamen vt nec occasione quartæ portionis bonorum huiusmodi decurionis quicunque successores eius aliquam inquietudinem patiantur, vtpote libera eius substantia omni curiali grauamine conseruanda. & si quid defunctus vel ex administrat F G

A nistratione curialium munerum, vel ex quarta portione ad eandem curiam semel vel sæpius deuoluta, vel ex alia quacunque causa eidem curiæ debuisse probetur: hoc idem successores curialibus reddere minimè dubitent: illis scilicet, quæ super naturalibus filiis, quos naturalis pater sub hac lege curiæ dedit, vel postea dederit, vt legitimos tam ex testamento, quàm ab intestato successores habeat, non solùm veteribus legibus, sed etiam nostris sanctionibus disposita sunt, præsenti lege excipiendis: & B non ipsi tantùm filij naturales, sed etiam ex his procreandi mares paternam sequantur fortunam, vel maribus liberis minimè subsistentibus, quarta pars substantiæ mortui curiæ deputetur.

Qui se sua sponte curiæ obtulit, atque ita decurio factus est, obligatur quidem ipse, liberi autem eius vel bona non obligantur: Ideoq; quadrans siue dodrans hereditatis eius curiæ non debetur. Si tamen ipse curiali heres extiterit, puta Mæuio, hereditatis Mæuij quadrans vel hodie dodrans curiæ debetur, nisi liberi eius eandem curiam sequantur. Aliud dicendum est si quis filium naturalem curiæ obtulerit γνησιότητος adipiscendæ causa. Hæc enim deditio personalis non est, sed & rem C & posteritatem tenet. Idemq; esse puto, si se filius naturalis post obitum patris non extantibus legitimis curiæ offerat legitimæ successionis obtinendæ causa. Quod ait, *vel maribus*, rectè Accursius supplet, *vel feminis curialibus nuptis*.

## *De iis qui à principe vacationem acceperunt.* *Tit. 44.*

I. IMPPP. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. RVFINO PP. Nullus vacationem temporariam curialis acci- D piat, nisi id fortè veris ac probatis causis adnotatio nostra concesserit. DAT. PRID NON. IVN. CP. THEODOSIO A. III. ET ABVNDANTIO COSS.

Curiali vacatio ad tempus rectè conceditur ex veris & approbatis, puta ob morbum vel egestatem, rescripto principis, non in perpetuum. l.14. & 19. §. de decur. Legibus autem promissæ immunitates ratæ sunt.

## E *De vacatione publici muneris.* *Tit. 45.*

I. IMP. GORDIANVS A.*. Muneris publici vacationem ea continere, quæ non lege, non senatusconsultis, non constitutionibus principum iniunguntur, meritò responsum est. ad quam formam iuris pertinens si cœperis ad munera extraordinaria à magistratibus deuocari, appellatione interposita poteris apud præsidem iuris rationibus protegi.

F Rescripto si concedatur immunitas, ea tantùm videntur remissa, quæ ad tempus extraordinem indicuntur. nam quantum ad ordinaria munera pertinet, inane rescriptum est. l. cui muneris. D. de mun. & hon. Responsum est.] Intelligit l. in honoribus. §. qui muneris. D. de vac. mun.

## *De decretis decurionum super immunitate quibusdam concedenda.* *Tit. 46.*

G I. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA.*. Exceptis qui liberalium studiorum antistites sunt, & qui medendi cura funguntur, decreto decurionum immunitas nemini tribui potest.

Magistris liberalium artium & medicis decreto decurionum datur immunitas. & hoc est

quod dicitur probari eos decreto in l. 5. de profes. & med. Alios autem decuriones immunes A facere non possunt.

II. IIDEM AA. ET CC. CASSIO. Ordinis ambitiosa decreta sacris constitutionibus reprobantur.

*Ambitiosa*, id est, gratiosa, vt si per gratiam professori aut medico immunitatem aut salarium constituerint. l. 4. D. de decr. ab ord. fac. *αἱ κολακικαὶ ψῆφοι*. qua forma & ambitiosas correctiones dixit Cicero ad Atticum, & ambitiosas sententias Suetonius in Domitiano.

B

## *De excusationibus munerum.* *Tit.* 47.

I. IMPPP. CARVS CARINVS ET NVMERIANVS AAA. DEMETRIO. Etiam hi qui nostra procurasse monstrantur, muneribus ciuilibus, quæ dignitati eorum congruunt, fungi debent.

Pertinere videtur hæc lex ad eos qui procuratores patrimonij Cæsaris fuerunt. Hi muneribus, quæ dignitati eorum congruunt, fungi debent, non sordidis, vt puta capiarij vel pistoris, quo C exemplo Græci lib. x l i i i. vtuntur in hunc locum, & l. 9. J. & tractantes de immunitate ecclesiarum lib. x. Qui autem nunc sunt procuratores ab omnibus muneribus excusantur.

II. PARS ACTORVM DIOCLETIANI ET MAXIMIANI AA. ET CC. INDVCTIS FIRMINO ET APOLLINARIO ET CETERIS PRINCIPALIBVS ANTIOCHENSIVM ADSTANTIBVS SABINVS DIXIT. *... Et cetera. DIOCLETIANVS DIXIT, Certis dignitatibus data à nobis indulgentia est munerum D ciuilium & personalium, id est, his qui aut ex protectoribus sunt, aut ex præpositis. hi ergo ad munera personalia aut ciuilia non vocabuntur.

Hæc acta habita sunt in consistorio. Inductis igitur in consistorium. Ammianus x v i. *Inductis quadam solemni die agentibus in consistorium.* Sabinus aduocatus dixit græcè quædam, quæ eruere ex libris manu scriptis non potuimus, nec fuere vnquam integra, quoniam subiicitur, *Et cetera.* Sententia autem Imperatoris hæc est. Curiales qui honorarias dignitates ex protectoribus vel ex præpositis adepti sunt, vacationem habere personalium munerum. quod tamen Arcadius & Honorius non admiserunt l. 153. C. Th. de decur. Protectores qui sint dicetur in tit. de dom. & protec. Præ- E positorum appellatio generalis est. Videntur tamen hoc loco significari præpositi laborum, qui erant ex protectoribus. l. 1. C. Th. de præp. lab. in qua ita est, *Qui ex deuotissimis domesticorum scholis præpositi laborum nostro iudicio & stipendiorum sudoribus promouentur.*

III. IIDEM AA. ET CC. MARIANO. Tutelæ sollicitudo à muneribus ciuilibus non excusat, vtpote cùm nec tres simul iniunctæ diuersarum domuum huiusmodi beneficium præstent.

Et si tres tutelæ excusent à quarta tutela, non tamen excusent ab alio munere ciuili. *Domuum*, F id est, patrimoniorum, in Græca metaphrasi, *ὑποστάσεων*.

IIII. IIDEM AA. ET CC. *Hydraulæ munerum ciuilium immunitatem sibi iure concessam probare minimè possunt.

Hydraulas Græci ita definierunt. *Ὑδραῦλαι εἰσὶν οἱ αὐλοῦντες ἐν τοῖς ὀργάνοις τοῖς ὑπὸ ὕδατος ἀλλ' ὑπὸ ὕδατος κατά τινα μηχανὴν τὸ πνεῦμα δεχομένοις.* de quibus & Athenæus & Plinius & Vitruuius & Hero quidam. Et his quidem Imperatores negant hoc loco datam esse immunitatem, licet profiteri videantur artem liberalem. Aiunt, *Probare.* Nota, ei qui se immunem dicat, proferendæ legis, quæ G immunitatem tribuat, onus incumbere, vt & in specie l. 5. D. de probat.

V. IIDEM AA. ET CC. MARCELLINO. Procuratores absentium

A ſentium reipublicæ cauſa munerum ciuilium vacationem non habent.

Qui abſunt Reip.cauſa vacationem habent. l.1. ℱ.de profeſſ. & med. Procuratores eorum non item.

VI. IIDEM AA. ET CC. GAIO. Venatoribus immunitas ob hanc profeſſionem ſolam nullo iure conceſſa probari poteſt.

B Obſtat l.vlt.D.de iur.imm.Pertinet ea lex ad milites qui à militiæ grauioribus muneribus excuſantur. ſumpta enim eſt ex libro Militarium Tarrunteni Paterni, quem Vegetius diligentiſſimum vocat aſſertorem iuris militaris. & non Tarrunteous, ſed T.Arruntenus forſitan appellari debet, præf.prætorio ſub Antoninis. Itaque fateor milites venatores non eſſe munificos.ceterùm alij venatores qui feris prouincias purgant, non ideo à ciuilibus muneribus excuſantur.

VII. IMP. CONSTANTIVS A. AD CATVLLINVM. Negotiatores veſtiarios, linteones, purpurarios, & parthiarios, qui deuotioni noſtræ deſeruiunt, viſum eſt ſecundum veterem conſuetudinem C ab omnî munere immunes eſſe.

Veſtiarij & lintearij & purpurarij & parthicarij negotiatores Imperatori deſeruientes à muneribus excuſantur. Lintearios malo quàm linteones, Sic vet.libri, Sic l.5.§.1.D.de inſtit.act. Linteones negotiatores non ſunt. Parthicarios item quàm parthiarios, qui pellium Parthicarum negotiatores ſunt, ex quibus fiebant Zauchæ, de quibus l.2. & 3. C.Th.de hab. qui intra vrb. Trebellius in Claudio, *Zanchas de noſtris parthicis.* Græci ita vertunt, Οἱ πραγματευόμενοι τὴν ἐσθῆτα ἢ τὴν ὀθόνην ἢ τὴν πορφύραν ἢ τὰ παρθικὰ δέρματα.

D VIII. IDEM A. ET IVLIANVS C. AD TAVRVM PP. Placet nullum omnino iudicem de cetero prouincialibus inferẽdum aliquid indicere, vt ea tantùm ſedulò cunctorũ ſtudio penſitentur, quæ canonis inſtituti forma complectitur, vel noſtra clemẽtia decreuit inferenda, vel delegatione ſolenniter ſanciente, vel epiſtolis præcedentibus. Sed ſi quid vrgere forſitan cœperit, referri ad celſitudinem tuam ſtatuimus, & auctore te fieri, & eo perſoluto referri ad ſcientiam noſtram, vt nobis E iubentibus roboretur. Si quis autem vſurpatoria temeritate amplius aliquid fuerit conatus exigere, obnoxius quadrupli repetitione teneatur. quæ ſeueritas iuſſionis ad ordinariorum iudicum officiorumq́; terrorem debebit excurrere: vt ſi eorum vel gratioſa conniuentia, vel ignobili diſſimulatione temeritas admiſerit curialis, eos quoque damni ſimplicis pœna caſtiget. DAT. KAL. APR. MEDIOL. CONSTANTIO A. VIIII. ET IVLIANO. C. II. COSS.

F Ne quid præſes extraordiniem prouincialibus indicat ſine principis & præf.prætorio auctoritate: Vt canones duntaxat penſitentur ex delegatione principali vel epiſtolis, quæ canonicariæ dicuntur in formula Curæ epiſtolarum. Perſoluto] peracto, abſoluto. Si quis autem.] Hæc pars ſumpta eſt ex l.11.ſuperior ex l.8.C.Th.de extr.muo.vbi io fine rectius, *ſimuli*, quàm, *ſimplicis*, arg.l. pen.hoc tit. De pœna quadrupli iam antè ſatis diximus.

VIIII. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD CLAVDIVM PROC. AFRICÆ. Illud conuenit præcaueri, ne quis hanc, quæ perG ſonalis eſt functio, pretio putet eſſe taxandam. DAT. KAL. DEC. TREV. VALENT. ET VALENTE AA. COSS.

Munus perſonale non licet adærare.l.æſtimationem.D.de mun.& hon.non tamen oblatum aut promiſſum pretium exigi etiam cum Accurſio dicemus, & in l.in priuatis.D.de pollicit.ſic legemus.

Cum

*Cùm quidam ne honoribus fungeretur opus promisisset, honores subire cogendum, quàm operis instructionem,* A id est, potius quàm. Pertinebat propriè hæc lex ad pistorum functionem, vt constat ex l. 12. C. Th. de pistorib.

X. IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEOD. AA. AD HYPATIVM PP. Priuatæ rei nostræ priuilegiis permanentibus, nihil extra ordinem prædia iure perpetuo consignata sustineant, neque adiectis sæpius, ac præter primum delegationis canonem postulatis adficiantur impendiis: quandoquidem neque aurario canoni sub B priuilegiis æstimato aliquid ex ea iubentibus nobis præbitionum diuersitate decutitur: & pari cum ceteris æstimari sorte non conuenit, quos præter annonarias functiones æstimata perpetuò pensitationum prærogatiua nexuerunt. PP. KARTH. ID. APR. POST CONSVLATVM SYAGRII ET EVCHERII.

Pertinet hæc lex ad fundos rei priuatæ principis; qui plerunque in alios iure perpetuo transferuntur, & præter annonarias functiones etiam aurariam pensitant, ex qua nihil vnquam demitur C quacunque ex causa. Priuilegium autem hoc habent, quod hac lege confirmatur, vt ne vlla alia munera agnoscant sordida vel extraordinaria, etiam si ea ceteris indicantur. Nec enim sunt pari conditione ac ceteri, cùm plus etiam canonis titulo inferant quàm ceteri. l. 2. ℐ. de fun. pat. l. 2. ℐ. de col. fun. pat. & tit. de priuil. dom. Aug. nempe taxatas perpetuò pensiones aurarias, à quibus ceteri immunes sunt. Pro *adiectis*, malim, *abiectis*, id est, sordidis; vt in Codice Theodosij. l. pen. ℐ.

XI. IIDEM AAA. AD SYAGRIVM. Eos qui cum honore comitum nomine magistrorum memoriæ præfuere, vel epistolis, vel li- D bellis, item eos, qui ibidem peragendis signandisq; responsis nostrę mansuetudini obsecundant, omnium ciuilium munerum fieri iubemus exsortes. Igitur qui ex eo gradu palatio nostro abscesserint, adesse sibi competentia priuilegia glorientur. qui verò superioribus dignitatibus creuerint, nihilominus eius loci priuilegia præstò sibi fuisse lætentur. LECTA III. KAL. SEPT. CAPVÆ ANTONIO ET SYAGRIO COSS. E

Magistri scriniorum & memoriales, de quibus suis titulis libro XII. tractaturi sumus, excusationem habent ciuilium, id est, personalium munerum, non patrimonialium, nisi extraordinaria sint vel sordida. idemq; datur exmagistris & exproximis, etiam si ampliorem dignitatem consequantur, vt si senatores fiant, aurum glebale non conferant. l. 1. ℐ. de mag. scr. l. 1. & 2. ℐ. de priu. eorum qui in sac. pal.

XII. IIDEM AAA. AD HYPATIVM PP. Maximarum culmina dignitatum, consistoriani quoque comites, notarij etiam no- F stri, & cubicularij omnes, atque excubiculariis ab omnibus sordidis muneribus vindicentur. ceteros autem palatina vel militari intra palatium prærogatiua munitos, ita demum priuilegium simile contineat, si prioribus statutis se ad huiusmodi exceptionem docuerint pertinere: vt non singulis indulta personis, sed in commune dignitati vel corpori huiusmodi beneficia doceantur fuisse concessa: circa Rhetores atque Grammaticos eruditionis vtriusque vetusto more durante. Sordido- G rum verò munerum talis exceptio sit, vt patrimoniis dignitatum superius digestarum nec conficiendi pollinis cura mandetur; aut panis excoct

A excoctio, aut obsequium pistrini, nec parauaredorum huiusmodi viris, aut parangariarum præbitio mandetur, exceptis his, quibus ex more Rheticus limes includitur, vel expeditionis Illyricæ pro necessitate vel tempore vtilitas adiuuatur. operarum quoque artificum diuersorum, excoquendæ etiam calcis obsequia nulla de talibus adiumenta poscantur. materiam lignorum atque tabulata exceptorum virorum patrimonia non præbeant. carbonis quoque, nisi eum quem moneta solenniter vel fabricatio secundum veterem morem poscit armorum, ab huiusmodi viris præbitio desistat. publicis vel sacris ædibus construendis atq; reparandis, capituli atq; temonis necessitas nulla mandetur. legatis atq; allectis sumptus possessio huiusmodi priuilegiis munita non conferat. hoc tamen his patrimoniis prosit, quæ dignitatem proprio videntur nomine possidere. eos etiam qui simili honore functi sunt, generali prærogatiua à præbitione sordidorum munerum vindicamus. DAT. V. ID. DEC. ANTONIO ET SYAGRIO COSS.

Culmina.] illustres senatores. l. vlt. hoc tit. De Comitibus consistorianis & iis qui sequuntur, lib. xii. commodius tractabitur. Palatina.] veluti apparitores comitum largitionum priuatarum. Militari.] veluti agentes in rebus siue magisteriani. Eruditionis vtriusque.] Græcæ & Latinæ, qui etiam à sordidis muneribus excusantur. Superius digestarum.] illustrium, comitum consistorij, notariorum, cubiculariorum. Pollinis cura.] [illegible] panificij onera sordida facit. Panis.] popularis vel militaris vel palatini. Obsequium pistrini.] quod Græci interpretantur [illegible], id est, molere. Parauaredorum.] De parauaredis & parangariis dicetur tit. de cur. pub. Nihil vero hic de veredis & angariis dicitur, à quibus tamen excusandi esse videntur. arg. l. 3. j. de silent. & l. 2. j. de præp. sac. cub. & sanè eorum munerum promiscua conditio est. & paulò post nominatim excipit operas. Excipiuntur autem hac lege parauereda & parangariæ quæ intra Rheticum limitem præbendæ sunt, vt in l. vlt. C. Th. de colla. fun. pac. onera Rhetica. Augustinus 18. de ciuitate Dei. c. [illegible] *inter aliud ... mulieribus, quæ dicitur Retica, quoniam ad Retias* (sic legendum ex vet.) *deportatur*. Excipiuntur etiam onera Illyricana, vt in l. 1. j. tit. prox. Vel tempore.] tempore solemni vt in d. l. 1. Operarum.] malo, *Operarum atque artificum*, vt in l. 15. & 18. C. Th. de ext. mun. Sensus est, exceptas dignitates, operas atque artifices non conferre, excoquendæ calcis onera non sustinere. Materiam.] Rectè in Cod. Th. *materiam, lignum*. diuersa enim hæc sunt. l. ligni. D. de leg. 3. Ligna præbentur lauacris publicis, Materia operibus. Vel fabricatio.] Vegetius lib. 4. c. 8. *Ad arma faciunda ferrum utriusque temperatura & carbones seruantur in conditis.* Superiores ergo dignitates non nisi monetariis & fabricensibus carbones præbent. Capituli.] Capituli atque temonis necessitas. Dicitur & functio, & opus & iniuria & cura & obsequium. l. 2. j. de priuil. eo. qui in sac. pal. l. 4. j. de prox. sac. scrin. j. de palat. sac. larg. l. 14. & 18. C. Th. de ext. mun. & est patrimoniale munus, vt ex hac lege constat, quæ onera tantùm patrimonialia recenset. Capitulum Græci interpretantur [illegible], de quo ac de temone plenius alio loco, infrà. Allectis.] [illegible] Allecti igitur sunt qui euocantur à principe publici negotij causa. Legati qui mittuntur ad principem. Aliter allecti susceptorum genus est. l. [illegible] C. Th. de suscep. Sidonius lib. j. Epist. *inuadent arcarii pondera, mensuras allecti*. Anianus ad l. [illegible] C. Th. de epis. & cle. *Clericos nec exactores nec allectos fieri*. Aliter in l. 2. j. de præp. lab. Possessio huiusmodi.] patrimonium illustrium & spectabilium comitum primi ordinis, & notariorum & cæterorum. Proprio videntur nomine.] Rectè proprio nomine, vt intelligamus vxorum patrimoniis hæc priuilegia non dari. vxores enim non proprio, sed mariti nomine possident dignitatem. Functi sunt.] ante hanc Constitutionem. *Simili*, eodem.

XIII. IIDEM AAA. ET ARCADIVS A. AD NEOTHERIVM PP. Sordidorum munerum excusatio delata personis ad heredem successoremve transire non potest. neque enim potest esse perpetuum, quod non rebus, sed personis contemplatione dignitatis atque militiæ indulsisse nos constat. DAT. XVIII. KAL. MAI MED. ARCADIO A. II. ET BAVTONE COSS.

Priuilegia concessa dignitatibus non transeunt ad successores. licet enim eorum patrimoniis concedantur, personis tamen ipsa cohærent non patrimoniis. Quod Accursius notat ea ad suos here-

des transire, defendi potest non legibus quas citat, sed l.1.& 2.ℸ.de priu.eo.qui in sac.pal.mil. Priuilegium item concessum certæ dignitatis certive corporis homini, non extenditur ad eos omnes qui eadem dignitate præditi, vel ex eodem corpore sunt.l.prox.§.

XIIII. IMPPP. VALENTINIANVS THEOD. ET ARCAD. AAA. TATIANO PP. OR. Eam legem, quam de extraordinariis sordidisque muneribus expressis vocabulis functionum, & insignibus dignitatum sine vlla ambage præscripsimus: ita circa eos, in quos nostra munera redundarunt, esse præcipimus seruandam, vt iisdem beneficiis, non quandiu militauerint, sed quandiu vixerint, perfruantur. DAT. XI. KAL. APR. MED. TATIANO ET SYMMACHO COSS.

Confirmat l.18.C.Th.de ext.mun. Illæ autem dignitates ex ea lege, & l.15.eod.tit.non vindicantur ab extraordinariis, sed à sordidis muneribus tantùm eadem lege comprehensis. Ceterùm parters eam de extraordinariis omisit. Tribonianus in l.12.§.hoc tit.quod extraordinariorum etiam excusatio data esset postea.l.vlt.hoc tit. Non quandiu.] Hoc fuit omissum in d.l.18.non in l.15. C.Th.siue l.12.hoc tit. Ergo dum ait, *Eam legem*, non 15.sed 18.intelligit.

XV. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MESSIANO COM. R. P. Euidenter atque absolutè iubemus, ne fundi ad patrimonium nostrum pertinentes, seu conductionis titulo, seu perpetuo iure teneantur, aliquid præter ordinem superindicti vel pretij nomine, vel de sordidis quibuscunque muneribus agnoscant. Nam & hoc à diuis principibus impetratum est, & à nostra serenitate reparatum. Quisquis igitur iudicum contrà fecerit, quinque pondo auri de facultatibus suis, alia de officiis suis, totidem & de curialibus, qui exsequi malè iussa festinant, nouerit eruenda. DAT. XVII. KAL. IVL. MED. OLYBRIO ET PROBINO COSS.

Conductionis.] temporalis. Perpetuo autem iure, id est, emphyteutico, vt Græci interpretantur. Sic in l.3.ℸ.de fun.rei pri. Præter ordinem.] extra ordinem. In l.10.§.præter canonem, & Græci hoc loco, *ὑπὲρ τὸν κανόνα*. Pretij. Græci legunt *πετίτι*. In Cod.Theodosiano est vtrumque. pretij petiti. Sensus hic est, vt ne quid pretij nomine ab eis quibus iure perpetuo ex liberalitate principis fundi patrimoniales concessi sunt, exigatur.l. possessores.ℸ.de fun.pat. Impetratum.] *αἰτηθέν*.

XVI. IIDEM AA. ET THEOD. A. MELITIO PP. Ab illustribus personis sordida munera & extraordinariæ necessitatis damna remouemus. DAT. XV. KAL. MAR. RAV. DD. NN. HONORIO VIIII. ET THEOD. V. AA. COSS.

L.12.illustres vindicantur à sordidis muneribus, Hac etiam ab extraordinariis.

## *De quibus muneribus vel præstationibus nemini liceat se excusare.* Tit. 48.

I. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. HERCVLIO PP. ILLYRICI. Comparationi transuectionique specierum vniuersi sine vllo priuilegio coartentur ad necessitates Illyricianas. nam in his duntaxat titulis nullum sub quopiam cessare priuilegij velament

A lamento censemus: sed sub hac conditione, cùm tempus exegerit, huiusmodi collationi succumbant, vt non tantùm requiratur idoneus, verùm vniuersi pro portione suæ possessionis iugationisque ad hæc munia coartentur, & à summis sarcina ad infimos vsque decurrat. DAT. III. ID. APR. CP. BASSO ET PHILIPPO COSS.

Neminem à comparatione & transuectione specierum, quæ militibus Illyricanis conferuntur tempore solemni excusari. Comparatio est quod συνώνησιν diximus in tit. vt nem. lic. in coëmp. nam B & Græci ita vertunt. Εἰς συνωνὴν εἴδῶν καὶ εἰς παραπομπήν. Transuectionis autem verbo intelliguntur angariæ, parangariæ, paraueredi. l. 11. §. tit. prox. Patrimonij onera hæc sunt.

II. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTIN. AA. AD TAVRVM PP. Cùm ad felicissimam expeditionem numinis nostri omniũ prouincialium per loca, quà iter arripimus, debeant nobis solita ministeria exhiberi; neminem penitus ab angariis, vel parangariis, vel plaustris, vel quolibet munere excusari præcipimus: sed omnes, siue ad C diuinam nostram domum, siue ad venerabilis augustæ, vel ad sacrosanctas ecclesias, vel quaslibet illustres domos pertinent, nec lege pragmatica, nec diuina adnotatione, sacróve oraculo excusatos, indictionibus magnificæ tuæ sedis tempore nostræ expeditionis obedire decernimus. DAT. XIII. KAL. MAR. CP. VALENTINIANO A. VI. ET NONIO COSS.

D Neminem expeditionis tempore excusari ab angariis, parangariis, plaustris. Putem & à coëmptione tum neminem excusari, ne domum quidem Augusti vel Augustæ ex No. Tiberij de diuinis domibus. §. vlt. & hoc est quod ait hoc loco, *vel quolibet munere*, puta coëmptione. Repetita est pars huius legis in tit. de sac. eccl. §.

III. IMP. LEO A. * Hac prouidentissima lege statuimus, omni excusatione cessante, nullaque persona vel dignitate penitus excepta, in quibuscunque locis administrationi sublimitatis tuæ commissis opus E exegerit murorum constructionem, seu comparationem frumenti, aliarumque specierum sine vllo impedimento, prout commodum atque necessarium magnitudo tua prospexerit, fieri.

Comparationis verbo hoc etiam loco συνώνησιν significatur. inde Græci rectè, ἡ συνωνὴ ἢ ἀλλων εἰδῶν.

## *Qui ætate se excusant.* Tit. 49.

F

I. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. SEVERINO ET ALIIS. Cùm vos adfirmetis liberalibus studiis operam dare, maximè circa iuris professionem, consistendo in ciuitate Berytiorum prouinciæ Phœnicæ, prouidendo vtilitati publicæ & spei vestræ, decernimus, vt singuli vsque ad vicesimum quintum annum ætatis suæ studiis non auocentur.

G Minores XXV. annis in curiam conscribi non possunt. l. non tantùm. D. de decur. & ex lege Pompeia quæ Bithynis, auctore Plinio, minores XXX. Sed neque ad munera ciuilia vel honores admittuntur. l. ad Remp. D. de mun. & hon. l. 2. §. 1. D. de vac. mun. nisi ex causa, vt si vrgeat necessitas penuriæ hominum. l. 2. hoc tit. l. 1. §. qui & adu. quos in int. rest. & beneficio liberorum. l. 2. D. de minor. & beneficio principis, quod plerumque non est sine vtilitate, cùm sit aliquando melius, vt Pli-

 nius

nius ait honestorum hominum liberos, quàm è plebe in curiam admitti. Valet & hac in re longa consuetudo nonnihil. d. l. non tantùm in fi. Sed an minores XXV. annis iudices fieri possint quæritur? Et probò quod scriptum VII. βασιλικῶν tit. V. non posse. nec obstat l. cum lege. D. de rec. qui arb. rec. quæ non ita definit minorem XXV. annis iudicare posse, sed si euenerit vt minor XXV. annis iudex editus vel electus sit consensu partium, vel datus, vel si quacunque alia ratione id acciderit, ex lege Iulia iudiciaria eum, si fuerit intra annum XX. iudicare non cogi. Item non obstat l. quidam. D. de re iud. quæ id etiam generaliter nō definit, sed si fortè aliqua ex causa euenerit vt minor iudicet, tuendam eius sententiam esse, modò si plena pubertate fuerit, quæ ætas decurionibus etiam definita est l. 19. C. Th. de decur. Item non obstat l. cùm prætor. D. de iudic. quæ solum impuberem iudicare vetat. nam impubes planè prohibetur iudex esse. Pubes iudex esse potest ex consensu partium, sed excusatur si minor sit annis XX. & ita impubes testis esse vetatur. l. 3. § lege. D. de testib. minor XX. annis excusatur. l. in testimonium. D. eod. Constituitur autem hac lege prima, vt minores XXV. annis ab studio iuris ciuilis ob publica munera non auocentur. quod meritò constitutum est. nam & si studiis dediti non sint, vix minores XXV. annis ad munera ciuilia admitti iam antè demonstrauimus. Berytiorum.] Hanc ciuitatem Iustinianus nutricem legum appellat.

II. IIDEM AA. ET CC. THEODORO. Cùm filios tuos patria potestate liberatos, adhuc minores legitima ætate esse dicas: meritò postulas, vt liberalibus studiis nō auocentur. Et ideo muneribus personalibus, quæ ad patrimonium non pertinent, non adstringentur, si ciuium inopia non est.

Filios patria potestate liberatos posuit ex facto, non quòd idem non sit si in potestate fuerint. Et superior quidem Constitutio est de studiis iuris ciuilis, hæc de liberalibus & ingenuis, veluti Rhetorices, Musices, Grammatices, Geometriæ, à quibus etiam minores XXV. annis non auocantur ob ciuilia munera, nisi sit penuria ciuium.

III. IIDEM AA. ET CC. PLAVTIANO. Manifesti iuris est, maiores quinquagintaquinque annis inuitos ad munera personalia vocari non posse. cùm itaque septuagenario maiorem te esse profitearis, si à nominatione facta appellationis auxilium interposuisti, tueri te notione præsidis prouinciæ potes concesso iure.

Puto pro LV. vel vt est in libris βασιλικῶν LX. licet Eustathius LV. libr. de temporibus legendum LXX. quod verba sequentia indicant. cùm itaque septuagenario, atque ita in libris scriptis adnotatum inueni. Ætas enim LV. excusat à decurionatu l. 2. § vlt. l. non tantùm. D. de decur. non à muneribus ciuilibus, sed LXX. l. 3. D. de iu. immu. l. 3. § quamuis. § cura. D. de mun. & hon. l. 2. § numerus. D. de vac. mun. l. si vltra. §. de decur. nec sufficiunt LXV. & tres liberi, quoniam vtraque species excusationis imperfecta est, cùm vel LXX. anni vel V. liberi exigantur. l. 1. § vlt. D. de vac. mun. l. 1. §. qui num. tut. le exc. Olim in vrbe LX. sufficiebant. Plinius IIII. epist. *Extrema tempora nobis impertire debemus vt ipsæ leges monent, quæ maiorem annis LX. otio reddunt.* Varro III. de vita P. Romani. *Cùm in quintum gradum peruenerant atque habebant LX. annos, tum denique erant à publicis negotiis liberi atque otiosi.* ideo in prouerbium quidam putant venisse, vt diceretur, sexagenarios de ponte deiici oportere, id est, quòd suffragium non ferant.

## *Qui morbo.* Tit. 50.

I. IMP. GORDIANVS A. Si ea cæcitate pater tuus oppressus est, vt vtriusque oculi aciem prorsus amiserit, leuamentum personalium munerum sentiet.

Cæcitas morbus est qui excusat à personalibus muneribus.

II. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. Cùm articulari morbo debilitatum te esse dicas: iuxta iuris publici auctoritatem à personalibus muneribus vacationem habebis.

Morb

A Morbus articularis excusat à muneribus personalibus. Podagricus non item.l. prox. §.l. 13. §. de decur. Vehementior longiorque est articularis morbus, quàm podagricus.

III. IIDEM AA. ET CC. CELÆ. Podagræ quidem valetudo nec ad personalium munerum excusationem prodest. verùm cùm ita te valetudine pedum afflictum dicas, vt rebus propriis intercessum commodare non possis: rector prouinciæ, si allegationibus tuis fidem adesse B perspexerit, ad personalia munera te vocari non patietur.

Podagræ valetudo & pedum valetudo idem, & hæc sententia, podagram non excusare à corporalibus muneribus, nisi talis sit, vt propter eam ne suis quidem negotiis interesse possit.

IIII. IIDEM AA. ET CC. REGINO. Casus corporis patris munerum personalium filio iure non præstat excusationem.

Morbus aut debilitas patris filio non dat excusationem personalium munerum.

C

## *De iis qui numero liberorum vel paupertate excusationem meruerunt. Tit. LI.*

I. IMP. ALEXANDER A. Numerus liberorum ab oneribus non excusat.

Intelligatur numerus quinque liberorum, vt in l. 2. §. numerus. D. de vac. mun. & pro *oneribus* D substituatur *Honoribus* ex eadem lege & veteribus & Græcis. Ab oneribus numerus quinque liberorum excusat, & interdū tres liberi. l. 1. §. de legation. vt & apud Laconas teste Aeliano 1. & var. hist. numerus trium excusat ἀπὸ τῶν φρουρῶν: numerus quinque ab omnibus. Sed & quinque numerus non excusat ab oneribus quæ honoribus cohærent. d. l. 2. At numerus XVI. plenissimam excusationem tribuit. l. 24. §. de decur. l. semper. §. demonstratur. D. de iu. immu. vbi notandum quod ait variè nec abscisè definitum fuisse numerum liberorum.

II. IMP. PHILIPPVS A. ET PHILIPPVS CÆS. SEVERO. Filium ab hostibus captum, ac necdum reuersum, ad excusatio- E nem munerum personalium patri proficere non posse magis placuit.

Vt filius defunctus, ita captus ab hostibus necdum postliminio reuersus, patri non prodest ad excusationem munerum personalium, quia & incolumem & ciuem esse eum oportet.

III. IDEM A. Nepotes in locum parentum succedentes vice eorum prodesse consueuerunt. ideoque si quinque numerus liberorum ex amissorum filiorum nepotibus suppletur, à muneribus personalibus F is, quem patrem tuum esse dicis, iuxta constituta excusatur.

Nepotes ex filio defuncto eius locum supplent auo, & licet plures sint, vnius loco habentur habita stirpis ratione, vt fit in hereditatibus & bonorum possessionibus ab intestato, & in bon. possessione contra tabulas. Nepotes ex filia defuncta, auo non prosunt. quia aui familiam non sequuntur.

IIII. IMP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. Cùm facultates tuas omnes in filium tuum contulisse te, nec quidquam habere proponas, respectu eius patrimonij, quod tuum esse desiit, mune- G ribus ciuilibus non adstringeris.

Non sunt adstricti ciuilibus muneribus qui omne suum patrimonium in filium emancipatum contulerunt donationis causa. quod iure ante constitutionem Iustiniani non fiebat, nisi rebus singulis nominatim designatis, cùm tamen in venditione bonorum omnium secus esset, qua de re ex

Codice Hermogeniano duas habemus Diocletiani Constitutiones. Strictius semper donationes habitæ sunt. & meritò. Hoc igitur hæc lex ostendit, paupertatem excusare à muneribus ciuilibus. A

V. IIDEM AA. ET CC. * De personalibus muneribus, quæ fœminis pro sexus conditione indicuntur, exemplo marium quinque superstitum numero liberorum eas excusari, diui parentes nostri constituerunt.

Mulieres personalia quædam munera subire coguntur. l. 1. j. de mul. in quo lo. Sed excusantur numero quinque liberorum. B

VI. IMP. CONSTANTINVS A. DALMATIO. Eos qui cuiuscunque sexus liberos quinque habent, imperrata semel vacatione potiri conuenit: ita vt si in hoc numero ætatis legitimæ filius inueniatur, obeundis statim pro suo patre muneribus applicetur: patribus, qui filios vel filias quinque habuerint, promissa legibus immunitate seruanda. Quòd si quis propter censum tenuiorem vacationem meruerit, atque hoc probauerit, beneficio potiatur, nec propter rerum angustias ad personalia vocetur obsequia. DAT. XIIII. KAL. FEB. SIRMIO CRISPO III. ET CONSTANTINO II. COSS. C

Notandum ex hac lege vacationem promitti legibus, impetrari à principe. Numerum quinque liberorum excusare à muneribus ciuilibus, & pro patre filios maiores XXV. ea subire. Paupertatem quoq; extremam idem præstare l. paupertas. D. de exc. mun. l. cura. §. inopes. D. de mun. & hon. Si propter.] Si cùm non possunt patrimonio, corpori indicantur obsequia. & ad hunc etiam modum in l. 4. hæc verba accipienda sunt, *Respectu patrimonij.* nec enim de patrimonialibus sed de personalibus muneribus loquitur. D

## *De professoribus & medicis.* *Tit.* 52.

I. IMP. ANTONINVS A. * Cùm te medicum legionis secundæ adiutricis esse dicas, munera ciuilia, quandiu reipublicæ causa abfueris, suscipere non cogeris. Cùm autem abesse desieris, post finitam eo iure vacationem, si in eorum numero es, qui ad beneficia medicis concessa pertinent, ea immunitate vteris. E

Medici militum Reip. causa absunt. l. inter eos. §. vlt. D. ex quib. caus. ma. & quamdiu absunt, & post annum quam abesse desierint, immunitatem habent. postea verò ita demum, si ex statutorum numero sint. Extat inter Græcas epistolas Iuliani lex de medicis, quæ medicis vacationem tribuit curialium munerum, & eadem Latinè reddita extat in l. 4. C. Th. de med. & profes. Secundæ adiutricis. Spartianus in Adriano. *Tribunus secundæ adiutricis legionis creatus.* Primæ fit mentio in l. vlt. j. de cas. pec. l. vlt. j. de app. præf. præ. vtraque fuit in Pannonia inferiori, vna à Galba, altera à Vespasiano, vt Dio scribit LV. F

II. IMP. GORDIANVS A. * Grammaticos seu oratores decreto ordinis probatos, si non se vtiles studentibus præbeant, denuo ab eodem ordine reprobari posse, incognitum non est.

Grammatici & rhetores decreto probati & immunes facti, contrario decreto ex causa improbari possunt.

III. IMP. PHILIPPVS A. * Poëtæ nulla immunitatis prærogatiua iuuantur. G

Poëtæ immunitatem non habent, non quòd non sint ea dignissimi, sed quia lex deficit.

IIII. IMPP.

A IIII. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. *. Oratione diui Pij liberalium studiorum professores, non etiam calculatores continentur.

Intelligit, ni fallor, epistolam D. Pij ad cōmune Asiæ, de qua in l. [illegible]. D. de exc. tut. qua grammatici, rhetores, medici, philosophi continentur: non calculatores, qui [illegible] & [illegible] vocātur, vt ait [illegible]. D. eod. tit. [illegible], vt scriptum est [illegible].

B V. IIDEM AA. ET CC. FINIDEMO. Nec intra numerum præstitutum ordine inuito medicos immunitatem habere sæpe constitutum est, cùm oporteat eis decreto decurionum immunitatem tribui.

Duo exigimus vt medicis competat immunitas, vt sint intra statutum numerum, & vt decreto ordinis probati sint. idemq; in professoribus dicendum est. Numerum definiuit epistola D. Pij, qui in vrbibus Roma & Constantinopoli non idem est.

VI. IMP. CONSTANTINVS A. AD VOLVSIANVM. Medicos & maximè archiatros, vel ex archiatris, grammaticos, & professores C alios literarum, & doctores legum vnà cum vxoribus & filiis, necnon & rebus, quas in ciuitatibus suis possident, ab omni functione & ab omnibus muneribus ciuilibus vel publicis immunes esse præcipimus: & neque in prouinciis hospites recipere, nec vllo fungi munere, nec ad iudicium deduci vel exhiberi vel iniuriam pati: vt si quis eos vexauerit, pœna arbitrio iudicis plectatur. mercedes etiam eorum & salaria reddi iubemus, D quò facilius liberalibus studiis & memoratis artibus multos instituant. PP. KAL. AVG. SIRMIO CRISPO ET CONSTANTINO COSS.

Archiatri sunt qui in comitatu principis medendi cura funguntur, vt omnium optimè probat l. 2. §. quib. non obij. lon. temp. præs. si modò ex vet. libris ita eius legis inscriptio restituatur, IMPP. DIOCL. ET MAX. AA. ET CC. AVRELIO ARCHIATRO. Exarchiatris sunt qui dimissi sunt è palatio siue comitatu. His adduntur grammatici, & professores alij liberalium literarum. & doctores. Græci non agnoscunt, legū, qui sic vertunt, [illegible]. quod placet. nam & in l. prox. *Magistros, inquit, studiorum doctorésque.* Hi vacationem personalium munerum habent, & patrimonialium sordidorum, l. maximarum. [illegible]. de exc. mun. & metatorum. E l. archiatros. [illegible]. de meta. l. vlt. §. vlt. D. de mun. & hon. l. ab his. §. angariarum. D. de vac. mun. Et in ius vocari vel exhiberi non possunt, sed per procuratores causas suas agunt. Grauissima pœna in eum proposita fuit, qui iniuriam illis inferret. l. 1. C. Th. de med. & profes. quam Tribonianus mutauit in arbitrariam. itaque nihil hac in parte illi præcipuum habent. nam & cuilibet illata iniuria arbitrio iudicis coërcetur. [Filiis.] excipiuntur filij professorū, qui ex curiali stirpe descendūt. l. 35. [illegible]. de decur.

VII. IMP. IVLIANVS A. Magistros studiorum doctoresq; excellere oportet moribus primùm, deinde facundia: sed quia singulis ciui- F tatibus adesse ipse non possum: iubeo, quisquis docere vult, non repentè nec temere prosiliat ad hoc munus, sed iudicio ordinis probatus, decretum curialium mereatur, optimorum consensu conspirante. DAT. XV. KAL. IVL. ACCEP. IIII. KAL. AVG. SPOLETIO MAMERTINO ET NEVITTA COSS.

Vt magistri decreto ordinis cōstituantur qui bonis moribus præditi sint. Rectissimè Iustinianus, prius animas & postea linguas eruditas fieri oportere.

G VIII. IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD PROBVM PP. Reddatur vnusquisque patriæ suæ, qui habitum philosophiæ indebitè & insolenter vsurpare cognoscitur: exceptis his qui à probatissimis approbati, ab hac debent collusione secerni. turpe enim est

vt patriæ functiones ferre non possit, qui etiam fortunæ vim se ferre profitetur. DAT. XIIII. KAL. FEB. SIRMIO VALENTINIANO N. P. ET VICTORE COSS.

Philosophi vacationem non habent. nec Phauorinus ea de re ausus est agere apud Adrianum vt Dio scribit. Excipiuntur illi qui decreto ordinis approbati sunt. Pro *Collatione*, legendum, *Collusione*, id est, fece philosophorum, quos πωγωνοτροφίας & τριβωνοφορίας solæ philosophos non faciunt.

VIIII. IIDEM AA. ET GRATIANVS A. AD PRÆTEXTATVM P. V. Archiatri scientes annonaria sibi commoda à populi commodis ministrari, honestè obsequi tenuioribus malint, quàm turpiter seruire diuitibus. quos tantùm ea patimur accipere, quæ sani offerūt pro obsequiis, non ea quæ periclitantes pro salute promittunt. DAT. III. KAL. FEB. TREV. VALENTINIANO ET VALENTE III. AA. COSS.

Pertinet hæc lex ad archiatros vrbium regiarum, in quibus & comitatus consistit, vt pauperibus & diuitibus pariter obsequantur, & accipiant iure licito quod qui è morbis euasere obtulerint, non cum ægrotis paciscantur: quæ pactio nec iure valet nec iusiurando Hippocratis congruit. l. 5. D. de ext. cog.

X. IIDEM AAA. AD OLYBRIVM P. V. Si quis in Archiatri defuncti locum promotionis meritis aggregandus est, non ante eorum particeps fiat quàm primis, qui in ordine reperientur, septem vel amplius iudicantibus idoneus adprobetur. Ita tamen vt quicunque fuerit admissus, non in priorum numerum statim veniat, sed eum ordinem cōsequatur, qui ceteris ad priora subuectis vltimus poterit inueniri. DAT. VI. ID. MAR. VALENTINIANO ET VALENTE III. AA. COSS.

In archiatri defuncti locum qui substituitur probandus est ante omnia iudicio septem, vel eo amplius primorum eius ordinis atque collegij. Vt autem vltimus quisq; probatus fuerit, ita & vltimum in eo ordine gradū obtinebit, nec sibi eum quem defunctus habuit, vindicabit. quod & si quis loco suo alteri cesserit, cur non ita plerique hodie censeant, miror. De hac autē lege Symmachus in epistolis inter alia, inquit, *quæ bonum publicum custodit, etiam medendi professoribus dedit ordinem successionis, si locum quempiam decedentis fortuna vacuasset.* quia lege cautum est, vt primi artis eiusdem de honorum scientia iudicarent. Statim.] non statim, sed paulatim prioribus decedentibus.

XI. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. MONACHIO P. P. Grammaticos, oratores, atq; philosophiæ præceptores, necnon etiā medicos, præter hæc, quæ retro latarum sanctionum auctoritate cōsecuti sunt priuilegia immunitatesq;, frui hac prærogatiua præcipimus: vt vniuersi qui in sacro palatio inter Archiatros militarunt, cùm comitiuā primi ordinis vel secundi adepti fuerint, aut maioris gradū dignitatis ascenderint, nulla municipali, nulla curialium conuentione vexentur, seu indepta administratione, seu accepta testimoniali meruerint missionem: sint ab omni functione omnibusq; muneribus publicis immunes, nec eorū domus vbicunque positæ militem seu iudicem suscipiant hospitandum. quæ omnia in filiis etiam eorum & coniugibus illibata præcipimus custodiri. hæc autem & professoribus memoratis eorumq; liberis deferenda mandamus. DAT. PRID. KAL. DEC. CP. CONSTANTIO ET CONSTANTE COSS.

Addiderant Imperatores in hac lege, *nulla squalida vel glebali collatione* l. 16. C. Th. eo. tit. Sed hæc verba detraxit Tribonianus, quòd iam senatoria & glebalis collatio sublata esset l. 2. de prætor. neque animaduertit iis verbis detractis, falsum reddi quod initio Impp. edicunt, præter ea quæ

à retro

A à retro principibus medicis & professoribus priuilegia data sunt, noua quædam se eis hac Constitutione deferre. nam quæ retinuit Tribonianus in hac lege, ea tribuuntur in l.6.§. Et id duntaxat hac Constitutione Impp introduxerant noué, vt quemadmodum comitibus & archiatris remissa fuerat senatoria collatio l. 2. & 15. C.Th. eod. tit. ita & liberalium literarum professoribus eadem Comitiua ornatis remitteretur. Seu indepta.] Siue archiatri gesta administratione, siue accepta testimoniali non acta administratione cum honore Comitum dimissi sint. Testimoniales sunt missionis honorariæ epistolæ. d.l.15.l.pen.C.Th.de veteranis.& tit.de testim.exhib.& proc.l.vlt.C.Th. de honor.cod.l.16.C.Th.de decur. Vegetius 11. *Contubernalibus completis stipendijs per testimoniales ex more dimissis.* & hæc sunt instrumenta de quibus in l.si solemnibus.§. de fide instr. Epistolæ dicuntur in l.1.§. de vet.l. laudabile. l. restituendæ.§.de adu. diu. iud. l.45. C.Th. de decur. Si quid B præterea est in hac lege, quod desideret diligentiam nostram, id x11. liber expediet.

## *De Athletis.* *Tit. 53.*

I. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. HERMETI. Athletis ita demum, si per omnem ætatem certasse, coronis quoque non minus tribus certaminis sacri, in quibus vel semel C Romæ, seu antiquæ Græciæ, meritò coronati, non æmulis corruptis ac redemptis, probentur: ciuilium munerum tribui solet vacatio.

Athletæ pro præmiis coronantur.l.si pem.§.quæ res pig.obl.l.commodis.D.de re iud.l. *ἰσὸν δὲ*.§. athletæ. D. de exc.tut. Si ter vicerint & coronati fuerint, & in iis vicibus semel Romæ seu antiquæ Græciæ, ciuilium munerum immunitatem habent. Antiquam Græciam, magnam siue maiorem Græciam vocare videtur, id est, Italiam, vt Varro, dum ait, antiquam Græciam tauros vocasse *ἰταλοὺς*. Id etiam exigit vt meritò indipiscantur coronas, non corruptis æmulis, id est, antagonistis.

## D *De iis qui non impletis stipendiis sacramento soluti sunt.* *Tit. 54.*

I. IMP. ANTONINVS A.*. Ignominiæ causa sacramento liberati, honoribus abstinere debent: à muneribus autem ciuilibus excusati non sunt.

Triplex est missio, honesta, causaria, ignominiosa. Ignominiosa excludit honoribus, non excu-E sat oneribus.l.3.§.de re mil.

II. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. CARO. Cùm ob prouectæ ætatis senium sis dimissus, honestam missionem consecutum te esse ambigi non potest. habebis itaque à ciuilibus muneribus, necnon etiam honoribus vacationem: non tamen priuilegia ea quæ his competunt, qui pleno stipendiorum numero funguntur, vsurpare te ius permittit: quando non perfecto statuto militiæ tem-F pore, nec omnibus stipendiis decursis, sacramento solutum te esse etiam ipse confitearis.

Causaria missio honesta est.l. *οἱ φύλακες*. D.de exc.tut.l.causaria.§.de re mil. vt si quis ob prolixam ætatem sacramento soluatur, puta anno 2 LV1. vel L. quo plerumque finiebatur ætas militaris, qua ex causa dimissis immunitas datur, etiam si nondum emeritus sit. Cetera emeritorum priuilegia ei non dantur, in pœnis puta, vel in testamentis. Quod igitur ait l.3. de causaria missione, ad hanc missionis causam non pertinet. Et quod de LXX. annis tradit Accursius, consistere nequit, cùm & G ignominioso ea ætas eandem immunitatem largiatur.

III. IIDEM AA. ET CC.*. Veteranis ita demum honorum & munerum personalium vacatio iure conceditur, si post vicesimum an-

num militiæ, quam in legione vel vexillatione militauerint, honestam vel causariam missionem consecuti esse ostendantur. Vnde cùm te in cohorte militasse commemoras, intelligis superuacuò vacationem tibi velle flagitare.

Hæc lex ostendit pro iusto tempore militiæ xx. annos haberi, & l. veteranis. §. quan. pro. non est nec. quæ huius mentionem facit, & l. 1. §. de exc. vet. l. οἱ πάλαι. D. eod. tit. Tacitus lib. 1. *Tiberius edixit imparem oneri Remp. nisi xx. militiæ anno veterani dimitterentur. ita proximæ seditionis male consulta, quibus xvi. stipendiorum finem expresserant, abolita in posterum.* Sudas, βιξιλλάριος παρὰ ῥωμαίοις ὁ ἀπολυθεὶς τῆς στρατείας. ἐπὶ εἰσελασίαν ἤτοι ἐξέλασιν. In legione.] Pro *vexillatione*, Græci habent, *Numero*, vt in l. contra. ͻ. de re mil. A legionibus separantur numeri, id est, vexillationes. At contrà à vexillationibus numeri, id est, legiones. l. 8. ͻ. de erog. mil. an. Numerorum appellatio generalis esse videtur, quæ græci vocant ἀριθμοὺς, apud Sozomenum lib. 1. c. 9. corruptè ἀραγμαλα. Hac verò lege his tantùm qui xx. annos in legione militauerint immunitas datur. non si in cohorte. Item in vexillatione. ergo non si in cuneo. quod pugnat cum Constantini l. 1. C. Th. de coh. prin. cor.

## *Quibus muneribus excusantur hi qui post impletam militiam vel aduocationem per prouincias suis commodis vacantes commorantur, & de priuilegijs eorum.* *Tit. 55.*

Deest sub hoc titulo Constitutio Græca, cuius sententia iis verbis expressa est lib. LIIII. βασιλικῶν tit. 7.

1. Οἱ πληρώσαντες στρατείαν ἢ συνηγορίαν πρὸς τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῖς προνομίοις μήτε σιτωνίαν ἢ ἐλαιωνίαν ἢ ἐποψίαν ἔργων ἢ λογοθέσιον ἢ ἐκδικίαν ἢ πατρείαν ἢ λογιστείαν ἢ ἀγορανομίαν ποιείτωσαν ἀλλ' ἔνθα ἂν οἰκῆσαι βουληθῶσι μήτε ὑπαντᾶν ἀναγκαζέσθωσαν τοῖς ἄρχουσι περαιτέρω πυλῶν. μὴ δὲ εἰς συλλόγους ἀπόντες καλείσθωσαν μήτε ὀνομαζέσθωσαν ἢ ὀνομαζέτωσαν μήτε διαγραφὰς παρεχέτωσαν προφάσει συνηθειῶν ἢ θεωρητικῶν. ἐχέτωσαν δὲ καὶ μίαν οἰκίαν ἐλευθέραν μιτάτων τῶν ἐπιδημούντων στρατιωτῶν καὶ τῶν ἐν τοῖς τόποις διατριβόντων, δηλονότι, τῶν ἐχόντων ἀξίας τινὰς, τὴν ἰδίαν ἀτέλειαν κεκτημένων. ἡ γὰρ διάταξις αὕτη προστίθησι ταῖς προτέραις εὐεργεσίαις καὶ οὐκ ἀφαιρεῖται ἐξ αὐτῶν. παρεχέτωσαν δὲ τὰ δημόσια καὶ τιμάτωσαν τοὺς ἄρχοντας καὶ τιμάσθωσαν παρ' αὐτῶν. ὁ δέ τι τῶν ἐν τῇ διατάξει παραβαίνων ἢ παραβαθῆναι συγχωρῶν πεντήκοντα λίτρας χρυσοῦ προστιμηθήσεται. Qui militiam vel aduocationem impleuerunt, præter ea priuilegia quæ iam adepti sunt, nec frumenti aut olei comparandi curam vel inspectionem operum, vel ratiocinium vel defensionē ciuitatis, vel patris ciuitatis munus, vel curationem Reip. vel curationem annonæ exerceant, sed & habitent vbi voluerint, nec præsidibus vltra portas occurrere cogantur, nec ad curias siue collegia vocentur inuiti, vel nominentur vel nominent, nec descriptiones præbeant consuetudinum vel spectaculorum nomine. Vnam quoque domum habeant liberam onere suscipiendorum militum superuenientium, iis qui in locis versantur dignitate aliqua præditis suam immunitatem obtinentibus. Hæc enim Constitutio priora beneficia auget non minuit. At fiscalia tamen præbeant & honorent præsides, ac vicissim honorentur ab eis. Qui hanc Constitutionem violarit aut violari permiserit, L. librarum auri multam sustineto.

Pro ἀπόντες, lego, ἄκοντες, Superior titulus est de iis qui non impleuerunt militiam, Hic de iis qui impleuerunt militiam vel aduocationem, & nominatim exprimuntur munera quorum vacatio

iure

A iure conceditur. quæ etiam non impleta aduocatione datur aduocatis illustrium vel spectabilium iudicum. l. 6. §. de adu. diu. iud. de qua diximus in l. pen. §. de discus. Fiscalia vocat solemnes indictiones.

## *De conductoribus vectigalium fisci.* Tit. 56.

I. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC.*. Non alios à muneribus & honoribus vacationem habere, quàm B qui mancipatum suo nomine vectigal à fisco conducunt, certum est. Quare eos qui ab his quædam exercenda accipiunt, nullis priuilegiis esse munitos haud dubij iuris est.

Sumptum videtur initium huius Constitutionis ex l. in honoribus. §. non alios. D. de vac. mun. in quo pro *præsentes*, lego, *per se*, *δι' ἑαυτῶν* L IIII. *[illegible]*. Per se autem id est, quod suo nomine in hac Constitutione.

## *De libertinis.* Tit. 57.

C I. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. BVCILLO. Conditio libertinitatis de muneribus ciuilibus tribuere non potest excusationem, ne in ea quidem ciuitate, vbi domicilium libertinus habet.

Libertinus propter patronum non excusatur à muneribus ciuilibus. l. libertus in prin. D. ad municip. ne in ea quidem ciuitate in qua domicilium habet, id est, quòd conditio libertinitatis eum D obstringat muneribus patronalis patriæ, non ideo exuitur oneribus ciuitatis, in qua sedes posuit ac domicilium constituit.

## *De infamibus.* Tit. 58.

I. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA.*. Infames personæ, licet nullis honoribus, qui integræ dignitatis hominibus deferri solent, vti possunt: curialium tamen vel ciuilium munerum vaE cationem non habent, sed solemnibus indictionibus ob tutelam publicam eos satisfacere necesse est.

Infamia à muneribus vacationem non tribuit. idem traditum fuit in l. 12. §. de decur. Quod ait, *Licet nullis honoribus* & cetera, hæc sumpserunt ex Constitutione Antonini. l. 3. ȷ. de re milit. Paulò post ea legendum, *sed & solemnibus indictionibus*: quibus verbis significantur munera patrimonialia, quæ tutelæ siue vtilitatis publicæ gratia indicuntur. l. 2. §. de mun. pat. Ergo nec à personalibus nec à patrimonialibus infamia vacationem præbet.

## F *De reis postulatis.* Tit. 59.

I. IMP. ALEXANDER A.*. Reos criminis postulatos nouos honores appetere non debere, antequàm purgarent innocentiam suam, & à diuis parentibus nostris, & à me sæpe rescriptum est.

Rei delati nouos honores petere non possunt. l. reus. D. de mun. & hon. vt Catilina, auctore Salustio, repetundarum reus prohibitus est consulatum petere. pristinos interim retinent. l. libertus. G §. in quæstionibus. D. ad municip.

## *De iis qui in exilium dati vel ordine moti sunt.* Tit. 60.

I. PARS EDICTI IMP. ANTONINI A. PP. ROMÆ V. ID.

 IVL.

IVL. DVOBVS ASPRIS COSS. Quibus posthac ordine suo, vel aduocationibus ad tempus interdicetur, post impletum temporis spatium non prorogabitur infamia. A

De hoc edicto agitur nominatim in l.3.D.de decur. In hac autem quæstione ius hoc est, ad tempus ordine motum vel relegatum vel in opus publicum datum ex crimine non famoso, post tempus bonore vel officio pristino fungi posse, vt in specie l.falsi.D.ad l.Cor.de fal.in qua ob recitationem falsi ordine motum, infamem non censeri, & ideo post reditum in ordinem recipi illa verba indicant, *quoniam in Corneliam non incidit*, id est, quia non est damnatus iudicio publico ex lege Cornelia, quandoquidem ea tenentur qui fecerunt non qui recitarunt. Ad tempus verò ordine vel aduocationis officio motus vel relegatus, vel in opus publicum datus ex crimine famoso, siue hæc pœna ex lege fuerit, siue grauior lege cùm esset, eam ad eum modum iudex mitigarit, etiam post tempus infamis manet. l.5.D.de decur.l.6.§.ex quib.cau.inf.ir.l.4.§.ad tempus.D.de re milit. Sed si leuior cùm esset pœna ex lege, grauiorem iudex inflixerit, ad tempus relegando vel remouendo, licet crimen sit famosum, damnatione tamen eiusmodi non fit infamis, quòd quasi transigi videatur de infamia, & ideo post tempus recipit honorem & functiones pristinas. d.l.5.l.ordine.D.ad municip.l.in seruorum.§.vlt.D.de pœnis.l.quid ergo.§.pœna.D.de iis qui not.inf.d.l.4.§.ad tempus.l.5.§.ex quib.cau.inf.irr.in qua pro, *relegatum, relegandum*. & pro *damnandum, damnatum*, legendum censeo. & ideo adiectum, *si sententiam non excessisse probauerit*, quòd eorum qui sententiam excedunt, soleat augeri pœna. Et ita quidem ius est. Separatur iuris auctoritas à Constitutionibus sæpe. l.4.§.contra.D.de do.exc.l.falsa.D.de cond.& dem. Sanè hac in re Constitutiones iuris auctoritati refragantur & quidem variè. Adrianus relegatum post tempus inter infames non habuit. Pius aduocationis officio motum l.Imp.D.de postul. quæ ex eodem est auctore & libro, quo l.5.D.de decur. & tamen pugnant inter se, nisi in vna ius exponi, in altera Cōstitutiones distinxeris. Seuerus & Antoninus ordine motum.l.3.§.ex quib.cau.inf.irr. Omnes indistinctè, siue leuius, siue grauius crimen fuerit. Tandem Antoninus Caracalla, cùm de re nondum liqueret satis, edicto proposito ita constituit, vt ordine vel aduocationibus moti ad tempus quocunque crimine, completo tempore non haberentur inter infames. d. l. 3. D. de decur. & ideo in hac parte edicti, *Posthac*, inquit: nimirum quia & si iam antè prodiissent Pij & Seueri & Antonini similes Constitutiones, nondum tamen contra ius id ita inualuerat indistinctè. Edictum non loquitur de relegatis. Ideoq; in relegatis distinctione vtemur.l.3.D.de decur. & ius sequemur, insuperhabito rescripto Adriani, quasi nec recepto nec probato Antonini edicto. B C D

II. IMP. GORDIANVS A.*. Ad tempus exulare decurio iussus, & impleto tempore regressus, pristinam quidem recipit dignitatem: ad nouos verò honores non admittitur, nisi tanto tempore his abstinuerit, quanto per fugam absuit. E

Decurio relegatus ad tempus non redit in ordinem indistinctè, vt ostendimus suprà. Quo tamen casu redit in ordinem, nō statim etiam ad nouos honores admittetur, nisi tanto tempore post reditum in curia fuerit, quanto absuit. l.ordine. D. ad municip. nam honores municipales ratione temporis, quo quis in curia fuerit, deferuntur. Fugam hoc loco accipit pro exilio. quod & in aliis auctoribus cùm græcis tum latinis frequentissimum est.

## *De filiisfamilias & quemadmodum pater pro his teneatur. Tit. 61.* F

I. IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA.*. Patrem emancipato filio consentientem, ad decurionatum non teneri, dubij iuris non est. tunc enim consentiendo pater ad decurionatum obligatur, si filium in potestate habeat. consentire autem etiam is videtur, qui non testificatur dissentire nominationi. G

Titulus rectè concipitur, De filiisfamilias. nam pro emancipatis pater non tenetur. Taciturnitas autem hac in re consensum imitatur. aliàs dissensum. Igitur si filiof. ad decurionatum nominato pater taceat & patiatur, Reip. obligatur velut fideiussor pro filio insolidum, non aliis. qua de re diximus aliquid in l.1.& 5.§.de decur.

A II. IMP. ANTONINVS A.*. Cùm appellasse te dicas, ostendis causam ad te pertinere. potueras enim nominato filio tantum contestari, & non consentire honori ei delato.

Obstat l.spurij.§.pater.D.de decur. Si filiusf.ad decurionatum nominatus sit, satis est patrem, ne pro filio obligetur, contrariam voluntatem contestari, nec appellare etiam necesse habet.l.vlt.hoc tit. Quòd si tamen appellauerit, hoc facto in munerum ciuilium periculum incidit quasi fideiussor pro filio, si appellationis sententiam pertulerit. & hæc est sententia huius legis. At si præscriptione temporis exclusus sit, solemnibus appellationis intra constituta tempora minimè impletis, quia & B appellare necesse non habuit, perinde omnia seruantur, atque si non prouocasset: & ideo si contestatus iam antè fuerat contrariam voluntatem, huic contestationi omissa appellatio nihil derogabit.d.§.pater.

III. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC.*. Si ij qui cum patre ad protostasiæ munus vocati sunt, etiam nunc in patria potestate constituti sunt, ab huiusmodi necessitatibus liberentur: cùm ex eadem familia ac domo duos ad ista obsequia destinari C periniquum videatur. Sanè eos quos emancipatos esse, atque ex familia exisse manifestum est, sine cunctatione retinere debebis.

Duo ex eadem domo ad idem munus non vocantur, puta pater & filiusfam. At pater & filius emancipatus simul ad idem munus vocantur rectè. Domum & familiam hoc loco dicimus pro corpore quod est sub vnius potestate, vt in l.1.Ꝫ.de bon.& mun.non cont.& vt quodam alio loco domum Theophilus accepit. De protostasiæ munere diximus in tit.de mun.pat.

IIII. IIDEM AA. ET CC. ALEXANDRO. Sine periculo D tuo magistratus filium tuum curatorem constituit, nec appellandi tibi necessitas incumbebat. sanè nominator qui filium in potestate positum non consentiente patre ad munus deuocauit, si tamen ex voluntate tua antea filius decurio factus non erat, detrimento muneris obligabitur.

Filiusf. periculo nominatoris creatur curator operum vel Calendarij, non periculo patris si non consentiat pater, vel si voluntate eius decurio factus non fit.l.honor. §. plebeij. D.de mun. & bon.nec dissentienti patri necessaria est appellatio.

E

## *De periculo successorum parentis.* Tit. 62.

I. IMP. ALEXANDER A.*. Si de proprio suo patrimonio muneris editionem tuo nomine pater tuus repromisit, ideoq; etiam sacerdotem te creari impetrauit: onus erogationis commune omnium heredum eius esse, præses prouinciæ non ignorabit.

F Sacerdotium prouinciæ munus patrimoniale est, veluti Asiarchia. nam qui eo fungitur, sumptu eius eduntur certamina & ludi in honorem Deorũ, vt diximus in l.8.Ꝫ.de mun.pat. & Obs.2.c.13. quibus addi volumus, in actis Apostolorum cap.19. τινὲς δὲ καὶ τῶν ἀσιαρχῶν παρεκάλουν μὴ δοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὸ θέατρον, Sed & quidam sacerdotum Asiæ prouinciæ, esse vertendum, qui scilicet præerant ludis theatralibus. quod hic Eusebij locus confirmat lib.4.c.15. καὶ ἐρώτων τὸν ἀσιάρχην φίλιππον ἵνα ἐπαφῇ τῷ πολυκάρπῳ λέοντα. ὁ δὲ ἔφη μὴ εἶναι ἐξὸν αὐτῷ ἐπειδὴ πεπληρώκει τὰ κυνηγέσια. Rufinus interpretatur munerarium, rectè: quo modo & illo D.Lucæ loco possis vertere, Sed & quidam munerariorum. Vt autem si patris voluntate filius decurio fiat, non tantùm ipse pater, sed & heredes eius pro filio ciuilibus muneribus tenentur. l. 1. Ꝫ. de decur. ita si patris voluntate filius Asiarches fiat, & de suo pater se ludos editurum promittat, ex hac promissione non tantùm filius obligatur qui sacerdo-G tium meruit, sed & omnes heredes patris. l.1.§.nec castrense. D.de collat. Illud etiam adiciam, sacerdotes istos prouinciarum ab honoribus & muneribus ciuilibus excusationem habuisse, vt hæc vetus inscriptio demonstrat, VERATIO A. F. PAL. *Qui cum priuilegio sacerdoti Cæninensis munitus potuisset ab honoribus & muneribus excusari, præposito honore patriæ, honorem ædilitatis laudabiliter administrauit.*

## *De mulieribus in quo loco munera sexui congruentia & honores agnoscant.* Tit. 62. A

I. IMP. PHILIPPVS AA. *. Eam quæ aliunde oriunda alibi nupta est, si non in vrbe Roma maritus eius consistat, non apud originem suam, sed apud incolatum mariti ad honores seu munera, quæ personis cohærent, quorumq; is sexus capax esse potest, compelli posse sæpe rescriptum est. Patrimonij verò munera necesse est mulieres in his locis, B in quibus possident, sustinere.

A patrimonialibus muneribus mulieres non excusantur. l.pen.ff.de mun.pat. Sed ea agnoscunt apud originem propriam.l.12.C.Th.de navicul.non apud domicilium mariti. A personalibus excusantur, imò interdicuntur, exceptis quibusdam, quæ sexui earum congruunt. l. pen.ff.de iis qui num.lib.quæ tamen non apud originem suam obeunt, sed vbi est domicilium matrimonij.l.vlt.ff. de incol. Si non in vrbe Roma.] An quasi in vrbe Roma sit domicilium mariti, certissimum est vel quasi in communi patria eas ibi congrua munera subituras? Fuit olim Roma communis patria Romanorum & Italicorum ex lege Iulia: hodie est omnium qui ditioni Romanæ subiecti sunt C ex Constitutione Antonini. & ideo eleganter Sidonius, in ea totius orbis ciuitate vnica solos barbaros & seruos peregrinari: & Rutilius Numatianus de Roma:

*Fecisti patriam diuersis gentibus vnam,*
*Profuit iniustis te dominante capi.*
*Dumq; offers victis proprij consortia iuris,*
*Vrbem fecisti quod prius orbis erat.*

## *De legationibus.* Tit. 64.

I. IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. *Pater trium D incolumium liberorum legationibus publicis liberatur.

A legationis munere, quod personale est, quia viaticum & legatiuum de publico datur, tres liberi excusant.quód exposui in l.1.ff.de iis qui num.lib.

II. IIDEM AA. *. Cùm vos proprio nomine sumptus ob defensionem publicam susceperitis, id quod ad proprias erogationes collega vester acceperat, non vobis reddere heredes eius oportet, sed si in ea E causa est, vt restitui omnino oporteat, reipublicæ debent potius inferre. Sanè si honorarijs aduocatorum erat ea quantitas destinata, restitui illud vobis, qui hæc præstaturi estis, non iniuria postulatis. eum autem collegam vestrum, quem defensione patriæ destitisse dicitis, apud prouinciæ præsidem desertæ legationis arguere potestis.

Legati à ciuitate ad principem missi publicæ causæ defendendæ gratia, non communi sed suo F quisque nomine separatim sumptus & viatica de publico acceperunt, vnus ex eis mortuus est: heredes eius sumptus defuncto datos collegis non restituunt, quos & si restituere oporteret, quod tamen vix oportet.l.10.D.eod.tit. Reipublicæ potius restituerent quàm collegis. At si quæ alia pecunia defuncto data sit in honoraria aduocatorum, qui causam publicam agerent apud principem, hanc restitui collegis oportet, patronis causæ publicæ erogandam. Quod sequitur, *Eum autem*, alius est casus libello comprehensus, cuius definito hæc est, vt collega qui deseruit legationem, accusetur extra ordinem desertæ allegationis (sic habent vet.libri) id est, defensionis, vt in l. 1. §. his igitur personis.D.de postul. Hanc legem Græci non intellexerunt 54. βασιλικῶν tit. περὶ πρεσβειῶν.

III. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. *. G Transmarina legatione apud nos perfunctos, constitutum est biennij vacationem munerum ciuilium & honorum habere, non eos qui de

A proximo obſequium reipublicæ videntur exhibuiſſe.

Legatione perfunctis biennij vacatio datur. l. 2. §. de hon. & mun. non cont. quod hæc lex ita diſtinguit, ſi tranſmarina, non ſi proxima legatio fuerit.

IIII. IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD TITIANVM. Vniuerſi omnino ex comitibus vel ex præſidibus, qui ſuffragio perceperint dignitates, ciuilibus oneribus muneribuſq; teneantur B adſtricti, ne commoda publica cum vmbratili ſuffragiorum pactione lacerentur. eos tamen à prædictis oneribus excipi oportebit, qui in legationibus publicis verſati ſunt. DAT. PRID. KAL. IVL. TRIV. PLACIDO ET ROMVLO COSS.

Qui honorarias dignitates ex comitibus vel ex præſidibus pretio non meritis adepti ſunt, munerum vacationem non habent. l. 24. 25. 26. 27. 41. 75. 86. C. Th. de decur. niſi in officium legationis electi ſint. Geſtæ legationi hæ dignitates adiunctæ vacationem munerum ciuilium præſtant. C d. l. 25. Ait, Cum vmbratili.] rectius Cod. Th. *ſub vmbratili*: vt Liuius, *ſub vmbra fœderis*. Sententia hæc eſt, Ne ſub ſpecie & vmbra harum dignitatum pretio non meritis coemptarum, commodis publicis officiatur.

V. IMPPP. THEODOSIVS ARC. ET HONOR. AAA. APODEMIO PP. ILLYRICI. Si quod extraordinarium conſilium poſtulatur, cùm vel ad nos eſt mittenda legatio, vel veſtræ ſedi aliquid intimandum: id quod inter omnes communi conſilio tractatuq; conuenerit, D minimè in examen cognitoris ordinarij referatur. prouincialium enim deſideria, quibus neceſſaria ſæpe fortuitis remedia depoſcuntur, vobis agnoſcere atque explorare permittimus: vt ſit examinis tui, quæ ex his auxilio tuo protinus implenda ſint, & quæ clementiæ noſtræ auribus intimanda videantur. In loco autem publico de communi vtilitate prouincialium ſententia proferatur, atque id quod maioris partis probauerit aſſenſus, ſolennis firmet auctoritas. DAT. V. KAL. AVG. CP. E ARCADIO A. II. ET RVFINO COSS.

Decreta legationum fiunt publico conſilio: nec præſidibus prouinciarum inſinuanda ſunt. Præf. prætorio inſinuantur, vt is vel deſideriis prouincialium ſatisfaciat, vel ad principem legationis cauſam probet.

VI. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. MONAXIO PP. Quoties ab Alexandrina ciuitate legatio deſtinatur, vniuerſos curiales præcipimus, qui intra vrbem conſiſtunt, ſi non ægritudine F vel alia inexcuſabili neceſſitate impediuntur, in locum curiæ conuenire, & decreta ſua propria ſubſcriptione firmata viro ſpectabili præfecto auguſtali inſinuare: vt eius relatione comitati, tuis virtutibus ſuas petitiones intiment, & ſub examine tuo perpenſa legatione res ordinetur. DAT. III. NON. OCT. CP. DN. THEOD. A. VII. ET PALLADIO V. C. COSS.

Vt ſuperior, ita hæc eſt de decretis legationum. Sed illa ad præf. prætorio Illyrici, hæc ad præf. G prætorio Orientis de Alexandrina ciuitate, vt eius ciuitatis decreta præfecto Auguſtali inſinuentur, quæ tamen in Illyrico præſidibus non inſinuantur. Maior eſt præf. Auguſtalis quàm præſidum auctoritas. Sub eius diſpoſitione ſunt Aegypti prouinciæ ſex, vt diximus in tit. de can. larg. tit. quod tamen Iuſtin. edicto 13. mutauit.

De

## De excusationibus artificum. Tit. 65.

I. IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM. Artifices artium breui subdito comprehensarum per singulas ciuitates morantes ab vniuersis muneribus vacare præcipimus: si quidem in discendis artibus otium est accommodandum, quò magis cupiant & ipsi peritiores fieri, & suos filios erudire. DAT. IIII. NON. AVG. FELICIANO ET TITIANO COSS. Et est notitia ista. Architecti, medici, pictores, statuarij, marmorarij, lectarij, seu laccarij, clauicarij, quadrigarij, vel quadratarij, quos græco vocabulo λιθοξόους appellant: structores, id est, ædificatores, sculptores ligni musarij, deauratores, albini, quos Græci κονιάτας appellant, argentarij, barbaricarij, diatretarij, ærarij, fusores, signarij, fabri, bracarij, aquæ libratores, figuli, qui Græcè dicuntur κεραμεῖς, aurifices, vitriarij, plumarij, specularij, eborarij, pelliones, fullones, carpentarij, sculptores, dealbatores, cusores linarij, tignarij, bractearij, id est, πεταλουργοί.

Artificibus notitia comprehensis, quia artes eas sine otio tractare non possunt, hæc Constitutio otium dat & vacationem à personalibus muneribus. **Et est notitia ista.**] vet. *Et est notitia sic.* Basilica, ἐ ἔστι ὁ γνῶσις οὕτως. Notitia & breue idem. **Medici.**] Accursius legit, *mulomedici.* Vtrumque retinendum censeo, Medici, mulomedici. Sic Basilica, ἰατροί, ἱππιάτροι. Medici sunt chirurgi, Mulomedici veterinarij. **Pictores.**] l. archiatros. C. de metat. **Statuarij.**] ἀνδριαντοπλάσται. **Lectarij seu laccarij.**] Sic emendaui ex vet. Lectarij sunt qui fabricant lectos, κραββατοποιοί. Laccarij, qui fossas vel puteos fodiunt; οἱ τὰ λακκία ποιοῦντες, vt Græci interpretantur 54. tit. 6. **Clauicarij.**] Quidam codices, clauicularij, Basilica græca, καρδαράριοι, Gallica, *Li Serrenrier.* Aliàs clauicarij siue clauicularij dicuntur ianitores carceribus præpositi, à clauibus gerendis. Græci ad l. carceri. D. de cust. reor. ὁ δεσμοφύλαξ ὃν λέγομεν νῦν καὶ κλαβικλάριον. Eundem & καπικλάριον vocant. & ad l. 4. §. de cust. reor. rectè vilem hominem, in quem custodia amissa culpam Commentariensis confert, interpretantur Clauicularium, & ita omnino Clauicularios accipere oportet apud Iulium Firmicum 3. Matheseos c. 6. *Erunt cornicularij, aut commentarienses, quibus damnatorum cura committatur, seu clauicularij vel carcerum custodes & quibus publicarum catenarum cura mandatur.* Commentariensem ὑπομνηματογράφον vocant. Hesychius. Κομενταρήσιος τὰς ἐγγραφὰς τῶν ἐγκλημάτων δεχόμενος, quæ commentaria à Gallis in foro vocantur, *L'escrou,* ἀπὸ τὸ ἐκκρούειν, quod est contrudere & conijcere in carcerem. Valentinianus VIII. Cod. Th. *Qui Commentariensium nomine exosa miseris claustra custodiunt.* Sed ad rem. Complures codices hoc loco habent, *Canidarij.* quod forsitan rectius est. Inueni idem vocabulum lib. 56. βασιλικῶν ad l. 12. C. de cohort. Ἐὰν δὲ ἀποθηκάριος ἢ τραπεζίτης ἢ κανιδάριος ἢ ἀργυροπράτης ἢ ἐσθῆτα πιπράσκων εὑρεθῆ ταξεώτης γενέσθαι ἐκβαλλέσθω. **Quadrigarij.**] ἁρματοποιοί. **Quos græco vocabulo.**] Reposui ex eodem βασιλικῶν libro λιθοξόους. Horum ars est lapides expolire, quod & his verbis in eo libro significatur, οἱ τὰς διαφανεῖς λίθους ἀκονῶντες. Cassiodorus in Psal. CXXV. *De structoribus cementorum aut saxorum quadratarius.* **Structores.**] οἰκοδόμοι. **Sculptores ligni.**] γλύπται ξύλων. Scribimus græca ex libris βασιλικῶν, ne quis de latinis posthac addubitet. **Musarij.**] μουσιωταί: qui & μούσωνες & Musinarij. Significatio nota. Apud Firmicum in fi. c. 4. lib. 2. legendum ex veteribus, *Aut inauratores aut musinarios.* quod & antequam veteres inspexissem, me docuerat Petrus Pithœus vir eruditissimus. **Albini.**] λευκανταὶ τουτέστιν κονιάται. Hidem dicuntur Albarij, & in l. si seruus. §. vlt. D. ad leg. Aq. Tectores, quem locum Græci ita vertunt, ἐὰν εἶπω πλήρη λάκκον μισθώσω κονιατῇ, & laccum, cisternam interpretantur. Inde Tertullianus de Idol. *Scit albarius tector & tecta sarcire & tectoria inducere & cisternam liare.* **Argentarij.**] ἀργυροκόποι. l. pen. D. de au. & arg. leg. l. vlt. D. de obl. & act. **Barbaricarij.**] Donatus Aen. XI. *Barbaricarij dicuntur qui ex auro coloratis filis exprimunt hominum formas & animalium & aliarum specierum imitatam subtilitate veritatem.* Hidem cassides & buculas auro vel argento tegunt. l. 1. C. Th. de fabric. Palæmon in glossis: *Barbarica ornamenta ex auro.* **Diatretarij.**] Hi perforant margarita, οἱ τετρῶντες τὰς μαργαρίτας. In l. si seruus. §. si calicem. D. ad leg. Aqu. *Diatretum faciendum,* id est, calicem ex lapillo vel gemma perforandum. Dorotheus vertit, ἐπὶ τῷ τρυπῆσαι. **Fusores.**] veluti plumbarij & si qui sunt alij. οἷον μολυβουργοὶ ἢ ὅσοι τοιοῦτοι. **Signarij, fabri, bracarij.**] γλύπται, τέκτονες, βρακάριοι. **Aquæ libratores.**] Sic emendaui ex Cod. Th. & l. prox. quanquam Græci simpliciter vertant ζυγοστάται. Frontinus de aquæductibus. *Procuratorem oportet calicem eius moduli qui fuerit impetratus, adhibitis libratoribus signare.* **Aurifices.**] Alij sunt deauratores, alij aurifices, χρυσωταὶ & χρυσοχόοι. **Vitrearij.**] ὑελουργοί. Græcam βασιλικῶν appellationem, vt hoc iterum testificer, singulis artibus apponi necessarium esse duxi. **Plumarij.**] Sic Græci atque etiam vet. libri, non plumbarij. Plumarij sunt qui vestimenta

A menta ex plumis auium conficiunt. quo genere prisca luxuria delectata est. Prudentius in Hamartigenia. *Auium quoque versicolorum indumenta nouis texentem plumea telis.* Vel qui acu pingentes exprimunt animalium vel hominum figuras. Hieronimus in Chronicis. *Macedonius artis plumariæ.* & in versione Exodi sæpe. Firmicus 3. c. 13. *Facient linteones aut tunicarum textores, plumarios.* & c. 10. *Qui erunt etiam linteones aut plumarij.* eodem vsi sunt Varro, Vitruuius, Vopiscus. Specularij.] σπεκλοποιοί, vel κατοπτροποιοί. Eborarij.] ἐλεφαντουργοί. Pelliones.] σκυλοτόμοι. Carpentarij.] In Basilicis, σαγματοποιοί. Ad l. vlt. D. de iu. im. οἱ τὰ σάγματα τῶν καμήλων. igitur lego, σαγματοποιοί. Hi faciunt clitellas camelorum, quæ carpenta latinè dici non ambigo. earum enim forma eadem fere, quæ carpentorum quibus gestamur. Sculptores.] γλύπται. Hoc nomine græco & sculptores lignorum significantur, & qui signa faciunt siue signarij, & alij quilibet sculptores cælatoresq;. B Dealbatores.] Albini parietes dealbant, hi alia quælibet. Cusores linarij.] τῶν λιναρίων κόπτας, qui cudunt lina. Tignarij.] Hi sunt qui ligna dolant. l. ferri. D. de ver. sig. Græci generali vocabulo vtuntur, τέκτονες, vt in ea lege τέκτονας ξύλων. Bractearij qui dicantur Budæus exposuit rectè. Bractcatores à Firmico dicuntur.

II. IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD LEONTIVM PP. Mechanicos & geometras & architectos, qui diuisiones partium omnium incisionesq; seruant, mensurisq; & institutis C operam fabricationibus stringunt: & eos qui aquarum ductus inuentos & modos docili libratione ostendunt, in par studium docendi atque discendi nostro sermone perpellimus. itaque immunitatibus gaudeant, & suscipiant docendos, qui docere sufficiunt. DAT. PRID. NON. IVL. LEONTIO ET SALLVSTIO COSS.

Specialiter mechanicos videtur accipere pro iis quorum ingenio & institutione fiunt organa mechanica, pneumatica, automatopoëtica. Dat autem vacationem personalium munerum. D Ideo tamen tutelæ remissæ non censentur, vt ostendi in l. 3. §. de mun. pat. itaque nihil obstat l. Geometræ. D. de exc. tut.

## *De potioribus ad munera nominandis.* Tit. 66.

I. IMP. ANTONINVS A.*. Si ipse vocatus ad munera ciuilia, potiorem alium nominandum putaueris, age causam tuam.

E Ad munera personalia potiores nominandi sunt, & qui nominatus est, si alium se potiorem indicauerit, in eum transfertur onus. qua de re diximus aliquid in l. 46. §. de decur. & Pauli Sent. libro a. tit. de potioribus nominandis.

## *Si propter inimicitias creatio facta sit.* Tit. 67.

I. IMP. ALEXANDER A.*. Si propter inimicitias ad munera ciuilia creatus es, hanc tibi nominationem non nocere præsidis æquitas F faciet: cùm & publicæ vtilitatis intersit, non ex inimicitia creationes fieri debere, sed examinatione vera & commodo rei publicæ.

Excusatur ab iniuncto munere qui se propter inimicitias nominatum præsidi prouinciæ probat vt eo onere negotioq; vexetur. l. 6. §. pen. D. de exc. tut. Examinatione.] malo, *existimatione*, vt in veteribus.

## *De sumptuum recuperatione.* Tit. 68.

G I. IMP. GORDIANVS A.*. Muneribus ciuilibus non fungeris, quæ personis mandantur, si quinque filios incolumes habes. at si contra id priuilegium ad munus fatigandi tui causa quidam te deuoca-

uerint,tuq; appellatione interposita securitatem reportaueris: à nominatoribus sumptus, quos in litem feceris, recuperabis. A

Si qui numero liberorum à publico munere excusabatur, nominatus sit, & appellauerit, excusatione probata & admissa, sumptus à nominatore iniusto recipiet in eam litem factos. l. 1. §. de decur. l. seueriter. §. de exc. tut.

## *Si post creationem quis decesserit.* Tit. 69.

B

I. IMP. GORDIANVS A.*. Si ante diem subeundi honoris atque muneris pater tuus defunctus est, conueniri eo nomine heredes eius non oportere, præses prouinciæ minimè ambiget.

Qui decessit post nominationem antequam honorem vel munus subiret, nullam eo nomine obligationem in heredes suos transmittit. & ita si pater decesserit post allectionem filij in curiam antequam munera ciuilia susciperet, nullam in heredes suos obligationem transfert, vt diximus in l. 1. §. de decur.

C

## *De tabulariis, scribis, logographis, & censualibus.* Tit. 70.

Tabularij, scribæ, logographi, censuales conditionales sunt, & ideo quoties res exigit tormentis subiiciuntur. l. 1. & 2. hoc tit. l. 7. §. de iur. fisc. l. 1. C. Th. ne col. per log. cel. De tabulariis diximus in l. 2. & 7. §. de iu. fisc. l. 15. §. de decu. & dicemus in l. 13. tit. seq. Scribæ sunt curiarum siue magistratuum municipalium scribæ. & generaliter horum omnium munera personalia & municipalia sunt. l. 1. hoc tit. l. pen. §. de defen. ciu. l. vlt. §. ij quoque. & §. mastigophori. D. de mun. & hon. Nihil hic de prætoris scriba, de quo l. vlt. §. de mag. con. Nihil de clariss. scriba, qui in prouinciis est quasi prætor tutelaris quidam, de quo No. 94. & quæ officium eius definit apertè Constantini No. περὶ σκρίβα, cuius initium: Ἐπειδὴ ὁ σκρίβας οὐκ ἔστι τέλος δικαστὴς ἀλλὰ καὶ τῶν δημοσίων χρειῶν καὶ αὐτῶν τῶν ἀντιγραφέων ὑπεστάθη ἡ σχεδὸν ἡ πᾶσα φροντὶς τῶν ἀφηλίκων καὶ ὁ περὶ τῶν πραγμάτων αὐτῶν κίνδυνος ἐκ μεγάλης ἀμελείας εἰς αὐτὸν ἀφορᾷ &c. Tabulariis similes sunt logographi. nam & hi tributorum rationibus scribendis occupantur. No. 128. Sed eiusdem muneris pro varietate locorum variæ appellationes sunt. l. vlt. j. Et huic titulo non conuenit Sudę definitio. λογογράφος ὁ δικὰς ἢ τοὺς δικανικοὺς γράφων. Censuales sunt qui operam suam accommodant magistro census in vrbe, & actus Senatus conficiunt. l. 1. C. Th. de stud. lib. l. consulta. l. testamenta. §. de testa. l. 2. & 4. j. de priu. ag. in reb. & in prouinciis census & patrimonia describunt, quos in l. 1. D. de mun. & hon. iis verbis puto notari, *Ad census accipiendos vel patrimonium scribatus*, sic lego, vt l. 4. §. de appell. aurum oblaritium à senatoribus exigūt: prætores & quæstores nominant, vt ex Codicis Theodosiani sexto didici, de quibus & in l. 1. C. Th. de priuil. dom. Aug. & No. 17. & Symmachus in epistolis. *Argenti publici ratio quod censualibus editores munerum contulerunt.* His etiam iunguntur subscribendarij, actuarij, diurnarij, regerendarij l. 8. C. Th. de cohor. prin. & alij in l. vlt. hoc tit.

D

E

I. IMP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD CATVLLINVM PP. Nullus omnino ex tabulariis, vel scribis, vel logographis, eorumq; filiis in quocunque officio militet: sed ex omnibus officiis, necnon etiam si intra nostrum palatium militant, nec dum impleto quinquennio reperti & retracti, protinus officiis municipalibus reddantur. DAT. VIII. KAL. IVL. LAVRIACO MARCELLINO ET PROBINO COSS. F

Conditionales illos esse ex eo etiam apparet, quòd illorum filios eadem munera sequantur. At ab ea condicione eos quinquennalis militia liberat. l. 38. C. Th. de decur. quod in eo codice etiam de decurionibus ita præscriptum, Tribonianus in suum non retulit, propterea quòd tandem obtinuerat, ne longam quidem militiam curia quemquam liberare.

G

II. IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. Quicunque decurionum sponte se censuali ministerio mancipauerit, conditionem habeat, quam ipse delegit, depositurus

sui

A fui ordinis penitus dignitatem, si eum necessitas quæstioni subdendum inuenerit. DAT. XV. KAL. OCTOB. CP. RICHOMERE ET CLEARCHO COSS.

Curiales tormentis non subiiciuntur. l. 33. §. de decur. Curiales censuales effecti tormentis subiiciuntur quasi conditionales.

III. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. ADRIANO B PP. Generali lege sancimus, vt siue solidis prouinciis, siue singulis ciuitatibus necessarij fuerint tabularij: liberi homines ordinentur, neque vlli deinceps ad hoc officium patescat aditus, qui sit obnoxius seruituti. Sed & si quis dominorum seruum suum siue colonum chartas publicas agere permiserit (consensum enim non ignorantiam volumus obligari) ipsum quidem, in quantum interfuerit publicæ vtilitatis pro ratiociniis, quæ seruo siue colono agente tractata sunt, obnoxium attineri: seruum C autem competentibus affectum verberibus fisco addici. dominorum enim interfuit ab initio prouidere, ne publicis actibus priuata seruitia immiscerentur. DAT. VIII. KAL. APR. MED. VINCENTIO ET FRAVITTO COSS.

Tabularij erant olim serui publici. Capitolinus in Gordianis. *Non scribæ, non serui publici, non censuales illis actibus interessent.* Seruos publicos, tabularios vocat. Inde l. vlt. §. de ser. Reip. man. tabularij actus argumentum est seruitutis. At hac constitutione cauetur, ne in posterum serui tabulario D præficiantur, sed liberi. Et vt si seruus vel adscriptitius sciente domino tabulariam administrauerit, ipse quidem seruus flagellis cæsus fisco addicatur, dominus ex administratione serui insolidum teneatur.

IIII. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA.*. Boethos logistarum, demogrammateos, logographos, diastoleos, quæ vocabula publicis dicuntur subiacere necessitatibus, siue quolibet alio nomine nuncupentur: non honore aut alicuius priuilegij colore subri- E xos, pro definitione legum inexorabilium suam fortunam subire compelli, quatenus nec publicis quidquam noceatur aut minuatur vtilitatibus, & suis corporibus illi reddantur, quos vel patris vel maiorum obligatio vel sua constringit.

Sic emendaui, *Boethos logistarum, demogrammateos*, ex IIII. βασιλικῶν, in quo ita est, Οἱ βοηθοὶ τῶν λογιστῶν καὶ οἱ δημογραμματεῖς καὶ οἱ λογογράφοι καὶ οἱ διαστολεῖς. Logistæ sunt curatores Reip. vt dixi in L. o. §. de decur. Adiutores igitur curatorum Reip. & plebis scribæ & logographi, & dispunctores nec honore nec priuilegio vllo his conditionibus liberantur. idem statuendum de subscriben- F dariis, diurnariis, actuariis, regerendariis, notariis, librariis, & si qui sint eiusdem conditionis, qui aliis nominibus nuncupentur. διαστολεῖς interpretor dispunctores rationum siue instrumentorum, qui scio διαστέλλειν, διαστίζειν, dispungere idem esse, conferre scilicet accepta & expensa. Dicimus & æra dispungere. Apuleius de Deo Socratis. *Igitur quotidiana eorum æra dispungas, inuenies rationibus multa prodige profusa, & in semet nihil.* qui locus vulgò miserè deprauatus est, legitur enim, *ora dicere*, pro *æra dispungas*, & *vel*, pro *nihil*, & paulò antè, *decurritant*, pro *detrectant*.

## *De susceptoribus, præpositis & arcariis.* Tit. 71.

G Susceptores sunt qui annonis & tributis vtriusque ærarij recipiendis præpositi sunt. l. cum possessor in fi. D. de censib. Præpositi, qui horreis, in quibus species fiscales deponuntur. l. 2. hoc tit. vel pagis, de quibus dixi in l. 9. §. de iu. fisc. Arcarij, qui his quæ in arcam præf. prætorio inferuntur suscipiendis præpositi sunt. l. 5. §. de iis qui ex pub. rat. mut. acc. l. 3. §. de can. larg. tit. l. vlt. hoc tit. & Iustio. edic. 13. Arcarij præfectorum à Cassiodoro dicuntur lib. 1. Arcam præfecti prætorio etiam ταμεῖον

ſiue menſam vocant, de qua in l.6.§.de exac.trib.& ideo non malè Sidonius arcariis deputat pondera, quæ ſimul ac menſuræ ſuſceptoribus omnibus attribuuntur.l.pen.§.de deſen.ciuit. Maiorianus ad Baſilium P P. de indul.rel. *Sancimus vniuerſorum fiſcalium titulorum vel ad arcam magnificentiæ tua, vel ad vtrumque ærarium pertinentium reliqua à poſſeſſoribus non petenda.* Et ita in illo quoque edicto Iuſtiniani ærarij ſine largitionum tituli ab arcariis ſeparantur. A

I. IMP. CONSTANTINVS A. AD EVFRAXIVM RATIONALEM TRIVM PROVINCIARVM. Suſceptores publicos abſq; omni mora aurum cenſemus ſuſcipere, ne quis per hanc occaſionem ſumptus facere compellatur. Nam ſi ſoluere volens à ſuſcipiente fuerit contemptus: teſtibus adhibitis conteſtationem debebit proponere, vt hoc probato, & ipſe ſecuritatem debitam, commiſſi nexu liberatus, cum emolumentis accipiat: & qui ſuſcipere neglexerit, eius ponderis quod debebatur, duplum fiſci rationibus per vigorem officij præſidis inferre cogatur. Quod autem ſuſceptores iudice cuius intereſt negligente violauerint: ex ipſius iudicis facultatibus ſarcietur. DAT. XIIII. KAL. AVG. PAVLINO ET IVLIANO COSS. B C

Scripta eſt ad rationalem trium prouinciarum, id eſt, Siciliæ, Sardiniæ, & Corſicæ, vt conſtat ex Notitia imperij, & l.1.C.Th.com.diuid. Id verò ea continetur, vt aurum quod infertur ſuſceptores confeſtim recipiant, vel ſi per eos mora fiat, vt de eo publicè conteſtationem collator faciat, vt in l.4.§.de col.fun. pat. cuius hæc erunt effecta: collator non incidet in commiſſum, quia per eum non ſtat quominus fiſco fundorum ſuorum nomine aurum exſoluat: collator liberabitur: collatori dabitur apocha perinde ac ſi re vera ſoluiſſet, & damnum fiſco ſuſceptor reſarciet in duplum iudice imminente, vel ipſe iudex ſi in ſuſceptore exigendo negligens fuerit. Oblatio igitur ſola collatorem liberat. quod non ita fit in priuatorum cauſis, niſi oblationem oblatæ pecuniæ peremptio ſequatur. His de auri ponderatione adiectum fuit quod eſt relatum in l.1.tit.ſeq. quæ eandem inſcriptionem & ſubſcriptionem habet. D

II. IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD SECVNDVM PP. Iuxta inueteratas leges nominatores ſuſceptorum, & eorum qui ad præpoſituram horreorum & pagorum creantur, obnoxij teneantur, ſi minus idonei ſunt, qui ab eiſdem fuerint nominati: nec quidquam ex eorum ſubſtantia, celebrata per interpoſitam perſonam emptione, mercentur. DAT. III. KAL. AVG. CP. VALENTINIANO ET VALENTE AA. COSS. E

Suſceptores canonum & præpoſiti horreorum creantur fide & periculo nominatorum. quod ius vetuſtiſſimum eſt. l.8.§. Nominator ex nominati bonis emere nihil poteſt per ſe vel per alium. quod quaſi ſingulare notandum. Nemo dicet fideiuſſorem, quem inexcuſſo principali conuenire licet, nihil poſſe emere ex principalis bonis. At nominatorem, quem inexcuſſo nominato conuenire non licet, dicemus hac lege ex eius bonis emere nihil poſſe, ne ſcilicet qui idoneum eum eſſe præſtare debet, cum eo contrahendo quominus ſit idoneus, efficiat. F

III. IIDEM AA. AD MAMERTINVM PP. Suſceptores noui non modò præſentis anni debita, verùm etiam ſpecies, quas ex reliquis inferunt, quia nouæ ſunt adcreſcentes, ſuſcipiant. DAT. PRID. KAL. NOV. ROMÆ VALENTIN. ET VALENTE AA. COSS.

Suſceptorum munus annuum eſt. l.4. Suſceptores annonarum noui non tantùm hoc anno debita recipiunt, ſed etiam reliqua anni præteriti, quandoquidem ea implentur ex horum nouis ſpeciebus, atque ita noui ſuſceptores noua ſuſcipiunt, ſiue ex præſenti ſiue ex præterito debeantur. Pro *adcreſcentes*, rectius in Cod.Th. *ac recentes*. G

IIII. IIDEM AA. AD FLORENTIVM C. S. L. Neminem

ſuſcepti

A susceptionis munere functum ad idem munus adstringi, nisi se prius vinculo sollicitudinis superioris absoluerit. Nam neque eos qui placuerint, grauare iusti est: neque eos qui displicuerint, tenere prudentis. Integro igitur singuli anniuersario anno transcurso cogantur exponere, quibus titulis suscepta disperserint: vt facilius, si quis in furto fuerit deprehensus, recentem queat redintegrare iacturam. Non perpetui autem exactores teneantur in continuata vexandorum prouincialium potestate velut concussionum dominatione, sed per annos singulos iudiciaria B sedulitate mutentur: nisi aut consuetudo ciuitatis, aut raritas ordinis eos per biennium esse compellat. DAT. XV. KAL. OCT. MANTEBRI GRATIANO NB. P. ET DAGALAIFO COSS.

Hæc lex conflata est ex l. 11. & 22. C. Th. eod. tit. quæ sunt diuersorum Imperatorum. At Tribonianus primæ inscriptionem & subscriptionem retinuit, non secundæ. quod nesciens Haloander, malè inscriptione assumpta secundæ, hanc facit octauam. Id autem est ex prima, id est, ex l. 11. vt C anno finito susceptionis rationem reddant, nec ad idem munus antè vocentur, quàm rationem reddiderint. Ex secunda, id est, ex l. 22. vt singulis annis susceptores mutentur, nisi more ciuitatis soleant fieri in biennium, vel nisi raritas hominum (sic legendum, non *auctoritas*, græcè τὸ *ἀπάνθρωπον*) eos in biennium creari cogat.

V. IIDEM AA. AD GERMANIANVM C. S. L. Quotienscunque certa summa solidorum pro tituli qualitate debetur, & auri massa transmittitur: in septuaginta duos solidos libra feratur accepta. DAT. VI. ID. IAN. ROMÆ LVPICINO ET IOVINO COSS.

D

Constitutum fuit vt solidi ex quocunque titulo fiscali collecti in massam auri redigerentur, atque ita pro solidis massa ad comitatum transmitteretur. l. 12. & 13. C. Th. eod. & inde in aula, Scrinium aureæ massæ. proinde interest scire quanti libra auri æstimetur, vt sciatur illata massa, quot solidi illati sint. Et lex libram auri LXXII. solidis siue aureis æstimat. & ideo centesimæ vsuræ definitio cùm hæc primùm fuisset, quæ in centenos aureos quotannis reddit duodenos. deinde, quæ in centenos reddit duodenos semis, vt Iustiniani & Leonis Nouellæ docent: ad extremum hæc obtinuit, quæ in centenos reddit XVI. semis & quatuor siliquas. nam in libram, quæ est solidorum LXXII. XII. reddit auctore Harmenopulo. quod & Zonaras significat in Nicæni c. 17. his verbis: *ὥσπερ τοῖς νῦν αἱ λίτραι μέχρι τῶν ἑβδομήκοντα δύο ἀριθμοῦνται, οὕτως τοῖς παλαιοῖς αἱ ἑκατοντάδες ἦσαν· καὶ ἦν ὁ τόκος τῶν ἑκατὸν νομισμάτων νομίσματα δώδεκα. διὸ καὶ ἑκατοστιαῖος ἐλέγετο ὡς ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν ἀναφερόμενος.* Sed de his in tit. seq. alia quædam. E

VI. IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD CHILONEM. Frumenta quæ horreis inferuntur, pro illationis modo ilico apocharum cautionibus adnotentur, non autem oportet in horreis fiscalibus, nisi fiscalia frumenta constitui. DAT. F V. ID. APR. TREV. POST CONSVLATVM GRATIANI AA. III. ET EQVITII V. C.

Vt apochis frumenti horreis illati quantitas adnotetur. vt in horrea fiscalia non nisi frumenta fiscalia reponantur. Pertinet hæc lex ad præpositos horreorum.

VII. IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEOD. AAA. HAVE HYPATI K. N. Diu minimè penes ipsos susceptores G maneat facta collatio, sed statim quodcunque à prouincialibus fuerit exsolutum, sacris thesauris inferatur. DAT. III. KAL. MAI CP. POST CONSVLATVM ANTONII ET SYAGRI.

Dixi in l. 1. §. de can. larg. tit.

VIII.

VIII. IIDEM AAA. CYNEGIO P.P. Exactores vel susceptores in celeberrimo coetu curiæ, consensu & iudicio omnium, sub actorum testificatione firmentur: prouinciarumq; rectoribus eorum nomina, qui ad publici munus officij editi atque obligati fuerint, innotescant: & animaduertant quicunque nominauerint, ad discrimen suum vniuersa quæ illi gesserint, redundare. DAT. VI. KAL. NOV. CP. HONOR. N. P. ET EVODIO COSS.

Ordo curiæ exactores vel susceptores creat suo periculo, & creationem insinuat præsidi, excipiendi sunt susceptores rei priuatæ, quorum creatio ad curiam non pertinet. l. 9. §. de iis. fis. & susceptores vestium, quorum creatio pertinet ad proconsulare officium. l. pen. hoc. tit. l. 4. C. Th. eod.

IX. IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCAD. AAA. CYNEGIO PP. Modios æneos vel lapideos cum sextariis atque ponderibus per mansiones singulasq; ciuitates iussimus collocari: vt vnusquisq; tributarius, sub oculis constitutis rerum omnium modis, sciat quid debeat susceptoribus dare: ita vt si quis susceptorum conditorum modiorum sextariorumq; vel ponderum normam putauerit excedendam, pœnam se sciat competentem esse subiturum: & submotis quæ contra vtilitatem populorum omnium hactenus gesta sunt, frumenti quinquagesimas, ordei quadragesimas, vini & lardi vicesimas susceptoribus dari præcipimus. Humanitatis autem necessitate commoti, susceptoribus in Armeniæ susceptionibus longinquitatis causa frumenti & ordei quadragesimas, vini & lardi quintasdecimas dari præcipimus. DAT. IIII. KAL. DEC. CP. HONORIO N. P. ET EVODIO V. C. COSS.

Hæc Constitutio iubet vt in singulis stationibus & ciuitatibus mensuræ ac pondera publicè collocentur, ne quid supra modum debitum à collatoribus exigatur, & vt susceptores puniantur, qui vltra modum exegerint: qua de re & in l. pen. §. de desen. ciu. & No. 128. Et vt susceptoribus ἐπίμετρον detur (sic vocatur aptissimè in l. 15. C. Th. eo.) frumenti quinquagesima, hordei quadragesima, vini & laridi vicesima, amplius in Armenia, frumenti puta & hordei quadragesima, vini & laridi quintadecima. id & Mantisam veteres vocasse videntur.

X. IIDEM AAA. CYNEGIO PP. Susceptores præsentibus desensoribus, & modum iugationis possessorum, & species singulas, vel earum numerum quantitatemq; perscribant. DAT. IIII. KAL. DEC. CP. TIMASIO ET PROMOTO COSS.

Vt præsentibus defensoribus ciuitatum, qui quasi quidam Tribuniplebis sunt, susceptores perscribant modum iugationis cuiusque, & species singulas quas fisco inferri oportet, vel earum quantitatem.

XI. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. BENIGNO VIC. VR. ROMÆ. Securitates semel publicatas & gestis lectas, vini susceptoribus imputari: & cœptam arcæ discussionem volumus in apertum quæsita ratione deduci, & omnes publicas securitates, quæ gestis tenentur, à susceptoribus accepto ferri. DAT. VI. ID. IVN. MED. STILICHONE ET AVRELIANO COSS.

Vt apochæ apud acta publicatæ omnimodo vini susceptoribus imputentur, & vt cœpta arcæ vinariæ discussio rationisq; redditio perficiatur & publicetur, Arca hoc loco vinariam significat, de qua & in l. 3. C. Th. de cal. coct.

XII.

A XII. IIDEM AA. POMPEIANO PC. AFRICÆ. Si aliquid à susceptore vel à tabulario fraudis admissum esse possessor deprehendat: nemo eorum semel interuersione conuictus, id rursus officium gerat, in quo antè decoxit, & si rescriptum nostrum elicitum clandestina supplicatione detulerit. DAT. PRID. KAL. IAN. MED. STILICHONE ET AVRELIANO COSS.

B Ne tabularij vel susceptores in eo munere aliquid euertisse & decoxisse conuicti, idem postea repetere possint. Huic legi coniungenda est l.1.§.ad leg.Iul.de amb. quæ eandem inscriptionem & subscriptionem habet. At non de iis muneribus loquitur, sed de officiis quæ operam suam accommodant viro spectabili proconsuli Africæ, vt ne princeps officij vel numerarius vel commentariensis vel ducenarius vel primiscrinius ea officia repetant. Munera possunt repeti, nisi quis in eis decoxisse conuictus fuerit. Illa officia nullo modo. quod & ad eundem modum constituitur de officiis ducis Libyæ in l.pen.C.Th.de numerar. **Clandestina.**] Clandestina, hoc est, obreptitia. At rescriptum præf. prætorio insinuatum valere puto, arg.l.si quis.ꝭ.de coh.prin.l.2.& 5.ꝭ.de diu. off.

C XIII. IIDEM AA. ET THEODOSIVS A. LVCIO COM. S. L. Duos tabularios seu numerarios, & susceptores totidem per vniuersas prouincias oportere constitui, clementia nostra præcepit. scire autem volumus prætorianam amplissimam præfecturam, eos qui aurum largitionale susceperint, nihil cum arcæ ratiociniis habere commune: iudices autem prouinciarum quinque libris auri multandos, & primates officiorum capitali pœna plectendos, si hoc non fuerit custoditum. D DAT. VI. KAL. FEB. BASSO ET PHILIPPO COSS.

Vt in singulis prouinciis duo sint tabularij & duo susceptores, quorũ vnus scilicet largitionales titulos tractet, alter arcæ præfectorum prætorio rationem, & vt ne horum officia cõfundantur, largitionalium puta & arcariorum. quod habuimus etiam suprà de can. larg tit. l.3. & repetemus in l.4.ꝭ.de numerariis. Cur autem vt in hac lege Tribonianus adiecit, *Seu numerarios*, ita in d.l.4. *Numerarij qui &c.*, quæ non erant in codice Theodosij, operæ pretium est ostendere. Et animaduerti in officio magistratuum eodem prorsus munere fungi numerarios, quo & tabularios in ciuitatibus & curiis. Tabularij chartas publicas administrare dicuntur l. pen.§.tit.prox. Et numerarij in l.6.C.Th. de numer. Tabularij rationes supputant.l.2.§.de iu.fis.l.vlt.D. si men.fal.mod.dix. Seneca 12. Epist. *Non esse feliciorem cuius patrimonium tabularios lassat.* Numerarij item, quod nomen ipsum notat satis. E A numerando enim dicti sunt numerarij. Augustinus 2.de lib.arb. *Multos noui numerarios aut numeratores vel si quo alio nomine vocandi sunt, qui summè atque mirabiliter computant.* At tabularij conditionales sunt. Numerarij non item. Excipiuntur numerarij præsidum & consularium, quibus & ob eam rem conditionale tabulariorum nomen imponitur. L. 2.ꝭ.de numer. cui consequenter in Notitia Romani imperij consulari Campaniæ, correctori Apuliæ & Calabriæ, præsidi Dalmatiæ pro numerario tabularij duo tribuuntur. Vt igitur intelligeretur in hac lege, & in d.l.4. non de tabulariis ciuitatum, sed de tabulariis rectorum prouinciarum agi, qui olim numerarij dicebantur, ideo illa quæ notauimus adiicienda esse, meo quidem iudicio, Tribonianus censuit.

F XIIII. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. EVCHARIO. Humilioribus officiis aut extraordinariis oneribus occupari curiales non patimur, ne publica vacillet vtilitas. Susceptionem itaque vestium æquius est ab officio proconsulari, vel ab his qui in eodem meruerunt, solenniter procurari. Horum namque interest huiusmodi explorare rationem, & quærere qualitatem eorum, quorum ad constituendum commodior cura est. Neque enim æquum est, vt ad officium G lucra, ad curialem susceptionis tantùm damna pertineant. hanc igitur ab ordinibus iniuriam submouemus: exceptis his si qui curialium in officio memorato aut militasse aut militare fuerint deprehensi. DAT. PRID.

PRID. KAL. MAR. RAV. HONOR. VIIII. ET THEODOSIO V. AA. COSS.

De hac lege scripsimus Obs. 2. c.8. Quod ait, *solemniter*, significat solere officia proconsularis hanc susceptionem procurare. l.4. C. Th. eod. tit.

XV. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. VOLVSIANO PP. Aurum siue argentum quodcunque à possessore confertur, arcarius vel susceptor accipiat, ita vt prouinciæ moderator eiusq; officium ad crimen suum nouerit pertinere, si possessoribus vllum fuerit ex aliqua ponderum iniquitate illatum dispendium: & quidquid ex prouinciis ad nostrum dirigetur ærarium, id ad illustres viros ærarij nostri comites relatione deferatur. DAT. III. KAL. MAR. RAV. POST CONSVLATVM FELICIS ET TAVRI VV. CC.

Vt cura præsidum & officialium eorum à susceptoribus vel arcariis prouinciales iniquis ponderibus non lædantur: & vt quod ad comitatum transmittitur, ad Comites largitionum & priuatarum referatur. Probo, quod adiicitur in codice Theodosij, *Et ad eminentiam tuam*, id est, ad præf. prætorio, propter antè habitam de arcariis mentionem.

## *De ponderatoribus & auri illatione.* *Tit. 72.*

I. IMP. CONSTANTINVS A. AD EVFRAXIVM RATIONALEM TRIVM PROVINCIARVM. Aurum quod infertur à collatoribus, si quis vel solidos voluerit, vel materiam adpendere: æqua lance & libramentis paribus suscipiatur. PP. XIIII. KAL. AVG. PAVLINO ET IVLIANO COSS.

Constituitur hac lege, vt aurum quod fisco infertur à prouincialibus siue in solidis consistat siue in massa obryzæ, æqua lance & libramentis paribus appendatur & suscipiatur, quæ verba Græci malè accipienda censent, secundum l.5. §. tit. prox. & rectius in Codicis Theodosiani eodem tit. ea ad stateram referuntur, quæ vnam tantùm habet lancem non duas, sicut libra, vt dum aurum appenditur, æqua sit ea lanx, æqua momenta, æquum examinis libramentum. Quinimò, quod amplius est, in eodem titulo non consentit cum l. 5. §. tit. prox. secundum quam solidus est sexta pars vnciæ. At secundum eam quæ est in illo tit. Cod. Th. de ponderat. Constantini legem, solidus est septima pars vnciæ. Libra igitur auri solidorum LXXXII. quam l. 5. facit LXXII. Consentit vtraque in hoc, vnciam esse duodecimam partem libræ, solidum constare scriptulis quatuor. Sed vnciam vna constituit ex scriptulis XXIIII. quæ vulgaris est definitio, altera ex scriptulis XXVIII.

II. IMP. IVLIANVS A. AD MAMERTINVM PP. Quoties de qualitate solidorum orta fuerit dubitatio, placet, quem sermo græcus appellat zygostaten, per singulas ciuitates constitutum, qui pro sua fide atque industria, neque fallat, neque fallatur, contentionem dirimere. DAT. VIIII. KAL. MAI SALONÆ IVLIANO A. IIII. ET SALLVSTIO COSS.

Vt in singulis ciuitatibus sint ponderatores siue ζυγοστάται, quorum iudicio nummi probentur, &, vt fieri solere Iustin. indicat edicto XI. signa etiam ponderum ab eis nummis imprimantur. Inde Synesius Asclepiodoto. ὡς ἀπηκριβωμένον, ὡς ἰσοστάσιον, ὡς κεχαραγμένον τῇ δημοσίᾳ σφραγῖδι τὸ χρυσίον. ex quo apparet quanta in explorandis probandis've nummis olim diligentia fuerit adhibita, quam in Queruli Comœdia Pseudoplautus notans, *Quid*, ait, *tam simile quam solidus solido? Etiam hic distantia*

A *ſtantia quæritur in auro, vultus, ætas & color, nobilitas, literatura, patria, grauitas atque adſcriptulos quæritur in auro plus quàm in homine.*

## *De auri publici proſecutoribus. Tit. 73.*

I. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ANTHEMIO PP. Auri proſecutores partim nulla præmiſſa (vt adſolet) proſecutoria aurum præſumunt, partim diutius retentant, quod ſtatim fuerat B adſignandum. Ideoque cenſemus ne quis abſque præcepto viri illuſtris Comitis ſacrarum largitionum, vel coquendum aurum ſumat, vel capiat deinceps retinendum. DAT. XIII. KAL. AVG. HONOR. VIII. ET THEOD. III. AA. COSS.

In tranſmiſſionem auri ſacrarum largitionum proſequutores conſtituuntur, ſed non ſine proſecutoria, id eſt, præcepto comitis largitionum. *Coquendum*, id eſt, conſumendum, interuertendum. C Aurum publicum dicitur, quod ærario publico, id eſt, theſauris & largitionibus infertur. Sic verò proſecutores frumentorum Caſſiodorus dixit lib. IIII. Proſecutores equorum l.1. ꝟ. de tractor. & ſtat. Proſecutores publicarum functionum l.9. ꝟ. de curſ. public. Proſecutores reorum l. ſolent. D. de cuſt. reo.

## *De iis quæ ex publica collatione illata ſunt non vſurpandis. Tit. 74.*

D I. IMP. CONSTANTINVS A. Nullus iudicum id quod à republica ex collatione ſuſceperit, mutui interuentione oppoſita vel inuadat, vel conetur inuadere. DAT. PRID. NON. MAR. TREV. PAVLINO ET IVLIANO COSS.

De iis qui ex publicis rationibus mutuã pecuniam accipiunt, eſt tit. VI. huius libri. Hæc de præſidibus qui mutuam dant. Sequens generaliter de omnibus qui mutuam eam dant, vel alio quouis modo vſurpant.

E

II. IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOS. AAA. HAVE LAMPADI K. N. Nullus penitus ex eo quod refertur in conditis, vel in arca continetur, ad quemlibet titulum vſurpet: niſi fortè præſumendi facultatem ſublimium poteſtatum iuſſione perceperit. DAT. III. ID. APR. CP. ANTONIO ET SYAGRIO COSS.

F *Conditis.*] horreis. l. vlt. ꝟ. de cond. in pub. hor.

III. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MESSALÆ PP. Sciant iudices, nihil ſibi ex priuatæ rei canone, vel ex eo quod ex iiſdem titulis exegerint, ad neceſſitates alias transferre licere: niſi malint grauiſſima ſeueritate ſuam licentiam coërceri. DAT. XVI. KAL. IVN. MEDIOL. THEODORO COS.

G Superiores ſunt de iis quæ inferuntur largitionibus vel arcæ præfectorum. Hæc de iis quæ inferuntur ærario priuato, vt ex priuatiano canone, ſicut Græci loquuntur hoc loco, præſides nihil vſurpent, & repetita eſt l. vlt. ꝟ. de colla. fun. patr. ex qua intelligitur hæc verba, *Ex iiſdem titulis*, ad patrimoniales & emphyteuticarios fundos referri.

## *De auro coronario.* *Tit. 75.*

A

I. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEOD. AAA. CYNEGIO PP. Ad collationem auri coronarij placuit neminem absque consuetudine esse cogendum. DAT. XV. KAL. FEB. CP. RICHOMERE ET CLEARCHO COSS.

Aurum coronarium in aliis auctoribus sunt aureæ coronæ, quæ triumphantibus offeruntur, sicut æs coronarium, æneæ coronæ histrionum apud Plinium lib. 33. c. 9. & lib. 34. c. 8. In Constitutionibus nostris aurum coronarium est quod in coronis aureis decuriones principi offerunt amore proprio, vt ait l. 4. C. Th. de au. cor. vel indulgentiarum lætitia vel rebus prospere gestis, vel alia ex causa. Pio oblatum adoptionis suæ causa fuisse Capitolinus scribit. Item Satrapæ. l. vlt. C. Th. de au. cor. Et Iudæi. l. pen. §. de Iudæis. Solebant id olim Iudæi quotannis conferre patriarchis Hierosolymitanis. Cicero pro Flacco: *Cum aurum Iudæorum nomine quotannis ex Italia & ex omnibus vestris prouinciis Hierosolymam exportari soleret.* Verùm Imperatores Romani id aurum Iudaicum postea sibi vindicarunt, quod his verbis hoc loco Græci explicant rectè. Ἐπειδὴ οἱ Ἰουδαῖοι παρεῖχον ὑπὲρ τοῦ γενέσθαι στέφανον τῷ ἑαυτῶν ἱερεῖ καθ' ἕκαστον ἔτος ῥητὴν ποσότητα χρυσίου, εἴωθεν ὁ τοῦ τοιούτου στεφάνου χρυσὸς εἰς δημοσίαν καταβολὴν μετοχετεύεσθαι καὶ περὶ αὐτοῦ διαλέγεται ὁ τίτλος. Iidem ad d. l. pen. id vocant στεφανωτικὸν κανόνα.

B C

## *De irenarchis.* *Tit. 76.*

I. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ANTHEMIO PP. Irenarchæ qui ad prouinciarum tutelam quietis ac pacis per singula territoria faciunt stare concordiam, à decurionibus iudicio præsidum prouinciarum idonei nominentur. DAT. VIII. KAL. IAN. CP. HONORIO VIII. ET THEOD. III. AA. COSS.

D

De Irenarchis diximus in l. 9. §. de iu. fis. & Obseruationum lib. 1. Hos sustulerant Impp. Honorius & Theodosius, sed cùm Iustiniano probarentur, illorum Constitutionem Tribonianus in Iustiniani sententiam detorsit.

## *De argenti pretio quod thesauris infertur.* *Tit. 77.*

E

I. IMP. ARCAD. ET HONOR. AA. EVTYCHIANO PP. Iubemus vt pro argenti summa, quam quis thesauris fuerat illaturus, inferendi auri accipiat facultatem: ita vt pro singulis libris argenti quinos solidos inferat. DAT. XI. KAL. MAR. CP. CÆSARIO ET ATTICO COSS.

Diximus de hac lege in l. 1. §. de col. æris. Pro argento sacris largitionibus inferri aurum potest. Argenti libra æstimatur argenteis 1. x. l. 1. C. Th. de exp. lud. aureis quinque.

F

*Explicit liber decimus.*

# IAC. CVIACII I. C. AD LIB. XI. CODICIS DN. IVSTINIANI COMMENTARII.

## *De lustralis auri collatione.* Tit. I.

Lustrale aurum χρυσάργυρον dicebatur. Id Euagrius & Zonaras describunt eleganter, & quartò quoque annò pendi solitum narrant, id est, singulo lustro. Onus erat negotiatorum & mercatorum (& ob id aurum negotiatorium à Lampridio dicitur in Alexandro) quorum appellatione etiam tenuiores continebantur, qui quid corrogata stipe sibi comparabant, meritoriæ puellæ & fœneratores, non tamen qui vernacula distrahebant, vel qui manu sibi victum adquirebant, veluti figuli & fabri, non veterani, clerici, copiatæ intra certum pecuniarum modum. Erant & res quædam huic muneri obnoxiæ ex lege testatoris vel fisci, vt constat ex l. vlt. C. Th. de lustr. conlat. & ex constitutione Anastasij, cuius sententiam exponam infrà. Erant & propria quædam eius perpensitationis scrinia. De ea accipienda est l. 4. §. de epis. & cler. & l. 1. §. de com. & mercat. quæ sumpta est ex l. 5. C. Th. de lustra. conlat. sicut & l. 1. §. de epis. aud. Sed hæc ita à Triboniano composita & concinnata est, vt ad aurariam pensionem referri nullo modo possit: hoc q; duntaxat exprimat, Christianos, videlicet episcopos, curare debere ne in mercando negotiatores modum excedant, etiam si ad domum principis pertineant, vt si conductores sint domorum diuinarum. Sunt & alia mercatorum onera, veluti siliquaticum & monopolium. & ideo hæc tria his verbis Cassiodorus ita rectè coniunxit lib. II. *Qui ita commercium negotiationis exerceat, quatenus nec Monopolij nec Siliquatici nec aurariæ aliquid pensionis impendat.* Siliquaticum in nundinis exigitur ob venditionem proponendam, vt idem auctor significat lib. III. quod Græci κερατισμὸν appellant. Monopolium ab eo exigitur, qui monopolium beneficio principis exercet, quo tamen vti hodie nō licet ex l. 1. C. de monop. vbi quod de echium monopolio, bellissimè explicabitur ex Plinij lib. VIII. cap. XXXVII. Sed vt ad aurariam collationem redeamus, hanc Anastasium Imperatorem sustulisse Euagrius & Zonaras & multi alij auctores sunt. Itaq; duas Constitutiones græcas, quæ sub hoc titulo desiderantur, arbitror Anastasij fuisse. Prioris sententia extat lib. LVI. βασιλικῶν tit. XII. his verbis:

I. *Συγχωρεῖ πᾶσιν, εἰς τέλειον τὴν συντέλειαν τὴν τοῦ χρυσαργύρου, ἐξῃρημένων τῶν πόλεων ἢ κωμῶν τῶν λαβουσῶν τι κατὰ τελευταίαν βούλησιν ὑπὲρ τοῦ συντελεῖν τοῦτο, ἤγουν ἐὰν ἀπὸ τοῦ δημοσίου δέδοταί τι ὑπὲρ τοῦ συντελεῖν τοῦτο. οἱ δὲ τὸ τέλος τοῦτο παρέχοντες ἄδειαν ἐχέτωσαν εἴτε ἐν Κωνσταντινουπόλει εἴτε ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καταβάλλειν αὐτὸ εἴτε τὸν τέταρτον κατ' ἐνιαυτὸν εἴτε ὑπὲρ τετραετίαν δίχα μέντοι ζημίας καὶ διαστροφῆς. Εἰ δέ τι ἐκ περιττοῦ εἰ μετὰ τὸ τοιοῦτο τέλος ἀναλισκέσθω εἰς ἀναγκαίας χρείας τῆς πόλεως οἷον ἔργα ἢ σιτωνίαν ἢ φῶτα ἢ τὰ ὅμοια. ἑκατὸν δὲ λίτρας ὁρίζει πρόστιμον τῇ σχολῇ τῶν παλατίνων. καὶ τοῖς ἄρχουσι καὶ τῇ τάξει καὶ τοῖς πολίταις εἰ ταῦτα παραβαθείη ποτέ.* Remittit omnibus prorsus collationem auriargenti, exceptis ciuitatibus aut vicis, qui quid vltima voluntate sub hoc collationis onere acceperunt, vel si quid à fisco eadem lege datum sit. Qui verò tale onus agnoscunt, in eorum arbitrio sit

id soluere Constantinopoli vel in prouincia, siue quarto quoque anno siue vltra quadriennium, sine damno & peruersitate vlla. Ac si quid eo illato superfit, id in alias ciuitatis necessitates impendatur, veluti opera aut frumenti coëmptionem aut lumina aut similia. Constituit autem pœnam c. librarum scholæ palatinorum & præsidibus & cohorti & municipalibus, si hæc quandoque non obseruauerint. A

Quod ait *lumina*, balneorum intelligit, vt in l. quia plurimæ. ℥. de oper. pub. Posterioris Constitutionis σύνοψις hæc est. B

II. *Μηδεὶς διαγραφέσθω εἰς θεωρητικὰ ἢ ἄλλα τινὰ προφάσει τῆς κουφισθείσης τῆς συντελείας τοῦ χρυσαργύρου. ἐπεὶ ἡ προειρημένη ποινὴ ἐπικείσεται.* Ne quis, quòd sit releuatus auri atque argenti collatione, describatur in spectacula vel alia quædam. alioquin supradicta pœna imminebit.

Θεωρητικὰ verto spectacula, vt in Constitutione quib. mun. exc. ij qui post imp. mil. C

## *De nauiculariis seu naucleris publicas species transportantibus.* Tit. 2.

I. IMP. CONSTANTIVS A. ET IVLIANVS CÆSAR OLYBRIO P. V. Nullam vim oportet naucleros sustinere, delegatas species annonarias transferentes, nec concussiones perpeti, nec aliquod genus incommodi, sed venientes ac remeantes omni securitate potiri: decem librarum auri multa proponenda his, qui eos inquietare tentauerint. DAT. KAL. IVN. ROMÆ CONSTANTIO VIIII. ET IVLIANO CÆS. II. COSS. D

Certum fuit in vrbe nauiculariorum corpus. l. 1. §. 1. D. quod cuiusque vniuers. l. 5. §. licet, & §. vlt. D. de iu. im. l. 1. ℥. de her. dec. ex quibus alij annonæ vrbis seruiebant, alij lignis ad lauacra, alij aliis necessitatibus publicis. De lignariis in l. 10. C. Th. eod. tit. & Symmachus. 1. Epist. *Nauicularios lignorum obnoxios functioni.* Fuit & in prouinciis vt Zonaras indicat in Nicephoro [illegible] *γεωργῶν*. Hi immunitatem habent ceterorum munerũ, & huic dũtaxat functioni nauiculariæ obnoxij sunt tam ipsi quàm prædia eorum. Et annonam vrbis transuehentes nec detineri vlla ratione, nec exactionem vllam pati possunt, vt hac lege constituitur, quæ huic facinori indicit multam x. librarum auri, fisco scilicet inferendam. quò spectat etiam l. 1. ℥. de lit. & itin. cust. l. 5. & 17. C. Th. de nauicul. E

II. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EVSEBIO PP. Comperimus naucleros susceptas species in negociationis emolumenta conuertere. Ideoque decernimus, vt intra annum, quas susceperint, species inferant, & securitates reportent, quæ etiam diem illationis edoceant, vt intra alterum annum eis reddantur, à quibus species præstitæ sunt. DAT. X. KAL. IAN. MED. ARCADIO IIII. ET HONOR. III. AA. COSS. F

Nauicularij suscepta annona publica transuehenda, ex ea negotiari vetantur, & intra annum susceptam eam publico inferre iubentur acceptis securitatibus, id est, apochis, (Relatoriæ dicuntur in l. 8. C. Th. eod.) quas intra alium annum referre iis debent, à quibus annonam susceperunt, vt apud eos constet suscepti oneris ratio & nauiculariorum fides ac diligentia. G

III. IID

A III. IIDEM AA. FLAVIANO P. V. Ab iis qui in naucleros prædas egerunt, volumus eorum commodis satisfieri. & ideo ne crescat in posterum eorum audacia, sancimus vt quicunque in rapinis fuerit deprehensus, pœna quadrupli teneatur. PP. ROMÆ IN FORO APRONIANI VIIII. KAL. FEB. STILICHONE ET AVRELIANO COSS.

B Vt qui quid nauiculariis diripuerint, rem eis & indemnitatem præstent, & extra rem pœnam quadrupli. Itaque hæc actio non est vi bonorum raptorum, in qua non extra rem quadruplum est, sed propria quædam actio in eos qui rapinam nauiculariis faciunt. Huic legi forsitan coniungenda est l.pen.§.de exc.tut. quæ eandem inscriptionem habet & eosdem Coss. diem & locum diuersum, quia hæc propositæ, illa datæ legis.

IIII. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ANTHEMIO PP. Cùm nauarchorum cœtus circa prouincias Orientis C inopia nauium titubaret, & inuestigandæ classis obtentu insularum secessus obiret, & nauigandi oportunitate transacta iudiciorum indignatio sine transuectionis expectaretur effectu: meritò celsitudo tua præfecto augustali & insularum præside conuentis, Alexandrinæ & Carpatiæ classis summates & nonnullos alios naucleros eo professionis adduxit, vt onus frumentarij commeatus, quod per Orienrales nauarchos ex Alexandrinæ ciuitatis conditis consueuerat ad sacratissimam vrbem D transferri, in suam fidem susceptum ad eadem augustissimæ vrbis horrea comportarent: solatiis pro mercedula præstitis ex tributariæ pensitationis immunitate, & eo quod vocatur φιλικὸν, necnon etiam aliis, quæ cognitionis tuæ limauit examen. DAT. XIIII. KAL. FEB. HONORIO VIII. ET THEOD. III. AA. COSS.

Laudat factum Anthemij P. P. Orientis, qui cùm cerneret nauicularios diœceseos Orientis plus E nimio occupatos in conquirendis nauibus, nec suo tempore ex Alexandria, vt solebant, annonam allaturos, per præf. Augustalem, sub quo erat Aegypti diœcesis, à nauiculariis Alexandriæ vrbis & per præsidem insularum, Cycladum scilicet & Sporadum, quæ sunt in Asiana diœcesi, à nauiculariis Carpathiæ insulæ eam transuehi procurauit, pro mercede eis data tributorum immunitate, & eo quod dicitur φιλικὸν, id est, amicale, quòd detur amicè: & hoc, si quid simile contigerit, ad eundem modum obseruari oportere existimandum est deficientibus nauiculariis Orientis, vt annonæ vrbis seruiant Aegypti & Asianæ diœceseos nauicularij. Quem vocant præsidem insularum, Græci L. III. βασιλικῶν vocant Comitem, quòd sic eo tempore vocaretur ciuili, vt verisimile est, & militari potestate permista.

F V. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTIN. AA. ANTHEMIO PP. Qui fiscales species suscepit deportandas, si recta nauigatione contempta, littora deuia sectatus, eas auertendo distraxerit: capitali pœna plectetur. DAT. XIIII. KAL. AVG. CP. HONORIO VIII. ET THEOD. III. AA. COSS.

Capite damnatur nauicularius qui annonam vrbis aliò auertendo distrahit. Græci non capite, sed G quadruplo scripserunt propter Nouellam Leonis L XII. In causa priuatorum est propria actio oneris auersi in duplum.

VI. IIDEM AA. FAVSTINO PP. Iudices qui in portubus diœceseos suæ onusta nauigia, cum prosperior flatus inuitat, sub præ-

textu hyemis immorari permiserint: vnà cum municipibus & corporatis eiusdem loci fortunarum propriarum feriantur dispendiis. naucleri præterea pœnam deportationis excipiant, si aliquid fraudis eos admisisse fuerit reuelatum. DAT. XVIII. KAL. SEP. RAV. VARANA. V. C. COS.

A

Ne si sit *παραμονή*, quo verbo Græci vtuntur in hanc legem, prætextu hiemis nauicularij in portubus immorentur, & vt confiscentur tam iudices quàm municipes & corporati qui id fieri permiserint: nauicularij autem deportentur. Corporatos vocat, veluti suarios, boarios, pecuarios, & alios negotiatores. B

## *De prædiis & omnibus rebus nauiculariorum.* Tit. 3.

I. IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD AVRELIANVM PF. ANNONÆ. Domum etiam mansuetudinis nostræ in his, quæ nauiculario nomine obnoxia sunt, agnoscere præcipimus debitam functionem. DAT. III. KAL. OCT. LVPICINO ET IOVINO COSS. C

Prædia nauicularíæ functioni obnoxia, etiam si ad sacram domum peruenerint, eo onere non soluuntur. ergo etiam domus sacra pro rata prædiorum nauarchicas pensiones præstat.

II. IIDEM AA. ET GRATIANVS A. CHILONI PROCONS. AFRICÆ. In his quæ nauicularij vendunt (quoniam intercipere contractum emendi vendendique fas prohibet) emptor nauicularij functionem pro modo portionis comparatæ subeat. res enim oneri addicta est, non personæ mercatoris. Neque nauicularium iubemus fieri eum, qui aliquid comparauit, sed eam partem, quæ empta est, pro suo modo ac ratione esse munificam. nec enim totum patrimonium ad functionem nauiculariam occupandum erit, quod habuerit, qui rei exiguæ mercator accessit: sed illa portio, quæ ab initio nauicularij fuit, ad pensionem huiusmodi functionis sola tenenda est: residuo patrimonio, quod ab hoc vinculo liberum est, otioso & immuni seruando. Domus verò, quarum cultu decus vrbium potius, quàm fructus adquiritur, vbi à nauiculariis veneunt: pro tanto modo ad hanc pensionem obligari placet, quantum habebant emolumentum, cùm pecunia mutuaretur. Vbi verò spatium loci & exiguitas nullam habuit pensionem, aut extructio, cuius est ardua difficilisque molitio, aut decus sumptuosum, aut (vt est plerunque liberale institutum) habitationem quis suam vrbis ornamento adiecit, nolumus munificentiam, quæ postea addita est, improbam licitationem æstimationis accipere; sed vetusta potius loci species & pensio cogitetur, quàm cultus hodiernus, qui per industriam hominis animosi accessit. DAT. III. NON. AVG. POST CONSVLATVM GRATIANI A. III. ET EQVITI V. C. D E F

Qui emit fundum nauicularij iuris, non ideo fit nauicularius, sed canonem nauicularium agnoscit pro modo fundi comparati, & vendere quidem atque emere eius generis fundos licet, nec debet hic contractus inhiberi aut impediri, sed onus illud fundis cohæret & emptorem sequitur, nec fieri potest emptio sine onere. Qui autem domos emit eiusdem conditionis, tantum præstat canonis nauarchici nomine, quantum illæ solebant locari venditionis tempore: quod iis verbis demonstrat G

A straur in hac lege, *Cum pecunia mutarentur*, sic enim lego, nec habetur ratio temporis postea secuti, quo fortè pluris locari & æstimari cœperunt.

III. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MESSALÆ PP. Hi qui fundos nauiculariæ functioni adscriptos à nauiculariis acceperunt quolibet ad se titulo transeuntes, secundum agri opinionem, quæ antiquitus habetur adscripta, nauiculariam functionem suscipere cogantur: neque eas conditiones sibi existiment profuturas, quas ven-B ditor minus idoneus in se recepit imponentis arbitrio. hac tamen pactione seruata, vt si ad minus idoneum fuerit translata possessio, etiam auctores transcripti prædij teneantur obnoxij: sitque hoc in promptu, vt damnis fiscalibus primitus ab idoneis consulatur. DAT. XIIII. KAL. MAR. MED. THEODORO V. C. COS.

Vt qui emptione vel donatione vel quolibet alio titulo fundos nauicularios nacti sunt, veterem C fundi opinionem, id est, censum & professionem agnoscant, vt in l.vlt.§. de col. fun. fis. & vt huic iuri non derogetur pactionibus habitis inter emptorem & venditorem, puta si inter eos conuenerit vt venditor, non emptor functionem nauiculariam agnoscat, & vt prædium in emptorem transeat sine onere, arg.l.1.§.sine cens.vel rel. Ait, *imponentis arbitrio*. legendum vt in veteribus, *impositas ementis arbitrio*. Sed si emptor non sit soluendo, tum onus nauicularium ad venditorem recurrit, siue ita conuenerit, siue non.

## *De nauibus non excusandis.* Tit. 4.

D

I. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. LONGINIANO PP. Multi naues suas diuersorum nominibus & titulis tuentur. cui fraudi obuiantes præcipimus, vt si quis ad euitationem publicæ necessitatis titulum crediderit apponendum, sciat nauem esse fisco sociandam. nam vt priuatos quoq; non prohibemus habere nauigia, ita fraudi locum esse non sinimus: cùm omnes in commune, si necessitas exe-E gerit, conueniat vtilitatibus publicis obedire, & subuectionem sine dignitatis priuilegio celebrare. DAT. III. ID. IAN. RAV. ARCAD. A. VII. ET PROBO COSS.

Priuatis naues marinas habere licet, quæ exigente necessitate transuehenda annonæ publicæ C usu angariari possunt, & si quæ affixis potentiorum titulis se excusauerint, confiscantur. De nauibus veteranorum nominatim rescriptum est eas non excusari l.pen.D.de veteranis.

F II. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTIN. AA. FLORENTIO PP. Iubemus nullam nauem vltra duorum milium modiorum capacem ante felicem embolam, vel publicarum specierum transuectionem priuilegio dignitatis, aut religionis intuitu, aut prærogatiua perso næ publicis vtilitatibus excusari posse subtractam: nec si cœleste contrà proferatur oraculum (siue adnotatio sit, siue diuina pragmatica) prouidentissimæ legis regulas oppugnare debebit. Quod G etiam in omnibus causis cupimus obseruari, vt generaliter, si quid eiusmodi contra ius vel vtilitatem publicam in quolibet negotio proferatur, non valeat. quidquid enim in fraudem istius legis quolibet modo fuer

fuerit attentatum, id nauigij quod excusatur, publicatione corrigimus. DAT. IX. ID. APR. THEODOSIO XVII. ET FESTO COSS.

Quid felicem embolam vocet, verba quæ sequuntur indicant, *vel publicarum specierum transuectionem.* illud enim, *Vel*, est ἐμβολευτικόν. Sententia igitur legis hæc est, neque ecclesiarum neque personarum in dignitate positarum naues ampliores duorum milium modiorum excusari à transuectione annonæ publicæ, & publicari eas quæ ab eo onere subductæ aliqua ratione fuerint. Contra hanc Constitutionem nihil valere rescripta. Subiicitur & generalis clausula, quam miror non fuisse translatam in tit. si contra ius vel vtil. pub. nullius momenti esse rescripta quæ pugnant cum vtilitate & iure publico. est igitur alia functio nauicularia, quã præstant nauicularij vel qui prædia nauicularia possidẽt, de qua tit. 2. & 3. aliud onus τῆς ἐμβολῆς, quod ab omnibus exigitur, de quo in hoc titulo. Hæc verò constitutio vna est ex Nouellis Theodosij, de nauibus vltra duorum milium modios capacitate non excusandis.

## *Ne quid oneri publico imponatur.* *Tit.* 5.

I. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. RVFINO PP. Oneri publico sarcinam priuatam ne quis imponat, nec audeat portitores frumenti ad suscipiendum onus aliqua necessitate compellere. hoc enim facto atque commisso non in dispendium solum atque naufragij damnum tenebitur obligatus, verumetiam publicæ coërcitionis experietur vigorem. DAT. V. ID. IAN. CP. OLYBRIO ET PROBINO COSS.

Qui naui annona publica onustæ priuatum onus imponit, non tantùm indemnitatem fisco præstat, si ea re nauis annonáve perierit, sed & publicè coërcetur, id est, & ciuiliter & criminaliter tenetur.

## *De naufragiis.* *Tit.* 6.

I. IMP. ANTONINVS A. *. Si quando naufragio nauis expulsa fuerit ad litus, vel si quando reliquam terram attigerit: ad dominos pertineat, fiscus meus sese non interponat. quod enim ius habet fiscus in aliena calamitate, vt de re tam luctuosa compendium sectetur?

Poëta ait, *Res fisci est vbicumque natat.* Hoc Antonino non probatur l. vlt. D. de inc. rui. & nauf. ne ex aliena calamitate fiscus lucrum ferat.

II. IMPPP. VALENTIN. VALENS ET GRATIANVS AAA. AD MODESTVM PP. Si quis nauicularius naufragium sustinuisse affirmat: prouinciæ iudicem, eius videlicet in qua res agitur, adire festinet, ac probet apud eum testibus euentum, relatioque etiam ad sublimissimam referatur præfecturam: ita vt intra anni spatium veritate releuata, competens dispositio procedat. Quòd si per negligentiam præfinitum anni spatium fortasse claudatur: superuacuas serasque interpellationes emenso anno placuit non admitti. DAT. PP. BERSTI NON. IVN. MODESTO ET ARINTHEO COSS.

Nauic

A Nauicularius qui publicas species vehit, naufragij casum non præstat, si modò cum contestetur apud præsidem prouinciæ, in qua naufragium contigit, intra annum, & probet, & res omnis ad præfectum prætorio referatur. Inde Isidorus Pelusiotes ad Isidorum præf. prætorio scribens: ἐπεὶ δ' ὁ ναύκληρος σῖτον ἄγων τῷ δημοσίῳ λογιζόμενος ἐν ἀνέμοις καὶ χαλεπαῖς καὶ λαίλαψι κατὰ θάλασσαν ἐμπεσό-ντα τῷ σάλῳ τῆς θαλάσσης ἐπιτιμήματι διαφορουμένων κυβερνῆται τὰ πράγματα ἄχρις ἂν ἁμαρτάνωσι τοῖς στρατευομένοις ἐγγυώμενοι. qua de re etiam scribit ad Sozomenum domesticum præfecti. At pro anno biennium præscribitur in l. pen. quod exposuimus libro de temporib. cap. de anno. *Competens dispositio*, id est, absolutio vel condemnatio.

B III. IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEOD. AAA. NAVICVLARIIS AFRIS. Quotiens obruta vel submersa fluctibus naui examen adhibetur competentis iudicis, duorum vel trium nautarum quæstione habita, ceteri ab huiusmodi nexu liberentur. quid est enim quod non abunde intra præfinitum numerum solers quæsitor inueniat. circa magistros nauium, quibus est scientia plenior, immoretur. qui si fatali sorte defuerint: in alios inquisitio transferatur. Sanè si C vniuersos violentia tempestatis obruerit, ne veritas lateat, à liberis nautarum siue magistrorum intra iudicia constitutis, super eorum quæratur interitu, quos nauicularius naufragio periisse contendit. Susceptionis autem necessitas ex Kalendis Aprilis in diem Kalendarum Octobris mansura seruabitur. DAT. VIII. ID. FEB. TRIV. GRATIANO V. ET THEOD. I. AA. COSS.

Nauicularij, naucleri, nauarchi, nautici, exercitores nauium idem sunt. Vegetius IIII. *Singulæ* D *liburnæ singulos nauarchos; idest, quasi nauicularios habent.* Diuersi sunt magistri, vt ex hac lege constat, & l. pen. C. Th. de nauicul. & ex tit. de exercitoria act. qui à græcis dicuntur πρωρεῖς, gubernatores hoc loco. diuersi nautæ, qui nauis nauigandæ causa in naui sunt. aliquando tamen nautæ pro naucleris accipiuntur, vt in tit. nau. caup. stab. Hoc cognito, legis sententiam exponamus. Cùm de naufragio quæritur apud præf. vrbi & præf. annonæ vel præsidem, in quæstionem adduci oportet dimidium nautarum numerum ex l. 2. C. Th. de naufrag. quod hac lege abrogatur, quæ duos vel tres existimat sufficere, & magistros nauium, quos censet diligentius esse interrogandos quàm ceteros. Nautis magistrisq; deficientibus & omnibus naufragio peremptis, inquisitio transit ad alios, puta ad nautarum magistrorumq; liberos, vt ij de parentum interitu quid habeant, exponant. atq; ita nauclerus naufragium iudicibus probat. In extremo lex opportunæ nauigationis tempus definit E à Kal. Aprilis in Kal. Octobres. quia æstatis beneficio ventorum acerbitas mitigatur. æstate igitur suscipi annonam & subuehi oportet, hieme non item, nisi ventis valde secundis. l. vlt. §. de nauicul.

IIII. IMPPP. VALENTIN. THEOD. ET ARC. AAA. TATIANO PP. Pro iis quæ semel à collatoribus illata naufragiis perierunt, nolumus nobis aliquam cum possessoribus (siue senatores, siue priuati sint) esse communionem, vel aliquid periculi ad eos redundare. F DAT. XV. KAL. AVG. CP. TATIANO ET SYMMACHO COSS.

Vt periculum naufragij fiscus solus agnoscat non possessores, qui semel suo munere functi sunt annona collata, & in nauem imposita.

V. IMPP. HONORIVS ET THEOD. AA. NAVICVLARIIS PER AFRICAM. De submersis nauibus decernimus, vt leuato velo istæ causæ cognoscantur. & si quisquam de talibus negotiis aliquid acG cepisse detegitur, iudex apud quem constiterit, his conquerentibus, qui nudantur, pro qualitatibus personarum multandi, remouendi, proscribendi habeat potestatem. Si verò causarum talium cognitores libelli

datione, vel plenaria interpellatione commoniti, intra biennium has causas audire neglexerint, & hoc fuerit tempus elapsum: præiudicium noceat caetenus cognitori, vt nauiculario propter vitium iudicis absoluto, mediam oneris eius partem, propter cuius probandam amissionem legitimo duntaxat tempore cognitio petebatur, iudex cogatur inferre; residuam verò officium eius exsoluat. DAT. XVI. KAL. APR. RAV. HONORIO VIIII. ET THEOD. V. AA. COSS.

A B

Hoc primùm lege cauetur, vt de naufragio leuato velo cognoscatur. Lampridius in Alexandro dixit patente velo, id est, aperta fore. Prætendebantur foribus vela. Augustinus 1. Confess. *vela pendent in liminibus grammaticarum scholarum*. In Comœdia Querulo: *isti sunt qui in fanis & sacellis obseruant vela*. Tum vt iudex eos coërceat qui ex naufragio quid deripuerint, pro personarum qualitatibus, inquit, vt l. 4. §. pen. D. de inc. rui. nauf. Deinde vt quæstio de naufragio intra biennium finiatur, quòd si per iudicem steterit quominus finem intra biennium accipiat, vt à nauiculario periculum transferatur ad iudicem & officium eius ex partibus æquis. Ait, *vel plenaria*. malim, *planaria*, vt in l. 4. §. de dilat. Hoc autem est, si per libellum vel de plano interpellati iudices intra biennium de naufragio non cognouerint. Sic planarij conflictus apud Am. Marcellinum lib. 19. Ait, *Propter vitium iudicis*, id est, præscriptione biennij.

C

VI. IIDEM AA. ANTHEMIO PP. Super naufragiorum, quæ contigerint, casibus vsitato more habita quæstione, si quis calculus modiationis dicatur tempestate maris deperiisse: sub rutæ sedis auditione nequaquam feratur acceptus, sed hæc dispendij iactura in omne naucle- rorum concilium pro rata scilicet contingentis muneris deferatur. DAT. XIIII. KAL. FEB. HONORIO VIII. ET THEOD. III. AA. COSS.

D

Coniuncta l. 4. §. de nauicul. intelligetur hanc legem pertinere ad nauicularios Orientis, vt si eorum culpa, nauigandi oportunitate transacta, ex annona publica aliquid tempestate maris deperierit, periculum ad omne nauiculariorum corpus pertineat pro rata portione, non ad fiscum, non ad collatores. Ait, *Si quis calculus modiationis*, id est, si qui modij frumenti. sic dicitur modiatio & hoc loco & l. 1. j. de anno. ciu. & aliis multis, vt ponderatio in l. si olei. §. de locato. Cassiodorus lib. 4. *Modiationem tritici quam sub hac sorte perisse probauerint, prosecutoribus sine aliqua facias cunctatione reputari.* qui locus maximè pertinet ad hanc legem, vt intelligatur, quod naufragio perit sine nauicularij culpa à fisco accepto ferri, nec nauicularij periculo cedere. Malè quidam modiationem pensitationem esse frumenti. Rursus malè hanc pensitationem esse quinquagesimam ex l. 9. §. de suscept. cùm sit modiatio, mensura: quinquagesima illa, ἐπίμετρον. Malè alij modiationem ad æstimationem numerariam referunt in lege Rhodia, τὴν χιλιάδα τῶν μοδισμῶν χρυσῶν πεντήκοντα, quæ manifestò nauem capacem modiorum mille, æstimat aureis L.

E

## *De metallariis & metallis, & procuratoribus metallorum.* Tit. 7.

F

I. IMPP. VALENTIN. ET VALENS AA. AD CRESCONIVM COM. METALLORVM. Perpensa deliberatione duximus sanciendum, vt quicunq; metallorum exercitium vellet affluere, is labore proprio & sibi & reipublicæ commoda comparet. Itaque si qui sponte confluxerint, eos laudabilitas tua octonos scrupulos in balluca, quæ Græcè χρύσαμμος appellatur, cogat exsoluere. quidquid autem amplius colligere potuerint, fisco potissimum distrahant, à quo competentia ex largitionibus nostris pretia suscipiant. DAT. IIII. ID. DECEMB. PARISIS VALENTINIANO ET VALENTE AA. COSS.

G

A Scripta est ad Comitem metallorum, quem fuisse in Illyrico Notitia Romani imperij declarat. Sub eo erant procuratores metallorum, de quibus in l. 4. nam quæ in ea recensentur prouinciæ, Illyrici sunt prouinciæ. vnde apparet frequens in Illyrico metallorum fuisse commercium. quod & l. 7. & 8. C. Th. eod. tit. indicant. Constituitur autem hac lege, vt liber cuilibet effodiendi auri pateat aditus, ita tamen si fisco inferat octo scriptulos io balluca, & reliquum quod collegerit fisco potissimùm distrahat. Balluca est χρυσάμμος, vt Tribonianus exposuit, quæ nuper effossa est è terra. Sic & ad. 2. Græci 56. βασιλικῶν τιτ. 18. τὴ συντέλεια τῆς χρυσάμμου κτλ. &c. Pollux τὴν χρυσῖτιν ψάμμον vocat. Opponitur huic legi l. 2. & 3. & 5. quod earum explicatio, quam apposui singulis, expediet. Ait, *Octonos*. Sic accipio octonos, vt in l. 5. *septenos*, in singulos auri legulos, non cum Accursio, in singulas vncias.

B

II. IIDEM AA. AD GERMANIANVM C. S. L. Ob metallicum canonem, in quo propria consuetudo retinenda est, quatuordecim vncias ballucæ pro singulis libris constat inferri. DAT. VI. ID. IAN. ROMÆ LVPICINO ET IOVIANO COSS.

Inscriptio & subscriptio indicat huic esse coniungendam l. 5. §. de susceptor. quæ est libra obryzæ. Hæc autem de libra ballucæ. Obryzæ XII. vnciis constat, Ballucæ XIIII. Metallicus canon C non definitur hac lege, qui pro locorum consuetudine diuersus est, alius puta in Macedoniæ & Daciæ diœcesibus, de quo l. 1. alius in Pontica & Asiana, de quo l. 5. Sed quot vnciis libra ballucæ æstimetur, hoc tantùm hac lege definitur. Cur verò pluris quàm obryzæ, Græci explicant adiicientes, ἐπειδὴ πολλὴν μείωσιν ἔχει.

III. IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEOD. AAA. FLORO PP. Cuncti qui per priuatorum loca saxorum venam laboriosis effusionibus persequuntur, decimas fisco, decimas etiam domino repræsentent, cetero modo propriis suis desideriis vindicando.

D DAT. IIII. KAL. SEPT. CP. ANTONIO ET SYAGRIO COSS.

L. 1. & 2. sunt de auri metallo. Hæc est de lapidis siue marmoris metallo, quod eruitur è priuatorum locis, hac lege, vt decima fisco, decima locorum domino præstetur, reliquum sibi habeat fossor ὑπὲρ κόπου. quod etiam confirmat l. XI. C. Th. eod. tit.

IIII. IIDEM AAA. EVSINIO PP. Cum procuratores metallorum intra Macedoniam, Daciam mediterraneam, Mœsiam, seu Dar-E daniam, soliti ex curialibus ordinari, per quos solemnis profligatur exactio, simulato hostili metu, huic se necessitati subtraxerint: ad implendum munus retrahantur, & nulli deinceps licentia laxetur, prius indebitas expetere dignitates, quàm subeundam procurationem fideli solertiáque exactione compleuerint.

Canon metallicus periculo curialium exigitur in Illyrico. pertinet namque ad eos creatio procuratoris metallorum, qui obtentu hostilis metus vel indeptæ dignitatis huic se muneri subtrahere F nullomodo potest. Macedonia, quam memorat, Diœcesis est vna Illyrici. Altera est Dacia, in qua sunt prouinciæ quinque, Dacia mediterranea, Dacia ripensis, Mœsia prima, Dardania, Præualitana & pars Macedoniæ salutaris. Sed tres tantùm quæ metalla proferant.

V. IMPPP. VALENTINIANVS THEOD. ET ARCAD. AAA. ROMVLO COM. S. L. Per annos singulos septeni per hominem scrupuli largitionibus inferantur ab aurilegulis, non solùm in Pontica G diœcesi, verùm etiam in Asiana. DAT. XI. KAL. MAR. CP. ARCAD. A. II. ET RVFINO COSS.

L. 1. pertinet ad Illyrici diœcesim: Hæc verò ad Ponticam & Asianam, vt diximus in l. 2. Diuersus est canon pro diuersitate diœcesum.

VI. IIDEM AAA. PATERNO. Quosdam operta humo esse saxa dicentes id agere cognouimus, vt deffossis in altum cuniculis, alienarum ædium fundamenta labefactent. Qua de re si quando huiusmodi marmora sub ædificiis latere dicantur, perquirendi eadem copia denegetur. DAT. XVII. KAL. APR. CP. THEODOSIO A. III. ET ABVNDANTIO COSS. A

Licet in alieno loco marmor effodere, domino loci præstito solatio. l. 3. §. non tamen sub ædificiis, vt hac lege constituitur, ne fortè actis cuniculis cadant. B

VII. IMP. THEODOSIVS A. MAXIMINO COM. S. L. Metallarij siue metallariæ, qui quæ've ea regione deserta, ex qua videntur oriundi vel oriundæ, ad externa migrauerint: indubitanter sine vlla temporis præscriptione ad propriæ originis stirpem laremq; vnà cum sua sobole reuocentur, etiam si quos domus nostræ & secreta retineant. Sciant autem nullum exinde præiudiciū fisco esse generandum, etiam si quis ex his, quem metallicum esse constiterit, priuatis censibus suum nomen indiderit. DAT. V. ID. IVL. CP. VICTORE V. C. COS. C

Alij sunt sponte sua metallarij vt l. 3. §. Alij conditione, qua præscriptione temporis non liberantur, nisi fortè, vt censeo, annorum XL. ex l. 4. §. de præscript. XXX. annor. à qua soli Curiales excepti sunt, non alij conditionarij. Et pertinent ad fiscum, eiq; restituuntur cum sua progenie, etiam si priuatorum facti sint adscriptitij coloni. Ait, Et secreta.] Lauras intelligit, vt in l. 26. §. de decur. D

## *De murilegulis & gyneciariis & procuratoribus gynecij, & de monetariis & bastagariis. Tit. 8.*

I. IMP. CONSTANTINVS A. AD BITHYNOS. Monetarios in sua semper conditione durare oportet, nec dignitatis cuiuscunq; priuilegio ab huiusmodi conditione liberati. DAT. XII. KAL. AVG. GALLICANO ET BASSO COSS. E

Monetarij sunt qui monetam cudunt, χαράκται. Falsi monetarij παραχαράκται l. 8. C. Th. de fal. mon. Sudas. καὶ τοῦ εἰώθασι· λέγειν παραχαράκτας τοὺς παρανόμους. &c. & alio loco, παραχαράξης, διαστρόφους. Hesychius. μονήτρια τὸ κέρμα ἐργαζόμενοι. Hi imperante Aureliano vitiata moneta & procuratore siue rationali monetarum Felicissimo interfecto, aduersus Imperatorem sese extulerunt. quod Vopiscus, Victor, Eutropius, Sudas scribunt. Est verò eorum conditio certa, quam dignitate mutare non possunt, quia nec patet eis aditus ad honores. l. 6. §. de dignit.

II. IDEM A. AD FELICEM. Procuratores rei priuatæ & baphij & gynecij, per quos & priuata nostra substantia tenuatur, & species gyneciis confectæ corrumpuntur, in baphiis etiam admista temeratio vim adducit inquinatæ alluuionis: suffragiis abstineant, per quæ memoratas administrationes adipiscuntur: vel si contra hoc fecerint, gladio feriantur. F

Sic restitui hanc constitutionem partim ex libris manuscriptis, partim ex libris βασιλικῶν, in quibus ita est: Ἐπειδὴ οἱ καθολικοὶ τῶν ἡμετέρων πραγμάτων ἐτρίβησαν καὶ οἱ βαφεῖς καὶ οἱ γυναικιάριοι, quanquam non probo posteriora, maloq; Baphij & Gynecij. tria namque Constitutio proponit procuratorum genera, Rei priuatæ, *per quos*, inquit, *priuata nostra substantia tenuatur*: Gynecij, per quos species Gyneciis confectæ corrumpuntur. *Species*, id est, vestes vt in l. 4. §. tit. seq. Baphij, per quos Baphiis admista temeratio vim adducit inquinatæ alluuionis. Et hos omnes censet suffragiis, G

A giis, id est, pretio vel patrocinio non esse creandos recte. pecunia namque comparata administratio vix vnquam sordibus caret. Idem de Bapheis & Gynecianiis dici non potest, quorum nulla est administratio, sed conditio vel seruitus publica. Constantinus apud Eusebium lib. II. ὥστε καὶ ὁ γυναικείοις ἢ λινουργίοις ἐμβληθέντας αἰωνίῳ καὶ ἄλλων ἐκτεταγμένων κόπων ἢ ἀνέσθαι νομίζεσθαι τοῖς ταμιείοις. Gynecia-rij addicti sunt contexendis conficiendisq; vestibus imperialibus & ministeriorum imperialium. Βαφεῖς tingendæ purpuræ imperatorum propriæ. De procuratore Baphij idem Eusebius lib. 7. c. 32. καὶ τιμῇ σεμνῇ ἐπιτροπῇ τῆς κατὰ Τύρον ἁλουργοῦ βαφῆς.

III. IMPP. VALENTIN. ET VALENS AA. AD GERMANVM CONSVLAREM. Ingenuæ mulieres quæ se gyneciariis sociauerunt, si conuentæ denunciatione solemni, splendorem generis contuberniorum vtilitati præferre noluerint: suorum maritorum conditione teneantur. DAT. IIII KAL. IVL. MED. VALENTINIANO ET VALENTE AA. COSS.

Exemplo s. c. Claudiani si ingenua, quæ se ad Gyneciarium applicauit, denunciauerit fiscus vt ea coniunctione abstineat, nec paruerit, Gyneciaria efficitur. Senatuscons. Claudiani vestigium certissimum est in l. Lucius. 2. D. depos.

IIII. IIDEM AA. AD AVXONIVM PP. Quod ad præsens remedium pertinet, quintum animal bastagariis pro reparatione præbeatur. DAT. IDIB. DEC. MARCIANOP. VALENTINIANO ET VALENTE AA. COSS.

Bastagarij seruiunt vecturæ rerum ad sacrum ærarium pertinentium, quam propriis iumentis faciunt excepta parte quinta, quæ de fisco reparatur. Sic l. 7. §. de cur. pub. quartam partem veredorum reparari ait.

V. IIDEM AA. ET GRATIANVS A. AD FILEMATIVM COM. S. L. Qui aliquem ex familiis gynecij in latebris habere comperti sunt, quinque librarum auri damno subiiciantur. DAT. XII. KAL. SEPT. CILICIÆ MODESTO ET ARINTHEO COSS.

E Occultator Gyneciarij multatur auri libris quinque.

VI. IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD EVCHERIVM. Qui textrini nostri mancipia occultatione cælauerit, ternis libris auri pro singulorum hominum suppressione plectetur. PP. KARTHAG. III. KAL. MAR. POST CONSVLATVM AVXONII ET OLIBRI.

F Occultator textrinæ deputati serui multatur auri libris tribus. hæc derogat superiori. vel illa potius de vestiario, hæc de linifice.

VII. IIDEM AAA. AD HESPERIVM PP. Edicimus ne qua mulier splendidioris gradus monetarij adhærens consortio, decus natiuæ libertatis amittat. Quòd si quam ab hac præceptione statutum nostræ perennitatis abduxerit: ea vel legitima admonita conuentione discedat, vel si complexui monetarij putauerit inhærendum, non ambigat se G sibi & liberis præiudicaturam, & eius conditioni esse nectendam. Si qua verò originaria seu colonaria possessionis alienæ ignaro domino, seu sciente, monetario associabitur: hi conuenti mox iuri agrorum debitas

personas retrahere festinent, vel de cetero sciant repetendi facultatem silentij sui conniuentia perdidisse. Sed vt monetario nullam extraneam necti volumus: ita & ex monetario patre susceptas prohibemus extraneis copulari. DAT. PRID. ID. MAR. AQVIL. POST CONSVLATVM AVXONII ET OLYBRI. A

Tria hoc edicto constituuntur. Primum ne ingenua copuletur monetario, & quæ si illi copulauerit, si post fisci denuntiationem in ea coniunctione perseuerauerit, vt monetaria fiat cum sua sobole. quod & de ea quæ se iunxit gyneciario constitutum est l. 3. Tum vt adscriptitiæ colonæ iunctæ monetariis, monetariæ fiant, nisi domini earum admoniti eas quamprimùm reuocauerint. Deinde vt monetariorum filiæ non copulentur ingenuis. copulatæ retrahentur, vt arbitror, cum sobole. B

VIII. IIDEM AAA. TRIFOLIO COM. S. L. Æternam fiximus legem, ne vnquam bastagariis militiam suam deserere liceat, vel aliam, antequam eam impleuerint, subreptiua impetratione tentare. DAT. IX. KAL. AVG. HERACLIÆ RICHOMERE ET CLEARCHO COSS. C

Ne bastagarij dent nomen militiæ armatæ antequàm bastagæ munus impleuerint.

VIIII. IIDEM AAA. AD PRINCIPIVM PP. Si quis nauiculam functioni muricis & legendis conchyliis deputatam ausus fuerit vsurpare: duarum librarum auri illatione teneatur. DAT. VI. KAL. OCT. AQVIL. AVGVSTO ET BAVTONE COSS.

D

Duabus libris auri multari eum qui nauiculam lectioni conchyliorum deputatam vsurpauerit. Conchyliorum varia sunt nomina, purpura, murex, buccinum, cerix ὡς πορφύρας, vt Archippus ait, quorum sanguine inficiuntur lanæ sacris vsibus deputatæ. Loquor vt nostri auctores, sacris, diuis, diuinis: Sentio vt Socrates Christianus, qui Imperatores θειοτάτους ἢ δεσπότας vocari non tulit æquo animo: vt Tiberius qui occupationes suas non est passus vocari sacras.

X. IMPPP. ARCADIVS HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. FILOMETORI COM. S. L. Lotas in posterum sericoblattæ & metaxæ huiusmodi species inferri præcipimus, viginti librarum auri condemnatione proposita his, qui scrinium canonum tractant, prioribus etiam cuiuscunque officij, si statuta cœlestia à quopiam passi fuerint temerari. DAT. V. KAL. IVL. CP. ARCAD. A. VI. ET PROBO COSS. E

Metaxam lini dixit Lucilius apud Festum, quo modo etiam Vascones Pyrenæi loquuntur: At de serico dicitur frequentius. Moschopulus, σὴρ ὁ σκώληξ ὁ τὴν μέταξαν ἐργαζόμενος ἀφ' οὗ σηρικὰ ἱμάτια τὰ μεταξωτά. Zonaras in Nicena, 2, ἐν μετάξαις ἐσθῆτας πεποικιλμένας. αὗται γὰρ αἱ σηρικαί. quod & alij auctores comprobant multi. sed error in eo est, quòd sericum quoduis eo nomine plerique significari putant. Rude est sericum & ἄβαφος nondum neque tinctum neq; in fila diductum, & ideo separatur à nemate serico l. vlt. D. de public. & hoc loco à serico blatta, id est, à serico in purpureum colorem conuerso. Has autem species elotas, mundas & puras sacris largitionibus inferri ad vestes principi conficiendas hac lege præcipitur, multa proposita canonicariis & primoribus officiorum. Blatta purpura est, l. 1. §. quæ res væn. non poss. *Pulpura*, inquit, *quæ blatta vel oxiblatta atque ianthina dicitur*. F

G

XI. IMP. THEOD. A. ET VALENTINIANVS CÆS. MAXIMINO COM. S. L. Murileguli qui relicto atque despecto propriæ conditionis officio, vetitis se infulis dignitatum, & cingulis penitus denegatis

A negatis munisse dicuntur, ad propriæ artis & originis vincula reuocentur. ab illis autem qui rebus eorum videntur inhiasse, quos in sua origine permanere, & solemnibus ministeriis inseruire manifestum est: omnia quæcunque constiterit ex quocunque titulo possessa, antiquis possessoribus restituantur. Quòd si alienigenæ detentatores oneribus conditionis extraneæ maluerint subiacere, quàm restituere facultates & futura deinceps agnoscant munia sibi esse subeunda, & de præterito, si quà ipsis B possidentibus reliqua colliguntur, à semetipsis sciant sine aliqua excusatione soluenda. DAT. XVII. KAL. NOV. CP. VICTORE COS.

Murileguli siue conchyliolegul sunt conchyliorum piscatores, huic muneri addicti originis & conditionis iure, adeò vt non possint ad dignitatem vllam vel militiam aspirare: vel si ad eam aspirauerint, reuocantur, redditis bonis si qua eiusdem originis & conditionis homines aliquo titulo possideant. Quòd si ea exteri possideant, malintq; eidem se conditioni subiicere, quàm ea bona restituere, audientur; ita vt in futurum sint murileguli, & in præteritum reliqua publici canonis fisco persoluant.

C

XII. IDEM A. ET CÆS. MAXIMINO COM. S. L. Hi qui ex filiabus murilegulorum & alienæ originis patribus sunt vel fuerint procreati, iura maternæ conditionis agnoscant. DAT. VIIII. KAL. IVN. THEOD. A. XI. ET VALENTINIANO CÆS. COSS.

Vt qui ex monetaria & ingenuo nascitur matris conditionem sequitur. l. 7. s. ita qui ex murilegula & ingenuo; non tamen qui ex murilegula & curiali. No. 38.

D

XIII. IMPP. THEODOS. ET VALENTIN. AA. ACACIO COM. S. L. Si quis ex corpore gynecariorum, vel lineariorum, vel linifariorum, monetariorum, vel murilegulorum, vel aliorum similium ad diuinas largitiones nexu sanguinis pertinentium, voluerit posthac de suo collegio liberari: non quoscunq; nec facilè in locum proprium, freti dextræ triumphalis absolutione, substituant: sed eos quos omnibus idoneos modis sub ipsis quodammodo amplissimæ tuæ sedis obtutibus ad- E probauerint. Ita tamen vt is qui ab huiusmodi conditione iuxta formam cœlitus datam beneficio principali fuerit absolutus, vniuersi sui generis prosapiam in functione memorati corporis permanentem, cum omnibus eius, qui absoluitur, rebus obnoxiam largitionibus sacris futuram esse, non dubitet. DAT. VII. KAL. MAR. CP. DD. NN. THEOD. XII. ET VALENTINIANO II. AA. COSS.

F

1. Miror Alciatum scripsisse monetarios in hoc titulo non esse qui monetam cuderent, nihil enim cusores monetæ ad hunc tit. pertinere, quasi scilicet titulus sit de vestium sacrarum duntaxat confectoribus & tinctoribus. quod est falsum. nam & de bastagariis est, quos perperam ille eadem ratione ad baphia condemnat. Qui & hanc legem & Notitiam imperij Romani legerat, intelligere debebat murilegulos, monetarios, bapheos, gynecíarios, bastagarios, thesaurenses, licet diuersæ functionis, ad sacras largitiones pertinuisse, & sub dispositione Comitis largitionum fuisse, idcirco coniunctim sub eodem titulo proponi, idcirco & sacras largitiones thesauros dici, & ornamentum, & vestiarium, vt lib. x. retulimus. Multa in Alciato sunt reprehendenda, quæ, vt Platonem Aristoteles, vt ceterorum, nos tacitè malumus reprehendere, quàm passim, testaq;, lutoq;. Ait igitur G hæc lex vestiarios & ceteros qui originis suæ iure ad sacras largitiones pertinent, beneficio principis per substitutum iudicio Comitis largitionum approbatum huic conditioni parere posse, ita tamen vt & liberi eorum, & bona in eadem conditione permaneant. Lintearij sunt artifices lineæ vestis: linifarij, linifices. sic emendaui ex Cod. Th. & libris scriptis, cùm antea malè legeretur, *Limphariorum*, & ita Græci ad legem quæ sequitur, τῶν βαφείων καὶ τῶν λινυφαείων: & paulo pòst etiam,

*dextræ*

*dextra triumphali*, ex eisdem libris, vt in l. pen. C. Th. de an. ciuic. *Qui*, inquit, *triumphali dextra nostra confirmationem est consecutus*. quibus verbis adnotatio significatur. Eusebius 2. de vita Constantini. τῆς αὐτοῦ δεξιᾶς ἔγγραφος ὑποσημείωσις,

XIIII. IIDEM AA. *. COM. S. L. Priuatæ vel linteæ vestis magistri, thesaurorum præpositi, vel baphiorum ac textrinorum procuratores, cæteriq́; quibus huiusmodi sollicitudo committitur, non antè ad rem sacri ærarij procurandam permittantur accedere, quàm satisdationibus dignis eorum administratio roboretur: scituri ne prosecutorias quidem sacras posthac sibimet postulandas.

In Notitia Orientis sub Comite sacrarum largitionum ponuntur magistri lineæ vestis, magistri priuatæ, quod huius legis scripturam valde confirmat, id est, procuratores siue Catholici, vt Græci vertunt, & præpositi thesaurorum & baphiorum ac linificiorum procuratores, qui omnes rem sacri ærarij, id est, sacrarum largitionum procurant. Hos iam traditum est suprà l. 2. suffragiis non esse promouendos. Additur hac lege, nec nisi datis idoneis fideiussoribus, rem sacri ærarij saluam fore, & quominus ita satisdent frustra eos petere sacras prosecutorias, quibus scilicet laudetur & approbentur, vt l. 7. C. Th. de priuil. eor. qui in sac. pal. Apparet autem ex hac lege & l. 2. non debuisse huic titulo adiici, *& procuratoribus Gynecij*, quod etsi habeant Basilici, Codex Theodosij non habuit, cùm & de procuratoribus rei priuatæ & de procuratoribus baphiorum ac linificiorum in eis agatur. Ait, *satisdationibus dignis*, id est, idoneis. sic Plutarchus βεβαιωτὴν ἄξιον.

XV. IIDEM AA. VALERIO COM. S. L. Qui aut patre conchylilegulo geniti probabuntur aut matre, memoratæ adscriptioni obnoxios se esse non ambigent. DAT. X. KAL. APR. CP. HIERIO ET ARDABVRE COSS.

Ex alterutro parente murilegulo natus deterioris parentis conditionem sequitur. quod & de nato ex alterutro peregrino lege Mensia similiter cautum fuisse Vlp. in titulis auctor est. Sequitur synopsis vltimæ legis.

XVI. ΜΗΔΕΙΣ ὡς ἔτυχε τοῖς δημοσίοις σωματείοις ἐγγραφέσθω εἰ μὴ κατὰ τὸ ἀναγκαῖον καὶ ἐκ γένους ὢν τούτου καὶ ἡλικίας καὶ τέχνης ἐστὶν ἐπιτήδειος, πράξεως γενομένης ἐπὶ τούτῳ παρὰ τῷ ἄρχοντι τῆς ἐπαρχίας καὶ καταθεμένου τοῦ σωματείου ὅτι ἐπιτήδειός ἐστι καὶ τὰ πραττόμενα εἰς ἡμᾶς ἀναφερέσθω ὥστε ἡμᾶς πάλιν ἐπικυρῶσαι διὰ θείων συλλαβῶν τάξιν προβατορίας λαμβανουσῶν. εἰ δὲ παραβαίη ταῦτα τις οὔτε τὰς παραμυθίας λήψεται τὰς ἐντεῦθεν οὔτε κοινωνήσει τῷ σωματείῳ ἀλλὰ βασανισθεὶς ἐξορισθήσεται διηνεκῶς ἐκ τῆς ἐπαρχίας καὶ πᾶς δὲ συνεργήσας τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις ὑποκείσεται καὶ μάλιστα ὁ πραιπόσιτος.
Ne quis, vt fit publicis corporibus, adscribatur nisi vrgente necessitate, vel nisi sit ex eo genere & tam arte quàm ætate habilis atque idoneus, actis apud præsidem prouinciæ factis, & esse illum idoneum corpore deponente, rursusq́; gestis ad nos delatis vt confirmentur diuino oraculo nostro vice probatoriæ. Qui verò hæc non seruauerit, neque solatia inde vlla percipiet, nec vllum cum collegio commercium habebit, sed grauissimè coërcitus exilio perpetuo damnabitur extra prouinciam. eisdem pœnis subiicitur qui ei opem tulerit hac in re, & maximè præpositus.

Lex 2. & 14. sunt de procuratoribus creandis. Hæc de ipsis Gyneciariis vel monetariis vel murilegulis vel aliis, vt ne in ea corpora conscribantur sine sacra probatoria, quæ & in aliis plerisque exigitur. l. probatorias. ȷ. de diu. off. & edicto Iustiniani 8. & 13. Solatia indicat eos habuisse de fisco, id est, annonas, & non tantùm puniri eos qui sine probatoria eis se collegiis immiscuerint, sed & suffragatores, & maximè præpositos. alij sunt præpositi Gynecijs. l. 5. §. ad leg. Iul. repet. qui aliàs procuratores

A curatores dicuntur: alij thesauris. l.14.3.& baphiis. l.3. C.Th.de ind.deb. alij gregibus & stabulis, alij bastagis, alij barbaricariis siue argentariis, vt Notitia docet, quæ omnia ad sacrum vel priuatum ærarium pertinebant.

## *De vestibus holoueris & auratis, & de tinctione sacri muricis. Tit. 9.*

B I. IMPP. VALENTIN. ET VALENS AA. ARCHELAO COM. S. L. Auraras ac sericas paragaudas auro intextas viriles priuatis vsibus contexere conficereq; prohibemus, & à gyneciariis rantùm nostris fieri præcipimus. DAT. V. NON. IVL. NEBIODVMI. ACC. XV. KAL. AVG. MARCIANOP. VALENTINIANO NP. ET VICTORE COSS.

C Interdicit priuatis hominibus vsu paragaudarum. & ex si quæramus quales sint, lex docet satis, auratæ nimirum vel sericæ auro intextæ phrygio siue barbarico opere, quod etiam ex Vopisco intelligere licet in Aureliano, qui alias monolores, alias dilores, alias trilores & pentelores facit pro numero intextorum filorum aureorum, quæ videntur lora appellasse, vel intexturam ipsam potius, vt non malè in donatione Constantini ad Syluestrum, lorum vetus interpres phrygium reddiderit. Mulieribus earum vsu non interdicitur. & ideo ait, *viriles*, & in l.seq. *vir*, & in l.4. *virilia*, non seruata scriptura Codicis Theodosiani, quoniam Iustinianus eas matronis indulgebat.

II. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEOD. AAA. FLORO PP. Nemo vir auratas habeat, aut in tunicis, aut in lineis, D paragaudas: nisi hi tantummodo, quibus hoc propter imperiale ministerium concessum est. non enim leui animaduersione plectetur quisquis vetito se & indebito non abdicauerit indumento. DAT. III. KAL. APR. CP. ANTONIO ET SYAGRIO COSS.

Idem repetitur hac lege, ne viri vtantur paragaudis vel in tunicis vel in lineis. Linearum est frequens vsus in Oriente propter feruorem æstus. Sed interdicitur hac lege & tunicis & lineis paragaudis. Lex superior à gynecianis tantùm eas confici permittit. Hæc quoque, quod tantundem valet, vsum earum Imperatoris tantùm ministeriis concedit.

E

III. IMPPP. THEODOS. ARCAD. ET HONORIVS AAA.*. Vellera adulterino colore fucata in speciem sacri muricis tingere non sinimus, nec tinctum cum Rhodino prius serico alio postea colore fucari: cùm de albo, omnium colorum tingendi copia non negetur. nam capitalem pœnam illicita tentantes suscipiant.

Vetat vellera adulterino colore tincta rursus murice tingi ad conficiendam speciem siue vestem principalem. Vetat tinctum prius sericum Rhodino colore, cui nomen à rosa principe florum, alio postea inquinari licere. crudum natiuumq; vellus quolibet colore inficere. Pro *serico*, F lego, *sericum* ex tribus libris manuscriptis. Crustas vocarunt quibus alio admistus colori puri rubor muricis inardescit. l. 11. C.Th. de scænicis. Fucare est tingere & colorare. l. 1.3. quæ res vendi non poss. l.vlt.C.Th.de murileg.

IIII. IMP. THEODOSIVS A. MAXIMINO COM. S. L. Temperent vniuersi, cuiuscunq; sint sexus, dignitatis, artis, professionis, & generis, ab huiusmodi speciei possessione, quæ soli principi eiusq; do- G mui dedicatur. nec pallia tunicasq; domi quis sericas contexat aut faciat, quæ tincta conchylio nullius alterius permistione contexta sint, proferantur ex ædibus, tradanturq; tunicæ aut pallia ex omni parte texturæ

cruore infecta conchylij. nulla stamina subtexantur tincta conchylio, A nec eiusdem infectionis arguto pectine solidanda fila decurrant. reddenda ærario holouera vestimenta virilia protinus offerantur. nec est vt quisquam de abiurato pretio conqueratur, quia sufficit calcatæ legis impunitas. ne quis verò nunc huiusmodi suppressione in laqueos nouæ constitutionis incurrat. alioquin ad similitudinem læsæ maiestatis peri- B culum sustinebit. DAT. XVII. KAL. FEB. CP. VICTORE V. C. COS.

Interdicit tam mulieribus quàm viris vsu vestium sericarum purpurearum. fuit etiam antè purpuræ tinctura atque commercium priuatis interdictum. l. 1. §. quæ res vendi non poss. & à Nerone vt Suetonius scribit cap. XXXII. Crustis non interdicit, quibus est purpureo alius admistus color, quas in vsum sacræ domus fieri vetuit. l. 3. Prætextis videtur interdicere, quæ nominatim permittuntur No. Leonis LXXX. At viris etiam interdicit holoueras vestes, id est, holosericas. quod & Tacitum fecisse Vopiscus scribit. Serica veteres dixere *βύρρς*, vt nunc Galli, *Verours*. Zonaras & Balsa- C mon in XII. can. Gangrensi *βύρρς* interpretatur esse *σηρικὰ ὑφάσματα*. & idem Balsamon ad formulam imaginariæ donationis Constantini, pontificem illum vti veris vestimentis & vero selochalino. Vopiscus in Carino: *Donati ab Atrebaticis birri petiti, Donati birri Canusini.* fortè pro *beri*, siue *biri*. Hieronymus 2. aduersus Iouinianum. *Nunc lineis & sericis vestibus & Atrebatum ac Laodicea indumentis ornati incedunt.* Subsericis vestibus non interdicit. sed neque holoueras siue holosericas matronis inuidet, sicut nec auratas vel auro intextas paragaudas. l. 1. & 2. §. quæ pluris non sunt quàm holoueræ. Libra enim auri tunc libra serici erat, vt Vopiscus scribit in Aureliano. & in lege Rhodia, *ὁλοσηρικὰ ἰσότιμα τῷ χρυσίῳ*. Ornatus & cultus mulierum proprius est non virorum, & ideo ornamentorum vsu non eadem lege coërcentur qua viri. Purpuræ tamen, quæ serico pretiosior semper fuit, vsu vtrisque pariter interdicitur. Id non est omittendum hac lege caueri, vt priuati purpuram D quam habent, sacris thesauris reddant minimè recepto pretio, & vt in posterum si habuerint lege maiestatis teneantur. Ait, *arguto pectine*, Lucas Penna errorum & ineptiarum amaxarius ingens, hoc loco appositè imitationem Virgilij notat, *Arguto coniunx percurrit pectine telas*.

V. IMPP. THEODOS. ET VALENTIN. AA. APOLLONIO COM. S. L. Purpuræ nundinas, licet innumeris sint constitutionibus prohibitæ, recenti quoque interminatione vetamus. Et ideo septimum de scrinio exceptorum, sextum de scrinio canonum, quintum de scrinio E tabulariorum, ad bapheia Phœnices per certum tempus mitti præcipimus: vt omnis fraus eorum prohibeatur solertia timentium, ne quæsitis longo sudore stipendiis careant, etiam viginti librarum auri condemnatione proposita. DAT. VIII. ID. MAR. CP. ISIDORO ET SENATORE COSS.

Pertinet hæc lex ad baphia Phœnices, à quibus Synesio *αἱ βασιλεῖαι, φοινικοβαφὲς χρῶν*, in quibus clam priuatis vsibus & fiscalibus pariter purpura tinguebatur, & constituitur ob eam rem vt quotannis ad ea mittatur ex scrinio exceptorum septimus, ex scrinio canonum sextus, ex scrinio tabulariorum quintus, quorum interuentu fraudes huiusmodi submoueantur. De his scriniis cete- F risq; largitionum dicetur in l. 7. §. de pal. sacr. larg. Addidit Haloander, *quartum de scrinio vestiariorum*, quod veteribus libris abest, non deest.

## *De fabricensibus.* *Tit. 10.*

I. IMPPP. VALENTIN. THEOD. ET ARCAD. AAA. TATIANO PP. Omnibus fabricensibus non pecunias pro speciebus, sed ipsas species sine dilatione inferri præcipimus, vt venæ nobilis, & quæ G facilè deducatur ignibus seu liquescat ferri materies præbeatur, quò promptius adempta fraudibus facultate, commodo publico consulatur. DAT. XV. KAL. NOV. THEOD. A. II. ET CYNEGIO COSS.

Fabr

A Fabricensium fuit certum corpus qui in publicis fabricis faciebant arma, hastas, sagittas, loricas, arcus, spatas, ballistas, scuta, clibanos: deputati etiam dicebantur. l. vlt. §. de seru. fug. Nou. 85. Statuti à Iuliano in eadem Nou. His hæc lex puram ferri speciem fabricandi causa præstari iubet non adærari, ne ea pecunia sibi fortè vietum vitiatumq; ferrum comparent. Ait, *vena nobilis*, vt Cassiodorus 1. *saculis suis producit nobilis vena primarios.* Græci, ἁπαλὸν καὶ καθαρὸν εὐχερῶς λυόμενον τῷ πυρὶ καὶ χωνευόμενον.

II. IIDEM AAA. RVFINO MAGISTRO OFFICIORVM. Primicerium fabricæ post biennium non solùm vacatione, verumetiam B honore donari præcipimus: ita vt inter protectores eiusdem fabricæ post biennium adoraturus æternitatem nostram, suo quisque tempore dirigatur. DAT. VIII. ID. MART. VALENTINIANO A. IIII. ET NEOTHERIO COSS.

Scripta est ad magistrum officiorum, vt 3. 6. 7. quoniam sub eius dispositione fuerunt fabricæ, & fabricenses, qui & primicerios habuerunt vt collegia & corpora ferè omnia non conditionalia, non perpetuos, sed alia annales, alia triẽnales, hæc biennales, qui post biennium pro præmio & immunitatem apiscebantur & honorem. Inter protectores quasi veterani, atque ideo ius adorandæ C purpuræ sacræ, qui honor maximus censebatur. Et horum si probatio exigatur, legantur quæ adnotauimus lib. x11. tit. 7. & l. 2. & tit. 2, & tit. 17. l. 1. Hæc verba, *Eiusdem fabricæ per biennium*, auctore Codice Theodosiano delenda censeo.

III. IMPP. ARCAD. ET HONOR. AA. OSIO MAGISTRO OFFICIORVM. Stigmata, hoc est, nota publica fabricensium brachiis ad imitationem tyronum infligantur, vt hoc modo saltem possint latitantes agnosci, his qui eos susceperint, vel eorum liberos sine dubio fa- D bricæ vindicandis, & qui subreptione quadam declinandi operis ad publicæ cuiuslibet sacramenta militiæ transierunt. DAT. XVIII. KAL. IAN. CP. HONORIO A. IIII. ET EVTYCHIANO COSS.

Fabricensium est militia quædam. l. 4. & 6. numeri l. 5. & Nou. 85. Dimissi fabricensium primicerij honorantur vt veterani sicut dictum est lege superiori. Recepti compunguntur notis publicis vt tyrones. Aelius Amidenus lib. 8. cap. 13. Στίγματα καλοῦσι τὰ ἐπὶ τοῦ προσώπου ἢ ἄλλου τινὸς μέρους τοῦ σώματος ἐπιγραφόμενα, οἷα ἐστι τῶν στρατευομένων ἐν ταῖς χερσί. Vegetius, *Punctis signorum scribendus tyro.* & E alio loco: *victuris in cute punctis milites scripti.* Apud Gregorium 2. Epist. fit mentio constitutionis cuiusdam Mauricij Augusti, ne quis manu signatus ante expletam militiam ad monasteria migret, quam dicit priorem tulisse Iulianum Parabaram. & sic manu etiam signari aquarios ostendit l. pen. §. de aquæd. Additur in hac l. vt fugitiuorum fabricensium manu brachio've signatorum vel liberorum eorum susceptores fabricæ vindicentur, & relicta fabrica qui ad aliam militiam obrepserint, vt fabricæ restituantur. idem si ad curiam l. 31. §. de decurion.

IIII. IMPP. HONOR. ET THEOD. AA. ANTHEMIO PP. Si quis consortium fabricensium crediderit eligendum in ea vrbe, qua F natus est, vel in qua domicilium collocauit his quorum interest, conuocatis primitus acta conficiat, sese doceat non auo, non patre curiali progenitum, nihil ordinis ciuitatis debere, nulli se ciuico muneri obnoxium: atque ita demum gestis confectis vel apud moderatorem prouinciæ, vel (si is absit) apud defensorem ciuitatis ad militiam, quam optauerit, suscipiatur. Quòd si absq; hac cautione quispiam ad fabricensium consortium obrepserit: sciat se ad ordinis, cui debetur, patriæq; suæ munera G esse deducendum: ita vt nulla eum nec temporis, nec stipendiorũ prærogatiua defendat. DAT. XV. KAL. IVN. CP. HONOR. VIIII. ET THEOD. V. AA. COSS.

Vt ne quis fabricensium collegio cooptetur antequam publicè actis habitis apud præsidem prouinciæ vel defensorem ciuitatis docuerit se curiali conditione liberum, nulliq; ciuili muneri subiacere: alioquin hoc non obseruato, fabricis allectum retrahi in curiam nulla obstante præscriptione temporis, ne XL. quidem, vt ostendimus in l. 55. §. de decur. A

V. IMPP. THEOD. ET VALENTIN. AA. AVRELIANO COM. RERVM PRIVATARVM. Iure prouisum est, fabricenses artibus propriis inseruire, vt exhaustis laboribus immorentur cum sobole professioni, cui nati sunt. denique quod ab vno committitur, id totius B delinquitur periculo numeri: vt constricti nominationibus suis, sociorum actibus quandam speculam gerant, & vnius damnum ad omnium transit dispendium. vniuersi itaque veluti in corpore vnius formæ, vnius decoctionis (si ita res tulerit) respondere cogentur. DAT. PRID. NON. NOV. THEOD. A. XVII. ET FESTO COSS.

Pars est Nou. Theodosij de bonis fabricensium, vt exhausto labore militiæ liberi eorum eidem conditioni adstringantur: Vt vnius delictum teneat omnes, cùm & qui suscipitur in eam militiam C totius corporis nominatione suscipiatur, atque ita debeant actus suos inuicem speculari & custodire. quæ res non mediocrem fisco vtilitatem adfert: Ait, *vnius decoctionis*, Fortè *decoctionis*, id est, si quid vnus eorum decoxerit & interceperit, vt l. 12. §. de suscept. l. 9. C. Th. eod. tit. vel potius decoctionis, quasi vniuersi videantur decoxisse quod vnus decoxit, & hoc est quod ait l. vlt. §. de hered. decur. quæ huius pars altera est, fisco omnes pro intercepto respondere cogi. ex quo apparet malè quosdam hîc legere, *cognitionis*, & *rependere*.

VI. IMPP. LEO ET ANTHEMIVS AA. EVFEMIO MAGISTRO OFFICIORVM. Eos qui inter fabricenses sacræ fabricæ sociati sunt, vel eorum vxores, aut filios, qui itidem inter fabricenses mili- D tare dicuntur, non alibi pulsare volentibus respondere præcipimus, nisi in iudicio tuæ sublimitatis, ad cuius iurisdictionem potestatemq; pertinent: nec eos post stipendiorum finem militiæ super ciuilibus muneribus vel curialibus, quibus nullo modo subiacere demonstrantur, à viris clarissimis rectoribus prouinciarum vel eorum officiis præter licitum inquietari. E

Fabricensium & vxorum, filiorumq; eorundem iudex est magister officiorum, de quo dicturi sumus in l. 3. §. de præpos. sac. cub. Solum militia, quod fit expleto primiceratu, vacatione donantur, vt ait l. 2. §. quod quid sit, hæc explicat, ne ad vlla munera curialia vel ciuilia à præsidibus prouinciarum officiis've eorum deuocentur.

VII. IIDEM AA. EVFEMIO MAGISTRO OFFICIORVM. Nullus fabricensium conductioni, vel administrationi, vel agriculturæ alienarum rerum se posthac immiscere conetur: dominis quidem, si qui F contra hæc statuta meæ pietatis venire ausi fuerint, res vel prædia, quæ (scientes, quòd fabricenses sunt) iisdem fabricensibus ministranda commiserint, amissuris: fabricensibus verò grauissimè coërcitis, post facultatum suarum amissionem, perpetua exilij pœna & animaduersione retinendis. Quoties sanè in translatione armorum angariæ necessariæ fuerint: sublimitas tua literas ad eminentissimam iubeat dirigi præfecturam, & G numerum ei armorum, & ex quo loco transferenda sunt, indicare: vt continuò super præbendis angariis pro numero eorum, quæ transferuntur armorum, præceptione sua viros clarissimos moderatores prouinciæ

uinciæ conueniat, vt secundum missam à sublimitate tua notitiam naues vel angariæ confestim de publico præbeantur. Quòd si aliqua tarditas vel negligentia post datas à sublimitate tua ad eminentissimam præfecturam literas in destinandis auctoritatibus amplissimæ sedis intercesserit, & ex hoc armorum transuectio fuerit impedita: quinquaginta libris auri tam numerarium pro tempore officij eiusdem amplissimæ sedis, quàm alios quorum interest, condemnari præcipimus, eamq; auri quantitatem protinus exactam fisci viribus aggregari. multa præterea triginta librarum auri proposita tam viris clarissimis, qui prouincias regunt, quàm eorum apparitoribus, si conniuentibus his armorum transuectio tarditate aliqua fuerit præpedita.

Idem Leo qui militibus interdixit alienarum rerum conductione & procuratione. l. milites. §. de loca. eadem fabricensibus interdicit hac constitutione. quod & in militibus antea fuerat constitutum. l. si militem. §. de condic. ob cau. dat. & in fabricensibus l. 5. C. Th. eod. tit. quos militum quasi numero fecimus. l. 3. huius tit. Putem & fideiussione interdicendum pro alienarum rerum conductoribus aut procuratoribus exemplo militum. d. l. milites. & clericorum. No. 123. & c. 20. Clementis. Pœna partis huius apertissima est. Subiicitur de transuectione armorum, vt fiat præstitis angariis de publico auctoritate præf. prætorio, posteaquam magistri officiorum literis numerum armorum & locum ex quo transuectio facienda est, perdidicerit. Angariæ sunt iumẽtorum vel plaustrorum præstationes. Separantur hac lege à nauibus, quãquam & naues ipsæ angariari dicantur. l. pen. D. de priu. vet. Gregorius VIII. Epist. c. LXIIII. *Nauem ab omni angaria exuere festines.* Separantur & quandoque ab operis, licet & has angariarum appellatio contineat, vt dixi lib. X. tit. 24. [illegible]parantur & plaustra in l. 2. §. de quib. mun. quæ tamen non est dubium angariarum appellatione contineri, vt in formula cessionis in Oratorium collatæ apud Marculphum. Nullas functiones vel exactiones neque caballorum partus aut parauere dos aut carrarum angarias. Huius verò partis pœna etiam apertissima est.

## *De veteris numismatis potestate.* *Tit. II.*

I. IMPP. VALENTIN. ET VALENS AA. GERMANO PP.

Solidos veterum principum veneratione formatos ita tradi ac suscipi ab ementibus & distrahentibus iubemus, vt nihil omnino refragationis oriatur: modò vt debiti ponderis sint, & speciei probæ: scituris vniuersis qui aliter fecerint, haud leuiter in se vindicandum.

Vt in contractu emptionis & venditionis non reprobetur vultu veterum principum signata moneta, dummodo sit ponderis debiti & speciei probæ, id est, nõ adulterina, siue, vt Leo ait No. 52. ἀπαραποίητον τὴν μορφὴν ἔχον καὶ τὴν ὕλην ἀκίβδηλον καὶ τὴν ὁλκὴν τέλειον. Venditor qui reprobauerit lege Cornelia tenetur, auctore Paulo 5. Sententiarum. Arrianus ad Epictetum lib. III. τὸ τοῦ Καίσαρος νόμισμα οὐκ ἔξεστιν ἀποδοκιμάσαι τῷ τραπεζίτῃ, οὐδὲ τῷ λαχανοπώλῃ, ἀλλ' ἂν δείξῃς, θέλει οὐ θέλει προέσθαι αὐτὸν δεῖ τὸ ἀντ' αὐτοῦ πωλούμενον. Legatur & pragmatica sanctio Iustiniani ad petitionem Vigilij cap. De mutatione solidorum.

II. IIDEM AA. ET GRATIANVS A. AD IVLIANVM PP.

Pro imminutione, quæ in æstimatione solidi fortè tractatur, omnium quoque pretia specierum decrescere oportet.

Si vænierit res XX. aureis, & ante numerationem pretij imminuta fuerit aureorum æstimatio, imminuetur & rei venditæ pretium. nam XX. aureos præstando emptor liberabitur, etiam si non tanti sint solutionis tempore, quanti contractus. eadem est contrariorum potestas, vt Aristoteles ait. igitur si antè numerationem aucta fuerit æstimatio solidorum, augebitur & pretium rei venditæ. quod summè notandum censeo. potest esse vsui in mutuo, vt ostendimus in l. 59. D. de verb. obl. & in locatione & in taxatione rerum siue mancipiorum legibus definita.

III. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEOD. AAA. ARINTHEO PP. Vniuersos auctoritas tua proposito edicto commoneat, obryzatorum omnium solidorum vniforme pretium postulare: scilicet capitali supplicio puniendo, qui vel iussa nostræ maiestatis auaritiæ cæcitate contempserit, vel æternales vultus, dum fraudibus studet, duxerit viliores. A

Idem hac lege caueri existimo quod prima, vt solidorum veterum & recentiorum eadem sit potestas, æstimatio, pretium, dignitas. quam iis verbis expressit Zonaras in Nicephoro Phoca. σατῆρα πάντα βασιλικῶν ἐντετυπωμένα φέροντα ἰσότιμον εἶναι τῷ ἄρτι κοπτομένῳ. In fine pro, *violare*, emendaui *viliores* ex veteribus & ex libris βασιλικῶν, in quibus ita est redditus, κεφαλικῶς τιμωρηθήσεται ὅστις τὰ παλαιὰ ὄβρυζα ὄντα εὐτελέστερα διαλογίσηται, id est; capitaliter punitur qui vetera numismata obryza duxerit viliora. Obryza, id est, solidos aureos, vt in l. 2. §. vt nem. lic. in coëmp. spe. & l. j. 7. de oblat. vot. & quidem auri meri & purissimè cocti. Coctum pro obryzo in l. 1, C. Th. de ponderat. Merum, vt ex eo possit inaurado fieri. in lege quadam Caroli magni. Aurum ad obrussam, Suetonius in Nerone c. 44. vt est scriptum in vet. libris. Si qui soluuntur vel publico inferuntur solidi non sint ex auro eiusmodi, pro eo aliquid amplius superexigitur, id est, pro obryzæ incremento. l. 4. C. Th. de auro coron. & Iustiniani edicto XI. qui prætextus ne obtendatur illationi solidorum qui sunt speciei probæ, eo edicto prospicitur. B C

## *Nulli licere in frenis, equestribus sellis & in balteis margaritas & smaragdos & hyacinthos aptare & de artificibus palatinis.* Tit. 12.

I. IMP. LEO A. LEONTICO. Nulli prorsus liceat in frenis, & equestribus sellis, vel in balteis suis margaritas & smaragdos & hyacinthos aptare posthac, vel inserere. Aliis autem gemmis frena, & equestres sellas, & balteos suos priuatos exornare permittimus: de cucurniis verò omnem prorsus qualiumcunq; gemmarum habitum præcipimus submoueri. fibulis quoque in chlamydibus his vtantur, quæ solo auro & arte pretiosæ sunt. Si quis autem contra interdictum pietatis meæ fecerit, sciat se continuo quinquaginta libris auri esse multandum. Nulli præterea priuatorum liceat (exceptis scilicet ornamentis matronalibus, & tam muliebrium, quàm virilium anulorum habitu) aliquid ex auro & gemmis, quod ad cultum & ornatum imperatorium pertinet, facere: neque illud sub hoc colore & prætextu præparare, quod velit clementiæ principali velut aliquod munus offerre. pietas enim mea huiusmodi dona non expetit, neque regium sibi offerri à priuatis cultum requerit. Sanè si quis posthac aliquid contra vetitum huiusmodi sanctionis effecerit, & offerenda clementiæ meæ ornamenta, quæ vsibus regiis deputata sunt, auroq; & gemmis decorata ausus fuerit præparare: centum librarum auri condemnatione sciat se esse feriendum, capitali quoque subdendum esse supplicio. ornamenta enim regia intra aulam meam fieri à palatinis artificibus debent, non passim in priuatis domibus vel officiis parari. Vnde summa seueritate sancimus, vt quod in cultu ornatuq; nostro sacrum & adoptabile est, id facere temeritas priuata non audeat. Si quis sanè contra vetitum tranquillitatis meæ aliquid fecerit: definitam superius multam ab his per officia palatinorum exigi, & sacris largitionibus nostris iubemus inferri. D E F G

Marg

Margaritas tantùm & smaragdos & hyacinthos vetat freois, sellis & baltheis, non alias gemmas priuatos imponere. Adücit *de eurcumiis* (sic habent omnes vet. libri) vt nullæ his omnino iosferantur. Sed eo nomine quid significetur non scio liquidò. Idem de fibulis, vt de Adriano Spartianus scribit, eum sine gemmis fibulas strinxisse. Aureæ ergo fibulæ permittuntur priuatis oon gemmatæ. Tum exceptis ornamenōs muliebribus & anulis, vt ne quis priuatus ex auro vel gemmis conficiat regia ornamenta, quæ solis palatinis artificibus, veluó gyneciariis, barbaricariis & argentariis conficere ius est. Aureis vasis sacris vel aliis quibusdam, quæ minimè ad regium cultum accedunt, id est, eorum confectione priuatis apertè non interdicit, & ita hanc legem alter Leo interpretatus est Noo. LXXXI. Dederat tamen iam antè hanc facultatem Aurelianus, vt aureis qui vellent & vasis vterentur, & poculis, auctore Vopisco. Ait, *In priuatis domibus vel officiis*, Sic emendaui ex veteribus, Officiis, pro officinis, vt in l. 1. §. de exercit. & instit. act. Ait, *per officia palatinorum*. officiales Comiōs sacrarum largitionum exigunt multas sacro ærario inferendas. Nou. 117. l. vlt. §. de discus. l. properandum. §. illo. §. de iudic.

## *De classicis.* *Tit. 13.*

I. IMPP. VALENTIN. ET VALENS AA. AVXONIO PP. ORIENTIS. Classem Seleucenam, aliasq; vniuersas ad officium, quod magnitudini tuæ obsequitur, volumus pertinere: vt classicorum numerus ex incensitis vel adcrescentibus compleatur, & Seleucena ad auxilium purgandi Orontis aliasq; necessitates Comiti Orientis deputetur. DATA INDICTIONE XII.

Classici milites sunt deputati nauibus amnicis purgandorum fluminum & aliarum oecessitatum gratia. Inde classis Ararica, Istrica, Rodani, Padi in Occidente. Fuere & in Oriente plores, ad quas hæc lex pertinet, qua cauetur eas omnes pertinere ad præfectianos, vt eorum cura, sicut ioterpretor, classicorum numerus ex incensiōs suppleatur, id est, colonariæ conditioni minimè adscriptis, vt de tyronibus constituitur l. 1. §. de tyronib. *vel*, inquit, *adcrescentibus*, vt in l. sicubi. C. Th. de censu vel ads. l. 6. C. Th. de tyronib & io eod. tit. l. 7. *Ex incesßibus atque adcrescentibus*: vt lego, *incensitis*. Adcrescentes vocat qui ex classicis nascuntur. Classis Salcucena Orootis, qui amois est Syriæ Seleuciam affluens, Comiti Orientis deputatur: nec mirum, cùm sub eius dispositione Syriam fuisse certissimum sit.

## *De decurialibus vrbis Romæ.* *Tit. 14.*

I. IMPPP. VALENTIN. THEOD. ET ARC. AAA. TRIFOLIO PP. Si quis decurialem de auferendis priuilegiis putauerit lite pulsandum, intelligat se decuriæ interpellare debere iudicem. DAT. XIIII. KAL. FEBR. MED. TIMASIO ET PROMOTO COSS.

L. 1. C. Th. eod. ót. & Theodorici apud Cassiodorum lib. v. epistola ad Capuanum rectorem decuriarum & de eodem ad senatum, indicat collegium decurialium in vrbe Roma fuisse, qui s. c. acta, auctoritates senatus excipiebant, perscribebant, complebant, scrinia senatus seruabant, viri scribendi, dicendiq; periti, quibus præfuit rector, quem hæc lex iudicem appellat, & Cassiodorus ad Capoanum rectorem decuriarum. *Iudex*, inquit, *nunc exhibe quod te volebas apud alios obtinere*. Iudicabat enim inter decuriales & alios. & ideo lex ait eum qui velit cum decuriali agere de auferedo priuilegio ei iure veteri concesso, iudicem decuriæ adire debere. & hoc verò sensu decuriam accipiendam puto in l. 3. §. à municipibus. D. de bo. poss. mortuo. D. de fideius. l. si quis mihi bona. §. 1. D. de acq. her.

II. IMPPP. ARCAD. HONOR. ET THEOD. AAA. EXVPERANTIO IVLIO ET CETERIS DECVRIALIBVS. Leges tam à superioribus principibus, quàm à Diuo parente nostro conditas nostra auctoritate firmamus. Singulos itaque iudices scire volumus, ne quis huic collegio iniuriis corporalibus tentet notam atterere, neque ab his commodis, quæ rationibus adprobantur, audeat separare. Huic enim collegio

collegio volumus antiquam priuilegiorum prærogatiuã seruari. DAT. VIII. ID. IVL. ROMÆ HONOR. A. VI. ET ARISTENETO COSS. A

Confirmat priuilegia decurialibus concessa, ne qua ex causa corporalibus adficiantur iniuriis, & si quæ sunt alia.

## *De priuilegijs corporatorum vrbis Romæ.* *Tit.* 15.

I. IMPPP. VALENTIN. THEOD. ET ARC. AAA. AD ALYPIVM P. V. Nulli sit liberum, nulli permissum, vt nouum aliquid vrbis incolæ in vrbe sustineant: sed in honorem æternæ vrbis corporatis indulta suffragia valere præcipimus. cura autem rectorum prouinciarum corporati vrbis Romæ, qui in peregria transgressi sunt, redire cogantur, vt seruire possint functionibus, quas imposuit antiqua solemnitas. DAT. PRID. ID. IVL. AQVILEIÆ TATIANO ET SYMMACHO COSS. B C

Corporati vrbis Romæ sunt, de quibus sequentibus titulis sigillatim tractatur, veluti pistores, suarij, boarij, pecuarij, caupones, lignorum, frumenti, olei portitores, calcis coctores, populi Romani vsibus & necessitatibus destinati, quos si in prouincias transierint, cura præsidum vrbi restitui hac lege præcipitur. & ne noua onera eis indicantur. Confirmãtur & immunitates & priuilegia eis concessa. Extat epistola Symmachi ad Valentinianum, vt indicta eis noua equorum collatio in vsum exercitus remittatur, & conueniens ei rescriptum ad eundem Symmachum l. 1. C. Th. eod. tit. Fuere & in aliis vrbibus corporati l. vlt. §. de nauic. No. Valent. de epis. iud. sed non priuilegiarij.

## *De pistoribus.* *Tit.* 16. D

I. IMP. LEO A. VIVIANO PP. Quicunque ex mancipibus Comitis horreorum dignitatem & officium vel ambitione, vel gratia, vel pecunia, seu quolibet alio modo posthac fuerit adsecutus: exutus dignitate, quam contra interdictum nostræ serenitatis adeptus est, multatus etiam viginti libris auri, ad mancipum denuo consortium collegiumq; reuocetur: omne etiam speciale beneficium, quocumque modo contra hanc sanctionem fuerit impetratum, penitus conquiescat. E

Fuit in vrbe certum corpus pistorum, qui pani ciuili conficiendo obnoxij erant. Hos l. 1. & 2. J. de frum. vrb. Const. & l. 18. C. Th. de pistor. & l. 4. C. Th. de exs. & exac. mancipes vocant, & hæc Constitutio Leonis duobus locis, vt emendauimus, & legerat iam antè Lucas Penna. Quæ de his diximus libro singulari de temporibus c. 13. in hunc locum transferri velim. Ad eandem verò formam & mãcipem carceris Prudentius dixit, pro commentariensi: mancipem sutrinæ Plinius: mancipem diuinitatis Tertullianus: mancipes pro publicanis, multi. Symmachus 2. Epist. *vrsorum transuectionem cupiditati mancipij subtrahas.* vbi legendum, *mancipum.* Constituitur autem hac l. vt mancipes siue pistores qui Comitis horreorum dignitatem adepti fuerint, pistrino reddantur: Non licere pistoribus ad hanc dignitatem adspirare. F

## *De suariis & susceptoribus vini, & ceteris corporatis.* *Tit.* 17.

Susceptores vini caupones vocat. & ideo Græci ita vertunt περὶ χοιρεμπόρων καὶ καπήλων, qui scilicet suscipiebant vina fiscalia & populo vendebant, Populo enim Romano oleum, panis, porcina gratuita præbèbatur, vinum non nisi perrarò, vt Vopiscus scribit in Aureliano. At de his sub hoc titulo nihil continetur, nec de aliis quàm suariis quidquam. Credo tamen de suariis constituta, ad ceteros esse porrigenda. G

I. IMPPP. VALENT. THEOD. ET ARC. AAA. AD ALBINVM P. V.

A P. V. Porcinarij vrbis æternæ, cùm peruigilem laborem populi Romani commodis exhibeant, ſordidis ſemper muneribus liberentur. DAT. VIII. KAL. SEPT. ROMÆ TIMASIO ET PROMOTO COSS.

Suaria functio Reip. maximè vtilis ac neceſſaria excuſat à ceteris functionibus ſordidis.

II. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. FLORENTIO PP. Quicunque ex corporibus ſuariorum, ſiue excipiendæ neceſſitate litis adſtrictus, ſeu inferendæ voluntate ſpontanea prouocatus, B iudicium voluerit experiri: fori vrbani adiutorium præſtoletur.

Vt ſuarij excipiant inferantque actiones apud præf. vrbi, ſub cuius diſpoſitione legimus in Notitia fuiſſe etiam tribunum fori ſuarij, de quo in antiqua inſcriptione in hunc modum: *Fl. Vrſacius v. p. tribunus cohortium Vrbanarum* X. XI. *&* XII. *&* *fori ſuarij*. Fuiſſe etiam arbitror quendam tribunum campi pecuarij, eumque ſignificari in auctoritate illa vulgari Aproniani præf. vrbi, qua præcipitur, ſubmota micandi conſuetudine, pecora ſub exagio vendi, ita tamen vt lanio caput, pedes, & ſeuum C lactans, & ſubgulare cedant, reliqua caro cum pelle & interaneis publicè appendatur, & à venditore emptori præſtetur. Cui ſimile eſt quod à præf. quodam vrbi inſtitutum refertur in l. 4. C. Th. de ſuar. neſcio an eodem Aproniano, vt pondus porcorum trutinæ examine, non oculorum libertate quæratur. Exagium enim & trutinam ſignificat, vel certæ pôderationis genus. Zonaras in Nicephoro Phoca. παντὸς νομίσματος ἑξάγιον σταθμὸν ἕλκοντος. qui locus oſtendit ſolidum exagium pendere: exagium porrò conſtare ſiliquis XXIIII. ad Nicandrum ita adnotatum eſt, τὸ ϛ' ἄγιον κεράτια κδ'. ſic legendum. ſic & apud Actuarium lib. v. Methodi. De ſolido non eſt dubium eum conſtare ſiliquis XXIIII. No. 130. Additur in ea auctoritate Aproniani, commoda omnia prædamque damnari, quam tribunus, officium, cancellarius, ſcriba de pecuariis capere conſueuerant. Tribunum campi pecuarij, vt exiſtimo, & eius officiales intelligit. De ſuariis, boariis, pecuariis habeo No. Valentiniani D & Martiani, ſed nihil pertinet ad conſtitutiones huius tituli.

## *De collegiatis & chartopratis & nummulariis.* *Tit. 18.*

I. IMPP. THEOD. ET VALENTIN. AA. CYRO P. V. Qui ſub prætextu decanorum ſeu collegiatorum, cùm id munus non E impleant, aliis ſe muneribus conantur ſubtrahere, eorum fraudibus credidimus obuiandum: ne quis ſub ſpecie muneris, quod minus exſequitur, alterius muneris oneribus releuetur: ne argentariorũ vel nummulariorum munera declinentur ab his, qui dici tantummodo collegiati vel decani feſtinant. Ideoque ſi quis eorum ſub nudæ appellationis velamine collegiatum ſeu decanum ſe appellat: ſciat pro ſe alium ſubrogandum, qui prædicto muneri ſufficiens adprobetur: ſubrogatione videli- F cet memoratorum vel eorum qui moriuntur, primarum eius qui ſubrogatur, admiſſa iudicio. Quod autem ſupra numerum, qui in cautis breuibus continetur, nemo ſe quolibet patrocinio vel cuiuſlibet aſſumpta potentia debeat excuſare: hoc noſtræ eſt ſerenitatis cenſere, & tuæ ſublimitatis tuique officij cautius obſeruare. hoc inter omnes æqua lance ſeruari præcipimus, nullo diuinæ domus patrocinio, nullo ſacroſanctarum eccleſiarum reuerentia, nullo qualibet vel cuiuſlibet potentia ſe ex- G cuſante. Sed ne tantum circa munera releuanda ſupplicibus conſuluiſſe noſcamur, illud etiam dicendum obſeruandumque eſſe cenſemus, vt chartæ venditio, quæ de prouinciis ad corporatos ſupplicum per innouationem tranſlata eſt, primæ Conſtitutionis terminis concludatur. hoc

S eſt,

est, quod in initio dispositionis constitutum est, id in posterum nulla addita nouatione seruetur. DAT. X. KAL. APRIL. THEOD. XVII. ET FESTO COSS.

A

Ex corporatis vrbis videntur etiam esse qui collegiati vel *συστηματικοὶ* dicuntur. Hi, vt est scriptum in descriptione antiqua Constantinopoleos, è diuersis corporibus ordinati incendiorum solent casibus subuenire. & ideo in epistola Symmachi de corporatis ad Valentinianum, hos significari puto, dum ait, *Per alios fortuita arcentur incendia.* Et ex diuersis corporibus fuisse ostendit l. pen. §. de com. & merc. dum in locum defunctorum alios esse substituendos ait ex eodem corpore quo defuncti fuerunt. Eadem cùm sit sub tit. de comm. & merc. ostendit ex corporibus eos fuisse negotiatorum. & hæc Græcorum interpretatio ad eam legem, *ἐκ τριςάνδρων ἐν τῷ σωματείῳ πραγματείας χάριν.* Sed & alias operas quaslibet pro ratione imminentis necessitatis Reip. præstabant, sicut No. Maioriani de curialibus, collegiatos aliarum ciuitatum scriptum est operas patriæ alternis vicibus pro curialiũ dispositione præbere. Corporatis etiam adiungo decanos, lecticarios, copiatas, siue vispelliones. tot enim appellationibus iidem nuncupantur. No. 43. & 59. l. 4. §. de sac. eccl. l. si qua §. de epis. & cler. l. 15. C. Th. eod. l. 1. C. Th. de lus. col. qui definiuntur ab Epiphanio ad finem lib. 3. siue tomi 7. contra hæreses: *ἐν τῷ σώματα περιςέλλοντες τῶν κεκοιμημένων.* Horum verò & illorum certum numerum fuisse ostendit d. l. pen. & l. 4. §. de sacr. eccl. quæ illi coniungenda est, supra quem nemo ab aliis muneribus, quasi sit ex decanorum vel collegiatorum corpore, vacationem obtinere potest, nec si ei suffragetur ecclesia vel principis domus vel quælibet alia potestas siue dignitas. Ait, *Supra numerum qui in cautis breuibus continetur.* malim, *encautis*, vt l. immunitates. §. de agr. & cens. l. 4. C. Th. de ext. mun. Statuti autem decani vel collegiati huic muneri vacantes à ceteris muneribus immunes sunt. Duo exigimus vt sint statuti, & vt in actu positi, id est, non otiosi & imaginarij. Supernumerarij ab aliis muneribus non excusantur. statuti quoque copiatarum vel collegiatorum munus non exercentes non excusantur, sed in copiatæ gradũ, quem titulo tenus vsurpãt idoneo substituto ad proprij corporis munera deuocantur. Hanc cõstitutionem extorsisse videtur argentariorum supplicatio, quorum muneribus pleriq; se subducebant decanorũ titulo. qua ex re augebantur onera ceterorũ. l. 4. §. de exact. trib. No. 43. nunc releuãtur singulis pristino muneri restitutis, & albo decanorum erasis. Ait, *Primatum eum qui subrogatur.* Hic locus ostendit eos ex diuersis corporibus eligi primatum cuiusque corporis iudicio. In extremo additur de chartopratis, vt chartarum venditio, quæ ex prouinciis in vrbem transmittuntur, fiat secundum antiquam formam, id est, vt chartas fiscales suscipiant & vendant qui solebant, non argentarij, ad quos nouissimè translata chartæ venditio fuerat. Quia lex scripta est ad Præf. vrbi, videtur chartarum dispositio & cura ad eum pertinuisse. No. 44. videtur ad Comitem sacrarum largitionum referri. Chartariæ fuere vt Romæ, ita Constantinopoli quarta regione, quæ à Zonara in Valentiniano, & à Cedrino vocantur Chalcopratia, eodem errore quo & hunc titulum Græci inscripserunt, *περὶ συςημάτων καὶ χαλκοπρατῶν.* Chartopratia enim dicere debuerunt. Ait, *dicendum.* malo, *edicendum.*

B

C

D

## *De studiis liberalibus vrbis Romæ & Constantinopolitanæ.* Tit. 19.

E

I. IMPP. THEOD. A. ET VALENTIN. CÆS. THEOPHILO P. V. Vniuersos, qui vsurpantes sibi nomina magistrorum in publicis magistrationibus cellulisque collectos vndecunque discipulos circumferre consueuerunt, ab ostentatione vulgari præcipimus amoueri: ita vt si quis eorum post emissos diuinæ sanctionis afflatus, quæ prohibemus atque damnamus, iterum fortè tentauerit: non solùm eius, quam meretur, infamiæ notam subeat, verùm etiam pellendum se ex ipsa, vbi versatur illicitè, vrbe cognoscat. Illos verò qui intra plurimorum domos eadem exercere priuatim studia consueuerunt: si ipsis tantummodo discipulis vacare maluerint, quos intra parietes domesticos docent: nulla huiusmodi interminatione prohibemus. Sin autem ex eorum numero fuerint, qui videntur intra capitolij auditorium constituti: hi omnibus modis priuatarum ædium studia sibi interdicta esse cognoscant: scituri, quòd si aduersus cœlestia statuta facientes, deprehensi

F

G

A hensi fuerint: nil penitus ex illis priuilegiis consequentur, quæ his qui in capitolio tantummodo docere præcepti sunt, meritò deferuntur. Habeat igitur auditorium specialiter nostrum in his primùm, quos Romanæ eloquentiæ doctrina commendat, oratores tres numero, decem verò grammaticos. in his etiam qui facundia græcitatis pollere noscuntur, quinque numero sint sophistæ, & Grammatici æquè decem. Et quoniam non in his artibus tantùm adolescentiam gloriosam optamus in-B stitui: profundioris quoque scientiæ atque doctrinæ memoratis magistris sociamus auctores. Vnum igitur adiungi ceteris volumus, qui philosophiæ arcana rimetur: duos quoque qui iuris ac legum voluntates pandant: ita vt vnicuique loca specialiter deputata adsignari faciat tua sublimitas, ne discipuli sibi inuicem possint obstrepere vel magistri, ne've linguarum confusio permista vel vocum aures quorundam, aut C mentes à studio literarum auertat. DAT. III. KAL. MAR. CP. THEOD. A. XI. ET VALENTIN. COSS.

Constitutio eos professores notat infamia, eisq; interdicit vrbe, qui sibi vsurpant publicè docendi auctoritatem. Priuatam disciplinam probat. publicè probatis receptisq; professoribus vt doceant in Capitolio, ne & priuatim doceant interdicit. Publicorum professorum numerum constituit. Coniungenda est cum l.1.j. de profess. qui in vrbe Const.

## De honoratorum vehiculis. Tit. 20.

D I. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEOD. AAA. NEBRIDIO P. V. Omnes honorati, seu ciuilium, seu militarium, vehiculis dignitatis suæ, id est, carruchis intra vrbem sacratissimi nominis semper vtantur. DAT. III. KAL. FEBR. CP. HONORIO N. P. ET EVODIO COSS.

Carrucarum vsum in vrbe permittit ciuili militarive dignitate præditis, veluti præf. vrbi, magistro E militum, & similibus: quem & Senatoribus omnibus permisisse Seuerum, & priuatis Aurelianum legimus.

## De priuilegiis vrbis Constantinopolitanæ. Tit. 21.

I. IMPP. HONOR. ET THEOD. AA. PHILIPPO PP. ILLYRICI. Vrbs Constantinopolitana non solùm iuris Italici, sed etiam F ipsius Romæ veteris prærogatiua lætetur. DAT. PRID. ID. IVL. EVSTATHIO ET AGRICOLA COSS.

Sumpta est ex l.6.§.de sac.eccl. & iuri italico quod dederat l.1.C.Th. de iure ital. vr. Const. adiicit priuilegia & prærogatiuam veteris Romæ. Legatur Calchedonensis Synodi c. 28. Legatur & Iustiniani pragmatica sanctio ad petitionem Vigilij cap. vt fabricæ publicæ seruentur.

## De metropoli Beryto. Tit. 22.

G I. IMPP. THEOD. ET VALENTIN. AA. HORMISDÆ PP. Propter multas iustasque causas metropolitano nomine ac dignitate Berytum decernimus exornandam, iam suis virtutibus coronatam. igitur hæc quoque metropolitanàm habeat dignitatem. Tyro nihil de iu-

re suo derogatur. sit illa mater prouinciæ nostrorum maiorum benefi- A
cio, hæc nostro, & vtraque dignitate simili perfruatur.

Prouincia Syriæ Phœnices duas habet metropoles, Tyrum & Berytum. Sic Pontica Amasiam & Neocæsaream. No. 28.

## *De canone frumentario vrbis Romæ,* *Tit.* 23.

I. IMPPP. VALENTIN. VALENS ET GRATIANVS AAA. B
AD IVLIANVM PF. ANNONÆ. Nautici apud præsidum vel magistratuum acta confiteantur incorruptas species suscepisse, eorumque apud quos deponitur ista testatio, præsens aspectus probet, nihil in his esse vitij. quod eo tempore, quo ad sacræ vrbis portum peruenit, præfecturam iugiter obseruare præceptum est. DAT. XVIII. KAL. IVL. REMIS GRATIANO A. I. ET DAGALAIFO COSS.

Populo alendo conferebant prouinciales frumentum, oleum, porcinam, bubulam, & hic est qui dicitur canon & commeatus populi Romani, quem curante præf. vrbi & præf. annonæ aduehebant nauicularij siue nautici & caudicarij, inspectum prius à præsidibus prouinciarum vel duūuiris, apud quos etiam nauicularios testari oportebat de suscepti commeatus integritate. Inspectionem quoq; præf. annonæ hæc constitutio exigit, naui appulsa Romam. Idem etiam officinas pistorum discurrebat, vt Cassiodorus ait, pensumq; & munditiam panis exigebat. C

II. IMPP. ARC. ET HONORIVS AA. AD SENATVM ET POPVLVM. Si quid frumenti vel olei vrbicarij canonis remissione indultum est: speciali beneficio contra commodum publicum elicita non valeant. DAT. XVII. KAL. MAI MED. CÆSARIO ET ATTICO COSS. D

Non valere rescripta quibus inferendi canonis P. Romani immunitas siue remissio conceditur. l. 1. 3. de nauib. non excus.

III. IIDEM AA. MESSALE PP. Neminem patimur in mutando canone vrbis Romæ nostræ clementiæ beneficium postulare: sed ea rescripta, quæ quoquo modo potuerint impetrari, suscipi non sinimus. eos vero, qui contra hæc fecerint, in duplum retinendos esse decernimus. vicarios quin etiam ceterosque iudices, nisi deinceps ab vsurpatione vrbicarij canonis abstineant, deportationis pœna detineri: primates officiorum capitali supplicio subiugari perpetua auctoritate sancimus. DAT. PRID. NON. SEPT. ALTINO THEODORO V. C. COS. E F

Non valere rescripta quibus cōmutationem quis sibi canonis adoptat, veluti vt pro indicto frumento oleum inferat. In duplum teneri eum qui talia rescripta contra vtilitatem publicam impetrauerit. quod confirmat l. 30. C. Th. de anno. & trib. Altera pars coërcet vicarios & præsides prouinciarum & eorum officia, si quid ex commeatu pop. Romani sibi sumpserint & vsurpauerint.

## *De frumento vrbis Constantinopolitanæ.* *Tit.* 24.

G

I. IMPP. HONORIVS ET THEOD. AA. VRSO P. V. Nulli ne diuinæ quidem domui nostræ frumentum de horreis publicis pro

A pro annona penitus præbeatur: sed integer canon mancipibus consignetur, annona in pane cocto domibus exhibenda. ita enim debet canon ab inclytæ memoriæ Constantino præstitus, necnon à diuo pietatis meæ auo Theodosio auctus expendi: quoniam crescit inopia, si frumenta, quæ pro annona tribuuntur, ad vsus alios deputata cognoscantur. cogentur enim de publico sibi emere, quæ aliis vendere potuissent.

B DAT. X. KAL. AVG. CP. THEOD. A. VII. ET PALLADIO COSS.

Hic titulus est de canone populi Constantinopolitani, cui annona gratuita data est æquè ac Romano. Primus dedit Constantinus vt l.1. indicat tam tituli præsentis quàm sequentis, & Suidas iis verbis: παλατῖνοι εἶδος ἄρτων, οὓς ἐφιλοτιμήσατο τῷ δήμῳ Κωνσταντῖνος ὁ μέγας καθ᾽ ἐν ἑκάστου χρόνου, οὕτως ὀνομάσας αὐτοὺς οἷα ἐκ τοῦ παλατίου χορηγουμένους. προσέθηκε δὲ τούτοις καὶ κρέα καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον. An illud rectè panes palatinos dici, quòd è palatio erogarentur, ambigo. malim quod palatinis præberentur. Alij fuere militares, alij populares. l.7. C. Th. de an. ciu. Hunc verò Constantinianum canonem postea auxit Theodosius. nam huic rei cum LXXX. fere milia modiorum deputasset Constantinus Socrate teste lib. 2. c. 13. Theodosius auxit modum. l. pen. C. Th. de an. ciu. vt Marcianus l. ac tit. seq. vt Romæ Aurelianus teste Vopisco. Constituitur autem hac lege, ne frumétum pro pane populo præbeatur, sed integrum id quidem pistoribus detur, deinde populo panis coctus. alioquin frumentum si erogetur non panis, id populus in alios vsus facilè conuertet, ac postea cogetur panem sibi emere quem vendere potuisset.

C

II. IMPP. THEOD. ET VALENTIN. AA. LEONTIO P. V. Auri statuta quantitas ad coëmptionem frumentariam perpe-

D tuò sit dedicata, nec liceat cuiquam postea administratione vrbicariæ potestatis percepta, aliquid ex eadem summa minuere, vel ad quoscunque alios vsus conuertere: sed sub gestorum testificatione certum fiat, & quod mancipibus mutui nomine datum est, & quod ab iisdem sit excepta omni concussione soluendum. eum autem qui hanc formam ausus fuerit inquietare, quantitatem, in qua suam calliditatem exercuerit, in duplum redhibere iubemus: & quidquid ex prædicta ratio-

E ne adcreuerit, ad cumulum eiusdem auri quantitatis & frumentarij tituli fomitem redundare, legisque huius tenorem æneis tabulis incidi.

DAT. V. KAL. DEC. CP. ARIOBINDO ET ASPARE COSS.

Ne præf. vrbi frumentariam pecuniam in alios vsus conuertat, alioquin tenebitur in duplum, & in id quod ex ea pecunia lucrifecerit. Et vt testatò pecunia detur pistoribus mutui nomine ad coëmptionem frumenti, vtque vicissim testatò frumenta coëmpta pistores conditis inferant. Mutuum hoc loco promutuum significat, & ideo Græci vertunt εἰς πρόχρειαν σιτωνίας; qui & in l. 40. §. seruus. D. de statulib. promutuum interpretantur πρόχρειαν, & in l. ex conducto. § item cùm quidam. D. loca. promutua, ἐν προχρεία. in Harmenopulo corruptè ἐν προχειρίᾳ. Theodorus Hermopolites

F ad l. 1. §. de sent. quæ pro eo quod int. καὶ ἐν προχρείᾳ τὸ μισθωμα τῶν τοιούτων χρόνων συλλαβὼν τοῦτο. Datur ergo pistoribus pecunia promutuo ex arca frumentaria, id est, in antecessum, vt vel eandem reddant vel frumentum & panes. Scio indebiti solutionem etiam promutuum esse: & aliam conditionem ex mutuo, aliam ex promutuo, quod alio tempore & loco demonstrabitur. Ait, *Excepta omni concussione.* Vrbanicianus qui pistorem concutierit, pistorum consortio addicitur. l. 2. j. de app. præf. vr.

## *De annonis ciuilibus.* *Tit.* 25.

G

I. IMPPP. THEOD. ARC. ET HONOR. AAA. PROCVLO P. V. Annonas publicas non tam titulis dignitatum, quàm sin-

 gulor

gulorum viritim meritis attributas diui Constantini liberalitate, sanè A
clatuit. Ideoq; nihil ex his scholarum nomine vindicetur, sed pro vniuscuiusque merito quæ sunt concessa seruentur: vt quicunque percepta-
rum annonarum emolumenta vel in heredes proprios iure sanguinis transfuderunt, vel in extraneos distractionis titulo transcripserunt: maneat quod gestum est, vel hereditatis merito, vel alienationis arbitrio.
DAT. VIII. KAL. IVL. CP. ARCADIO A. II. ET RVFINO COSS. B

Hæc constitutio abrogat l.8.& 9.C.Th. de anno. ciu. Dederat Constantinus panes ciuiles scholis, quæ sunt sub dispositione magistri officiorum x I. vt ait Iustinianus l.vlt. §. de loca. Notitia x. recenset, Scutariorum primam, secundam, tertiam, Agentium in rebus, Armaturarum seniorum, Armaturarum iuniorum, Gentilium seniorum, Gentilium iuniorum, Scutariorum sagittariorum, Scutariorum clibanariorum. Vndecima est fabricensium schola. Ex hac largitate Constantini orta est quæstio, vtrum eos panes singulis scholaribus dedisset, an scholæ & vniuersitati, non abs re. Nam si scholæ dedit, in schola manent semper, nec vendi vel in heredem ab scholari transmitti possunt. Si personis singulorum, contrà. Illæ leges scholæ fauent. Hæc interpretatur datos meritis singulorum C viritim (sic legendum, vt Græci καθ᾽ ἕκαστον, non virorum) & ideo alienationem & transmissionem eorum esse.

II. IMP. MARTIANVS A. TATIANO PP. Centum vigintiquinque modios frumenti præter solitum canonem per singulos dies de præsenti sexta indictione ex die Kalendarum Ianuarij nomine peritteumatis de horreis publicis huius almæ vrbis insita nostræ pietatis liberalitate tribuimus: datis sacris apicibus ad sublimissimam quoque D
per Orientem præfecturam, quibus possit & modum nostræ donationis agnoscere, & incunctanter præbere quæ iussimus. quam modiationem iugiter & in perpetuum ciuibus nostris debere conferri, valitura in æuum hac lege sancimus.

Hæc constitutio annonis vrbis Constantinopolitanæ adiicit modios c x x. diurnos, nomine parapeteumatis. Sic habent veteres libri omnes, non peritteumatis, rectissimè: id autem est tesseræ nomine, quæ [Greek] à Græcis appellatur & [Greek] & [Greek], cui etiam Martianus suæ pie- E
tatis nomen inseri iubet, sumpto planè exemplo ex l.2.j. de frum. Alex. De annonis diximus pleraque alia libro decimo, quæ repetere neque moris est, neque instituti nostri. quod quisque locus exigit, id breuiter simul ac cumulatè præstari satis esse ducimus.

## *De mendicantibus validis.* *Tit. 26.*

F

I. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEOD. AAA. AD SEVERVM P. V. Cunctis affatim quos in publicum quæstum incerta mendicitas vocauit, inspectis, exploretur in singulis & integritas corporum, & robur annorum, atque inertibus & absque vlla debilitate miserandis necessitas inferatur, vt eorum quidem, quos tenet conditio seruilis, proditor studiosus & diligens dominium consequatur. eorum verò, quos natalium sola libertas prosequitur, colonatu perpetuo fulciatur, quisquis huiusmodi lenitudinem prodiderit ac probauerit: salua dominis in eos actione, qui vel G
latebram fortè fugitiuis, vel mendicitatis subeundæ consilium præstiterunt

A terunt. DAT. XII. KAL. IVL. PATAVI ANTONIO ET SYAGRIO COSS.

Annonæ populares dabantur domorum possessoribus & mendicis inualidis, non validis. Validi, si serui sint, dominum mutant & delatori acquiruntur, domino pristino seruata actione serui corrupti. Si liberi, delatoris coloni perpetui efficiuntur. Ait, *lenitudinem*, id est, inertiam & ignauiam, vt l. hi quos. C. Th. de accus. cuius fuit olim propria actio quædam, quæ dicitur τῆς ἀργίας γραφὴ No. 80. per quam huic constitutioni abrogatur.

B

## *De nautis Tiberinis.* *Tit.* 27.

I. IMPP. VALENTIN. ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P. V. Qui nauem Tyberinam habere fuerit ostensus, onus reipublicæ necessarium agnoscat. Quæcunque igitur nauigia in alueo C Tyberis inueniuntur, competentibus & solitis obsequiis mancipentur: ita vt nullius dignitas aut priuilegium ab hoc officio vindicetur. DAT. VIII. ID. OCT. ALTINO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO COSS.

Ne quis dignitate vel priuilegio vllo nauem quam habet in Tiberi, excuset à subuectione canonis pop. Romani.

D

## *De frumento Alexandrino.* *Tit.* 28.

I. IMPP. HONOR. ET THEOD. AA. ANTHEMIO PP. In æstimatione frumenti, quod ad ciuitatem Alexandrinam conuehitur, quidquid de crithologia & Zygostasij munere, & pro nauclerorum tuenda substantia eminentia tua disposuit, roboramus: atque vt curialibus prædæ auferatur occasio, iubemus eos ad huiusmodi sollici- E tudinem affectandam nunquam accedere, sed designata officia tuis prouisionibus examinata sollicitudinem prędictam implere. DAT. V. KAL. FEB. CP. HONORIO VIIII. ET THEOD. V. AA. COSS.

Lex 2. est de canone frumentario pop. Alexandrini. Lex 1. de canone pop. Romani, vel Constantinopolitani aduecto ex Alexandria, vt quod ex tota Aegypto Alexandriam côuehitur, æstimetur, excutiatur, & admetiatur in Alexandria, ne quid naucleri id Romam subuehentes ex eo F vsurpent, vel ne quid ex ea re subeant discriminis, dum fortè vel non tale vel ampliorem modum suscepisse insimulantur. Qui in Alexandria frumeoto suscipiendo & excutiendo præfectus est, χριθολόγος appellatur, qualem & apud Opuotios fuisse Plutarchus refert in Helleoicis. Qui admetiendo, ζυγοστάτης: de quorum munere quæ disposuerat Anthemius P P. Orientis, hæc constitutio probat. Græci vertunt, ὁ ἐρχόμενος σῖτος ἀπὸ Ἀλεξανδρείας χριθολογείσθω εἰς Ἀλεξάνδρειαν καὶ σταθμιζέσθω. Adiicit, vt hæc munera gerant non curiales Alexandrini, sed Præfectiani ab Anthemio probati & ordinati.

G II. IMPP. THEODOS. ET VALENTIN. AA. ISIDORO PP. Diurnos centum & decem modios alimoniis Alexandrinæ ciuitatis addi decernimus, vt nemo priuetur eo, quod

quod nunc vsque percepit, & perissochoregiæ nomen penitus amputetur, & tesseræ designentur, & nostræ pietatis nomine censeantur. DAT. PRID. NON. IVN. CP. ISIDORO ET SENATORE COSS. A

Alexandria, quam Procopius sophista τῆς οἰκουμένης Ἀλέξανδρον appellauit, Strabo τῆς οἰκουμένης μέγιστον ἐμπορεῖον, multa habuit præcipua. l. 56. & seq. §. de decur. l. vltim. §. de legat. & proprium canonem, vt vtraque Roma, quem hæc Constitutio auget, eo adiuncto vt perissochoregiæ, id est, supererogationis nomen penitus amputetur, qua loquendi forma & superexactionem περισσοπραξίαν vocant, id est, ne hæc Imperatorum largitio supererogatio appelletur, sed tesseræ Theodosianæ, vt parapeteumata Martiana ex l. 2. §. de an. ciu. B

## *De Alexandrinæ primatibus.* *Tit. 29.*

L. IMPP. THEOD. ET VALENTIN. AA. ISIDORO PP. Corporatos ciuitatis Alexandrinæ repurgandi fluminis onere liberamus, & pro tenore dispositionis tuæ quadringentos solidos ex dinumo vectigali memoratæ ciuitatis præcommodari decernimus, ita vt ex titulo nauium modis omnibus repensetur. DAT. PRID. NON. IVN. CP. ISIDORO ET SENATORE COSS. C

Vt corporati vrbis Romæ priuilegiarij sunt, sicut traditum est tit. XV. ita & corporati Alexandriæ, quos specialiter hæc lex facit immunes ab onere purgandi Nili, & in eam rem ex dinummio vectigali accommodari decernit solidos quadringentos. Vectigal propriè significat quod fisco vel Reip. præstatur pro mercibus quæ importantur vel exportantur, quod ἐξαγώγιον Iustinianus vocat in edicto de Alexandrinis, & Strabo lib. XVII. In Alexandria vectigalia alia ἐξαγωγικά, alia εἰσαγωγικά facit. Dinummium autem appellatum videtur à præstationis quantitate & modo. Quod fuerit ex eo isagogij titulo sumptum, id impleri iubet ex titulo naulorum. D

## *De iure reipublicæ.* *Tit. 30.* E

I. IMP. ANTONINVS A. DIONISIO. Si quid aduersus rempublicam indefensam in ea specie, in qua neque defensores creati fuerint, neque vt crearentur placuerit, statutum est: actionibus eius nihil præiudicatum est.

Contra ciuitatem indefensam dicta sententia non valet. qua in re comparatur pupillo vel adolescenti. F

II. IDEM A. PHORODIO. An respublica, in cuius locum successistis, ideo quia satisfecisse vos debito proponitis, ius pignoris in eo fundo habeat, apud suum iudicem quæritur. si enim neque beneficio sibi concesso id ius nacta est, neque specialiter in obligatione pignoris sibi prospexit, causa eius non separatur à ceteris creditoribus, qui habent personalem actionem. G

Resp

A Respublica tacitam hypothecam non habet nisi ex priuilegio.l.Antiochensium.D. de reb. auct. iud.poss. ergo nec is qui Reip. successit soluto debito. Successio tamen priuilegium in personali actione ei dabit quod habuit Resp.l.3.§. qui pot.in pig.hab. l.bonis. D.de reb. auct.iud. poss. Fisci melior est conditio. Accursius confundit fiscum & Remp.malè.

III. IMP. ALEXANDER A. SATVRNINO. Rempublicam vt pupillam extra ordinem iuuari moris est.

Resp. circumscripta in integrum restituitur perinde ac pupillus vel adolescens. l.1.§. de off.eius qui vic.alic.iud.obt.l.4.§.quib. ex cau. ma.in int. rest. Quid hic hærent interpretes? Resp. quamlibet ciuitatem significat.
B

IIII. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. VRBANO. Si secundum legem ciuitatis respublica, cuius meministi, ruina collapsis ædificiis tuis distraxit aream: nihil contra huius legis tenorem rector prouinciæ fieri patietur.

C Probatur lex municipalis, quæ ruina lapsorum ædificiorum aream addicit fisco. meritò. Cur enim ea non refecisti aut restituisti? qua ratione & Vespasianus vacuas areas occupare & ædificare, si possessores cessarent, cuicumque permisit, auctore Suetonio & Victore.

## *De administratione rerum publicarum.* *Tit. 31.*

I. IMP. PHILIPPVS A. CRESCENTIÆ. Fundum vectigalem, si suis quibuscunque temporibus debitæ quantitates inferantur, inuito possessore auferri non posse manifestum est.
D

Agri ciuitatum dati in emphyteusim non reuocantur, nisi emphyteuta in soluendo canone per triennium cessauerit.l.1.§. de iu.emphy. Post triennium Reip. committuntur.

II. IMPP. DIOCLET. ET MAXIM. AA. ET CC. IVLIO ET ZENODORO. Contra eos qui rempublicam administrantes, per officij necessitatem sub conditione relicti fideicommissi satis accipere debuerunt, quanti reipublicæ interest satis non esse acceptum, dirigendam actionem prospicitis. PP. VII. KAL. DEC. CC. COSS.
E

Repetita est in l. vlt. §. vt in poss. leg. Administratores rerum publicarum si fideicommissi conditionalis ciuitati relicti caueri sibi non curauerint, Reip. tenentur in id quod interest.

## *De vendendis rebus ciuitatis.* *Tit. 32.*

F I. IMP. ANTONINVS A. HERCVLIANO. Si sine vlla conditione prædia vendente republica comparasti, perfecta venditione nulla ratione vereris, ne adiectione facta auferri tibi dominium possit. tempora enim adiectionibus præstituta ad causas fisci pertinent, nisi si qua ciuitas propriam legem habeat.

De hac lege scripsimus Obs. 2. c. 24. & l. 4. §. de fide has. fis.

G II. IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. Quamuis incrementum conductioni factæ publici prædij videtur offerri, non tamen additamenti specie oportet fidem locationis infringi, præsertim cùm tantum iam temporis ex contractu decessisse proponas.

Vt post venditionem factam à Rep. adiicere non licet, ita nec post locationem, præsertim, inquit, cùm iam &c. Nam & post certa tempora venditioni vel locationi fiscali adiicere non licet. A

III. IMP. LEO A. ERITHRIO PP. Si quæ hereditatis, vel legati, seu fideicommissi, aut donationis titulo domus, aut annonæ ciuiles, aut quælibet ædificia, vel mancipia ad ius inclytæ vrbis, vel alterius cuiuslibet ciuitatis peruenerant siue peruenerint: super his licebit ciuitatibus venditionis pro suo commodo inire contractum, vt summa pretij exinde collata, ad renouanda siue restauranda publica mœnia dispensata proficiat. indefessa verò cura prospicientes, ne quis aduersus ciuitatum commoda quidquam moliri possit incommodi, sed sine vlla fraude, seu nundinatione, vel colludio, seu conniuentia huiúsmodi venditiones procedant. hoc in posterum obseruandum esse censemus, vt siquidem ad hanc inclytam vrbem, domum, vel ciuiles annonas, aut alia quælibet ædificia vel mancipia pertinentia contigerit venundari, non aliter nisi imperiali auctoritate vendantur. in prouinciis verò præsentibus omnibus seu plurima parte tam curialium, quàm honoratorũ & possessorum ciuitatis, ad quam res prędictæ pertinent, propositis sacrosanctis scripturis, singulatim vnumquemque eorum, qui conuenerint, iubemus sententiam, quam putent vtilem patriæ suæ, designare: vt ita demum decreti recitatione in prouinciali iudicio interueniente, emptor competentem possit habere cautelam. Hos autem venditionum contractus, siue iam completi fuerint, siue postea ineundi fuerint stabiles esse censemus. B C D

Vt prædia, mancipia, panes ciuiles ad vrbem Constantinopolitanam pertinentes non vendantur nisi auctoritate principis. vt ad alias ciuitates pertinentia, non nisi decreto curiæ insinuato præsidi prouinciæ. Et vt decretum fiat propositis sacrosanctis euangeliis quasi deo teste: & pretium inde collectum operibus publicis proficiat.

## *De debitoribus ciuitatum.* *Tit.* 33.

I. IMP. ANTONINVS A. DIODORO. Non prius debitorem reipublicæ honorem in republica subire, quàm id quod debere constiterit, conuentus exsoluerit, tam meis, quàm diuorum principium constitutionibus declaratur. E

Debitores ciuitatis antequam soluerint, ad honores inuitari non possunt. Hoc ita si debitores sint ex administratione vel pollicitatione, non si ex mutuo. l. rescripto. §. debitores & seq D. de mun. Si igitur quis polliceatur Reip. ob honorem decernendum, tenetur ex pollicitatione, nec honorem suscipere potest ante quàm pollicitationi satisfecerit. Tenetur & qui pollicetur ob honorem decretum. quo casu nihil debuit quo tempore honorem cœpit. F

II. IMP. CONSTANTINVS A. VERINO. Apud eos quos superstites integris facultatibus esse peruideris, vel quorum heredes incolumia retinent patrimonia, sortes reipublicæ perseuerare debebunt: ita tamen vt annuas vsuras suis quibuscunque temporibus exsoluant, cùm simul & reipublicæ vtile sit retinere idoneos debitores, & ipsis commodum cumulum debiti minimè nutriri. Et quia nefas est, obnoxiis corporibus alienatis, circumscribi ciuitates placuit, si quis debitor reipublicæ ciuitatis quippiam ex eo patrimonio, quod habuit cùm pecuniam G

reipubl

A reipublicæ ſumeret, donauerit vel diſtraxerit vel qualibet in alium ratione contulerit: qualitate rei alienatæ perſpecta, atque omnibus debitoris facultatibus conſideratis, quas habuit, cùm ei pecunia crederetur: pro rata ab eo qui ex debitoris facultatibus aliquid detinet, ex ſorte atque vſuris poſtulari. itaque quoties minus idoneum deprehenditur eius patrimonium, cuius nomen ciuitati alicui inuenitur obnoxium: iudex omni B diligentia & ſolſcitudine debebit inquirere, ad quos ex qualibet conditione tranſierint debitoris facultates: vt ſinguli ęqua æſtimatione habita, pro rata rerum quas poſſident, conueniantur: perſonalęm actionem contra eum habituri debitorem, qui ipſis ſoluentibus liberatur. Ab eo autem à quo conſtat fortunarum ſuarum partem maximam receſſiſſe, etiam reliquam portionem, quæ apud eum reſederit, transferri ad idoneum oportebit. Quòd ſi quiſpiam debitor reipublicæ ciuitatis fiſco noſtro locum fecerit, emptores qui ex fiſco noſtro comparauerint, C manifeſtum eſt ſecundum ius vetus & reſcripta diuorum conſtitutionesq; noſtras nullam debere moleſtiam ſuſtinere. Quòd ſi quis debitor non comparuerit, vel certè omnia ſua ita conſumpſerit, vt nemo aliquam rem ex eius bonis poſſideat: id debitum conuenit ad diſpendium reipublicæ pertinere, ideoq; cura patris ciuitatis apud idoneos, vel dominos ruſticorum prædiorum pecunia collocanda eſt. PP. KAL. FEB. VOLVSIANO ET ANNIANO COSS.

D

Primum hoc conſtituitur, ne idonei debitores ciuitatum inquietentur in ſortes, quæ vſuras pariunt quotannis. Soluent vltro ſi nolint cumulum debiti nutriri. Tum vt à debitore ciuitatis bonis quibuſdam venditis, quæ tempore contractus habuit, pro rata emptor teneatur in ſortem & in vſuras, in reliquum debitor pro rata eorum quæ retinuit, maxima parte vendita, vt quod debitori reſtat in emptorem transferatur, atque ita ab eo ſolidum exigatur. Manifeſtum eſt emptorem non teneri hypothecaria, quia poſſeſſio ab eo non auocatur, & contractam fuiſſe hypothecam lex non dicit. Quod enim ait, *Obnoxijs corporibus*, μῆλα υμῖα eſt, pro patrimonio eius cuius nomen, vt paulò pòſt loquitur, ciuitati obnoxium eſt. Manifeſtum non teneri Pauliana, quia venditio non reſcinditur. Sed actione perſonali tenetur, quaſi debitor in ſortem & in vſuras pro rata bo- E norum, quæ à debitore emit, ex hac lege, quam, niſi quid addidit Tribonianus, ante Conſtantinum obtinuiſſe arguet l. vlt. §. quo quiſque ord. conu. Quod autem ſoluerit à debitore principali, recipiet quaſi empto nomine actione ceſſa, vel etiam ſine ceſſione, vtili ſuo nomine ad exemplum perſonalis, qua reus principalis Reip. tenetur. l. 1. §. de obl. & act. Deinde lex duos ponit caſus, quibus euerſio facultatum debitoris, Reip. periculo cedit, niſi quòd ſalua eſt actio in patrem ciuitatis. vnus eſt, ſi bona debitoris publicata ſint, quæ res non perimeret hypothecam ſi contracta eſſet. At ſi nulla fuerit hypotheca contracta, bona ad fiſcum tranſeunt ſine onere æris alieni, & à fiſco rurſus ad emptorem. Dico, ſi publicata ſint. quoniam lex ait, *Fiſco locum fecerit*: quæ verba ita accipi reperio in l. 5. §. de iu. fiſ. l. 3. C. Th. de bon. proſ. Quòd ſi ob ceſſationem ſolemnium functionum occupata ſint & diſtracta, etiam ſi fuerit contracta hypotheca, perimetur, & fiſci vel eius qui à F fiſco emerit, potior erit cauſa, quoniam antiquior in hypotheca bonorum fiſcus cenſetur. l. 1. §. ſi prop. pub. penſ. ac multò minus emptor tenebitur perſonali actione. Sed ſi debitoris Reip. hereditatem quaſi vacantem fiſcus vendiderit, emptor Reipub. tenebitur. l. 1. §. de hered. vend. nec ei proficiet conſtitutio Zenonis, quæ emptorem de proprietate vel hypotheca interpellari vetat, non de ſtatu, non de debito hereditario. Alter eſt, ſi debitor copiam ſui non faciat, & bona mobilia quæ habuit tempore contractus, nuſquam appareant. Igitur apud rerum immobilium poſſeſſores & idoneos, non diſſolutos vel luxurioſos à patre ciuitatis pecunia collocari debet. alioquin ipſe tenebitur. De patre ciuitatis ſcripſi ſatis in l. 3. §. de iis qui ſpon. mun. ſuſcep.

G *De periculo nominatorum.* *Tit. 34.*

I. IMP. GORDIANVS A. SEVINO. Hi qui à te collegaq; tuo magiſtratus creati ſunt, etiam ſi maximè fideiuſſores non exegiſtis,

tamen si per id temporis, quo magistratus honor deponebatur, soluendo fuerint, periculo vos creationis non fecerunt obnoxios ex eo, quòd casu aliquo patrimonium eorum mutilatum sit: cùm cessationi suæ id debeant imputare, damnaq; reipublicæ (si qua ob culpam eorum passa est) sarcire, qui cùm nomine publico eos conuenire potuissent, id facere supersederunt. A

Duumuiri solent sibi successores nominare, ex qua nominatione Reip. obligantur, si successores tempore depositæ administrationis, pari rationi faciendæ pates non sint, nec ab eis creationis tempore creatores satis exegerint. Quòd si tempore depositi honoris soluendo sint, etiam si ab eis creatores satis non exegerint, non tenentur. l. ordine. §. j. D. ad municip. Sed si fortè postea lapsi sunt facultatibus, damnum Reip. præstabunt, quorum culpa tardiùs sunt ab eis rationes exactæ. B

II. IDEM A. RVFINO. Si successoris tui successor non idoneum loco suo magistratum denominauerit, administrationis eius periculum ad tuam personam spectare nequaquam potest. etenim nominati successoris duntaxat quisque periculum suscipere compellitur, nec ad nominatoris nominatorem manus iure porrigi possunt. C

Nominati successoris periculum nominatorem nominantis non tenet, vt si ego te nominauero, tu Titium, Tinj periculum me non tenet. Idem si ego pro te fideiussero, tu tibi successorem nominaueris. l. libertus. §. pen. D. ad munic. Non si pater filio consenserit ad decurionatum, & filius sibi successorem nominauerit. Plus ergo tenetur pater quàm fideiussor, plus est quàm fideiussor, & quasi reus ipse. l. 2. D. eod. quod summè notandum.

## *De periculo eorum qui pro magistratibus interuenerunt. Tit. 35.* D

I. IMP. ANTONINVS A. AVGVSTALI. Fideiussorem magistratuum in his quæ ad reipublicæ administrationem pertinent, teneri, non in his quæ ob culpam vel delictum eis pœnæ nomine irrogentur, tam mihi, quàm diuo Seuero patri meo placuit. E

Superior titulus est de nominatoribus magistratuum, hic de fideiussoribus. vtrique Remp. saluam præstare ex magistratuum administratione debent, non etiam ex nominatione successorum ab eis facta honore deposito. Et rem non pœnam vel multam, quæ extra rem accedat, vt si magistratus pecuniam Reip. interuertit, fideiussor eius tenebitur in sortem, non in pœnam, si qua illi ob eam causam infligatur. & hoc est quod ait hæc cnnstitutio, quam significari puto in l. fideiussores. D. de fideiuss. Patris aliam esse conditionem arbitror. Hic enim plus quàm fideiussor vel nominator est, vt dixi l. 2. §. tit. prox.

## *Quo quisque ordine conueniatur. Tit. 36.* F

I. IMP. ANTONINVS A. LVCIANO. Et si duobus simul cura pecuniæ ciuitatis, non tamen separatis portionibus, mandetur, singuli non pro virili portione, sed insolidum reipublicæ obligantur. Cùm autem de indemnitate ciuitatis eius quæritur: prius eius bona, qui administrauit, ac mox (si satisfieri non poterit) collegæ conueniuntur. Vos tamen qui heredes vnius ex curatoribus extitistis, damno, si quod post mortem eius dolo vel culpa collegarum accessit, onerari non est rationis. G

Plures sunt qui pro eo obligantur qui honorem vel munus aliquod publicum gessit, nominator, fideiussor, collega, pater. At quo ordine conueniantur videamus. Puto separanda esse munera à

magistr

A magiſtratibus. Duæ priores leges huius tit.ſunt de muneribus. Duæ poſteriores de magiſtratibus. Si munus duobus iniunctum ſit ſeparatis portionibus, hic ordo ſeruatur, fideiuſſor, nominator, collega. l.2.ꝭ.hoc tit. l.3. §.de con.fiſ.deb. Si pro indiuiſo, hic, collega, fideiuſſor, nominator. d.l.2. l.aduerſus.§.de mag.conu. Collega, quia conreus hoc caſu. Fideiuſſor, quia propius ſemper accedit ad reum quàm nominator. In magiſtratibus ordinis ratio eadem eſt, ſiue duo creati ſint magiſtratus diuiſis actibus adminiſtrationis, ſiue indiuiſis, puta vt fideiuſſor primùm excutiatur, tum nominator, deinde collega. l.3.& 4.hoc tit. l.Imperator.D.ad municip.& notandum quod ait l. 3. *in magiſtratibus*, quaſi idem non ſit conſtitutum in muneribus. Nam magiſtratus non omnimodo ſunt conrei. Nec enim ſi depoſito honore ambo ſoluendo ſint, in ſingulos eſt actio inſolidum, ſicut in B eos quibus pro indiuiſo munus iniunctum eſt. l.ſi pupillus. D.de adm.tut. Sic & ſi vnus ex eis ſoluendo non ſit, ad collegam quaſi conreum non venitur inexcuſſo inopis fideiuſſore ac nominatore. d.l.Imperator. Reum principalem qui munus vel honorem geſſit, ante hos omnes eſſe conueniendum conſtat, ac proinde etiam patrem eius, argumento eorum quæ diximus l.2.de per.nom. & tit.præced. Hæc eſt huius quæſtionis definitio. Adiicit hæc l.j. vno ex curatoribus pecuniæ publicæ defuncto, heredem eius pro collega non teneri ex ea cauſa, quæ non habuit locum eo viuo. Et ita omnibus idoneis defunctis, dicerem inter heredes periculum non eſſe commune in eo quod poſt mortem vnius heredis dolo vel culpa contigerit. l.tutores. §.tutoribus. D.de adm.tut.

C II. IMP. GORDIANVS A. VALERIO. Quoties duobus non ſeparatim, ſed pro indiuiſo munus iniungitur, & ita vt vnuſquiſque eorum periculo ſoliditatis videatur obſtrictus: manus ad nominatorem prius quàm vtrique, qui id munus adminiſtrauerunt, ſolemniter fuerint excuſſi, nulla ratione porrigi poſſunt. Si verò ſeparatis portionibus ad munus nominati ſunt: prius pro portione conueniantur, qui adminiſtrauerint, item fideiuſſores eorum, ſi nec ab his quidem indemnitas D fuerit ſeruata: tunc demum creatorem, ac ſi ne is quidem ſufficiat, nouiſſimè participem muneris conueniri debere præſes non ignorat.

Duobus creatis curatoribus Reipub. vel duumuiris pro indiuiſo, id agitur tacitè vt vice mutua obligentur inſolidum. & malè in l. ſeq. additum eſt quibuſdam Codicibus, *hoc expreſſo*, & in hac ſcriptum, *ſoliditatis*, cùm ex vet. ſit legendum, *ſodalitatis*, id eſt, collegij. cetera expoſuimus l. 1.

III. IMPPP. CARVS CARINVS ET NVMERIANVS AAA. E THEODOSIO. Si ita duumuiri creati eſtis, vt mutuo periculo teneamini, in dubium non venit, vicariis damnis vos eſſe obſtrictos: cùm in magiſtratibus prius nominatores conueniendos eſſe, hoc quod in perſona veſtra cuſtodiri deſideratis, conſtitutum eſt.

Certum eſt Duumuirorum creatorum pro indiuiſo commune eſſe periculum. At non antè ex facto alterius alter conuenitur, quàm creatores excuſſi fuerint. Hoc enim in magiſtratibus conſtitutum eſt. qui idem ordo non ſeruatur in muneribus. *Cùm*, pro, *quamuis*. l. 60. Cod. Th. de appellat.

F

IIII. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. DIONI. Cùm te & collegam tuum magiſtratus veſtri tempore publicum fœnus collocaſſe proponas, nec potuiſſe debitum à quibuſdam reipublicæ reſtitui, cùm paratus ſis pro te id quod ſolus geſſiſti, reipublicæ ſatisfacere, conſequens eſt rempublicam, ſi ſeparati actus veſtri contractus fuerint, ſucceſſores collegæ tui, vel rerum eius poſſeſſores prius G ob perſonam eius congredi: & ſi ſolida indemnitas reipublicæ ſeruata non fuerit, nominatores eius interpellare, ac poſtremo loco, ſi quid ex nomine tui collegæ defuerit, ob culpæ nexum te interpellare. priores enim nominatores veluti fideiuſſores placuit obſtringi.

Ait, *si separati.* Dati quidem sunt pro indiuiso, sed diuiserunt inter se administrationem, quæ res vice mutua periculo non liberat. Ceterùm idem ordo seruatur, qui seruaretur si separata initio fuisset administratio. Ait, *ob culpa.* Sic in l. Imperator. D. ad municip. eademq́, ratio est in muneribus, veluti in tutelis. l. 2. §. vsque adeo. D. de tut. & rat. dist. in quo placet quod Hugolinus scripsit, negationem superesse illo loco, *si non contutor,* A

## *Ne quis liber inuitus actum gerere cogatur. Tit. 37.*

I. IMP. ALEXANDER A. VRBICO. Si vt proponis decreto ordinis ad libertatem ductus es, non debere te inuitum actum reipublicæ administrare, curator reipublicæ non ignorat: præsertim cùm serui huiusmodi officia administrare debeant. B

Vt priuati seruos actores habent, ita Resp. præpositos pecuniis dandis & suscipiendis, stipulationibus contrahendis, rationibus domini tractandis, qui sunt sub dispositione curatorum Reip. vel Kalendarij vel patris ciuitatis. l. 1. ʒ. de solut. & lib. deb. ciu. Liberis actoribus non vtuntur, & ideo plerique ad actum gerendum se vænire patiuntur. l. 6. §. irritum. D. de iniust. rup. atque ita capite minuuntur. Sola tamen actus gesti ratio caput non minuit. l. libertos. ʒ. de lib. cau. C

II. IMP. DIOCLETIAMVS ET MAXIM. AA. TYBERIO. Si cùm ingenuus esses, ad actum gerendum à republica compelleris: auxilium præsidis & iuris præsidia, prout vsus exigebat, implorare potuisti.

Potest liber sua sponte Reip. actum gerere, non inuitus. quia seruile officium id est.

## *Sumptus iniuncti muneris ad omnes collegas pertinere. Tit. 38.* D

I. IMPP. DIOCLETIAN. ET MAXIM. AA. DIODORO. Cùm ad munus exhibendarum angariarum cum aliis creatus, à consortibus muneris sollicitudine deserta, solum te functum esse proponas: sumptuum detrimenta, si qua acciderint, collatione eorum, quos munus oportuerat participare, prouisione præsidis diuidentur. Quòd si & à te obsequium derelictum esse cognouerit: quid censuræ publicæ congruit, non ignoret. E

Pluribus curatoribus creatis ad cogendas angarias, si vnus coëgerit, alij cessarint, cessatores sumptus in eam rem factos agnoscent pro rata, *si qua,* inquit, *acciderint.* Nam plerumque solet esse sine sumptu, vt diximus in l. 1. ʒ. quemad. ciu. muo. ind. Si omnes cessarint, præsidis prouinciæ coërcitio est.

## *De iis qui ex officio quod administrauerunt conueniuntur. Tit. 39.* F

I. IMP. ANTONIVS A. OCTAVIO. Fœnoris reipublicæ, quod non tua culpa perditum esse apparuerit, sufficit sortis damnum, non etiam vsurarum eius sustinere.

Qui ex contractu pro debitore Reip. obligatur, veluti fideiussor & in sortem tenetur & in vsuras. l. 2. §. vlt. D. de adm. rer. ad ciu. pert. Qui ex officio quod administrauit, vtputa Duumuir vel pater ciuitatis, qui non satis cautè pecuniam publicam fœnori occupauit, in sortem tantùm non in vsuras. Pro pecunia quam ipse habet etiam in vsuras. Pro alio in sortem tantùm, si nulla eius fraus vel culpa lata arguatur. l. vlt. in prin. D. eod. l. Lucius. §. Paulus. D. ad municip. l. cùm quidam. §. pen. D. de vsuris. G

De

A

## *De solutionibus & liberationibus debitorum ciuitatum. Tit. 40.*

Liberationis verbum ad obligationem refertur. Solutionis ad obligationem vel ad nummos. Si ad obligationem, æquè patet ac liberationis. l. solutionis. D. de solut. cui ex inscriptione coniungenda est l. liberationis. D. de ver. sign. In hoc tit. & in generali de solutionibus & liberationibus, specialiter refertur ad nummos, & ob id numerario dicitur frequenter, vel ad aliam rem debitam. Sic & liberatio specialiter ad eam, quæ ex solutione debitori contingit, vel non. Ergo, de solutionibus & liberationibus, id est, de solutionibus eius quod debetur, & liberationibus quæ ex eis de- B bitori naturaliter contingunt. Interea tamen in titulo generali de aliis quibusdam agitur, quæ specie & iure solutionis censentur, veluti confusione & compensatione.

I. IMP. ALEXANDER A. QVATVORVIRIS. Cautiones seruorum publicorum ita demum firmam securitatem debitoribus præstant, si curatorum adsignantium, vel eorum, quibus exigendi ius est, auctoritate subnixæ sunt. Cùm autem is qui exsoluisse dicitur, solam C scripturam actoris suscipientis pecuniam promat: ea tantùm defensio consueuit admitti, si quod exsolutum est, reipublicæ rationi profecisse doceatur. Sanè curator vester, si fraude serui constiterit effectum, vt interciperentur à curatore illatæ à debitoribus quantitates: de peculio eius, quod eo modo deest, restituet.

Scripta est ad Quatuoruiros, id est, magistratus Reipublicæ cuiusdam, vt in veteri quadam inscriptione Hispaniæ, *Quatuoruiris & Decurionibus Saborensium*, & ideo paulo pòst ait, *Curator vester*, D id est, curator Reip. Cauetur autem ea, vt apochæ actorum Reip. securitatem debitoribus non præstent, nisi factæ sint auctore & apochis adsignante curatore Reip. vel Kalendarij, vel nisi probetur pecuniam versam in rem ciuitatis. Teneri curatorem Reip. de peculio, si fraude actoris pecunia à debitore ciuitatis soluta, intercepta, nec in rem ciuitatis conuersa fuerit.

## *De spectaculis & scanicis et lenonibus. Tit. 41.*

I. IMPPP. VALENS GRATIANVS ET VALENTIN. AAA. AD HESPERIAM PROC. AFRICÆ. Non inuidemus, sed po- E tius cohortamur amplectenda felicis populi studia, gymnici vt agonis spectacula reformentur. Veruntamen cùm primates viri populi studiis ac voluptatibus grati esse cupiant, promptius permittimus vt integra voluptas sit, quæ volentium celebratur impensis. DAT. VI. ID. MAR. TRIV. VALENTE V. ET VALENTINIANO AA. COSS.

Cùm vetitum paulo antè fuisset gymnicum certamen, id edere volentibus sua sponte populi F recreandi causa, hæc lex permisit.

II. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEOD. AAA. AD VALERIANVM P. V. Quisquis equos, quos vel serenitas nostra, vel ordinarij consules tribuunt voluptatibus, ad commodum compendiumq; priuatum abduxerit: vnius libræ auri condemnatione multetur. DAT. VIII. KAL. MAI TRIV. EVCHERIO ET SYAGRIO G COSS.

Eum qui equos circenses in suos vsus conuerterit, vnius libræ auri condemnatione multari.

III. IIDEM AA. AD VALERIANVM P. V. Eos qui agitandi munus

A des ferre, quas nolit. DAT. XI. KAL. MAI FELICE ET TAVRO COSS.

Pater qui filiam prostituit patriam potestatem amittit, dominus dominium, creditor pignus, redemptor pretium redemptionis, venditor manus iniectionem, & pater dominus've qui inuitam detinuerit in prostibulo, in metallum damnatur. Soluuntur prostitutæ & liberantur lenonum obsidione interuentu episcoporum & iudicum & defensorum plebis, itemq; mercede conducti ministri earum, veluti aquarioli. Sequitur septimæ constitutionis, quæ hoc titulo desideratur, summa B ex LX. βασιλικῶν tit. 38.

VII. ΜΗΔΕῚΣ πορνοβοσκείτω τοῦ λοιποῦ, μηδὲ πόρος ἐντεῦθεν ταῖς λαργιτίοσιν εἰσαγέσθω, μήτε τὴν δούλην ἢ ἐλευθέραν πορνευσάτω τίς. ἐπεὶ εὐτελὴς μὲν ὢν ὁ τοῦτο ποιῶν πρὸς τῷ τιμωρηθῆναι καὶ μεταλλίζεται ἢ ὑπερόριος ἐξορίζεται, σεμνότερος δὲ ἔχων ἢ ἐπιτήδευμα σεμνὸν ἀπολλύτω καὶ αὐτὴν σὺν τῇ οὐσίᾳ. ὡσαύτως καὶ οἱ θυμελικοὶ τούτων ἀπεχέσθωσαν. εἰ δὲ δοῦλον ἐστὶ τὸ πορνευθὲν παρὰ παντὸς ἐκδικείσθω προῖκα, εἴτε ἀνὴρ εἴτε γυνὴ εἴτε κληρικὸς ἢ μοναχὸς τοῦτο ἐκδικεῖ. ταῦτα δὲ φυλαττέτωσαν οἱ ἄρχοντες οἱ μείζονες καὶ οἱ ἥττονες καὶ αἱ C τάξεις αὐτῶν ποινὴν ὑφορώμεναι καὶ εἰς τὸ σῶμα καὶ εἴκοσι λιτρῶν. Ne quis deinceps lenocinium exerceat, & nullus reditus inde largitionibus inferatur, nullus ancillam ingenuam've prostituat. alioquin humilior qui id fecerit coërcitus metalli & exilij pœna damnabitur: honestior bona & militiam ac dignitatem amittet. His quoque abstineant thymelici. Quòd si ancilla prostituta sit, vt gratuitò vindicetur ab omnibus viris aut feminis, clericis aut monachis. Et vti hæc obseruent magistratus tam minores quàm D maiores & officia eorum corporis, & xx. librarum imminente pœna.

Tollit ergo hæc constitutio prostibula & lenocinia vt No. 14. Prostitutarum ancillarum ab hac iniuria vindicationem & liberationem publicam facit, sicut liberorum venditorum. l. vlt. §. de pat. qui fil. dist. dum ne ac si ab hostibus redemptæ, pro pretio pignori teneantur, sed soluantur statim; ac ne scænico quidem vel arenario hanc mulierum productionem licere concedit. Vectigal lenonum & meretricum tollit. quod & Alexander auctore Lampridio sacris largitionibus inferri vetuit, sed sumptibus publicis deputauit. Caligula exegit Suetonio auctore.

## E *De expensis publicorum ludorum.* Tit. 42.

I. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. MARCELLO. Cùm præsidem prouinciæ impensas, quæ in certaminis editione erogabantur, ad refectionem murorum transtulisse dicas: & quod salubriter deriuatum est, non reuocabitur: & solemne certaminis spectaculum post restituram murorum fabricam iuxta veteris consuetudinis legem celebrabitur. Ita enim & tutelæ ciuitatis instructo murorum præ- F sidio prouidebitur, & instaurandi agonis voluptas confirmatis his, quæ ad securitatis cautionem spectant, insecuti temporis circuitione repræsentabitur.

Licere præsidi prouinciæ ludorum expensas in murorum maximè necessariam refectionem conferre, ita tamen vt post eorum refectionem rursus ludi populi voluptatibus exhibeantur.

## G *De aquaductu.* Tit. 43.

I. IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMILIANVM CONS. Aquarum possessores, per quorum fines formarum meatus transeunt, ab

A diem perdurante percipiant: mansura pœna in eos, qui ad irrigationes agrorum vel hortorum delicias furtiuis aquarum meatibus abutuntur. DAT. KAL. NOV. CÆSARIO ET ATTICO COSS.

Lex ait, *licentia*. Loquitur ergo de iis quibus aquæ publicæ vsum iamdiu princeps concessit, & ne eius modo fraudentur sancit, confirmans vsurpatorum pœnam definitam l. 2. S.

V. IMPP. THEODOS. ET VALENTINIANVS CYRO PP.

B Si quis per diuinam liberalitatem meruerit ius aquæ, non viris clarissimis rectoribus prouinciarum, sed tuæ præcellentissimæ sedi cœlestes apices intimare debebit: condemnatione contra illum, qui preces moderatoribus insinuare conatur, quinquaginta librarum auri & contra vniuersos administratores, qui rescriptum per subreptionem elicitum suscipere moliuntur, proponenda. apparitoribus nihilominus eorundem virorum C clarissimorum prouinciæ moderatorum animaduersionibus per vigorem tui culminis subiugandis: & amplissima tua sede dispositura, quid in publicis thermis, quid in nymphæis pro abundantia ciuium conueniat deputari, quid his personis, quibus nostra serenitas indulsit, ex aqua superflua debeat impertiri.

Vt qui impetrauit ius aquæ, rescriptum insinuet præf. prætorio, non præsidibus. vt præf. præ- D torio disponat quid thermis publicis, quid nymphæis, quid priuatis beneficio principis ex aqua largiendum sit. Nymphæa sunt ædes publicæ, quibus nuptias celebrant qui ædibus carent ad choreas capacibus, vt Zonaras explicat in Leone magno. Inde νυμφικὰ λουτρὰ, vt Sudas interpretatur, τὰ εἰς γάμους ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἀπὸ κρήνης λαμβανόμενα. Græci Nymphæa vocant hydria & in hanc & in sequentem legem, & Socrates lib. 4. cap. 8. quæ refert in oraculo quodam chorearum nomine fuisse designata.

VI. IIDEM AA. CYRO PP. Omnis seruitus aquarum aquæductus Hadriani siue domorum, siue possessionum, siue suburbano- E rum, siue balneorum, vel per diuinos affatus intimatos in quolibet iudicio, vel per vsurpationem impertitos, penitus exprobretur. maluimus etenim prædictum aquæductum nostri palatij publicarum thermarum ac nymphæorum commoditatibus inseruire. Et decernimus hanc dispositionem modis omnibus in posterum seruari: nemini licentia tribuenda ab eodem aquæductu precibus oblatis vsum aquæ petere, vel F eum audere perforare: scientibus his qui qualibet ratione putauerint ad huiusmodi molimen accedere, vel officio (si ausum fuerit instruere) vel minus instructis precibus parere, centena pondo auri multæ nomine fiscalibus rationibus se esse illaturos. Super his sancimus sulcum publicarum aquarum nullis intra decem pedes arboribus coartari, sed ex vtroque latere decempedale spatium integrum illibatumq; seruari. Præterea de plumbeis fistulis ducentibus ad thermas, quæ Achillis nuncupantur, quas prouidentia tuæ magnificentiæ factas fuisse cognouimus, eandem G formam seruari censemus. etenim memoratas fistulas thermis tantùm & nymphæis, quibus eminentia tua deputauerit, volumus inseruire: facultate præbenda tuæ sublimitatis apparitoribus circumeundi sine formidine domus, surburbana, balnea ad requirendum, ne qua deceptio, vel

ſuppreſſio, vel inſidiæ contra publicam vtilitatem à quoquam penitus attentetur.

Pertinet hæc lex ad vrbem Conſtantinopolitanam. Scripta enim eſt ad Cyrum præf. prætorio Orientis, cuius cura Theodoſius protulit pomærium Conſtantinopoleos, auctore Zonara. Præf. vrbi appellant quidam malè, cùm epigrammata vocent *ὑπάρχον ἑῴας*, id eſt, Præſ. prætorio Orientis ſub nomine Conſtantini, quaſi hic Cyrus ſit nouus conditor Conſtantinopoleos.

Θεοδόσιος τόδε τεῖχος ἄναξ καὶ ὕπαρχος ἑῴας
Κωνσταντῖνος ἔτευξαν ἐν ἤμασι ἑξήκοντα.

Fuit igitur in hac vrbe aquæductus quidam Adriani, de quo præcipua hæc Theodoſius ſancit, vt ne is ſeruiat priuatorum vſibus, ne ex reſcripto quidem principis, ſed palatio & thermis nymphæiſq; publicis, & vt circa eum aquęductum arboribus x. pedes vtraque ex parte vacui relinquantur. idemq; conſtituit de fiſtulis ducentibus ad Achillis thermas, vt thermis tantùm nymphęiſq; publicis ſeruiant. De aquæductu Adriani locus hic eſt ſingularis, atque adeò notandus. De thermis Achillis ita Georgius Cedrinus: *ἐγγὺς δὲ τοῦ καλουμένου στρατηγίου, ἀνατολὴ τε δὲ Ἀχιλλέως βωμὸν ᾠκοδόμησε. ἔνθα δὲ νῦν τὸ τοῦ Ἀχιλλέως χρηματίζει λουτρόν.* Socrates item publici non thermarum nomine. Aut, *molimen*, ſic emendaui ex vet. cùm vulgò perperam legeretur, *emolumentum.* Vel officio.] Si officialis eiuſmodi preces inſtruxerit. l. 2. §. de pet. bo. ſub.

VII. IIDEM AA. EVTICHIANO PP. Ad reparationem aquæductus huius almæ vrbis omnia vectigalia, quæ colligi poſſunt ex vniuerſis ſcalis huius inclytæ vrbis, & ex operariis, qui Cizicenij dicuntur, ad refectionem eiuſdem aquæductus procedere: illo videlicet obſeruando, vt nemo eorum qui ius aquæ poſſident, quamcunq; deſcriptionem ſuſtineant. nam exſecrabile videtur domos huius almæ vrbis aquam habere vænalem.

Antea legebatur, *ex vniuerſis calculis.* emendaui, *ex vniuerſis ſcalis*, tam ex veteri ſcriptura quàm ex Græcorum metaphraſi. Verba ipſa proponam. *εἰς ἀνανέωσιν τοῦ ἀγωγοῦ τὰ παρεχόμενα ἐκ τὰς σκάλας ἀναλισκέσθω.* Scalæ ſunt traiectus maritimi, qualis in regione ſexta ſcala Sycæa, quæ *πέρασμα* Iuſtinianarum dicitur in No. 69. quod confirmat Stephanus iis verbis: *Συκαὶ πόλις ἀντικρὺ τῆς νέας ῥώμης ἡ καθ᾽ ἡμᾶς Ἰουστινιαναὶ προσαγορευθεῖσα.* Quamobrem Gyllio adſentior ad finem orationis primæ *περὶ ἐκστικῶν κλισμάτων*, legenti *Iuſtinianus* pro *Iucundianis*, Gyllio viro animi, vigilantiæ, induſtriæ incredibilis, quem non ita dudum ſuo ordine functum lugeant, lugeant Heluij, quo vix vnquam parem edituri ſunt. Cedrinus ſycarum appellationem ſumptam ſcribit *ἐκ τῶν συκοφόρων δένδρων.* In quinta regione fuit ſcala Chalcedonenſis, in quarta ſcala Timaſi, vt antiqua deſcriptio vrbis Conſtantinopolitanæ docet. Græcè dicuntur *σκάλαι.* Protenſæ erant in mare traiiciendi cauſa vſque ad nauigia. Nautæ in eam rem certi ſingulis ſcalis deſtinati erant, & quidquid nummorum redibat inde, neſcio an antea ad principem pertinuerit, id hæc lex deputat aquæductui reparando & reficiendo. Adiicit de operariis Cyzicenis, vt etiam quod ij publico vectigal pendunt, aquæductui deputetur. meminit œcorum Cyzicenorum Vitruuius VI. Et vt ciues qui ius aquæ habent, eo vtantur gratuitò, nec quidquam ad reparationem aquæductus conferant, ne videantur in vrbe aquam emiſſe, potius quàm beneficio principis emeruiſſe.

VIII. IMP. ZENO A. AD AMANTIVM P.V. Hac lege ſancimus, vt ſi quis ampliſſimam præfecturam gubernans, aurum aquæductui deputatum ad alterum quodlibet opus non aquæductibus, vel aquæ publicæ competens exſtruendum, vel curandum putauerit conuertendum, de ſuis facultatibus eandem ſummam aquæductus titulo repenſare cogatur. ſeparatus verò arcarius aurum aquæductus ſuſcipiat glorioſiſſimorum conſulum liberalitate, vel ex aliis titulis ad aquas publicas pertinentibus collectum, vel poſtea colligendum.

Scripta eſt ad Amantium P.V. ad quem conſtitutio *περὶ καινοτομιῶν* vel de ſeruitutibus, & l. ne cui. C. de ſrca. Vt aurum aquæductui deputatum & formis præſ. vrbi ad alios vſus minimè conuertat, vtq; id ſpecialis arcarius ſuſcipiat, ſiue ex liberalitate principum proficiſcatur, de qua l. 2. & 3. J. de conſulib. ſiue aliunde. Pro, *repenſare*, quidam Codices habent, *repræſentare.*

A VIIII. IDEM A. SPORATIO. Diligenter inuestigari decernimus, qui publici ab initio fontes, vel cùm essent ab initio priuati: postquàm publicè vsum præbuerunt, ad priuatorum vsum conuersi sunt, siue sacris apicibus per surreptionem impetratis, ac multò amplius si auctoritate illicita nec appetito colore sacri oraculi huiusmodi aliquid pertentatum fuisse dignoscitur: vt ius suum regiæ ciuitati restituatur, & quod publicum fuit aliquando, minimè sit priuatum, sed ad communes vsus B recurrat: sacris oraculis vel pragmaticis sanctionibus aduersus commoditatem vrbis quibusdam impertitis, iure cassandis: nec longi temporis præsciptione ad circumscribenda ciuitatis iura profutura.

Vt qui publici fuere fontes ab initio, vel cùm fuissent initio priuati postea publici, deinde rescripto principis vel vsurpatione priuati facti sunt, ad ius publicum redeant, nec quidquam valeant rescripta vel pragmatici contra publicam vtilitatem, vt in l.2. §.de nau.non exc l.2. §.de can.fru.vr. Romæ. Nec obstat l.4.§.quæ de vsu siue iure aquæ publicæ loquitur, non de fontibus priuato iuri C omnino vindicatis. Sed neq; contra ius publicum quidquam valet præscriptio longi temporis. l.5. §.de oper.pub. Sicut nec contra ius priuatum principis. l.vsus.⁊.de fun.rei pri.No.30. quod interpres Iuliani latius quàm oporteat accepit de omni iure fiscali.

X. IDEM A. PONTIO. Decernimus ne quid à quacunque persona quamlibet dignitatem prætendat contra minuscularios aquæductus vel fontes publicos, qui ad aquæductus confluunt, perrentetur. Sed & si quis clam vel palàm auctoritate confisus de iisdem paragogiis vel fonti- D bus aquam traduxerit, vel clandestinis insidiis fortè subripuerit, publicis aquæductibus tam restituere compellatur. Hoc etiam præcipimus, ne in posterum à quolibet iuxta eosdem aquæductus plantari qualescunque arbores possint, ne ex stirpibus labefactentur parietes aquæductuum, quod & antiquis constitutionibus interdictum esse dignoscitur: scientibus vniuersis, quod in posterum super huiusmodi commissis suburbanum vel prædium, vel balneum, vel aquæ mola, vel hortus, ad cuius vsum E aqua publica fuerit deriuata, vel si quid ex his iuxta aquæductū positum ad eum pertinet, qui plantauit arbores aquæductibus noxias, ad quemcunq; pertineat locum, vel hominem, vel domum: proscriptionis titulo subiacebit, & fisci viribus vindicabitur: nulli super huiusmodi pœna nec per sacros apices venia tribuenda. Vniuersos autem aquarios, vel aquarum custódes, quos hydrophylacas nominant, qui omnium aquæductuum huius regiæ vrbis custodiæ deputati sunt, singulis manibus eo- F rum felici nomine pietatis nostræ impresso signari decernimus, vt huiusmodi adnotatione manifesti sint omnibus, nec à procuratoribus domorum, vel quolibet alio ad vsus alios auellantur, vel angariarum, vel operarum nomine teneantur. quòd si quem ex iisdem aquariis mori contigerit, eum nihilominus qui in locum defuncti subrogatur, signo eodem notari præcipimus: vt militiæ quodammodo sociati, excubiis aquæ custodiendæ incessanter inhæreant, nec muneribus aliis occupentur.

G Pro, *quacunque dignitate prædita*, emendaui, *quamcunque dignitatem prætendat*, ex vet. Pro, *musculerios*, Alciati mendo, restitui verus verbum, *minuscularios*, id est, tenuiores & minutos aquæductus, vt in l.1.§.de defen.ciuit. l.3. C.Th.de ind.deb. Augustinus v 11. de ciuitate Dei cap.4. *Tanquam minusculerios vectigalium conductores*. Et hos quidem minusculos aquæductus paulo pòst paragogos vocat, voce satis nota. Constituit autem vt ne quis ex eis vel ex fontibus publicis aquam vsurpet,

ne've circa eos arbores plantet, nisi scilicet intermisso legitimo spatio, de quo l. 4. & 6. alioquin publicari suburbanum in quem aquam deriuarit, & in quo secundum aquæductum arbores plantarit vel prædium vel balneum vel aquæ molam, ὑδρομύλων, vel ortum. Vt balnea, ita aquæ molæ aliæ erant publicæ, aliæ priuatæ. l. 4. C. Th. de can. frum. vr. Ro. Cassiodorus III. *Dicitur commodi causa priuatis aquam formarum, quam summo deceret studio communiri, ad aqua molas exercendas vel hortos irrigandos fuisse derivatam.* Postrema pars constitutionis est de aquariis, vt manu signentur nomine principis, quo de more diximus in l. 3. §. de fabric. & aliis muneribus non occupentur. A

II. IMP. ANASTASIVS A. SVO PP. Diuinam dispositionem ab inclytæ recordationis principe Theodosio super his, qui aquam sibi de publicis aquæductibus seu fontibus præberi desiderant, promulgatam hac etiam lege in sua firmitate durare sancimus, quatenus nemo vel in hac sacratissima ciuitate, vel in prouinciis, sine diuinis apicibus de sacro epistolarum scrinio more solito edendis, & iudicio tuæ celsitudinis, vel aliis quorum interest, intimatis vel intimandis, aquam de publico aquæductu seu fonte trahere permittatur. his, quicunq; nostra iussa violauerint, seu violare concesserint, denarum librarum auri condemnatione, aliaq; grauissima indignatione feriendis. B C

Confirmat priorem partem l. 5. Pœnam mutat.

## *De gladiatoribus penitus tollendis.* *Tit. 44.*

I. IMP. CONSTANTINVS A. MAXIMO PP. Cruenta spectacula in otio ciuili & domestica quiete non placent. quapropter omnino gladiatores esse prohibemus. PP. BERYTO KAL. OCT. PAVLINO ET IVLIANO COSS. D

Cruenta spectacula dicit, quæ Ammianus Marcellinus XIIII. cruenta ludicra, hominum inter se commissiones. Hæc meritò tolluntur hac lege, de qua Sozomenus lib. I. ὅτι φρῶντι ἡ τῶν μονομαχῶν ἐκωλύθη θέα. Monomachos gladiatores vocat, contumeliosum nomen. l. 3. in prin. D. de lib. & posth. & detestandum. l. 2. C. Th. de gladiat. quam immanitatem sustulisse Honorium Theodoritus & Nicephorus auctores sunt, monachi cuiusdam nece permotum monomachis infesto, quem Telemachum vocant, corruptè Otho, Dirimachium. E

## *De venatione ferarum.* *Tit. 45.*

I. IMPP. HONORIVS ET THEOD. AA. MAVRIANO COM. DOMESTICORVM ET VICES AGEN. MAG. MIL. Occidendorum leonum cunctis facimus potestatem, neque aliquam sinimus quemquam calumniam formidare. bestias autem quæ ad comitatum ab omnibus limitum ducibus transmittuntur, non plus quàm septem diebus intra singulas ciuitates retineri præcipimus. violatoribus eorum quinas libras auri fisci viribus illaturis. DAT. XIII. KAL. IVN. CONSTANTIO ET CONSTANTE VV. CC. COSS. F

Superior titulus est de gladiatoribus. Hic videtur fuisse de ferarum confectoribus, quos vocant κυνηγὲς, quales sunt qui damnantur ad bestias, quanquam hæc lex ad eos non pertineat, quæ passim occidendorum leonum omnibus facultatem concedit, non in arena modò: & de feris aduectis, quæ à ducibus limitum ad comitatum transmittuntur, vt non plus quàm VII. diebus in singulis ciuitatibus retineantur. quod corruptè in Eustathij libro de temporibus refertur quasi traditum libro primo. G

A *De maiuma.* *Tit. 46.*

I. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. CÆSARIO PP. Clementiæ nostræ placuit, vt maiumæ prouincialibus lætitia reddatur: ita tamen vt seruetur honestas, & verecundia castis moribus perseueret. DAT. VII. KAL. MAI CP. ARCAD. IIII. ET HONORIO III. COSS.

B

Qui ludus sit Maiuma Sudas exposuit. Gregorius in Chronographia, is est quem Paulo Diacono miscuerunt, Cedrinum puto, *Præterea*, inquit, *Imperator facta maiuma in Sophianis sedit.*

## *Vt armorum vsus inscio principe interdictus sit.* *Tit. 47.*

I. IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD BVLEFORVM CONS. CAMPANIÆ. Nulli prorsus, nobis insciis atque C inconsultis, quorumlibet armorum mouendorum copia tribuatur. DAT. III. NON. OCT. ALTINO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO COSS.

Coniungenda est cum l.1. C.Th. quibus equorum vsus concessus est, quæ vsu equorum certis personis interdicit. in hac autem parte vsu armorum omnibus, vt No.85. Synæsius in epistolis. ἐξὸν ἰδιώταις ἃ στρατιώταις ὁπλοφορεῖν. Huc etiam pertinet edictum L.Domitij prætoris Siciliæ, de quo D Valerius lib.VI. & Cicero lib. de suppliciis. Vetus ea Constitutio est, & generaliter ne fabricam armorum vel ferrariam priuato habere liceat. l.vlt. §.magnus D. de public. Ait, *mouendorum*. Vt mouere equos dicimus pro vti l.4. & vlt. J. de cur.pub. ita mouere arma.

## *De agricolis, censitis, & colonis.* *Tit. 48.*

Agricolarum variæ conditiones sunt. l.6. & 20. J. Hoc titulo duæ proponuntur, censitorum, qui & capite censiti à Iuliano in Nouellis dicuntur, & tributarij tit.2. J. l.2. C.Th si vag. manci. & censibus obnoxij. l.1. J. de tyr. & adscriptitij quasi adscripti cēsibus. l.18. J. hoc tit. l.2. J. tit.2. l.10. J. de re mil. E l. si quis presbyter. S. de episc. & cler. & terræ, vt Græcus interpres definit, ἐναπόγραφος ὁ ἀπογεγραμμένος τῇ γῇ [illegible]. Censibus, id est, libris censualibus d. 4. vel publici census scripturæ. l. 22. Et ij quidem serui sunt, & eorum peculium pertinet ad dominum. l.19. & 21. J. Alij sunt coloni qui liberi sunt. l.1. J. de præd. tam. & res proprias habent, terram tamen dimittere non possunt, vt qui possessione XXX. annorum quæsiti sunt ex d.l.19. & liberi eorum ex l. pen. & qui ex adscriptitio & libera nati sunt ex Iustiniani No. ad Dominicū præf. prætorio Illyrici, confirmata Iustini, itemq; Tiberij Cōstitutionibus, & coloni Palæstini, Thracenses Illyricani. Hi dominū non habent: adscriptitij dominū habent. & ideo in l.pen. §.vlt. cùm dixisset initio, *Nemini liceat adscriptitium vel colonum alienum*, quorum hic scilicet liber est, ille seruus, subiicit, *admonente domino vel ipsius adscriptitij vel terræ.* Dominū terræ ad colonum refert, qui & dominus coloni non est, quin terra potius coloni domi-F na est. l.1. J. de col. Thrac. Hæc eadē differentia notatur in l.11. J. dum ait, *Domino vel fundo.* Adscriptitius domino, colonus fundo redditur. Et l.13. dum ait, *vel vtroq. vel neutro parente censito.* Alij igitur sunt censiti, alij non censiti. Adscriptitij tributarij sunt, id est, capitis censum siue capitationem præstant, quæ capitalis illatio dicitur in l. pen. J. Gallicè, *Taille.* Coloni non sunt tributarij. tit. de col. Thrac. & de col. Illyr. J. Reditus tamen certos & pensiones domino terræ præstant in pecunia vel in speciebus pro solo. l.5. 8.20. & pen. J. Et hæc duo potissimum genera hoc titulo proponuntur. Est tamen & tertium genus, qui planè serui sunt censibus adscripti. l.3. & 7. J. l.2. C.Th. sine cen. vel rel. quæ tria genera notantur in l.12. dum ait, *seruos vel tributarios vel inquilinos.* Tributarios adscriptitios vocat. Inquilinos, colonos liberos. Hidem namque frequenter dicuntur coloni & inquilini, vt Sidonius V. Epist. ad Pudentem, quem initio vocauit originalem inquilinum, posteà vocat G personam colonariam. & Saluianus V. de prouidentia. *Coloni*, inquit, *diuitum fiunt; iugo se inquilinæ abiectionis addicunt.* At propriè coloni prædio rustico, inquilini prædio vrbano seruiunt. Valentinianus No. de col. vagis. *Si ad prædium se*, inquit, *cuiuscumque rusticani vrbanique collegerit.* Colonum & inquilinum significat, quæ nomina ignorandum etiam non est interdum generaliter accipi, & continere tam censitos quàm non censitos, vt l.13. J. At censiti siue adscriptitij non planè serui, sed

quasi

.I I I I

Censiti. Capite censiti. Tributarij. Adscriptitij. &c.

quasi serui sunt. l. 2. ꝟ. tit. 2. Inspecto domino, serui: inspecto fisco inspectisq; aliis omnibus, liberi & propriorum possessores. d. l. 2. & l. 4. hoc tit. Qui planè sunt serui, tales habentur inter omnes. Varro 1. de re rustica. Agri coluntur hominibus seruis aut liberis aut vtrisq;. Liberis, aut cùm ipsi colunt, vt plerique pauperculi cum sua progenie aut mercenariis, cùm conductitiis liberorum operis res maiores vt vindemia ac fœnisicia administrant, iisq, quos obæratos nostri vocitarunt, & etiam nunc sunt in Asia atque Ægypto & in Illyrico complures. Possem & hæc & alia plurima quæ sequuntur ad consuetudines Galliæ referre. nam & serui qui capitationem debent, & coloni & feuda & census & alia innumera prædiorum hominumq; onera ex iure Romano originem sumpsisse interea testor, dum me ad consuetudinum nostrarum ius eadem via explicandum paro, qua Reip. Romanæ vetus primùm, deinde nouum ius aperui & disposui. A B

I. IMP. CONSTANTINVS A. AD ÆMILIANVM PP. Nunquam rationibus vel colligendis frugibus insistens agricolæ ad extraordinaria onera trahatur; cùm prouidentiæ sit opportuno tempore his necessitatibus satisfacere. LECTA VII. ID. MAI ROMÆ IANNVARIO ET IVSTO COSS.

Legendum vt in Codice Theodosij, *Nunquam rationibus*, non *sationibus*, Sic Græci lv. βασιλικῶν tit. 1. ὁ γεωργὸς ἀσχολούμενος περὶ τὴν συλλογὴν τῶν καρπῶν ἢ περὶ λογισμούς. eandemq; lectionem confirmat l. 1. ꝟ. de agr. & man. dom. Sententia hæc est, colonos qui rationibus prædiorum vel agriculturæ addicti sunt, nullo tempore ad angarias alia've onera extraordinaria deuocari posse. Gregorius III. Epist. *Qui*, inquit, *in possessionibus Iudæorum sunt, licet & ipsi legum districtione sint liberi, tamen quia colendis eorum terris diutius adhæserunt, vtpote conditionem loci debentes, ad colenda quæ consueuerant rura permaneant, pensiones prædictis viris præbeant, quæ cuncta de colonis vel originariis iura præcipiunt, peragant, nihil eis extra hoc oneris amplius indicatur.* Idemq; est in l. 1. ꝟ. ne rust. ad vl. obs. His necessitatibus.] id est, oneribus extraordinariis. C

II. IMP. CONSTANTIVS A. AD DVLCITIVM CONS. ÆMILIÆ. Si quis prædium vendere voluerit vel donare, retinere sibi transferendos ad alia loca colonos priuata pactione non possit. qui enim colonos vtiles credunt, aut cum prædiis eos tenere debent, aut profuturos aliis derelinquere, si ipsi sibi prædium prodesse desperant. DAT. III. KAL. MAI MED. CONSTANTIO A. VIIII. ET IVLIANO CÆS. COSS. D E

Prædium vendi donari've non posse receptis colonis. l. 7. ꝟ. vti nec ædes receptis annonis. l. 1. C. Th. de an. ciu.

III. IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. FAVENTIO VIC. ITAL. Quisquis ex desertis agris veluti vagos seruos liberalitate nostra fuerit consecutus, pro fiscalibus pensitationibus ad integram terræ professionem, ex qua videlicet serui manere videntur, habeatur obnoxius. Id etiam circa eos obseruari volumus, qui ex huiusmodi fundis seruos ad possessiones suas transire permiserint. DAT. PRID. KAL. AVG. MED. VALENTIN. ET VALENTE AA. COSS. F

In vaga mancipia sine domino, manus iniectio fisco competit, vt constat ex tit. C. Th. si vag. pet. man. (sicut plerisque locis hodie in vaga animalia, quæ vocant *Espaues*) vel etiam ei cui princeps ea vltro concesserit. At qui eos fuerit beneficio principis consecutus, indemnitatem capitationis, census siue tributorum faciet, id est, quantum eum prædio non deserto adhærebant, dependi fisco solebat. Idemq; est si eos ex aliena terra in suam migrantes quis susceperit. nam & hic terræ, quibus illi erant adscripti, censibus, pensitationibus, & tributis obligatur. Vagos, & emansores vocat. dum ait, *Ex qua manere videntur*. quod fit plerumque, vt etiam lex ponit, deserto & destituto prædio. G

IIII.

IIII. IIDEM AA. AD MODESTVM PP. Hi penes quos fundorum dominia sunt, pro his colonis originalibus, quos in locis hisdem censitos esse constabit, vel per se vel per actores proprios recepta compulsionis sollicitudine implenda munia functionis agnoscant. Sanè quibus terrarum erit quantulacunque possessio, qui in suis conscripti locis proprio nomine libris censualibus detinentur, ab huiusmodi præcepti communione discernimus. eos enim conuenit propriæ cõmissos mediocritati annonarias functiones sub solito exactore cognoscere. DAT. KAL. MAI CP. GRATIANO A. ET DAGALAIFO COSS.

Pro colonis originariis capite censitis prædiorum domini per se vel per actores suos solemnem pensitationem agnoscunt. Sed si terræ cuiusdam dominium habent, & sint, vt hoc loco & l. 19. J. Græci loquuntur, ἰδιοκτητάριοι, non domini, sed proprio nomine censibus alligantur. Quod etiam Iustinianus inculcat No. 128. §. μηδ᾽ εἰς. Priore item casu immunes non sunt, sed eorum ad solennia compellendorum onus spectat ad dominum vel actorem prædij, ad quem fiscus venit recta via, colonis dimissis. Possunt censiti tenere quædam suo nomine quasi à se quæsita, quæ tamen ad dominum pertinent. l. 2. J. tit. 2.

V. IIDEM AA. AD ORICVM PP. Domini prædiorum id quod terra præstat, accipiant, pecuniam non requirant, quam rustici optare non audent: nisi consuetudo prædij hoc exigat.

Ve dominis prædiorum coloni inferant species siue fructus, non pecuniam, quam optare non audent. Optare, id est, ἐυχιδῆν.

VI. IIDEM AA. AD MAXIMVM PP. Quemadmodum originarios absque terra, ita rusticos censitosque seruos vendi omnifariam non licebit. neque verò commento fraudis id vsurpet legis illusio, quod in originariis sæpe est actitatum, vt parua portione terræ emptori tradita, omnis integri fundi cultura adimatur: sed cùm soliditas fundorum vel certa portio ad vnumquemque perueniat: tanti quoque serui & originarij transeant, quanti apud superiores dominos & possessores, vel in soliditate, vel in parte manserunt: & emptor pretium quod dederit, amissum existimet: nihilominus venditori ad repetendos seruos cum adgnatione eorum vindicatione concessa. & si aliqua denique ex causa dissimulauerit, legis vsurpare beneficium, atque iste sub hac taciturnitate decesserit: & heredibus eius, & contra heredes emptoris vindicationem damus, longi temporis præscriptione submota. mala fidè namque possessorem esse nullus ambigit, qui aliquid contra legum interdicta mercatur.

De colonis cautum est l. 2. ne væneant sine prædiis. Idem exemplo colonorum hac lege cauetur de seruis rusticis & censitis. Probo Accursij παρανομίαν, etiam permutari vel obligari posse. nam & legari non possunt. l. si quis inquilinos. D. de leg. 1. Eum qui emerit eos sine prædiis, mala fide emptorem esse, cùm iuris ignorantiam causari non possit, & ideo præscriptione longi temporis non iuuari. Vindicationem eorum cum sua progenie venditori, qui sibi prædia retinuit, dari non reddito pretio. qua de re diximus in l. 1. §. de præd. cur. Heredibus quoque & in heredes hanc actionẽ dari. Pręterea venditioni partis fundi non iure accedere originarios omnes vel censitos seruos. Seruandam esse analogiam, vt venditioni fundi totius accedant omnes: venditioni partis, pars rata.

X VII. IIDEM

VII. IIDEM AA. AD PROBVM PP. Omnes profugi in alieno latebras collocantes cum emolumentis tributariis, salua tamen moderatione, reuocentur: scilicet vt si homines, apud quos reperiuntur, alienos esse nouerant fugitiuos, & profugis in lucrum suum vsi sunt: hoc est, siue excoluerunt agros fructibus dominis profuturos, siue aliqua ab iisdem sibi iniuncta nouerunt, nec mercedem laboris debitam consecuti sunt: ab illis tributa, quæ publicis perierunt functionibus, exigantur. Ceterùm si occultato eo profugi, quòd alieni esse viderentur, quasi sui arbitrij ac liberi apud aliquem se collocauerunt, aut excolentes terras partem fructuum pro solo debitam dominis præstiterunt: cetera proprio peculio reseruantes, vel quibuscunque operis impensis mercedem placitam consecuti sunt, ab ipsis profugis, quæcunque debentur, exigantur. nam manifestum est priuatum iam esse contractum. Si qui verò inter agricolas (vt solet) ex quibuscunque commerciis huiusmodi hominibus esse inueniuntur debitores: coram partibus constitutis iudex ab obnoxiis, quod debetur, exposcat.

Vt qui sciens adscriptitium fugitiuum suscepit, eiusque operâ gratuitâ vsus est quasi coloni proprij, non eum modò reddat, sed etiam temporis quo illo vsus est, capitationem fisco persoluat. Quòd si ignorans eo vsus sit quasi mercenario contracta locatione conductione, vt ex eius peculio indemnitati fisci satisfiat, & vt quod ei debetur ab aliis agricolis per iudicem petatur. Aliud est suscipere fugitiuum colonum, longè aliud quasi liberi hominis operas conducere. Qui suscepit, solemnes functiones agnoscit pro eo. Qui conduxit, non item. Et est similis distinctio in l. 4. §. de ser. fug.

VIII. IMPPP. GRATIANVS VALENT. ET THEOD. AAA. AD POPVLVM. Immunitates specialiter datæ, & iugatio, & capitatio, libris publicis, & ciuitatum, ac prouinciarum encautariis sine aliqua probatione factæ penes fruentes ereptæ in functionem pristinam redeant. DAT. III. NON. MAR. MED. MEROBAVDE II. ET SATVRNINO COSS.

Coniungenda est cum l. 1. §. de immu. nem. conc. & ad hunc titulum pertinet, quoniam de capitatione loquitur, quæ colonorum nomine præstatur. Tollit autem immunitates specialiter datas, & iugationem ac capitationem libris cẽsualibus, & ciuitatum aut prouinciarum encautis factam sine approbatione censorum, peræquatorum, ordinariorum & amplissimorum iudicum. Encaute scripturæ genus est vel picturæ, à quo monumenta ciuitatum dicuntur Encauta & Encautaria.

VIIII. IIDEM AA. CYNEGIO PP. Cùm antea per singulos viros, per binas verò mulieres capitis norma sit censa: nunc binis ac ternis viris, mulieribus autem quaternis, vnius pendendi capitis attributum est. Quocirca sublimitas tua huiusmodi census per Comanensium, & Ariaratensium & Armeniæ secundæ, Amasenorum Helenoponti, & Diocæsariensium Cappadociæ secundæ vrbes salubris ac temperatæ peræquationis modum monumentis publicis iubebit annecti.

Vt in prouinciis siue ciuitatibus hac lege comprehensis, agricolarum capitatio ita censeatur, vt duo aut tres viri & mulieres quatuor pro vno capite habeantur. Prouinciæ ex sunt, Armenia secunda, Helenopontus & Cappadocia secunda. Armeniæ secundæ vrbes Comanensium & Ariaratensium. Sic emendaui ex veteribus. De Comana Alciatus scripsit. De Ariarata Stephanus. Ἀριαράθεια πόλις πλησίον Καππαδοκίας. Helenoponti Amasenorum vrbs, de qua No. 28. Cappadociæ secundæ Diocæsariensium, quæ fuit olim primæ, deinde secundæ. Gregorius Olympio γεγόναμεν ἃ δὶς δευτε

A [illegible Greek], [illegible Greek] γεγονότος. Videnda & quæ præcedit epistola de Diocæsariensium ciuitate. Fuerunt autem ea tres prouinciæ Ponticæ diœceseos.

X. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AD POPVLVM. Originarios colonos nullis priuilegiis, nulla dignitate, nulla census auctoritate excusari præcipimus: sed amputatis omnibus, quæ aliquoties per gratiam sunt elicita, domino vel fundo esse reddendos.

B Originarij coloni nec priuilegiis nec dignitate conditione sua liberantur. Sed neque census auctoritate, vt si in censum relati sint quasi ingenui. Census auctoritatem dixit, vt l. in finalibus. D. fin. reg. quæ sicut domino non præiudicat si quis rem alienam quasi suam in censum deferat. l. forma. §. si ego. D. de censib. l. quę quisque. D. de adq. rer. do. namque, vt de Deciano Cicero scribit pro Flacco, si aliena censendo sua facere quisque posset, haberent maximam plerique rerum omnium copiam. sic verò domino fundi non præiudicat colonus, qui se quasi ingenuum in censum defert. Fisco item nihil præiudicat professio censualis. l. vlt. §. fine cen. vel. rel.

XI. IIDEM AA. FLORENTINO. Seruos vel tributarios, vel C inquilinos apud dominos volumus remanere. Nam cùm metu damni deterritus vnusquisque eum, quem incognitum habuit, à se cœperit propulsare: voluntas fugiendi seruis non erit. Nemo enim dominum suum deserit, sciens nusquam sibi latendi locum esse derelictum. sed aut cognitum sibi ingenuum vnusquisque suscipiet: aut eum qui se liberum esse simulauerit, à se submouebit, metuens his, quæ statuta sunt, obnoxius fieri. Si quis igitur ex memoratis fugitiuis apud quemlibet fuerit re- D pertus: duodecim libras argenti fisco nostro inferat detentator: ipsi autem, cuius fuerit, præter eundem fugitiuum, alterum etiam eiusdem æstimationis inferre decernimus.

Lex 8. & l. 23. receptatoribus colonorum præcipit vt fugitiuos reddant & temporis capitationem agnoscant. Hæc adiicit vt eos reddant in duplum, & præter capitationem, etiam argenti XII. libras. Vtraque est de receptatoribus, qui fugitiuorum opera quasi propriorum colonorum vtuntur scientes, ideoq; Græci nominatim adiiciunt [illegible]. Alia in Illyrico & in Thracia pœna statuta est, vt propriis titulis indicabitur.

E

XII. IIDEM AA. VINCENTIO PP. GALLIARVM. Definimus, vt inter inquilinos colonosve, quorum (quantum ad originem pertinet vindicandam) indiscreta eademque penè videtur esse conditio, licet sit discrimen in nomine, suscepti liberi, vel vtroque, vel neutro parente censito, statum paternæ conditionis agnoscant. Illud etiam seruandum est, vt si quando vtriusque fundi idem dominus de posses- F sione referta cultoribus ad eam colonos, quæ laborabat tenuitate, transtulerit, iidemque fundi ad diuersorum iura dominorum qualibet sorte transierint: maneat quidem facta translatio: sed ita vt prædij eius dominus, à quo coloni probantur fuisse traducti, translatorum adgnationem restituat, DAT. III. ID. IVL. STILICHONE ET AVRELIANO COSS.

Siue ex duobus adscriptitiis siue ex duobus colonis non adscriptitiis nati sint filij, patris colo- G niam sequuntur. quod confirmat No. 157. quæ sicut lex ista scripta est ad præf. prætorio Orientis, & de prouinciis Orientis. In Illyrico filiorum diuisio fit ex No. scripta ad Dominicum, & ex Oriente in Apamça Syriæ ex No. 156. Et hæc de prima parte legis. Altera docet duorum fundorum dominum recte ex vno fundo in alium transferre colonos, & translationi stari, etiam si fundi postea diuersis personis alienati sint, quod repetitur No. Valentiniani de episcopali iudicio, ita tamen vt &

translatos proles sequetur. Nec enim debent parentes & liberi diuersis prædiis adsignari. quæ ratio est etiam primæ partis. Tertia est in l. seq. Ait, *ad originem*, id est, agnationem & sobolem. A

XIII. IIDEM AA. VINCENTIO PP. GALLIARVM. Si coloni, quos bona fide quisque possedit, ad alios fugæ vitio transeuntes necessitatem propriæ conditionis declinare tentauerint: bonæ fidei possessori primùm oportet celeri reformatione succurri, & tunc causam originis & proprietatis agitari. DAT. IIII. ID. IVL. MED. STILICONE ET AVRELIANO COSS. B

Si coloni bona fide possessi fugerint, etiam si se ingenuos non colonariæ conditionis esse contendant, prius interuersa possessio bonæ fidei possessori restituenda est; quàm de proprietate quæratur. Quod fiet interdicto vtrubi (nam hæc lex in Codice Theodosiano posita est sub titulo vtrubi) quod celerem reformationem vocat, id est, momenti actionem, quam nec appellatio remorari potest. l. 1. §. si de mom. pos. nec compensatio. l. vlt. §. de compens. Celeris reformatio siue momenti actio aut interdictum omnem rationem significat repetendæ possessionis vi vel alio modo perturbatæ. & ideo non tantùm interdictum vnde vi, sed et interdictum de tabulis exhibendis, quo heres tabulas repetit ab alio suppressas, apud Anianum tit. vic. ciu. crim. ag. puss. & interdicta vti possidetis & vtrubi & Saluianum, apud eundem v. Sent. Pauli tit. de interdictis, & interdictum Quorum bonorum. l. 22. C. Th. quor. appel. non reci. Celerem reformationem, redhibitionem, executionem dixit etiam in l. 5. C. Th. de denunc. l. 4. C. Th. vnde vi. l. 1. C. Th. de inq. & col. C

XIIII. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PROBO. Colonos nunquam fiscalium nomine debitorum vllius exactoris pulset intentio: quos ita glebæ inhærere præcipimus, vt ne puncto quidem temporis debeant amoueri.

Pro fiscalibus debitis coloni non conueniuntur, nisi quid proprio nomine possideant, ne vel momento temporis ab agricolatione auocentur, sed domini eorum conueniendi & exigendi sunt. D

XV. IIDEM AA. PALLADIO PP. Mulier quæ fuisse originaria docebitur, si cujuscunque liberi hominis secuta consortium, in vrbibus, vel in quibuscunque locis victura constiterit: eius omnem sobolem secundum vetera constituta conueniet reuocari. DAT. VI. KAL. IVL. RAVENNÆ MAXIMO ET PLINTA COSS. E

Corruptè in Codice Theodosiano hæc lex inscribitur Constantini & Iuliani nomine. Honorij eam esse comprobat No. Valentiniani de 30. an. præs. Sententia eius hæc est, colonam quæ se iunxit libero homini cum omni sobole reuocari. Natus ergo ex colona & libero homine matrem sequitur. l. 21. §. vlt. j. hoc tit. l. 4. j. de agr. & manc. Nec obstat l. 13. §. vt interpretatio eius statim indicabit. At ex eadem Constitutione Honorij, quæ se iunxerat colono siue originario alieno, non reuocabatur cum omni sobole, sed cum tertia parte duntaxat. Quod confirmat No. Valentiniani de epis. iud.

XVI. IIDEM AA. IOANNI PP. Per colonum præiudicium possessioni inuito vel inscio domino imponi non posse, & iure, & legum auctoritatibus declaratur. DAT. ID. IVL. RAVENNÆ HONORIO XIII. ET THEODOSIO X. AA. COSS. F

Repetita est in l. vlt. §. si alie. res pig. da. sit. ex qua intelligitur hunc esse sensum, vt sicut seruus prædium domini inuito vel inscio domino pignori obligare non potest. l. 6. & 9. §. quod cum eo qui in al. ita nec colonus. l. vlt. §. eod. quæ huic etiam coniungenda est. Idemq; de seruitute dicemus.

XVII. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTIN. AA. PROBO PP. Colonos nulla ratione ad vllum, quamuis humilioris militiæ, locum sinimus admitti: sed nec apparitores magisteriæ potestatis censibus adscriptos probari concedimus: quia in hac parte & dominorum iuri, & publicæ consulimus honestati. G

Hæc

A Hæc quam repetita est in l. 3. de appar. mag. mil. Coloni nec cohortales nec apparitores magistri militum fieri possunt.

XVIII. Αὐτοκράτωρ Ἀναστάσιος. Τῶν γεωργῶν οἱ μὲν ἐναπόγραφοί εἰσι, καὶ τὰ τούτων πεκούλια τοῖς δεσπόταις ἀνήκει, οἱ δὲ χρόνῳ τῆς τριακονταετίας μισθωτοὶ γίνονται ἐλεύθεροι μένοντες μετὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν καὶ οὗτοι δὲ ἀναγκάζονται καὶ τὴν γῆν γεωργεῖν καὶ τὸ τέλος παρέχειν, τοῦτο δὲ καὶ τῷ δεσπότῃ καὶ τοῖς γεωργοῖς λυσιτελές. Agricolarum alij quidem sunt adscriptitij & eorũ peculia dominis B competunt, alij verò tempore annorum x x x. coloni fiunt liberi manentes cum rebus suis, & ij etiam coguntur terram colere & canonem præstare. Hoc & domino & agericolis vtilius est.

Huius constitutionis mentio fit in l. 23. & ab Eustathio libro de temporibus. Ex ea quidam sunt coloni ooo adscriptitij terræ & canoni obligati, qui adquiruntur possessione xxx. annorum. Rerum tamen suarum proprietate non carent. quod cùm longè aliter obseruaretur sua ætate, de eo ita queritur Saluianus v. de prouidentia Dei. *Fundos, inquit, maiorum expetunt & coloni diuitum fiunt, ita se inquilinæ abiectionis addicunt, in hanc necessitatem redacti, vt exactores non facultatis tantum, sed etiam* C *conditionis suæ atque exulantes, non à rebus tantum suis, sed etiam à se ipsis ac perdentes secum omnia sua & rerum proprietate careant & ius libertatis amittant. Additur huic malo sæuius malum. Nam suscipiuntur vt aduenæ, fiunt præiudicio habitationis indigenæ. Quos suscipiunt vt extraneos & alienos, incipiunt habere quasi proprios; quos esse constat ingenuos, vertunt in seruos. Præiudicio tēporum ingenuus statum hominis circũuenimus.*

XIX. IMP. IVSTINIANVS A. DEMOSTHENI PP. Litibus imponentes celeritatem, sancimus si quando coloni cuiuscunque conditionis contra dominos terræ declamauerint, super hoc ipso dubitantes, vtrum is terræ dominus est, necne, an ipsi coloni dominium suæ terræ D possident (eos tamen dicimus, qui non ex longo prolixoq; tempore vel longinqua & inueterata redituum susceptione sufficientem habent cautelam: in quibus casibus ne contradicendi quidem licentia colonis relinquitur, longi temporis præscriptione vel redituum frequentissima consequentia colonorum impetus excludente) talem esse super redituum vel publicarum functionum præstatione formam censemus, vt si tales coloni, quales supradiximus, idoneum fideiussorem totius summæ, quæ ab E his dependitur, præstiterint, quòd omnes reditus sine vlla procrastinatione, si melior causa dominorum iudicetur, eis restituent, & talis fideiussor per triennium accipiatur, eoq; impleto iterum renouetur: coloni in medio nullo modo super reditibus à dominis inquietentur. Si autem hoc coloni minimè facere voluerint, vel potuerint: tunc iidem reditus per officium iudicis annui exigantur per solita tempora, in quæ etiam dependebantur dominis: & deponantur in æde sacra, id est, in cimeliarchio ci- F uitatis, sub qua possessio sita est: vel si localis ecclesia ad susceptionem pecuniarum idonea non sit, in Metropolitana ecclesia remaneant cũ omni cautela, & post plenissimam definitionem vel dominis dentur, vel colonis restituantur. Sin autem reditus non in auro, sed in speciebus inferantur, vel in totum, vel ex parte, interim per officiũ iudicis fructus vendantur, & pretia eorum secundum prædictum modum deponantur. Hæc de reditibus definientes ad publicas transeamus functiones, & si quidem G coloni more solito eas dependant: ipsi maneant in pristina consuetudine, nullo præiudicio dominis generãdo, qui & quiescentibus colonis, & non contradicentibus ad publicum tributarias functiones minimè infe-

rebant. Sin autem moris erat dominos totam summam accipere, & ex ea partem quidem in publicas vertere functiones, partem autem in suum reditum habere: tunc si quidem fideiussor à colonis detur, eundem fideiussorem dominis sine præiudicio litis tantam summam inferre, quãtam tributa publica faciunt, vt à dominis publicis rationibus persoluatur: nullo ex hoc colonis præiudicio generando. super reditibus enim domini fideiussore fiant contenti. Sin autem fideiussore cessante, ad sequestrationem res veniant, & pecuniæ deponantur, & ex earum summa tanta iudices separare, quanta ad publicas sufficiant functiones, & eam disponere dominũ accipere, quatenus ipse eam persoluens, publicas accipiat securitates: reliqua quãtitate, quæ in reditus puros remanet, in tuto collocãda, & litis terminũ expectante: nullo præiudicio, siue colonis siue dominis, ex huiusmodi fideiussione, vel sequestratione, vel publicarum functionũ solutione generando: sed omni causa in suspenso manente, donec iudicialis sententia, quæ de toto negotio procedit, omnem rem aperiat, & ostendat quis dominus terræ constitutus sit, & ad quem publicarũ functionum securitas debeat in posterũ fieri, seu reditus peruenire, vel permanere. Recitata septies in nouo consistorio palatij Iustiniani. DAT. XV. KAL. OCT. CHALCEDONE DECIO V. C. COS.

Sæpe fit vt coloni vindicent se in libertatem, & dicant se esse αὐτοδεσπότους id est, propriorum bonorum possessores. Sed præscriptione longi temporis repelluntur, si dominus probauerit reditus & pensiones eos diu quasi colonos exoluisse. quod probabit antapochis. l. plures. §. de fid. instr. quæ huic coniungenda est. Possessio quidem longi temporis colonum non facit, cum ex lege Anastasij exigantur XXX. anni, sed pro possessore præsumptionem facit. & generaliter diuturna præstatio vel partis præstatio obligationem vel actionem, quæ non fuit ab initio, non constituit. l. 7. §. de vsur. l. si certis. §. de pac. l. vlt. §. ne vxor pro mar. l. operis. D. de oper. lib. Tacitum pactum inducit. l. 5. §. de vsur. Præsumptionem obligationis inducit in dubio. l. cum de in rem verso, D. de vsur. & obligationem si qua fuit, confirmat & corroborat, extinctis exceptionibus anargyriæ & Macedoniani. l. 4. §. de non num. pec. l. 2. §. ad Maced. & interdum perpetuat, vt in causa alimentorum. l. 1. §. de fideicom. Quòd si domini hac longi temporis præscriptione muniti non sint, & coloni vindicent se in libertatem, quæritur pendente lite ad quem reditus prædiorum & onera publicarum functionum pertineant? Et constituitur hac lege præstita satisdatione de restituendis reditibus domino si vicerit, colonum reditus interim percepturum. Satisdationem præstandam in triennium, & post triennium renouandam esse, quia nondum scilicet lites triennio concludebantur. Nam l. properandum, à Iustiniano edita est sequenti anno. Satisdatione non præstita, reditus sequestro deponẽdos in æde sacra eius loci, id est, in κειμηλιοφυλακίῳ, vt No. LXXIIII. vel in æde metropolitana, videlicet si reditus in nummis consistant ex consuetudine prædij. Nam si in fructibus consistant, vendentur fructus ab officialibus iudicis, & eorum pretia eodem modo interim in archiis ecclesiæ deponentur. Hæc de reditibus. Onera capitationum ipse colonus interim sustinebit vt solebat. Quòd si nõ ipse ea sed dominus subire solebat, fideiussore dato, quantum fisco dominus inferebat, tantum fideiussor domino præstabit absq; præiudicio litis: fideiussore non dato, æquè tantumdem ex sequestro deducetur & domino præstabitur, ac deinde fisco per dominum, cuius etiam nomine apocham fiscus concipiet. Igitur publica tributa domino pendente lite repræsentatur. Reditus puri, id est, qui restant deducta publica functione, sub sequestro sunt vel fideiussore. Puri aliàs ab ære alieno. No. 22. l. vlt. §. de repu. & Theophilo de lege Falcidia; modò à publicis titulis, vt καθαρὰ οὐσία siue pura substãtia. Longè aliud est καθαρὰ οὐσία Demostheni & Lysiæ. Emendaui in contextu pleraque ex veteribus libris.

XX. IDEM A. AD SENATVM. Ne diutius dubitetur, si quis ex adscriptitia & seruo, vel adscriptitio & ancilla fuisset editus, cuius status sit; vel quæ peior fortuna sit, vtrumne adscriptitia, an seruilis: sancimus ea quidem, quæ in anterioribus legibus cauta sunt pro tali progenie, quæ ex mulieribus adscriptitiis & viris liberis progenita sit, in suo statu relinqui, & sit adscriptitia proles ex tali copulatione procreata. Si quis autem vel ex seruo & adscriptitia, vel ancilla & adscriptitio fuerit editus: matris

suæ

A suæ ventrem sequatur, & talis sit cōditionis, qualis & genitrix fuit, siue ancilla, siue adscriptitia, quod hactenus in liberis tātùm & seruis obseruabatur. Quæ enim differentia inter seruos & adscriptitios intelligatur, cùm vterq; in domini sui positus est potestate, & possit seruum cū peculio vel sine eo manumittere, & adscriptitium cum terra dominio suo expellere?

* Vt ex libero & ancilla vel contrà, & ex ciue Romano & Latina natus iure antiquo matrem sequitur, & ex libero & adscriptitia ex l.16.§. ita & qui ex adscriptitio & ancilla, vel ex adscriptitia & B seruo nascitur. Nec dici potest deterioris potius parentis conditionem partum sequi, cùm inter seruos & adscriptitios nulla propemodum differentia sit. Vtrique sunt in potestate dominorum, Vtrorumque nomine domini tenentur actione de peculio l.vlt.§.quod cum eo. Vtriq; manumitti possunt cum peculio vel sine peculio. Et ne de adscriptitiis dubitetur, sufficiet Sidonij Apollinaris locus v.Epist. quo liberæ cū adscriptitio Pudentis nuptiis consentit, & stuprum cum ea ab adscriptitio admissum remittit, si stupratorem Pudens pro domino iam patronus originali solueret inquilinatu. Et ita patronos accipere oportet in l.2.j.tit.2. Adscriptitij etiam dominio nostro liberari possunt cum terra, non sine terra. De natis ex adscriptitio & libera dicetur l.vlt.

XXII. IDEM A. IVLIANO PP. Cùm scimus nostra iura nolle præiudicium generare cuiquam circa conditionem, neque ex confes- C sionibus, neque ex scriptura, nisi etiam ex aliis argumentis aliquod accesserit incrementum: sancimus solam confessionem, vel aliam quamcunq; scripturam ad hoc minimè sufficere, nec adscriptitiam cōditionem cuiquam inferre: sed debere huiusmodi scripturæ aliquod aduenire adiutorium, quatenus vel ex publici census adscriptione, vel aliis legitimis modis talis scriptura adiuuetur. melius etenim est in huiusmodi difficultatibus ex pluribus capitulis conditiones ostendi, & non solis confessioni- D bus, neque scripturis homines fortè liberos ad deteriorem detrahi fortunam. Sin autē & scriptura, & post scripturam confessio, seu depositio, sine vi & necessitate tamen, interuenerit (quid enim si cōditionale instrumentum, vel aliam chartulam, in qua subscripsit, intimauit, & inter acta deposuit sese colonum fuisse adscriptitium) tunc ex vtroque genere obligationis, id est, tam scripturæ quàm confessionis, vel depositionis talem E eum esse credendum, qualem se scripsit & inter acta deposuit. Illud quoq; non ineleganter dubitabatur, si coloni filius per triginta annorum curricula, vel forsitan per quadraginta, seu ampliora, adhuc viuente patre, & agriculturam peragente, ipse in libera conuersatione morabatur, & dominus terræ, quia per patrem ei satisfiebat, non etiā præsentiam eius exigebat: an post obitum patris, vel postquàm fortè is inutilis existat & ruri non idoneus, potest excusari filius longinqua libertate abutendo, & quòd F per multos annos neq; agrum coluit, neq; aliquid colonarij operis celebrauit: cùm non possit dominus incusari propter suam desidiam, cui per patrem eius omne, quod voluerat, accedebat. In omnibus itaq; huiusmodi speciebus satis acerbū nobis videtur domino præiudicari colonorum absentia, qui rure nati, & postea absentes per suos vel patres, vel fratres, vel cognatos agriculturam peragebant. cùm enim pars quodāmodo corporis eius per cognationem in fundo remanebat, non videtur neq; abesse G neq; peregrinari neq; in libertate morari. maneat itaq; domino ius incōcussum, & donec eius vel antiquitas, vel posteritas, vel cognatio in agrum remanet: ipse videatur ibi resedisse. DAT. X. KAL. *. CP. POST CONS. LAMPADII ET ORESTIS VV. CC.

Vt sola conductio vel alia scriptura seruum non facit, ita nec adscriptitium, nisi concurrant aliæ probationes, veluti tabulæ censuales vel insinuatio & depositio facta apud acta. Hoc continetur prima parte huius legis. Sed illo loco, *sancimus solam confessionem*. pro *confessionem*, ex veteribus legendũ est, *conductionem*. Et ita Græci, *κἂν μισθώσηται ὡς ἐναπόγραφος*. & paulò pòst pro *conditionale instrumentũ*, legendum ex eisdem, *conductionale*, quod & Græci sequuntur. *εἰ δέ*, inquiunt, *τὴν μίσθωσιν ἐβεβαίωσεν ἢ διὰ καταθέσεως ἢ ἐμφανείας, λοιπὸν πιστευέσθω τοιοῦτος εἶναι*. Altera parte hoc continetur, præscriptione x x x. vel x l. annorum non liberari colonum originarium, qui tamdiu moratus est in libertate, si interim agrum exercuerit pater eius vel filius vel frater vel cognatus. Nam ex Constitutione Honorij de inquilinis & colonis, de qua diximus l. 16. §. & ex Nouella Valentiniani de x x x. annorum præscriptione omnibus causis opponenda, & de colonis vagis, repetitioni colonorum obstat præscriptio x x x. annorum, & Leum qui. §. de fun. rei priu. à qua hunc tantùm casum Iustinianus excipit hac lege. De colonis loquor. In repetitione autem adscriptiorum prorsus Constit. sequẽti abrogat x x x. annorum præscriptionem, imò & x l. quã admittebat Anastasij Constitutio, id est, l. 4. §. de præs. x x x. an. à qua idem Anastasius excepit postea curiales. Excepit & Iustinianus sequenti lege adscriptitios.

XXII. IDEM A. IOANNI PP. Cùm satis inhumanum est terram, quæ ab initio adscriptitios habebat, suis quodammodo membris defraudari, & colonos in alienis terris demorantes dominos terræ maximis damnis afficere: censemus, quemadmodum in curialium conditione nemo ex temporali cursu liberatur, ita nec adscriptitiæ conditioni suppositus ex annalibus curriculis, quanticunque emanauerint, vel quacunque prolixa negotiatione aliquis sibi vindicet libertatem: sed remaneat adscriptitius, & inhæreat terræ. & si se celauerit, vel separare conatus fuerit, secundum exemplum serui fugitiui sese diutinis insidiis furari intelligatur, & sit suppositus vnà cum omni sobole sua (& si in alia terra eam fecerit) huiusmodi fortunæ & capitali illationi, nulla liberatione, ei penitus competente. Cùm autem Anastasiana lex homines, qui per triginta annos colonaria detenti sunt conditione, voluit liberos quidem permanere, non autem habere facultatem terra derelicta in alia loca migrare: & ex hoc quærebatur, si etiam liberi eorum cuiuscunque sexus, licet non triginta annos fecerint in fundis vel vicis, deberent colonariæ esse conditionis, aut tantummodo genitor eorum, qui per triginta annos huiusmodi conditioni illigatus esset: sancimus liberos colonorum esse quidem in perpetuum secundum præfatam legem liberos, & nulla deteriore conditione prægrauari: non autem habere licentiam, relicto suo rure ad aliud migrare, sed semper terræ inhæreant, quam semel colendam esse patres eorum susceperunt. Caueant autem possessionum domini, in quibus tales coloni constituti sunt, aliquam innouationem vel violentiam eis inferre. si enim hoc adprobatum fuerit, & per iudicem pronunciatum: ipse prouinciæ moderator, in qua aliquid fuerit tale perpetratum, omnimodo prouideat, & læsionem (si qua subsecuta est) eis resarcire, & veterem consuetudinem in reditibus præstandis eis obseruare. Nulla nec tunc licentia concedenda colonis fundum, vbi commorantur, relinquere. Et hoc tam in ipsis colonis, quàm in sobole eorum, qualiscunq; sexus vel ætatis sit, sancimus: vt & ipsa semel in fundo nata remaneat in possessione sub eisdem modis iisdemque conditionibus, sub quibus etiam genitores eius manere in alienis fundis definiuimus. Nemini autem liceat vel adscriptitium vel colonum alienum scienti prudentique in suum rus suscipere. Sed & si bona fide eum susceperit, post

A postea autem repererit eum alienum esse constitutum, admonente domino vel ipsius adscriptitij, vel terræ, & hoc faciente per se vel per procuratorem suum: hunc restituere eum cum omni peculio & sobole sua. & si hoc facere supersederit: omnis quidem temporis, quo apud eum remoratus est, publicas functiones siue terrenas siue animales pro eo inferre compelletur, necnon cura & prouisione tam eminentissimæ præfecturæ, quàm præsidis prouinciæ. coartetur autem sic ad restitutionem B eius secundum veteres constitutiones & pœnas in eis insertas.

De prima parte diximus lege præcedenti. Nulla nec xxx. nec xl. annorum præscriptione se tueri adscriptitium aduersus domini vindicationem posse, & si se celauerit, comparari eum seruo fugitiuo, quem dominus possidere intelligitur semper, & ideo vindicationi serui fugitiui vel etiam adscriptitij ne xl. quidem annorum præscriptionem obstare. At putem ex Constitutione Anastasij serui non fugitiui vindicationi, etiam si mala fide fuerit in possessione libertatis, obstare præscriptionem xl. annorum, quod & in Pragmatico de temporibus ostendi. Idemq; est ex eadem Constitutione Anastasij in colono adscriptitio, sed non ex hac Iustiniani, quæ adscriptitium curiali hac C in re parem facit omnimodo. Secunda parte fit mentio l. 19. §. quæ alia quædam est Anastasij Constitutio, & à Iustiniano extenditur ad liberos colonorum, vt & ij patrum conditionem sequantur, id est, vt sint coloni liberi, terræ tamen addicti, quibus prædiorum domini nullam possint concussionem inferre: illatam extraordinem vindicari: solemnes tantùm reditus ab eis exigi posse. Tertia parte cauetur, ne quis adscriptitium vel colonum alienum in suum rus suscipiat. Perperam antea legebatur, *in suum ius*, sicut & suprà, *licet non per* xxx. *annos fuerint in fundis vel vicis*, quod ita emendauimus in contextu ex veteribus libris, *licet non* xxx. *annos fecerint*. qua de forma loquendi scripsimus in Pragmatico de temporibus cap. 26. & sic Iulianus, *in eadem prouincia*, inquit, x. *dies faciat*. Additur verò tertia parte, vt susceptor alieni adscriptitij vel coloni statim eum cum sua sobole suoq; peculio restituat, atque intellexerit alienum eum esse. Cunctatorem totius temporis D iugationes iubet & capitationes agnoscere. Confirmat & pœnam l. 12. §.

XXIIII. IDEM A. IOANNI PP. Si qui adscriptitiæ conditionis constituti mulieres liberas quacunque mente aut quacunque machinatione, siue scientibus, siue ignorantibus dominis, sibi vxores coniunxerunt, vel coniunxerint: in sua libertate permanere tam eas, quàm prolem, quæ ex his cognoscitur procreata, sancimus: illo proculdubio obseruando, vt si ex libero marito & adscriptitia vxore partus fuerit editus, is E maternæ conditionis maculam, & non paternam sequatur libertatem. Sed ne adscriptitij putent sibi impunitum esse tale conamen, quod maximè verendum est, ne liberarum mulierum nuptiis ab his excogitatis, paulatim huiusmodi hominum conditio decrescat: sancimus, si quid tale fuerit ab adscriptitio perpetratum, habere liberam potestatem dominum eius siue per se, siue per præsidem prouinciæ, talem hominem moderata corrigere castigatione, & abstrahere à tali muliere. quod si negle- F xerit, sciat in suum damnum huiusmodi desidiam reuersuram.

De nato ex adscriptitia & libero dictum est §. l. 16. Hæc lex est de nato ex adscriptitio & libera, vt etiam matrem sequatur, qua de re scripsimus Obseruationum IIII. cap. XXVIII.

## *De capitatione ciuium censibus eximenda.* Tit. 49.

G I. IMP. CONSTANTINVS A. AD EVSEBIVM V. P. PRÆSIDEM LYCIÆ ET PAMPHILIÆ. Plebs vrbana, sicut in Orientalibus quoque prouinciis obseruatur, minimè in censibus pro capitatione sua conueniatur, sed iuxta hanc iussionem nostram immunis ha-

 beatur.

beatur. DAT. KAL. IVN. CONSTANTINO A. III. ET LICINIO III. COSS.

Vt in Orientis prouinciis, ita & in Lycia & Pamphilia, quæ prouinciæ sunt Asianæ diœceseos, plebs vrbana capitationem, id est, censum capitis non præstat. quæ de re scripsimus in l. 8. §. de exact. trib. & l. 1. ꝫ. ne rustic. ad vl. obs.

## *In quibus caussis coloni censiti dominos accusare possint.* Tit. 50.

Quidam codices habent, *in quibus caussis coloni capite censiti.*

I. IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM VIC. ORIENTIS. Quisquis colonus plus à domino exigitur, quàm antè consueuerat, & quàm in anterioribus temporibus exactus est: adeat iudicem cuius primùm poterit habere præsentiam, & facinus comprobet: vt ille qui conuincitur amplius postulare, quàm accipere consueuerat, hoc facere in posterum prohibeatur: prius reddito, quod superexactione perpetrata noscitur extorsisse.

Dominus qui à colono plus exigit quàm præstari sibi oporteat, conuictus id omne quod supra modum moremq; extorsit, reddere compellitur. Idem obtinet in fiscalibus, quod hic in priuatorum colonis l. 5. ꝫ. de agr. & manc. dom. De colonis censitis pleraque iam §. diximus.

II. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. *. Coloni censibus duntaxat adscripti, sicuti ab his liberi sunt, quibus eos tributa subiectos non faciunt: ita his quibus annuis functionibus & debito conditionis obnoxij sunt, penè est, vt quadam debiti seruitute videantur adstricti. Quo minus est ferendum, vt eos audeant lite pulsare, à quibus ipsos vtpote dominis vnà cum possessionibus distrahi posse non dubium est. quam de cetero licentiam submouemus, ne quis audeat domini nomen in iudicio lacessere: & cuius ipsi sunt, eiusdem omnia sua esse cognoscant. cùm enim sæpissime decretum sit, ne quid de peculio suo cuiquam colonorum ignorante domino prædij aut vendere, aut alio modo alienare liceret, quemadmodum contra eius personam æquo poterit iure consistere, quem ne propria quidem leges sui iuris habere voluerint: & adquirendi tantùm, non etiam transferendi potestate permissa, domino & adquirere & habere voluerint. Sed vt in caussis ciuilibus huiusmodi hominum generi aduersus dominos, vel patronos, aditum intercludimus, & vocem negamus: exceptis superexactionibus, in quibus retro principes facultatem eis super hoc interpellandi præbuerunt: ita in criminum accusatione, quæ publica est, non adimitur eis propter suam suorumq; iniuriam experiundi licentia.

Vt seruis, ita adscriptitiis non esse cum domino actionem nisi ex superexactionis caussa, vt in l. 1. §. vel nisi criminaliter suam suorumq; iniuriam persequantur. Rerum eos proprietate carere, nec quicquam ex peculio suo alienare posse inconsulto atque ignorante domino, vt l. 1. C. Th. ne col. inscio dom. suo alienet pec. vel litem inferat ciuilem. Ait, *annuis functionibus.* Sic Symmachus *annuas functiones & indicta.* Maiorianus No. de indul. reliq. *Per quorum officia profligari iubemus annuas functiones.* Quæ annua exactione soluuntur. l. vlt. §. si propter publ. pensit. Anniuersariæ solutiones l. 4. ꝫ. de fun. rei pri. & alio quodam loco, annuæ præstationes.

De

A *De colonis Palæstinis.* *Tit. 51.*

I. IMPPP. VALENTINIANVS THEOD. ET ARCADIVS AAA. CYNEGIO PP. Cùm per alias prouincias, quæ subiacent nostræ serenitatis imperio, lex à maioribus constituta colonos quodam æternitatis iure detineat, ita vt illis non liceat ex his locis, quorum fructu releuantur, abscedere, nec ea deserere, quæ semel colenda susceperunt, B neque id Palæstinæ prouinciæ possessoribus suffragetur: sancimus, vt etiam per Palæstinam nullus omnino colonorum suo iure velut vagus ac liber exultet, sed exemplo aliarum prouinciarum ita domino fundi teneatur, vt sine pœna suscipientis non possit abscedere: addito eo; vt possessionis domino reuocandi eius plena tribuatur auctoritas.

Coloni Palæstini sunt liberi, terram tamen dimittere non possunt, quod illi sibi proprio quodam iure vindicabant. Puniri eorum receptorem. Dominum fundi dicit & dominum possessionis, C non dominum coloni. Videnda sunt quæ diximus ad rubricam de agr. cens. Quidam codices habent, *per Palæstinas*, non malè. fuere enim tres in Oriente, & hæc constitutio est de omnibus.

*De colonis Thracensibus.* *Tit. 52.*

I. IMPP. THEODOSIVS ET ARCADIVS AA. RVFINO PP. Per vniuersam diœcesin Thraciarum sublato in perpetuum humanæ capitationis censu, iugatio tantùm terrena soluatur. & ne fortè colonis D tributariæ sortis nexibus absolutis, vagandi & quo libuerit recedendi facultas permissa videatur: ipsi quidem originario iure teneantur: & licet conditione videantur ingenui, serui tamen terræ ipsius, cui nati sunt, existimentur: nec recedendi, quo velint, aut permutandi loca habeant facultatem: sed possessor eorum iure vtatur & patroni sollicitudine, & domini potestate. Si quis verò alienum colonum suscipiendum retinendum've crediderit: duas auri libras ei cogatur exsoluere, cuius E agros transfuga cultor euacuauerit: ita vt eundem cum omni peculio suo & adgnatione restituat.

Diœcesis Thraciæ habet prouincias sex, vt Marianus Scotus scribit, Europam, Thraciam, Hæmimontum, Rhodopen, Mœsiam secundam, Scythiam. Theodoritus lib. 5. cap. 28. τὸ Θράκης αἷς ἐξ ἦν αὐτῇ ἡγεμονίας διῄρηται. Coloni per has sex prouincias liberi sunt, terram tamen dimittere non possunt, tributum soli præstant, tributum capitis non præstant. Clientes potius sunt sub patrono, quàm serui sub domino. Receptatorem eorum duabus auri libris multari & restituere peculium & progeniem eorum omnem.

F

*De colonis Illyricianis.* *Tit. 53.*

I. IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD PROBVM PP. Colonos inquilinosq; per Illyricum vicinasq; regiones abeundi rure, in quo eos originis adgnationisq; merito certum est immorari, licentiam habere non posse censemus. inseruiant G terris non tributario nexu, sed nomine & titulo colonorum: ita vt si abscesserint, ad alium've transierint, reuocati vinculis pœnisq; subdantur. Maneat quoque eos pœna, qui alienum & incognitum recipiendum esse duxerint, tam in redhibitione operarum & damni, quod locis, quæ

 deser

deseruerant, factum est: quàm multæ, cuius modum in auctoritate iudicis collocamus: ita vt etiam dominus fundi, in quo alienus fuisse monstrabitur, pro qualitate peccati coërcitionem subire cogatur: nec sit ignorantiæ locus, cùm ad criminis rationem solùm illud sufficiat, quod incognitum sibi tenuerit. Seruum etiam in memoratis regionibus si quis receperit, ignorationis excusatione sublata, quadrupli pœna teneatur. operarum præterea compendiis damnisq; præstitis. in libertis etiam, quos pari vsurpatione susceperit, is modus sit, quem circa liberos colonos duximus retinendum.

Videtur accipienda de Illyrico Occidentali. Nam Orientale infert capitationem excepta ecclesia Thessalonicensi. l. 11. C. de an. & trib. Coloni igitur Illyrici Occidentalis liberi sunt, tributum soli præstant, capitationem non præstant, ex terra tamen ea discedere non possunt cui sunt addicti. Receptorem teneri domino terræ in id quod interest, & multari arbitrio iudicis. Dominum quoque fundi in quo recepti fuerint emansores, arbitrio iudicis coërceri, ignorantem excusari. At scientiam præsumi, cùm vnusquisque scire debeat colonum non suum alienum esse. l. 1. C. vnde vi. & Rotharius l. 1. de inuasionibus. susceptorem liberti eodem modo coërceri. susceptorem serui in Illyrico quanti ea res est, & in quadruplum damnari.

## *Ut nemo ad suum patrocinium suscipiat vicos vel rusticanos eorum.* *Tit. 54.*

I. IMPP. LEO ET ANTHEMIVS AA. NICOSTRATO PP. ORIENTIS. Si quis post hanc nostri numinis sanctionem in fraudem circumscriptionemq; publicæ functionis ad patrocinium cuiuscunque confugerit: id quod huius rei gratia geritur, sub prætextu donationis, vel venditionis, seu conductionis, aut cuiuslibet alterius contractus, nullam habeat firmitatem: tabellionibus qui talia instrumenta perficere ausi sunt, bonorum proscriptione plectendis: qui tamen scientes ausi fuerint huiusmodi instrumenta conscribere: vicis etiam vel possessionibus ad patrocinia confugientibus publico vindicandis. Hæ autem personæ, quæ contra publicam commoditatem in clientelam suam suscepisse collatores detectæ fuerint: nobiliores quidem centum auri librarum condemnationem subire cogentur: mediocris verò fortunæ facultatum suarum amissione plectentur: eadem pœna multandis etiam his, qui intercedentes ministerium suum huiusmodi nefariis actibus improba mente præbuerint. Quam formam ex eo quidem tempore, quod sacra constitutio à diuæ memoriæ Martiano promulgata continet, id est, in Thracica quidem diœcesi abhinc annis triginta, hoc est, à consulatu Aëtij II. & Sigisbuldi: in Orientali verò & Aegyptiaca & Pontica & Asiana diœcesi viginti octo, hoc est à consulatu Cyri valere atque executioni mandari præcipimus. DAT. KAL. SEP. ANTHEMIO A. II. COS.

Hic titulus est de susceptis, non de adscriptitiis vel colonis. Suscepti sunt clientes, qui se & bona sua omnia tuenda & defendenda potentioribus addicunt fraudandorum publicorum tributorum causa. qua specie potentiores vicanorum & rusticorum bona sibi vindicabant vel relinquebant susceptis sub patrocinij mercede certa. quod multæ Constitutiones damnant in tit. de pat. vic. C. Th. & Iustiniani No. 17. & Tiberij de diuinis domibus. Saluianus v. de prouidentia Dei. *Vt vim, inquit, exactionis euadant, tradunt se ad tuendum protegendumq; maioribus, deditios se diuitum faciunt, & quasi in ius eorum ditionémque transcendunt. Nec tamen graue hoc esset si potentes patrocinia ista non vender*

A *venderent, hac lege tutri pauperes videntur vt spolient. Omnes enim ij qui defendi videntur, defensoribus suis omnem fere substantiam suam addicunt. Nihil susceptis tribuunt, sed sibi. Nouum genus venditionis & emptionis. Venditor nihil tradit & totum accipit. Emptor nihil accipit & totum penitus amittit.* Susceptos vocat, vt Augustinus & Seruius, quod notaui in l. 132. D. de verb. obligat. Palæmon Grammaticus v. R. in glossis: *Assecula cliens siue susceptus.* Hæc Constitutio irritas huiusmodi conuentiones facit: tabelliones, qui eas perfecerint, confiscat, & vicos vel agros susceptos, susceptores etiam coërcet, & harum conuentionum intercessores & interpretes ex tempore præscripto Constitutione quadam Martiani, quam non habeo. Quinque diœceses recenset, Orientem, Thraciam, Ægyptum, Asianam, Ponticam, quæ sunt sub dispositione præf. Prætorio Orientis, vt & Mariani notitia docet. Sequitur eadem de re Constitutio Græca, latinæ cuiusdam subdititiæ loco, quam ex libris βασιλικῶν desumpsimus.
B

II. ΜΗΔΕΙΣ κωμήταις προστασίαν ὑπισχνείσθω, μηδὲ δεχέσθω γεωργοὺς ἐπὶ τούτῳ ὑπόσχεσιν προσόδων ἢ ἕτερον κέρδος λαμβάνων. εἰ δέ τις παραβαίη ταῦτα καὶ τοῖς προειρημένοις ἐπιτιμίοις ὑποπεσεῖται καὶ ἑτέρᾳ μείζονι τιμωρηθήσεται κινήσει, πρὸς τούτοις καὶ οἱ κωμῆται εἰ μὲν δοῦλοι, ἐὰν τοῖς δεσπόταις ἀποδοθήσονται καὶ τύπτονται μετὰ δέκα τῶν πρωτευόντων τῆς κώμης καὶ διηνεκῶς ἐξορίζονται ἐν ᾧ γνώμῃ πάντων ἐγκαταζῶσι. Ne quis vicanis
C patrocinium polliceatur vel agricolas in clientelam suscipiat redituum alteriusve lucri promissione recepta. & vt qui hæc non seruauerit, supradictis pœnis maiorique commotioni subiaceat. Præterea vt vicani si serui sint, dominis castigati reddantur: si liberi, xx. libris multentur, & verberati vnà cum decem prioribus vici in perpetuum relegentur, dummodo scientibus omnibus secesserint.

Notandum est genus coërcendi vniuersi vici, quo sciente vnus abscessit, & se in potentioris
D clientelam dedit, decem primorum castigatione.

## *Vt rusticani ad nullum obsequium deuocentur.* Tit. 55.

I. EXEMPLVM LITERARVM DIOCLETIANI ET MAXIMIANI AA. AD CARISIVM. Ne quis ex rusticana plebe, quæ extra muros posita capitationem suam detulerit, & annonam congruam
E præstat, ad vllum aliud obsequium deuocetur, neque à rationali nostro mularum fiscalium vel equorum ministerium subire cogatur.

Hanc constitutionem intelligere arbitror Constantinum in l. 2. C. Th. de censu siue adscr. quæ perperam vulgò est l. vlt. de naufrag. dum Diocletianum dicit plebem vrbanam capitatione immunem reddidisse. Ait enim Diocletianus, *Extra muros*, quia vrbanos capitationem præstare non vult. Id verò potissimum hac lege constituit, ne ad vlla onera deuocentur, vt l. 1. §. de agr. cens. veluti ad prosecutionem equorum aut mularum fiscalium, de quibus l. vlt. §. de discussor. Theodoritus. lib. 1, cap. VII. δημοσίοις ὄνοις καὶ ἡμιόνοις ἢ ἐρεῦσι καὶ ἵπποις χρῆσθαι.

F

II. IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD PROBVM PP. ILLYRICI. Si qui eorum qui prouinciarum rectoribus obsequuntur, quique in diuersis agunt officiis principatus, & qui sub quocunque prætextu publici muneris possunt esse terribiles, rusticano cuipiam necessitatem obsequij quasi mancipio sui iuris imponant, aut seruum eius vel fortè bouem in vsus proprios necessitatesque conuerterint:
G ablatis omnibus facultatibus perpetuo subiugentur exilio: & nihilominus rusticanum, qui se in eiusdem operas sponte propria detulisse desponderit, par pœnæ seueritudo constringat. DAT. PRID. KAL. OCT. AGRIPINÆ VALENTINIANO ET VALENTE AA. COSS.

Ne apparitores præſidum, principes officiorum, numerarij, cornicularij, commentarienſes & alij qui militiæ auctoritate poſſunt eſſe terribiles, ruſticos ad vllum obſequium vocent, vel ſeruos eorum aut boues aratorios. ſic principatum dicit vt l. 1. §. ad leg. Iul. de ambitu. Sudas, princeps ὁ ἔξαρχος τῆς τάξεως.

## *Non licere habitatoribus metrocomiæ loca ſua ad extraneum transferre. Tit. 56.*

I. IMPP. LEO ET ANTHEMIVS AA. NICOSTATO PP.

In illis quæ metrocomiæ communi vocabulo nuncupantur, hoc adiiciendum neceſſariò noſtra putauit humanitas, vt nulli extraneo illic quoquo modo poſſidendi licentia tribuatur: ſed ſi quis ex eiſdem vicanis loca ſui iuris alienare voluerit, non licere ei, niſi ad habitatorem adſcriptum eidem metrocomiæ, per qualemcunque contractum terrarum ſuarum dominium poſſeſſionemq́; transferre: ſciente perſona extranea, quòd ſi contra vetitum ſe huic negotio immiſcere, vel illic poſſidere tentauerit: quicunque contractus initus fuerit, carebit effectu, & contractu ſoluto, ſi quid præſtitum eſt, hoc tantum reddetur. DAT. KAL. SEPT. ANTHEMIO A. II. COS.

Pugnare videtur hæc lex cum l. dudum. §. de cont. empt. quod & No. Romani Lacapeni περὶ ἐκποιήσεως κτημάτων ita eſt expreſſum: παλαιὸς νόμος βούλεται μηδένα τῶν συγγενῶν ἢ κοινωνῶν ἐμποδίζεσθαι πωλεῖν οἷς ἂν ἐθελήσειεν. ἕτερος δὲ νόμος ἄλλως τοὐναντίον ἀπαγορεύων μὴ ἐξεῖναί τινι πιπράσκειν ἑτέρῳ ἢ μόνοις τοῖς τῆς ἰδίας μητροκωμίας οἰκήτορσιν. ἡμεῖς δὲ τὸ ἡμέτερον ὑπολαβόντες ἅμα καὶ τὴν δημοσίων φόρων καὶ τὰ ἄλλα στρατιωτικῆς καὶ πολιτικῆς λειτουργίας καὶ συντελείας πολλὴν τιθέμενοι φρόντισιν τὸ ἐπιτήδειον αὐτῶν καὶ ἁρμόζον διὰ ταύτης ἡμῶν τῆς θείας διατάξεως σαφεῖ καὶ συντόμῳ λόγῳ ἐπανορθοῦντες θεσπίζομεν &c. At l. dudum, de propinquis & ſociis loquitur, ne præferantur extraneis emptoribus: Hæc autem de conuicanis, propter quam puto ad l. dudum, hæc verba Tribonianum adiecisse, *niſi lex ſpecialiter*, &c. quæ non erant in Codice Theodoſiano, ſicut ad l. 1. §. de reb. cred. hæc, *Niſi ſpecialiter hoc lege excipiatur*, propter l. vlt. eod. tit. quæ non erant in Gregoriano. Nouiſſimè autem Romanus conſtituit vt iure προτιμήσεως vocentur in emptionem primùm cognati conſortes, veluti fratres qui paterna prædia indiuiſa poſſident: tum ſocij quilibet, quos ad ſocietatem coniunxit voluntas: deinde extranei, quos ad ſocietatem coniunxit fortuna, quarum alteram voluntariam, alteram hereditariam Cicero appellat: poſt συμπαρακειμένους ὁμοτελεῖς, id eſt, qui eidem domino canonem penſitant, vel vt Fridericus Imperator interpretatur, qui ſunt ſub vno ſeruitio. Ad extremum, confines. Quinque gradus facit & inter eos ſucceſſionem dat, vt primis pretium non offerentibus intra dies xxx. vel procuratoribus eorum intra menſes IIII. vel etiam repulſis per cauſam iniuriæ venditori illatæ, ſequentes vocentur. Præſcriptioni xxx. dierum vel menſium IIII. locus eſt ſi ij qui ius προτιμήσεως habent, teſtatò denunciati ſint & ceſſauerint, ſicut duorum menſium aduerſus principalem dominum emphyteuticario vendente. l. 3. §. de iur. emphy. Non facta denunciatione, non niſi decennij præſcriptione ius προτιμήσεως excluditur. Eadem Nouella idem ius datur conuicanis non tantùm conuicano, ſed etiam fiſco vendente deſertum fortè prædium, quod κλασματικὴν γῆν vocat, ita tamen vt in hac ſpecie etiam ſi denunciati non fuerint, intra quadriennium iure ſuo vtantur, ſecundum l. 2. §. de quadr. præſc. Scripſimus de hoc iure aliquid ad l. qui Romæ. §. coheredes. D. de verb. obl. Et de metrocomiis ad l. vlt. §. de exact. trib. Ait, *Vicanis*. quidam codices habent *Vicariis*, vt Feſtus in verbo, vici. Hi ſunt μητροκωμῆται. Κωμῆται No. 38. qui malè ab interprete Comitiani. Comitiani ſunt officiales comitis. Κωμῆται, vicani. Contractum.] hoc verbo non continetur teſtamentum. Poterit ergo vicanus extraneum heredem inſtituere. Quin & No. Romani, non teſtamenti modò, ſed & dotis, donationis propter nuptias, donationis directæ, donationis cauſa mortis, permutationis, tranſactionis non ſimulatæ excipitur cauſa, niſi ſi ex his cauſis bona ſua tenuiores transferant in potentiores non vicanos, quibus tamen præſcriptio decennij, ſicut & extraneis quibuſlibet, non denegatur. Hoc tantum reddetur.] non rei melioratæ ſumptus. de hac quæſtione diximus in l. 1. §. de præd. cur.

## *Vt nullus ex vicanis pro alienis vicanorum debitis teneatur. Tit. 57.*

IMP.

A I. IMP. ZENO A. Graue est non solùm legibus, verùm etiam æquitati naturali contrarium, pro alienis debitis alios molestari. idcirco huiusmodi iniquitates circa omnes vicanos perpetrari modis omnibus prohibemus.

Fuit olim plerisque locis vsurpatum, vt vicanus ex contractu vel delicto conuicani teneretur, & vt liceret creditori ob vicani debitum eiusdem vici hominem vel bona præhendere quoad verus debitor satisfecisset, quod Zeno tollit hac lege, & Iustinianus No.52. & 134. Cassiodorus IIII. Var. B *Diuiduntur causæ germanis: filius obligationibus paternis, si non sit heres, exuitur: Vxor maritalibus debitis, nisi per successionis vincula, non tenetur: & audacia ad solutionem trahit extraneos, cùm absoluant iura coniunctos.* Idem legibus Langobardorum cauetur. l.3. de deb. & vad. & Constitutionibus Neapolitanis titulo de cultu pacis & tit. de presaliis prohibendis. sed postea cùm reuocatæ fuissent in vsum, eis Gregorius liberauit clericos, & Fridericus studiosos promissa actione repetundarum famosa in quadruplum. Moribus nostris hoc iure vtimur non in nostrates, sed in exteros, nec nisi permissu principis, vt si negotiatori Gallo merces diripuerint Hispani, idem quem primum offenderit Hispanum pari iure diripiet, quod ius Marque appellamus, quia vt arbitror in limitibus potissimum exercetur.

## C *De censibus & censitoribus & peræquatoribus & inspectoribus.* Tit. 58.

Census descriptiones sunt iugerum & capitum. Censitores siue censores qui census agunt. Peræquatores & inspectores qui emendant, prædiis inspectis & adæquatis inuicem, vt releuentur quibus grauius est onus adscriptum, grauentur quæ sunt censita leuius. l.10. ∫. de fun. pat. l.penult. & vlt. ∫. de an. & trib. l.12. & 14. C.Th. de censit. l.vlt. C.Th. de locat. fun. in emphy. Græci ἐξισωτὰς vocant. Eusebius IIII. de vita Constantini, ἄνδρας ἐξισωτὰς κατέστησεν. Græci interpretes iuris, Ἐπόπτης λέγεται ὁ ἐξισωτής. itaque idem pene munus est inspectoris & peræquatoris. Cassiodorus x. D *Vt ad prædium de quo querela est, diligens inspector accedat, & rebus moderata inquisitione trutinatis, quidquid grauaminis potest habere possessio, rationabiliter abrogetur.*

I. IMP. CONSTANTINVS A. AD POPVLVM. Quoniam tabularij ciuitatum per collusionem potentiorum sarcinam ad inferiores transferunt: iubemus vt quisquis se grauatum probauerit, suam tantùm pristinam professionem agnoscat. PP. XV. KAL. FEB. ROMÆ CONSTANTINO A. IIII. ET LICINIO III. COSS.

E

De tabulariis diximus lib.x. multis locis. Principalibus & tabulariis, vt Symmachus ait in epistolis, liberum est alios à dispendio vindicare, aliis indebitum munus imponere, dum scilicet rationes tributorum tractant. quo fit vt sæpe per gratiam diuitum onera transferant in pauperes. qua de re grauiter & copiosè queritur Saluianus lib.5. de prouidentia Dei. Hæc Constitutio hanc tabulariorum fraudem censet esse corrigendam secundum antiquæ censualis professionis modum. l.1. ∫. de im. nem. conc.

II. IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEO- F DOSIVS AAA. EVTROPIO PP. Quisquis vitem succiderit, aut feracium ramorum fœtus vetauerit, quò declinet fidem censuum, & mentiatur callidæ paupertatis ingenium: mox detectus competenti indignationi subiiciatur: illo videlicet euitante calumniam, quem fortè detegitur laborasse pro copia, ac pro reparandis agrorum fœtibus non sterilitatem aut inopiam procurasse. DAT. PRID. NON. IVN. CP. EVCHERIO ET SYAGRIO COSS.

G

Vt qui simulat paupertatem succisis vitibus vel arboribus competenti pœnæ subiiciatur, nec pristina professione releuetur. l. 4. §. si vites. D. de censib. Putationes non damnat, quæ fiunt ne vites superuacuis sarmentis syluescant, vel quibus luxuries ramorum coërcetur, quæ res copiam parit non inopiam. Pro, *vetauerit*, Codex Theodosianus, *habetauerit*, fortè legendum, *amputauerit*. Sic lib.56. βασιλικῶν tit. 14. ἐάν τις ἀμπέλους ἐκτέμῃ ἢ εὐφόρους ἐκκόψῃ κλάδους.

III. IIDEM AAA. CYNEGIO PP. Si peræquatore misso aliquis aut procuratorem suum retraxerit, aut colonum per contumaciam retractationis fugauerit: ad eum censuum modum, quem vel eo, vel procuratore illius absente, peræquator apposuerit: nostræ sanctionis auctoritate tenebitur. DAT. VI. KAL. APRIL. CP. HONORIO NP. ET EVODIO COSS. A

Si misso peræquatore procuratorem prædij sui subduxerit quis ne præsens censitioni adesset, vel colonum fugauerit retractationis censûs defugiendæ causa, quod absente colono vel procuratore de censu agri constituerit peræquator, vt nihilominus ratum habeatur. alioquin vix est vt censitio aut peræquatio absente domino vel procuratore rectè facta videatur. l. 5. C. Th. de censu. B

IIII. IMPPP. THEODOSIVS ARCAD. ET HONORIVS AAA. RVFINO PP. Omne territorium censeatur, quoties defectorum leuamen exposcitur, vt sterilia atq; ieiuna his, quæ culta vel opima sunt compensentur. DAT. III. NON. APR. CP. THEODOSIO A. III. ET ABVNDANTIO COSS. C

Si qua ciuitas releuationem petat quasi defectorum prædiorum, vt denuo totius territorij ciuitatis census agatur, & compensentur fertilia cum sterilibus. Pro *ieiuna*, quidam Codices habent, *herema*, & Græci τὰ ἔρημα μετὰ τῶν εὐθηνούντων συμψηφίζων. vnde corrupta illa vox orta est in quibusdam codicibus, *arenia*. Galli dicunt, *terres ermes*.

V. IIDEM AAA. RVFINO PP. Qui grauatos se esse à peræquatoribus conqueruntur, & iniusto oneri impares esse proclamant: D competitionis habeant facultatem, vt quid remissum gratia, quid interceptum fuerit fraude, conuincant: & ex eo leuamen accipiant, quod per deformia & criminosa commercia sibi impositum esse deplorant, vt aliis demeretur: quod intra annum post codicum oblationem, quo videbitur, de iniusto conqueratur onere, iniquitatem peræquatoris accuset, ac præstitam gratiam habita competitione conuincat, vt quod ei fuerat superfusum, ille cognoscat, quem debitæ functioni fraus clandestina subtraxerat. emenso autem eo tempore actio denegabitur, exceptis minoribus E qui fuerint indefensi: his etiam qui aberunt reipublicæ causa: qui tamen ex eo tempore quæ sunt statuta, custodient, ex quo ad agendum habuerint facultatem. DAT. III. KAL. DEC. CP. DN. THEOD. A. III. ET ABVNDANTIO V. C. COSS.

3 Actio vel competitio aduersus iniquam peræquationem datur intra annum post completam perequationem traditosq; peræquationis libros, ex die clausi renunciatiq; census, vt ait l. 5. C. Th. de censu siue adsc. Excipiuntur minores indefensi & absentes Reip. causa, quibus non ex eo die annus computatur, sed ex quo agendi facultatem habuerint. Ait, *quo videtur*, id est, apud tribunal quodcumque videbitur. Theodosianus apertius, *cui videbitur*. F

VI. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EVSEBIO PP. Peræquatores ac discussores, si incurrerint culpam negligentiæ vel gratiæ, non solùm honorum iacturam, verùm etiam annonarum in quadruplum multam subire debebunt. ea verò quæ in damnum prouincialium fuerint accepisse conuicti, in quadruplum cogentur exsoluere. DAT. IIII. KAL. APR. MED. ARCADIO ET HONORIO III. AA. COSS. G

A Peræquatores vel discussores ob culpam vel gratiam damnati infames sunt. legendum, *honorum* non *bonorum*, vt Græci ὑ μόνον τ ἀξίας, vt Accursius citans l. iudices, & l. quoties. ꝓ. de dignitat. vt etiam l. 10. C. Th. de censit. Fisco percepta emolumenta siue salaria in quadruplum. Prouinciali quoque extorta, dum erga alium fortè cupiunt esse gratiosi, in quadruplum restituunt. qua de re diximus aliquid in tit. de superexactoribus.

VII. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. SEBASTIO COM. ORDINIS PRIMI. Apud eum possessio firma permaneat, cui eam à peræquatore semel traditam fuisse constiterit. reliqua verò temporis anteacti à nouo domino fiscum postulare non patimur, ne alterius culpa alter incipiat subiacere dispendio. Si quis verò priuatus aut obligatam sibi possessionem, quæ deserta huc vsque permansit, aut ex aliquo titulo deberi sibi iure confirmat: allegationes suas sine mora vel per se vel aliam personam legibus ordinatam manifestare debebit: ita vt si æquitatis ratione suadente, ad petitorem fuerit translata possessio: is qui à peræquatore eam susceperit, rei melioratæ susceptis subleuetur expensis. Verùm ne sub specie litis dominationes semel constitutæ turbentur: sex mensium spatium censemus debere seruari, intra quod is qui putat sibi rem probabili ratione competere, debitas exerat actiones. Quòd si tempus adscriptum silentio fuerit interueniente transactum: nullum penitus repetendi volumus esse principium. Quòd si quis eo tempore, quo peræquator prædium alicui addicit, de suo iure vel per se aut per homines suos non crediderit actitandum: sex mensium curriculis euolutis, in perpetuum conquiescat. DAT. PRID. ID. MAR. RAV. HONORIO XI. ET CONSTANTIO II. COSS.

Solent peræquatores à dominis deserta & destituta prædia aliis tradere, atque ita dominium mutare, sine onere tamen reliquorum, quod accipientem à domino proculdubio sequeretur, vt constat ex titulo sine censu vel rel. Post addictionem peræquatoris, creditores excluduntur quibus prædia sunt obligata vel debita, nisi de iure suo experiantur intra sex menses, & nouo domino reddant emponemata. Eadem præscriptione antiquior dominus excluditur. l. locorum. tit. seq. Ait, *dominationes*, id est, dominia.

## *De omni agro deserto, & quando steriles fertilibus imponuntur.* Tit. 59.

Non idem est desertum & derelictum. Derelictum occupantis fit, Desertum non item. l. 8. hoc tit. Vsucapitur tamen biennio. Desertum est quod incultum & squalidum est. Quod sequitur, *& quando steriles fertilibus imponuntur*, idem est ac si diceret; [illegible]

F

I. IMP. CONSTANTINVS A. CAMPESTI. Cùm diuus Aurelianus parens noster ciuitatum ordines pro desertis possessionibus iusserit conueniri, & pro his fundis, qui inuenire dominos non poterunt, quos perceperamus earundem possessionum triennij immunitate percepta, solennibus satisfacere: seruato hoc tenore præcipimus, vt si G constiterit ad suscipiendas easdem possessiones ordines minus idoneos esse, eorundem agrorum onera possessionibus & territoriis diuidantur accepta.

Prædia deserta & quorum domini non reperiuntur, curialibus addicuntur sub immunitate triennij: qui si idonei non sint, tunc onus eorum & in possessores eiusdem ciuitatis, & in omne

territorium diffuoditur. Verbum, *Accepta*, quod est in extremo, est ex subscriptiooe, vt io L.1. J. de fug. col. verbum, *Data*. A

II. IDEM A. Si quis ab emphyteuticario seu patrimoniali possessore, priuati iuris quippiam comparauerit, cuius substantia alias possessiones sustentare consueuerat, & succisis quasi quarundam virium neruis reliqua labuntur: earum possessionum onera subiturus est, quæ penes distractorem inutiles permanebunt. DAT. VIII. ID. DEC. THESSAL. FELICIANO ET TITIANO COSS. B

Si emphyteuticarius vel patrimooialis possessor fuodum proprij priuatiq; iuris ad se pertinentem vendiderit, quo emphiteutici seu patrimonialis iuris prædia sustentare solebat, ac deinde reliquari eaq; prædia deserere cœperit, onus reliquorum transfertur ad emptorem qui eum fundum comparauit, quo venditor alios tueri solebat. Atque ita emptorem sequuntur noo taotùm fundi comparati reliqua, sed & aliorum reliqua, qui fundo comparato sustentabantur. quod addi coouenit ad tit. sine censu vel reliq. fund. comp. noo pos.

III. IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM PP. Quicunque deserta prædia meruerint, sub certa immunitate ad possessionem impetratorum non prius sinantur accedere, quàm vel fideiussoribus idoneis periculo curialium datis, vel fundis patrimonij sui maximè vtilibus obligatis, idonea cautione firmauerint susceptam à se possessionem nullo detrimento publico relinquendam. C

Vt ij quibus deserta prædia addicuntur sub certa immunitate veluti triennij. l.1. hoc tit. vel bieonij. l.7. hoc tit. l.12. C. Th. de censitor. pignoribus vel fideiussoribus caueant se ea damno publico minimè deserturos. l. 6. hoc tit. l. 7. J. de fun. pat. D

IIII. IIDEM AA. ET GRATIANVS A. AD CRESCENTEM VIC. AFR. Heredes scripti etiam pro minus idoneis fundis fiscale onus cogantur agnoscere: vel si renuntiandum hereditati putent, cedant his omnibus rebus, quas ex iisdem bonis quocunque titulo & iure perceperint. DAT. IIII. ID. IVL. CONTIONACI GRATIANO A. II. ET PROBO COSS. E

Noo potest heres scriptus prædia hereditaria ita diuidere vt fertilia amplectatur, sterilia deserat ooerum publicorum euitandorum causa, siue hereditario siue legati siue fideicommissi iure ei ex eisdem bonis ea deferantur, sed aut omnium tributa agooscere debet, aut ab omnibus recedere.

V. IMPP. VALENS ET GRATIANVS AA. AD ANTHEMIVM PP. Qui vtilia reipublicæ loca possident, permistione facta etiam deserta suscipiant: vt si earum partium grauentur accessu, quas antè per fastidium reliquerunt, cedant aliis curialibus, qui vtraque hac conditione retineant, vt præstatione salua cum desertis & culta possideant, sublàta à paucis, quos iniquum est electa retinere, cùm municipes grauatura sit pars relicta. F

Qui fertilia & sterilia Reip. loca permistim possident, vt omnia retineant, vel vt omnibus saluo canone curialibus cedant. Nec enim possunt fertilibus retentis sterilia deserere. In curiales transfertur onus vniuersitatis prædiorum, non partis. G

VI. IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEOD. AAA. NEBRIDIO COM. R. P. Vt quisq; conductor fuerit inuentus

A tus poſſeſſor fundi, vt quiſq; qui ex publico vel templorum iure deſcendit: huic ager iungatur inutilior. Quòd ſi contra id reluctandum exiſtimauerit: alius poſſeſſor ſub eadem præſtatione quæratur. vel ſi voluntarius, qui ſit conductor, non inueniet: tunc ad poſſeſſores antiquos, id eſt, decuriones vel quoſlibet alios, loca iuris prædicti adiunctis inutilibus reuertantur, idoneis fideiuſſoribus præſtitis. DAT. XV. KAL. FEB. CP. MEROBAVDE II. ET SATVRNINO COSS.

B

Vt conductori fundorum Reip. vel ſacrorum templorum cum fertilibus adiungantur inutiles, vel vt alius ſub eadem penſione eorum voluntarius conductor quæratur, vel eo non inuento vt fundi ad veteres poſſeſſores reuertantur: Reip. ad curiales: templorum, ad illos qui ea prædia templis largiti ſunt.

VII. IIDEM AAA. ET ARCADIVS A. CYNEGIO PP.

Quicunque defectum fundum patrimonialem exercuerit, fertilem idoneumq; præſtiterit: ſaluo patrimoniali canone, perpetuo ac priuato iure C defendatur, & velut domeſticum & auita ſucceſſione quæſitum ſibi habeat, ſuis relinquat: neq; eum aut promulgatione reſcripti, aut reuerentia ſacræ adnotationis quiſquam à fructu impenſi operis excludat. Ceterùm eos qui opimas ac fertiles poſſident terras, aut etiam nunc ſibi exiſtimant eligendas: pro defecta ſcilicet portione ſummam debiti præſentis iubemus implere. Illos etiam qui emphyteuticario nomine nec ad plenum idoneas, nec omnibus modis vacuas detinent: ſic ex illis quoque, D quæ præſidio indigent, iuſtam ac debitam quantitatem debere ſuſcipere, vt indulto temporis ſpatio poſt biennium decretum canonem ſoluendum eſſe meminerint. nemo tamen qualibet meriti & poteſtatis obiectione ſubmoueatur, quò minus ad diacathociæ vicem defectas poſſeſſiones patrimonialis iuris accipiat, eorum tributa & canonem ſoluturus: illud ſpeciali obſeruatione procurans, vt primo vicinas & in eodem territorio ſortiatur. dehinc ſi neque finitimas, neque in eiſdem locis re- E pererit conſtitutas: tunc demum etiam longius poſitas, ſed in quantum fieri valet, pro interiecto ſpatio ſibimet cohærentes, pro modo & æquitate ſuſcipiat: vt id conſenſu omniũ fiat, quod omnibus profuturum eſt.

Lex eſt de iis qui patrimoniales fundos emphyteuticario iure detinent, vt ſi defectos acceperint & idoneos reddiderint, eos perpetuo priuatoq; iure poſſideant & in heredes transferant ſaluo canone. Et vt qui idoneos eo iure ſuſceperint, defectos ſuſcipiant cum onere canonis, non reliquorum, qui medij generis, vt etiam ex defectis ſuſcipiant pro rata cum eodem onere, ſalua immunita- F te biennij. In l. 1. datur immunitas triennij, quæ eſt de fundis à dominis deſertis & in curiales transferendis: Hæc de fundis patrimonialibus defectis, & iis qui meliores fundos detinent adiungendis ad diacathociç vicem, id eſt, poſſeſſionis titulo & iure, vt eos retineant iure priuato quaſi poſſeſſores, vt habeant dominium poſſeſſionis. l. 11. ℐ. hoc tit. vt ſint poſſeſſores. l. 12. ℐ. de fun. pat. l. 4. ℐ. de diu. præd. & ita in l. 1. C. Th. de fiſc. debit. *de diacatochis*, id eſt, de poſſeſſoribus qui canonem fiſco debent, interpretor. & ab hac defectorum adiunctione lex ait, nec dignitatem nec poteſtatem vllam excipi. Adiungi finitimos primùm, deinde longè poſitos. Adiunctionem huiuſmodi ſuſcipere omnes debere, cùm ſit publicè omnibus profutura. l. ſeq.

G VIII. IMPP. VALENTINIANVS THEODOS. ET ARCAD. AAA. TATIANO PP. Qui agros domino ceſſante deſertos, vel longè poſitos, vel finitimos, ad priuatum pariter publicumq; compendium excolere feſtinat: voluntati ſuæ noſtrum nouerit adeſſe reſponſum. Ita

tamen vt ſi vacanti ac deſtituto ſolo nouus cultor inſederit, ac vetus dominus intra biennium eadem ad ſuum ius voluerit reuocare: reſtitutis primitus quæ expenſa conſtiterit, facultatem loci proprij conſequatur. nam ſi biennij fuerit tempus emenſum, omni poſſeſſionis & dominij carebit iure qui ſiluit. A

Quæ ad hanc legem pertinent expoſuimus libro de temporibus cap. XXI. & ad rubricam.

IX. IMPPP. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. RVFINO PP. Qui fundos patrimoniales iure priuato canone ſaluo ſuſceperint, hanc omnes ſine vllius exceptione perſonæ propoſitam intelligant optionem, vt aut ea loca, quibus minor eſt ſoli fœcunditas, cum his, ex quibus fructus vberes capiunt, ſuſcipere & tenere non abnuant: aut ſi eorum refugiunt ſterilitatẽ, opimioribus cedant. DAT. VIII. ID. NOV. TYRO ARCADIO III. ET HONORIO II. AA. COSS. B C

Vt qui fundos patrimoniales ſub præſtatione canonis iure priuato ſuſceperunt, eis abſcedant, niſi fertilibus ſteriles imponi patiantur. Alij ſuſcipiuntur iure priuato quaſi ſint ſucipientium proprij, alij iure emphyteuticario quaſi alieni. vtrique tamen ſub canonis præſtatione.

X. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EVTYCHIANO PP. Qui per potentiam fundos opimos ac fertiles occuparunt, cum quæſtuoſis vberibuſq; pro rata portione ſuſcipiant infœcundos ex eadem ſubſtantia. DAT. NON. MAR. CP. HONORIO A. IIII. ET EVTYCHIANO COSS. D

Lex ait fertilibus adiungi ſteriles ex eadem ſubſtantia, & l. 15. ex iiſdem bonis, No. περὶ ἐπιβολῶν nondum edita, ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας. quod expoſui Obſeruat. 4. cap. 30.

XI. IIDEM AA. ADRIANO PP. Locorum domini intra ſex menſes edictis vocati reuertantur. qui ſi adfuerint, & propria teneant: & ea quæ ex præterito contraxerint, debita redhibere cogantur. Sin verò impares eſſe earum rerum tributis propria confitentur abſentia, nec adeſſe voluerint: penes eos qui hæc ſuſceperint, & certum quem tributorum canonem promittunt, proprietas poſſeſſionis intemerata permaneat: vt poſtquam ea exſoluerint, ſciant ſibi inquietudinem ſubmouendam, nec ſubreptione cuiuſquam competitionis loca, quæ tenuerint, auferenda. quibus etiam illud indulſimus, vt ex eo tempore, ex quo primùm loca, de quibus agitur, cœperint poſſidere, tributa poſcantur. DAT. VI. KAL. SEP. STILICONE ET AVRELIANO COSS. E F

Vt prædia deſerta à domino ſuſceptoribus ſine onere reliquorum addicantur, excluſo domino præſcriptione ſemeſtri, de qua & in l. vlt. §. tit. prox. excluſa competitione omni.

XII. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. SELEVCO PP. Hac definitione ſancimus, nullum poſſeſſorem, neque municipum prædium pro alienis debitis vel deſtitutione eſſe retinendum: neque eorum prædiorum defectione prægauari, quæ ex iiſdem bonis, quæ G

retinen

A retinentur, nequaquam esse monstrantur: nec vllis præstigiis atque commentis exactio mutiletur. DAT. PRID. KAL. FEB. RAV. HONOR. VIII. ET THEOD. V. AA. COSS.

Lex significat ἐπιβολὴν non fieri, siue sterilia fertilibus non imponi, nisi sint ex eisdem bonis, vt l. 10. Eadem bona sunt veluti ὁμόδουλα & ὁμόκηνσα, vt No. 128. & No. 168. cuius titulus, ἐπαρχικὸς τύπος περὶ ὁμοδούλων, nondum edita. Pro, *defunctione*, emendaui, *defectione*.

B XIII. IIDEM AA. AD PROBVM. Omnium prædiorum actores ac domini requirantur. quorum si vitio probantur debita fuisse contracta, in absoluto est vt debeat dominium commutari. DAT. III. ID. IVN. CP. CONSTANTE ET CONSTANTIO COSS.

Prædia deserta & destituta, à dominis vel actoribus eorum eis auferuntur, & aliis dominij iure addicuntur, *quorum*, inquit, *vitio probantur debita fuisse contracta*, dum scilicet prædia inculta deserunt. Ea peræquator addicit. l. vlt. §. tit. prox.

C XIIII. IIDEM AA. AVRELIANO PP. Rura & possessiones quas curiales quolibet pacto publicatis apud acta prouincialia desideriis suis vel reliquerunt, vel possidere alios permiserunt: penes eos qui eas excoluerunt, & functiones publicas recognoscunt, firmiter perdurabunt, nullam habentibus curialibus copiam repetendi. DAT. III. NON.

D DEC. HONORIO X. ET THEOD. VI. AA. COSS.

Puto deserti prædij apud acta præsidis repetitionem ne intra quidem biennium esse vel sex menses. quia pro derelicto habitum videtur.

XV. IIDEM AA. SEBASTO COMITI PRIMI ORDINIS. Si quis deserta prædia, quæ naualem sustinent functionem, & in desertis nunc vsque remanent, sub peræquationis iure perceperit: meliore

E conditione in omnibus titulis conuenit ea releuari, vt grauis sors naualis esse non possit pro ea, quæ resedit, portiuncula, cùm aliis fuerit dispendiis liberata. DAT. PRID. ID. MAR. RAV. HONORIO A. XI. ET CONSTANTINO II. COSS.

Si quis deserta prædia à peræquatore susceperit quæ naucularioni oneri obnoxia sunt, hoc quidem onere non liberatur, sed in omnibus aliis titulis fiscalibus leuiora onera agnoscit.

F XVI. IMPP. THEODOS. ET VALENTINIANVS AA. CELERI PROC. AFRI. Iubemus neminem curialem pro alieni territorij debitis attineri, sed tantùm municipem pro gleba propria conueniri. DAT. V. KAL. MAI RAV. POST CONS. FELICIS ET TAVRI VV. CC.

Territorium & glebam dicit pro eodem, vt l. 11. §. de oper. pub. l. 3. §. de nat. lib. l. nulli. §. de epis. & cler. Municipem quoque & curialem pro eodem, vt l. 5. §. hoc tit. l. 1. J. de fug. col. l. 41. C. Th. de oper. pub. Curialis igitur glebæ propriæ non alienæ nomine tenetur. l. 12. §.

G XVII. IIDEM AA. HERMOCRATI PP. Si quis auctoritate nostri numinis de fundis patrimonialibus steriles sub certi canonis pollicitatione susceperit: firmiter eum volumus possidere. sub eiusdem tamen canonis solutione, quem nostræ maiestatis auctoritas per annos

singulos soluendum esse præscripserit, nullamq; eos descriptionem, siue adiectionem, aut innouationem in posterum sustinere: quoniam nimis absurdum est eos, qui nobis hortantibus fundos inopes atque egenos magno labore impenso aut exhausto patrimonio vix forte meliorare potuerunt, vtpote deceptos inopinatum onus suscipere, illudq; velut quadam circumuentione deposci, quod si se daturos præscissent, fundos minimè suscipere aut etiam colere paterentur. DAT. XII. KAL. DEC. CP. THEODOSIO A. XVIII. ET ALBINO COSS.

De hac lege scripsimus in tit. de col. don. vel rel. §. Pro, *egenos*, Nouella integra habet, *inanes*.

## *De fundis limitotrophis & terris & paludibus et pascuis limitaneis vel castellorum. Tit. 60.*

Fundi limitotrophi dicuntur hoc loco, & l. nulli. ℥. de fun. pat. quòd inde milites limitanei alantur. l. 8. eod. tit. l. 1. hoc tit. non quòd ad milites limitaneos pertineant. At fundi limitanei qui dicuntur, ad milites limitaneos pertinent, itemq; paludes & pascua. l. 3. hoc tit. fundi autem castellorum ad milites castellanos pertinent. l. 2. hoc tit.

I. IMPPP. VALENTIN. VALENS ET GRATIANVS AAA. AD LICINIVM PP. Tiberianus ad possibilitatem singulorũ quorumcunque locorum intuens, statuit certas possessiones, quæ ad limitem frumenta conueherent. quocirca generali lege sancimus Tiberiani dispositionem oportere obseruari, amouẽtes quidquid vel potentia cuiuscunque elicuit, vel furtiua deprecatio: addentesq; nihilominus in futurum nulli licere aduersus vtilem vetustatem & præsentem legem nostram importuna & respuenda reposcere. DAT. XVIII. KAL. OCT. AQVILEIÆ ARCADIO A. ET BANTONE COSS.

Confirmat Tiberiani præf. prætorio dispositionem de fundis limitotrophis.

II. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ASCLEPIODOTO PP. ET CONS. ORDINARIO. Quicunque castellorum loca quocunque titulo possident, cedant ac deserant, quia ab his tantùm fas est possideri castellorum territoria, quibus adscripta sunt, & de quibus iudicauit antiquitas. Quòd si vlterius vel priuatæ conditionis quispiam in his locis, vel non castellanus miles fuerit detentator inuentus: capitali sententia cum publicatione bonorum plectetur. DAT. V. NON. MAR. CP. ASCLEPIODOTO ET MARINIANO COSS.

Vt soli castellani milites possideant castellis agros deputatos, non priuati, non alij milites.

III. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. NOMO MAGISTRO OFFICIORVM. Agros limitaneos vniuersos cum paludibus omniq; iure, quos ex prisca dispositione limitanei milites ab omni munere vacuos ipsi curare pro suo compendio atque arare consueuerant: & si in præsenti coluntur, ab his firmiter ac sine vllo concussionis grauamine detineri: & si ab aliis possidentur, cuiuslibet spatij temporis præscriptione cessante, ab vniuersis detentatoribus vindicatos,

A dicatos, iisdem militibus sine vllo prorsus (sicut antiquitus statutum est) collationis onere volumus adsignari. In his etiam contra eos, qui præceptionibus nostris obuiam venire tentauerint, proscriptionis pœna valitura. Nam si quis fortè, quod minimè audere debuerat, emptionis titulo memorati iuris possidet prædia: competens ei actio contra venditorem intacta seruabitur. DAT. PRID. ID. SEP. CP. MAXIMO II. ET B PATERNO COSS.

Pars est Nouellæ Theodosij de ambitu & lucris limitaneis inibi redhibendis, quam habemus integram, sicut & l. 4. §. de offic. mil. iud. & l. curæ. §. de offic. mag. off. Pertinet valde ad hanc partem quod Lampridius scribit Alexandrum agros limitaneos militibus donasse, ita vt eorum essent si heredes eorum militarent, nec vnquam ad priuatos pertinerent: dicentem attentius eos militaturos si etiam sua rura defenderent: addidisse his & animalia & seruos, vt possent colere quod acceperant. Idem enim hac lege cauetur, ne agri illi in priuatorum iura vllo titulo transeant, nec præscriptione vlla temporis eis adquirantur, & vt à limitaneis militibus firmo iure possideantur sine vllo tributi vel collationis onere cum paludibus & omni iure suo, puta pascuis, animalibus, C seruis, salua scilicet illa conditione, si militarent.

## *De pascuis publicis vel priuatis.* *Tit.* 61.

I. IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD RVFINVM PP. Cùm nulla ratio sit, cur in pascuis saltubus rei priuatæ pensio debeat ampliari: nequaquam pro libidine ordinum augmenta fa-D cienda sunt. etenim idcirco grauiorem pensionem imponi ab ordinibus accepimus, vt animalia ex rebus priuatis nostris à locorum pastibus arceantur. quod fieri non oportere diuæ memoriæ Iulianus prorogata iussione constituit. Quare excellens auctoritas tua conuentis prouinciarum rectoribus, non eam licitationis necessitatem patiatur inferri, quam repentinam faciunt ciuitates, sed eam manere decernat, quam statuit antiquitas. DAT. VIII. KAL. OCT. LVCERIÆ VALENTINIA-E NO ET VALENTE AA. COSS.

Sunt saltus pascui quidam rei priuatæ principis, qui certa pensione locantur, ita tamen vt & animalia rei priuatæ in eis ius sit compascere, quæ ne arceantur prætextu grauioris pensionis, constituunt Impp. ne in eis saltibus pensionum vllæ adiectiones admittantur.

II. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. SIMPLICIO COMITI ET MAGISTRO VTRIVSQVE MILITIÆ. Insignis auctoritas tua hac conditione à publicis pratis Apamænis animalia mi-F litum prohiberi præcipiat, vt vniuersi cognoscant de emolumentis eorum tuiq; officij facultatibus duodecim libras auri fisci commodis exigendas, si quisquam post hac memorata prata mutilare tentauerit: non minore decernenda pœna, si etiam prata priuatorum Antiochenorum fuerint deuastata. ita tamen vt sine læsione prouincialium prouideant curiales, quo pacto animalium militarium pastui consulatur. DAT. V. G ID. MAR. CP. HONORIO A. IIII. ET EVTYCHIANO V. C. COSS.

De huius loci restitutione scripsimus satis libro primo Obser. cap. xix.

III. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. COMITIBVS

TIBVS ET MAGISTRIS MILITVM. Prata prouincialium nostrorum, & præcipuè rei priuatæ nostræ, perniciosum est militum molestia fatigari. Ideoq; lege ad amplissimam præfecturam promulgata censuimus, ne hoc deinceps vsurpetur. super qua re vniuersos, quorum interest, conuenire tua magnificentia non moretur: neque permittat possessores vel colonos pratorum graui qualibet importunitate vexari. DAT. NON. SEP. HONORIO X. ET THEODOSIO VI. AA. COSS.

Ne possessores vel coloni super pratis à militibus vllam molestiam sustineant. qua de re legem se promulgasse scribunt ad amplissimam præfecturam, id est, ad Aurelianum præf. præt. quæ est l. 4. C. Th. de pascuis.

## *De fundis patrimonialibus & saltuensibus & emphyteuticis & conductoribus eorum. Tit. 62.*

Patrimoniales fundi sunt qui ad patrimonium principis pertinent. Alij sunt fundi rei priuatæ, alij diuinæ domus, sicut alius Comes patrimonij, alius Comes rei priuatæ, alius Comes domorum. Res quidem priuata etiam patrimoniũ dicitur l. 3. ɟ. de fun. rei priu. quia vt largitiones aliæ sunt sacræ, aliæ priuatæ, ita patrimonium aliud est priuatum. l. 8. C. Th. de iu. fisc. l. vlt. ɟ. de agr. & man. aliud sacrum. l. 1. §. de indict. l. vlt. §. de vect. & com. quod à re priuata separari solet & domibus, vt in edicto 4. & 8. Conditio patrimonialium propria hæc est, vt locentur, non vt in ius priuatum transferantur. l. 10. hoc tit. solent tamen vendi & donari iure priuato principis iussu. l. 39. §. vlt. D. de legat. 1. l. 9. & 10. hoc tit. l. 9. §. de om. agro des. præterquã in tractu Orientis. l. 13. vel in emphyteusim dari, quibus generibus etiam si dentur saluo canone, quodammodo propriam conditionem mutant. Saltuenses sunt pastioni deputata nemora, qui & patrimoniales sunt. l. vlt. hoc tit. Emphyteutici sunt qui emphyteutico iure dantur, qui & patrimoniales sunt l. 12. sicut limitotrophi quoque patrimoniales quidam sunt. l. 5. & 13. qui & hac rubrica ceteris adnecti debuissent.

I. IMP. CONSTANTINVS A. CVPITO. Si quis fundos emphyteutici iuris salua lege fisci citra iudicis auctoritatem donauerit, donationes firmæ sint: dummodo suis quibusq; temporibus ea quæ fisco pensitanda sunt, repræsentare cogantur. PP. XVII. KAL. IVL. TREV. CONSTANTINO A. IIII. ET LICINIO III. COSS.

Fundum patrimonialem siue fiscalem ab emphyteuticario donari posse saluo canone emphyteutico, nec exigi auctoritatem iudicis. Vendi non posse puto sine consensu rationalis. idemq; esse in emphyteuticario priuatorum.

II. IDEM A. AD DRACONTIVM. Patrimonialis fundi pensitationem seu aurariam seu frumentariam intra tempus omissam minorum dominio non nocere præcipimus: nec ad fraudem iuris eorum accedere, si quod solenniter debetur, paulò serius inferatur. ita tamen vt permanente substantia paruulorum, iudex tutorem vel curatorem, per quem differtur illatio, negligentiæ suæ & deserti officij pœnas exigat, & damna deplorare compellat.

Fundum patrimonialem à possessore, tributis intra tempora non solutis, fisco committi, nisi minor sit xxv. annis, quo casu dominium fundi minori ætatis beneficio conseruatur, & tutor curatorve in æstimationem conuenitur.

III. IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD GERMANIANVM COM. S. L. Quicunque possessiones ex emphyteutico iure susceperint, ea ad refundendum vti occasione non possunt, qua

asserant

A asserant desertas esse cœpisse, tametsi rescripta per obreptionem meruerint. sed nec auelli eas ab his posse, nec si licitatio ab alio fuerit promissa: sed eas in perpetuum apud eos qui eas susceperint, & eorum posteritatem remanere, nec si super hoc rescriptum fuerit aduersus eos impetratum. DAT. VIII. KAL. OCT. MED. VALENTINIANO ET VALENTE AA. COSS.

B Vt emphyteuticariis prætextu suprà adiectionis vel rescripti auferri fundus emphytheuticatius patrimonialis non potest: ita nec relinqui ab eis prætextu defectionis & squaloris, vel etiã rescripti. Fundus apud eos & posteritatem eorum perpetuò remanet. Ait, *ad refundendum*, id est, ad reddendum eas possessiones, vt Litem quod. D. de in diem ad l. generaliter. §. proinde & si pretium. D. de fid. lib.

IIII. IIDEM AA. AD FLORIANVM COM. R. P. Fundi patrimoniales, & qui ex emphyteutico iure ad domum nostram diuersis generibus deuoluti sunt, sic eis qui eos poposcerint, cedunt, vt C commissi metus esse non possit. neque enim magis commodamus nostra, quàm tradimus ea iure dominij. ita tamen vt ea quæ in nostra possessione positi præstiterint, & in posterum soluant. DAT. IDIB. MAR. TREVERIS VALENTINIANO II. ET VALENTE II. AA. COSS.

Vt fundi patrimoniales & emphyteutici iuris ad domum principis deuoluti, fortè ex causa desertionis, vel permutationis colonorum, poscentibus saluo canone addicantur, & ne ob cessationem D canonis committantur. quod pugnare videtur cum l. 2. §. nisi hæc accipiatur de canone, illa de tributis. l. 1. §. de susceptor.

V. IMPPP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD MODESTVM PP. Si qui à prioribus colonis, vel emphyteuticariis destitutum patrimonialem fundum à peræquatore vel censitore susceperint: perpetuo eundem atque inconcusso iure possideant, nec quisquam secundus petitor accedat. DAT. IIII. NON. E NOV. GRATIANO A. IIII. ET MEROBAVDE COSS.

Vt qui à peræquatore vel censitore desertum agrum patrimonialem susceperit, perpetuo eum firmoq; iure possideat, submota competitione omni.

VI. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEOD. AAA. NEBRIDIO COM. R. P. Hi quibus patrimoniales possessiones per Asianam & Ponticam diœcesim vel à nobis, vel à diuis parentibus no- F stris sacra largitate donatæ sunt, inconcusse possideant, atque ad suos posteros transmittant. quod quidem non solùm in heredibus, sed etiam in contractibus omnis generis volumus custodiri. DAT. IIII. KAL. APR. CP. RICHOMERE ET CLEARCHO COSS.

Vt hi quibus patrimoniales fundi donati sunt per Asianam & Ponticam diœcesim, eos firmo iure possideant, saluo canone scilicet, & in heredem, emptorem, donatariúmve transmittant. Pro, *contractibus*, quidam Cod. habent, *contractatoribus*.

G

VII. IIDEM ET ARCADIVS AAAA. CYNEGIO PP. Quicunque ad emphyteusim fundorum patrimonialium vel reipublicæ iussu nostri numinis venerit: is si redundantia fortunarum idoneus fue-

rit ad restituenda, quæ desertis fortè possessionibus requirentur, patrimonium suum publicis implicet nexibus. Si verò minor facultatibus probabitur: datis fideiussoribus idoneis ad emphyteusim accedat: scientibus his, quos talium rerum cura sollicitat, in se negligentiæ damna, si huiusmodi cautio defuerit, esse vertenda. DAT. VI. KAL. MAI CP. HONORIO NB. P. ET EVODIO COSS. A

Vt qui fundum patrimonialem vel Reip. accipit in emphyteusim, de damno desertionis caueat pignoribus aut fideiussoribus periculo curialium, vt l. 3. §. de omni agr. des. B

VIII. IIDEM AAA. CLEARCHO PP. Omnes fundi patrimoniales per Mesopotamiam & Osroënam prouincias, quos constat diuorum retro principum sanctionibus limiti deputatos, ad ius pristinum sine vllius assertionis reuocentur obstaculo, præbituri omnia quæ antea impendenda necessitatibus limitis præberi consueuerant: ita vt nulli penitus audiantur, qui aut rescripto aut adnotatione dominium, vel emphyteusim, vel conductionem quolibet genere largitatis de nostra liberalitate meruerunt. DAT. PRID. KAL. MAI CP. HONORIO NB. P. ET EVODIO COSS. C

Vt fundi patrimoniales limitotrophi eripiantur iis qui eos dominij vel emphyteuseos vel conductionis iure impetrauerint, & ad ius pristinum reuertantur. De iis loquitur qui sunt per Mesopotamiam & Osrhoënam prouincias, de quibus No. 154. & 157. quæ duæ sunt prouinciæ diœceseos Orientis. l. 13. §. generaliter de diœcesi Orientis. D

VIIII. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EXTYCHIANO PP. Vniuersi cognoscant, nihil priuato iure saluo canone fundis emptis cum patrimonialibus esse commune: ita vt ad eos nunquam patrimonialium fundorum peræquator accedat: graui multa feriendo eo, qui statuta nostræ clementiæ ausus fuerit temerare. DAT. PRID. ID. NOV. HONORIO A. IIII. ET EVTYCHIANO COSS. E

Lex loquitur de emptis non de donatis: vt patrimoniales fundi empti à principe iure priuato, id est, dominij iure in emptorem translati, saluo canone iam patrimoniales non censeantur esse. & vt peræquator fundorum patrimonialium ad eos fundos non accedat.

X. IIDEM AA. EVTYCHIANO PP. Fundos patrimoniales eos duntaxat, qui saluo canone iure priuato nostra liberalitate concessi sunt, cum his patrimonialibus, qui in conditione propria constituti sunt, illustris auctoritas tua iubeat exæquari: ita vt releuato onere quod imminet fatigatis, & translato in eos qui integris viribus florent, adscriptio tributorum æqua lance diuidatur. DAT. IIII. ID. APR. CP. THEODORO COS. F

G

Lex superior est de fundis patrimonialibus emptis iure priuato. Hæc de donatis iure priuato. Alij dantur in emphyteusim vel locantur. Peræquatore misso fundorum patrimonialium non ij tantùm qui à conductoribus detinentur, qui à dominio principis non recesserunt, sed & ij quorum dominium in alios translatum est ex donationis causa, saluo canone exequationi subiiciuntur.

A XI. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PROBO COMITI S. L. Ius emphyteutici prædij, quod ſine obligationis vinculo retentatum eſt, iudicio noſtro immutabile perdurarè præcipimus. poſſeſsionem autem quæ ſine obligatione ſpeciali fuerit vitioſa, vetuſtate temporis volumus adiuuari. DAT. ID. APR. RAVENNÆ HONORIO VIIIL ET THEODOSIO III. AA. COSS.

B Non rectè dantur fundi patrimoniales in emphyteuſim ſine pignoribus.l.7.§.ſed ſi qui retentati, id eſt, diu detenti ſint ſine pignorum obligatione, non ideo emphyteuticario auferuntur, quinimò vetuſtas illa vitium corrigit poſſeſſionis. malè legebatur, *nolumus*. emendaui ex ſcriptis & ex Græcis, *volumus*. ſed & pleraque alia in ſuperiorum contextu.

XII. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTIN. AA. TAVRO PP. Poſſeſſores vel emphyteuticarij patrimoniales, qui fundos minimè nunc vſque comparauerunt, eodem largitatis modo nequaquam C ad eorum comparationem vrgeantur: ſed tanquam pretiis depenſis ſic eis noſtri numinis beneficio potiantur, vt quod iuris alter inferédo pretium conſecutus eſt, hoc noſtra liberalitate prædictus emphyteuticarius habeat. Illud quoque ius, in quibus coluit prædiis, quod aut ex ſucceſſione, aut ex comparatione priuata, aut noſtri numinis liberalitate, aut quocunque modo poſſedit, ſciat illibatum intemeratumque ſeruari: licentia ei concedenda etiam libertates mancipiis ex fundis patrimonia- D libus atque emphyteuticariis, cùm fundorum ſint domini, præſtare. DAT. XIIII. KAL. IVL. ARIOBINDO ET ASPARE COSS.

Poſſeſſores ſeparantur ab emphyteuticariis, quoniam poſſeſſores domini efficiuntur, emphyteuticarij domini non efficiuntur. l.1.D.ſi ager vect. id eſt, emphy.pet.vt dixi in l.9.§. de omni agro deſ. Habentur tamen pro dominis, & in hac lege ſimpliciter domini appellantur. ideoq; fundorum ſeruos manumittere poſſunt, quod nequeunt facere non domini, veluti conductores.l.2.tit.ſeq. E idque iuris ita eſt ſiue emerint fundos à principe, ſiue dono acceperint, ſiue transmiſſionis iure aut venditionis à priori poſſeſſore factæ eos obtinuerint liberalitate principis, aut quocunque modo. ſic dico, quoniam omnes libri veteres habent, *à noſtri numinis*, non, *aut noſtri numinis*, liberalitatem exercet princeps mutato dominio, ſucceſſione vel venditione. ſi non accipiat quod dicitur *εἰσϐατικὸν* No. Leonis XIII. quaſi datum noui poſſeſſoris admittendi & ſuſcipiendi cauſa: de quo & in l. vlt. §. de iure emphyteu. Quod ait, *Ne ad comparationem vrgeantur*, congruit cum l. pen. §. de exc. mun.

XIII. IIDEM AA. AD FLORENTIVM PP. Nulli iam in F poſterum licere præcipimus patrimoniales, ſeu limitrophos, vel ſaltuenſes fundos, qui per tractum Orientis poſiti ſunt, ad ius transferre priuatum, ſiue dempto ſiue ſaluo canone iuris fundorum immutatio poſtuletur: legis temeratores quinquaginta librarum auri pœna coërcentes, tam videlicet petitorem, quàm officium, quod petitionem concedit admitti: licet adnotatio noſtra, licet diuina pragmatica contra vetitum proferatur. DAT. VI. ID. IVN. THEODOSIO A. XVII. G ET FESTO COSS.

Ne fundi patrimoniales vel limitotrophi vel ſaltuenſes in diœceſi Orientis in ius priuatum transferantur. legendum, *limitotrophos*, non *limitrophos*. cuius verbi vitium peruenit ad Gallos, qui fundos in limitibus conſtitutos vocant limitrophos. iidem etiam ignorantia ſignificationis latinæ, ad-

notationis & protocolli appellationibus vtuntur perperam. Porrò tractum in hac lege, diœcesim interpretatus sum. nam hæc vna est ex Nouellis Theodosij sub tit. de patrimonialibus rei dominicæ & limitotrophis fundis ad Orientem positis. A

XIIII. IMP. ANASTASIVS A. MATRONIANO PP. Iubemus omnes qui in quacunque diœcesi, aut quacunque prouincia, vel quolibet saltu, fundos patrimoniales, vel templorum, aut agonothetici, seu releuatorum iugorum, vel cuiuscunque iuris per quadraginta iugiter annos: possessione scilicet non solùm eorum qui nunc detinent, verùm etiam eorum qui antea possederant, computanda: ex quocunque titulo, vel etiam sine titulo hactenus possederunt, vel postea per memoratum quadraginta annorum spatium possederint: nullam penitus super dominio memoratorum omnium fundorum, vel locorum, vel domorum à publico actionem, vel molestiam, aut quamlibet inquietudinem formidare: sed impositum canonem pro qualitate iuris, cuius prædia sunt, vel loca, per singulos annos soluentes, pro certo habeant suum esse, quod possident, vel postea possederint. Ita vt omnibus ad excludendam omnem quolibet modo ex publico mouendam quæstionem nudæ ex quocunque titulo, vel etiam sine titulo, corporalis quadraginta annorum iugis possessionis exceptio possit sufficere. hoc etiam adiiciendo, vt illi quoque qui dempto canone huiusmodi fundos ab initio principali iussione datos sibi fuisse confirmant, si per quadraginta annos adempti canonis beneficium iugiter possederunt: neque canonem, cuius ademptionem quadraginta (sicut dictum est) annorum possessio testatur, possint penitus profligari: eoquòd nostræ pietati placuit, in vtroque casu, id est, tam saluo, quàm dempto canone, possessorum nostrorum iura in eò statu, in quo per quadraginta annos (sicut dictum est) iugiter manserunt, absque nulla innouatione durare. DAT. III. KAL. AVG. CP. OLYBRIO. V. C. COS. B C D

E

Aduersus fiscum præscriptione XL. annorum defeodi possessorem qui fundos patrimoniales vel sacrorum templorum vel agonotheticos, vel qui fundos quasi releuatos, vel qui fundos quasi donatos dempto canone, cum titulo vel sine titulo XL. annis possedit. Coniungenda est cum l. 4. §. de præs. 30. ann. quæ eandem inscriptionem & subscriptionem habet. De hac præscriptione XL. annorum scripsimus satis lib. de temporibus. Ait, *agonothetici*: iuris agonothetici, quos agnnotheticos vocat l. pen. j. de diuer. pred. agonophoros l. filia. 1. §. 1. D. de lega. 2. qui deputati erant sumptibus sacrorum certaminum.

## *De mancipiis & colonis patrimonialium & saltuensium & emphyteuticorum fundorum.* F
### *Tit. 63.*

I. IMP. CONSTANTINVS A. Emphyteuticarios grauant coloni agros præter consuetudinem vsurpantes, quos nullis culturis erudierunt: cùm solemnitas id eos attrectare permittat, quod eorum labore vel oliuetis est obsitum, vel vineis, sed & irriguas fontium aquas vsurpare conantur, quarum fructus solis emphyteuticariis debentur. Ideoque placuit vt deinceps aquarum ius potestasque penes emphyteuticarios permaneat: tantumque ex eis colonis impertiatur, quantum culturis eorum G

A rum agrorum sufficere manifestum est, quos ipsi colunt. pro modo autem superfluæ irrigationis, quam vltra culturas suas vsurparint, emphyteuticariis possessoribus pensiones accessionesque præbeant. PP. VII. ID. MAR. CARTHAGINE CONSTANTINO A. V. ET LICINIO CÆS. COSS.

Coloni non sunt conductores, sed qui adscripti sunt terræ. Hi non aliam terram colere & exercere possunt, quàm eam cuius culturæ seruierunt antequam fundi darentur in emphyteusim. sed B neque aquam irriguam vltra modum suæ terræ vsurpare possunt. ceterarum terrarum & aquarum fructus ad emphyteuticarium spectat.

II. IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD GERMANIANVM COM. S. L. Libertates, quas mancipiis ex fundis patrimonialibus atque emphyteuticis, qui fundorum non sunt domini, præstiterint: rationales huius præcepti auctoritate rescindant.

C PP. XIII. KAL. MAI LVPICINO ET IOVIANO COSS.

De hac diximus satis in L. 12. 3. tit. prox.

III. IMPPP. GRATIANVS VALENT. ET THEOD. AAA. POSTVMIANO PP. Cognouimus à nonnullis qui patrimoniales fundos meruerunt, colonos antiquissimos perturbari, atque in eorum D locum vel seruos proprios, vel alios colonos subrogari. edicti itaque huius auctoritate sancimus eos, qui deinceps aliquid crediderint huiusmodi attentandum, iisdem possessionibus esse priuandos.

Vt qui fundos patrimoniales iure priuato vel emphyteutico susceperunt, eorum dominio excidant si colonos permutauerint.

IIII. IIDEM AAA. ET ARCADIVS A. CYNEGIO PP.

E Super patrimonialium refectione fundorum dudum nostris est legibus constitutum, vt hi qui eos colentes solum eorum verterant, nunc ad alia loca dirigentes, nunc ad militiam conuolantes, ad auitas conditiones & propria iura reuocentur. Ceterùm eos qui castrensibus stipendiis otia quieta meruerunt, veterani constituti, nequaquam placet tela in vsum vomeris & ligonis conuertere.

F Vt coloni patrimoniales qui ad alia loca diligentes sunt (sic legendum) vel qui militiæ nomen dederunt, reuocentur, nisi iam veterani sint.

## *De fugitiuis colonis patrimonialibus & emphyteuticis & saltuensibus.* Tit. 64.

I. IMPPP. GRATIAN. VALENT. ET THEOD. AAA.

G P P. Quicunque paruuli ex municipibus, vel colonis patrimonialibus, vel saltuensibus, quorum tamen aui ac patres implicati huiusmodi functionibus fuerint, conniuentia militaris officij ad stipendium castrense, vel officia diuersa transierint: ad munera patriæ, vel

ad agrorum cultus conuen s ducibus, tribunis, ac præpositis reuocentur, neque his stipendia prosint. A

Debuit hic titulus incipere à l. vlt. tit. præcedentis. Cauetur autem hac lege, vt orti ex curialibus à militia retrahantur in curiam. l. 47. §. de decur. Æquè vt orti ex colonis patrimonialibus vel saltuensibus à militia reuocentur ad stiuam, neque his stipendia prosint. Additur in quibusdam codic. *data*, quod ex subscriptione est. Paruuli dicuntur intra annum XXV. l. 2. §. de fun. pat.

II. IIDEM AAA. CYNEGIO PP. Quisquis colonum patrimonialem, aut sollicitatione susceperit, aut occultatione cælauerit: non solùm ipsum restituere, sed etiam libram auri pœnæ nomine inferre cogatur. PP. VIII. KAL. NOV. CP. HONORIO N. P. ET EVODIO COSS. B

De eo qui priuatum colonum sollicitat vt fugiat, vel receptat & celat, dictum est l. 12. §. de agr. cens. Hæc lex est de eo qui celat patrimonialem. C

III. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. AD ANTHEMIVM PP. Cuiuscunque adnotationis, vel oraculi dudum impetrati, vel post eliciendi auctoritate submota: omnes, quos patrimonialium agrorum vinculis fortuna tenet adscriptos, sub quibuslibet gradibus militantes, ad prouinciæ moderatoris iudicium ilico sub idonea intercessione mittentur. D

Vt coloni patrimoniales à tribunis vel ducibus ad præsidem prouinciæ trahantur sub cautione idonea de colonaria conditione iudicium accepturi.

## *De collatione fundorum patrimonialium & emphyteuticorum.* *Tit. 65.*

I. IMP. CONSTANTINVS A. AD PROCVLVM PROC. AFR. Emphyteuticarij possessores, qui mansuetudinis nostræ beneficio ad extraordinaria minimè deuocantur munera, sicut ceteri prouinciales obsequium suum itineribus muniendis impendant. nulla enim ratione debent ab hoc, quod in commune omnibus profuturum est, seiungi. PP. NON. MAI CARTHAGINI CONSTANTINO A. V. ET LICINIO CÆS. COSS. E F

Vt emphyteuticarij fundorum patrimonialium excusentur ab extraordinariis muneribus, non tamen à munere viarum muniendarum.

II. IDEM A. AD CATVLLINVM PP. AFRICÆ. Patrimoniales fundos extraordinariis oneribus, vel mediæ, aut tertiæ portionis obsequiis fatigari non conuenit: cùm eosdem & auri speciem, & frumenti plurimum modum constet persoluere: ita vt qui violare statuta tentauerit, puniatur. PP. VI. KAL. SEPT. CARTHAGINI CONSTANTINO A. V. ET LICINIO. COSS. G

Vt pat

A Vt patrimoniales fundi excuſentur ab extraordinariis muneribus.l.pen.§.de exc.mun. vel à mediæ aut tertiæ portionis obſequiis, id eſt, ne extraordinariorum onerum mediam aut tertiam penſionem exſoluant.l.4.C.Th. eod.tit. ſolitam functionem ab eis præſtari ſatis eſt, puta, aurariam ſeu frumentariam penſitationem.l.2.§.de fun.pat.l.10.§.de exc. mun.

III. IMP. IVLIANVS A. Omnes qui patrimoniales fundos, ſiue communiter, ſiue ex aſſe retinent, pro his conueniendi ſunt ad vniuerſorum munerum ad eoſdem fundos pertinentium pro rata portione, B vel inſolidum functiones, ſicut vnumquenque priuatorum neceſſitas publicæ penſitationis adſtringit. DAT. V. KAL. APR. MAMERTINO ET NEVITTA COSS.

Qua forma poſſeſſores fundorum priuatorum, eadem & poſſeſſores patrimonialium ſolemnibus functionibus ſatisfacere coguntur.

C IIII. IMPP. VALENTIN. ET VALENS AA. AD GERMANVM. Placuit, vt emphyteuticorum fundorum patrimonialiumque poſſeſſores, quo voluerint tempore, & quantum habuerint penſionis paratum (dummodo non amplius, quàm in tribus per ſingulos annos vicibus) officio rationalis adſignent, ac de ſuſcepto ab eodem ſecuritatem eodem die pro more percipiant: modò vt intra Ianuariarum Iduum diem omnis ſumma ratiociniis publicis inferatur: grauiſsimæ D pœnæ ſubdendo officio, ſi cuiquam quolibet anni tempore (dummodo nequaquàm numerum trinæ illationis excedat) ſolutionem facere geſtienti negauerit ſuſceptionis officium, vel ſi moram fecerit in chirographo ſecuritatis edendo. ſuper quo poſſeſſores, aut procuratores, vel magiſtratus, aut quicunque in locis fuerint, qui conficiendorum actorum habeant poteſtatem, conueniat conteſtari, vt & de officij inſolentia conſtet, in quod exercenda vindicta eſt, & his poſsit eſ- E ſe conſultum.

Vt canon patrimonialium & emphyteuticorum fundorum tribus penſionibus ſoluatur pro ſoluentis arbitrio: nec enim certa ſunt penſionum tempora: ita tamen vt parem rationem collator faciat intra Idus Ianuarias quolibet anno. ſoluenti apocham dari à ſuſceptoribus ſiue officiis rationalis, qui ſi in recipienda oblata penſione moram faciant, id conteſtari apud acta ſatis erit. ſola enim oblatio liberabit à præſtatione canonis.l.1.§. de ſuſcept. quod etiam locum habet in priuatorum emphyteuſi. Nec obſtat l.2.§.de iure emphy. ſi rectè intelligatur.

F V. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MESSALÆ PP. Per omnes prouincias patrimonialium ſundorum ab ordinariis iudicibus canon exigatur, & quidquid exactum fuerit, dirigatur. Sciant verò memorati iudices nihil ſibi ex priuatæ rei canone, vel ex eo quod ex iiſdem titulis contigerit, ad neceſsitates alias transferendum: niſi maluerit grauiſsima ſeueritate eorum licentiam coërceri. DAT. XVI. KAL. IVN. MED. THEODORO COS.

G

De hac lege ſcripſimus in l. vlt. §.de his quæ ex pub. col. il. ſunt non vſur. Pro *contigerit*, malo *exegerint*, vt in d.l.vlt.

De fund

## *De fundis rei priuatæ & saltibus diuinæ domus.* Tit. 66.

A

I. IMPP. CONSTANTINVS ET CONSTANS AA. AD HELIODORVM. Vniuersi cognoscant has possessiones, quas de fisco nostro comparauerunt, seu comparant, nullo à nobis iure retrahi: sed propria firmitate possessas etiam ad posteros suos dominij perpetui durabilitate dimitti.

B

Vendirio fundorum rei priuatæ à fisco nullo iure reuocari potest. l. 1. §. ne fisc. rem quam vend. euin.

II. IMPP. VALENTIN. ET VALENS AA. AD FLORIANVM COM. R. P. Hi quos commoditas priuatæ rei prædiorum ad ea postulanda sollicitat, adeant tuæ dicationis officium, & modum suæ deliberationis indicent per libellos, certumque habeant, quòd vnaquæque villa cum eo onere vel forma, cui nunc habetur obnoxia, ad noui domini iura migrabit: vt si quid adiecerit sumptus cura vel solertia, si quid mancipiorum vel pecoris adcreuerit, capitationis aut canonis augmenta non patiatur, sed solis dominis heredibusque dominorum sit cessura felicitas. Si quis autem in annis singulis non soluerit debitum: ex re ipsius, quod in reliquis remansisse claruerit, sine aliquibus dependere cogatur induciis. Sanè si quem postea minus idoneum factum esse constabit, nec ita vt expedit, rationem reddere pensionis: res quas ex nostris rebus acceperat, ad alium idoneum iure, quo sanximus, transferentur: nec tamen decoctionis cuiuscunque reliquis, qui nouus accedet, onerabitur.

C

D

Vt fundi rei priuatæ à Comite rerum priuatarum postulantibus addicantur saluo canone præsenti. meliorationes & augmenta fundorum cedere lucro possessoris, nec eorum ratione canonem fundis semel adscriptum augeri. Non soluto canone fundos fisco non cõmitti, vt & de fundis patrimonialibus constitutum est in l. 4. §. de fun. pat. sed ex aliis rebus possessoris fiscum indemnem seruari. Quòd si possessor soluendo non sit, tum in alium fundos transferri sub eodem canone sine onere reliquorum.

E

III. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEODOSIVS AAA. AD HESPERIVM. Quicunque possessionem rei priuatæ nostræ acceptam suo nomine, vel iure perpetuo, vel titulo conductionis ei crediderit esse tradendam, qui pensare vtilitatem patrimonij nostri soluendo non valeat: is pro eo, quem succedaneum subrogauit, perpetuæ solutioni statuatur obnoxius.

F

Si quis fundum rei priuatæ iure perpetuo vel titulo conductionis acceptum alij vendiderit, donauerit vel ablocauerit, qui soluendo canoni par nõ sit, pro eo ipse obligatur fisco. Ait, *iure perpetuo*, id est, dominij vel emphyteuseos iure, vt in l. pen. §. de exc. mun.

IIII. IIDEM AAA. AD EVNDEM. Vniuersi fundi templorum ad rationalium rei priuatæ sollicitudinem curamque pertineant, atque ab his anniuersariis solutionibus postulatis, peculiari (vt semper fuit) studio defendantur.

G

Non tantùm fundi rei priuatæ, sed & fundi *ἱερατικοὶ* siue templorum pertinent ad curam rationalium rei priuatæ.

A V. IIDEM AAA. AD NEPIDIVM. Vſus aquæ,qui fundorum noſtrorum vtilitatibus ſeruiebat,plurimorum dicitur vſurpatione ſublatus: idq́; procuratorum conniuentia vel diſſimulatione perfectum, vt agrorum fertilitas deſtituta nullos fructus cultoribus præſtet. Quia igitur ſatis iniuſtum eſt ſtatum florentis antè patrimonij aridæ ſitis moleſtia fatigari:ad meatus priſtinos vniuerſum aquæ modum,temporis præſcriptione ſubmota, præcipimus reuocari.

B

Ne quid vſurpetur ex aqua pertinente ad fundos rei priuatæ, & ne vſurpatorem vlla defendat præſcriptio temporis. qua de re dixi in tit. de aquæductu. §.

VI. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. VINCENTIO PP. GALLIARVM. Eum qui collegio vel curiæ vel burgis, ceteriſq́; corporibus per triginta annos ſine interpellatione ſeruierit: res dominica vel intentio priuata non inquietabit, ſi colonatus vel inquilinatus quæſtionem mouere tentauerit: ſed in curia, vel in corpore, in quo ſeruierit, remaneat. DAT. III. KAL. IVL. MED. STILICHONE ET AVRELIANO COSS.

C

Repetitioni colonorum vel inquilinorum obſtat præſcriptio XXX. annorum,vt diximus in l. 23. §. de agr. cenſ. generaliter. ſed Arcadij & Honorij tempore non idem generaliter obtinebat, niſi ſi coloni tanto tempore collegio vel curiæ vel burgis vel aliis corporibus ſeruiiſſent, id eſt, ſi collegiati ciuitatum, curiales, burgarij vel corporati fuiſſent. De burgariis eſt tit. lib. VII. Co. Theod. vt qui eos ſolicitauerit vel receptauerit perinde puniatur, atque illi qui veſtibus publicis deputatos. Paulus Diaconus in Valentiniano: *Crebra per limitem habitacula conſtituta, burgos vulgò vocant.* Vegetius IIII. *caſtellum paruum, burgum vocant.* Vocem deducunt quidam à græco *πύργος*, qua tamen & vrbs quælibet ſignificatur. inde Æſchini *νόμιμα πύργινα*, leges vrbanæ. Conſtitutio autem hæc pertinet tam ad colonos rei dominicæ, quàm ad colonos priuatorum,& ei eſt omnimodo coniungenda l. vlt. C. Th. de iis qui cond. prop. rel.

D

VII. IMPP. THEODOSIVS ET VALENT. AA. AD EVDOXIVM. Nemo dempto canone ad comparationem dominicæ poſſeſſionis accedat. Quòd ſi quis in poſterum ad interdictum contractum acceſſerit: eum volumus pretia perdere perpetuò, nec expenſarum vel melioratæ rei fructum exactioni compenſationem opponere, nec temporis ſibimet contra noſtra commoda præſcriptione(excepto vetuſtatis auxilio)blandiri. Palatinum etiam officium,ſi quoquo modo contractus eiuſmodi fuerit celebratus, vel ſi talem petitionem inſtruxerit, quinquaginta pondo auri pœnæ nomine inferre priuato noſtræ manſuetudinis ærario: nulla liberalitate noſtræ clementiæ, nulla ſanctione contra tanta rei priuatæ commoda valitura,licet adnotatio,vel diuina pragmatica ſit, quæ contra vetita canonem vendere concedat, vel pœnam Palatino remittat officio.

E

F

Vt ei qui emerit fundum rei priuatæ dempto canone, fundus auferatur cum fructibus, neque pretio reddito, neque meliorationum aut ſumptuum habita ratione, neque obſeruata temporis præſcriptione, præterquàm XL. annorum. l. vlt. §. de fun. pat. l. comperit. §. de præſ. 30. an. Palatinos coërceri ſi his contractibus ſe immiſcuerint. Hi ſunt apparitores Comitis rerum priuatarum. Obſeruandum illud, vetuſtatem in hac lege accipi pro XL. annis. & ita etiam vetuſtatem accipio in l. 11. §. de fun. patr.

G

## *De fundis & saltibus rei dominicæ.* *Tit. 67.*

A

Res dominica & res priuata idem est, vt constat ex l. pen. & vlt. tit. præcedentis. l. 9. §. de iure fis. Huius tit. l. 2. proprietatem vocat & dominium. Debuit igitur superior titulus ita concipi, *De fundis & saltibus rei dominicæ*, vel, *de fundis & saltibus rei priuatæ* : & hic non interponi.

I. IMPPP. VALENTIN. THEOD. ET ARCAD. AAA. AD DREPATIVM. Si quis ouium vel equarum greges in saltus rei tamiacæ alienus immiserit: fisco ilicò vindicentur. Quòd si venalis procuratorum conniuentia, vt id deinceps tentetur, admiserit: eos grauissimo iubemus supplicio subiacere. B

Vt fisco vindicetur grex ouium vel equarum immissus in saltus pascuos rei dominicæ, vtq; procuratores siue Catholici coërceantur, qui immitti permiserint.

II. IMPP. ARCADIVS ET HONOR. AA. AD PAVLVM COMITEM DOMINICÆ REI. Si qua loca ad sacrum dominium pertinentia cuiuslibet temeritas occupauerit: secundum veteris census fidem in sua iura retrahantur: rescriptis per obreptionem impetratis, & præscriptione longi temporis, & noui census præiudiciis in hac causa submouendis. neque enim aut precatio colorata, aut incubatio diuturna, aut nouella professio proprietatis nostræ priuilegium abolere potuerunt. DAT. V. KAL. APR. CP. ARCADIO IIII. ET HONORIO III. AA. COSS. C D

Repetita est in l. vlt. §. ne rei dom. vel templ. Antiquo censui standum censet non nouo, vt l. 1. §. de censib. Fauendum sacro dominio non possessioni longi temporis. Vtilitatem fisci spectandam non obreptitia rescripta. Nescio quid mouerit Haloandrum vt hoc loco pro, *dominium*, quod paulò pòst proprietas appellatur, scriberet, *tameium*, & non in d. l. vlt. & in rubrica, *tamiaca*, pro, *dominica*.

## *De agricolis & mancipiis dominicis vel fiscalibus siue rei priuatæ.* *Tit. 68.*

E

Vt suprà post tit. de fun. patr. datus est titulus de colonis patrimonialibus: ita nunc post titulum de fundis rei priuatæ, datur titulus de colonis rei priuatæ, qui & dominici dicuntur & fiscales.

I. IMP. CONSTANTINVS A. AD CONST. PP. Nullus omnino originalis colonus rei priuatæ nostræ ad aliquos honores, vel quælibet alia ciuitatis munera deuocetur. non enim ciuitatum ordinibus & ceteris, ex quibus pro multitudine fieri nominationes oportet, per omnia florentibus, ad hæc suprema præsidia iniuriosa nominatione descendendum est. F

Ne coloni rei priuatæ ad honores aut munera ciuilia deuocentur. Ad ea vocantur curiales & ceteri, puta, collegiati aut corporati.

II. IDEM A. IANVARIO. Colonos nostros, qui priuati sunt, vel ad ratiocinia gerenda, vel ad colendos agros idonei, retrahi iubemus, ac tantùm colendis nostris rebus addici. Quin etiam in posterum obseruari, ne quis eorum rem priuatam cuiusquam gerendam, aut aliquid administrandum suscipiat. G

Ne

A Ne coloni rei priuatæ principis alienam rem priuatam administrent.

III. IDEM A. AD EQVITIVM MAGISTRVM EQVITVM ET PEDITVM. Serui atque coloni, eorum etiam filij, vel nepotes, vel quicunque de fundis ac possessionibus nostris clanculò ad officia conuolauerint diuersa, reddantur, etiam si armatæ habuerint sacramenta militiæ. nos enim etiam eos discingi iubemus ac reddi, qui protectorum B fuerint nomen adepti.

Vt serui & coloni rei priuatæ à militia qualibet etiam armata ad propriam conditionem cum sua sobole reuocentur. quod & de patrimonialibus suo titulo constitutum est, etiamsi protectores sint, de quibus in tit. de dom. & prot. j.

IIII. IDEM A. AD FLORENTINVM. Ex ingenuo & colonis ancilisq; nostris natos natas've origini, ex qua matres eorum sunt, fa-C cies deputari.

Natus ex ingenuo & colonis ancillis've rei priuatæ, matris conditionem sequitur. quod & in priuatorum colonis locum obtinet. l. 6. §. de agr. cens.

V. IMPPP. VALENTIN. THEOD. ET ARCAD. AAA. CYNEGIO PP. Dominicos colonos neque ad descriptionem patimur deuocari, neque extraordinarias pati functiones: maximè cum aduersus D consuetudinem memoratis onera dicantur inferri.

Ne coloni rei priuatæ vllam descriptionem patiantur, & ne ad onera extraordinaria deuocentur. quod & de priuatorum colonis constituitur l. 1. §. de agr. cens. l. 1. §. ne rust. ad vl. obs.

VI. IMPP. THEOD. ET VALENTIN. AA. VALERIO PP. Quoties alicui colonorum agrum priuati patrimonij nostri placuerit venundari: non vnus tantùm, qui fortè consortibus suis grauis ac mo-E lestus existat, sed alij quoque duo vel plures ex simili origine ac iure venientes in supradicta emptione socientur.

Si plures sint coloni rei priuatæ eiusdem originis & iuris, id est, consortes, non vni eorum fundus rei priuatæ addicendus est emptionis iure, ne is fortè aliis molestiam exhibeat, sed duobus aut pluribus.

## *De prædiis tamiacis, & de his qui ex colonis dominicis aliisq; liberæ conditionis procreantur. Tit. 69.*

F I. IMP. ZENO A. CHISEROTI PP. Si liber colonus, vel colona libera tamiaco vel tamiacæ matrimonij iure copuletur, filij vel filiæ ex huiusmodi contubernio procreati vel procreatæ, colonis dominicis adnectentur. Si autem adscriptitius vel seruus alienus colonam vel ancillam dominicam ducat vxorem, vel adscriptitia vel ancilla colono vel seruo nubat dominico, & ex huiusmodi coniunctionibus nati sunt liberi: G veterum legum ius tenere sancimus.

Ταμιεῖον cellarium dicitur in No. Martiani de ind. rel. Erant prædia tamiaca & coloni ac serui tamiaci in Cappadociæ prouinciis. No. 29. & 30. & ideo eorum cura pertinebat ad Comitem domorum & præpositum sacri cubiculi, vt dicemus in tit. de præp. sac. cub. & hac ratione domus

separatur à re priuata. Quod enim domui deputatur, cellario deputatur vel cubiculo. Res priuata aliis necessitatibus. l. vlt. ͻ. de priuil. dom. Aug. vel rei pri. Verùm & domus sæpe ad rem priuatam referuntur, iidemq́; dicuntur tamiaci & dominici, vt in hac lege, quæ ostendit ex colono libero & tamiaca vel contrà, tamiacum nasci: Ex adscripticio vel seruo alieno & tamiaca, vel è contrario natum matrem sequi. Nam hoc ius antiquum est. l. 21. ͻ. de agr. cens. A

II. IDEM A. SEBASTIANO PP. Meminimus pragmatica sanctione iussisse fundos tamiaci iuris in prouinciis positos, necnon etiam possessiones Gonatici saltus sub certa forma (saluo scilicet canone & tributariis collationibus) iisdem prædiis impositis, volentibus distrahi, B quatenus quidquid ex pretiis memoratorum fundorum possit restitui, publico inferatur. sed licet per eandem sanctionem huiusmodi venditionum contractibus plenissima delata sit cautio: attamen perpetuæ emptionis securitati consulentes, huius etiam perpetuæ constitutionis auctoritate muniri eosdem emptores præcipimus.

Væniérant ex Zenonis pragmatico fundi tamiaci quidam & possessiones Gonatici saltus. (sic C lego, vt Græci, τοῦ γονατικοῦ δρυμῶνος, est saltus cuiusdam Dominici proprium nomen) saluo canone & tributis, & emptoribus eo pragmatico securitas dabatur satis, quam quasi ex abundanti hæc constitutio confirmat.

## *De diuersis prædiis vrbanis et rusticis templorum & ciuitatum & omni reditu ciuili. Tit. 70.*

I. IMP. IVLIANVS A. ATTICO. Pro ædibus quas nonnulli in solo reipublicæ extruxerint, placitam præstare pensionem cogantur. D

Hactenus dictum est de prædiis patrimonialibus & rei priuatæ & tamiacis. Nunc tractare incipit de prædiis templorum & ciuitatũ. Et hac lege in primis constituitur, vt superficiarij qui in solo Reip. ædificauerunt, solarium quotannis Reip. præstent, de quo conuenerit. Solarium appello, vt in l. 2. D. ne quid in lo. pub. l. etiam. D. qui potior. in pig. Iustinus lib. XVIII. *Statuto annuo vectigali pro solo vrbis.*

E

II. IDEM A. SECVNDO PP. Pamphyliæ etiam ciuitates & quæcunque aliæ, quidquid sibi adquirant, id firmiter habeant.

Vt quod adquisierint ciuitates, id sibi firmo iure habeant & possideant.

III. IMPP. ARCADIVS ET HONOR. AA. HAVE VINCENTI. C. N. Restaurationi mœnium publicorum tertiam portionem eius canonis, qui ex locis fundis've reipublicæ annua præstatione confertur, certum est satis posse sufficere. DAT. III. NON. IVL. MED. OLYBRIO ET PROBINO COSS. F

Vt tertia pars canonis qui colligitur ex fundis Reip. mœnium instaurationi deputetur. l. 10. ͻ. de oper. pub. l. 18. C. Th. eod. tit.

IIII. IIDEM AA. CÆSARIO PP. Eos qui auctione prima fundorum iuris patrimonialis siue templorum possessores effecti sunt, G vel fuerint, firmum dominium tenere decernimus, ne vlterius vacillet vniuscuiusque possessio, sed teneat quisque ius proprium, quod dato pretio roboratum est, vel fuerit.

Vt

Vt qui patrimonialia vel templorum prædia emerint, ea firmo iure possideant, nec admittatur secunda licitatio. l. 3. §. de fund. pat. Vendi igitur poterant prædia templorum. quod in prædiis templorum Christianorum postea interdixit Leo.

V. IMPP. VALENTIN. ET MARTIANVS AA. PALLADIO PF. P. ORIENTIS. Si qui ex titulo donationis vel ex emptione siue ex alio quolibet titulo possessiones, vel domus, vel ergasteria iuris duntaxat ciuilis, quæ huius iuris esse verè probantur, cuiuslibet ciuitatis & præcipuè huius æternæ vrbis, cui maiorem debemus fauorem, tam ciuilis (vt dictum est) iuris, quàm etiam agonotheticas possessiones à consulatu Ausonij & Olybrij, dempto ciuili canone, acceperunt: eos impositum eis canonem iuxta fidem publicorum monumentorum ciuitatis, ad quam res pertinuerint, præbere iubemus. Nam si priuati iuris debita non patimur denegari: multomagis præbenda sunt ciuitatibus, quæ iure debentur: cùm sufficiat possessoribus, quòd apud eos dominium in perpetuum ex nostra liberalitate permaneat. Si quæ tamen possessiones iuris ciuilis canonem priuatis largitionibus in præsenti præbent, vel nunquam ademptum, vel postea impositum: ad hanc iussionem non pertinebunt, sed priuato ærario canonem, quem nunc agnoscunt, inferre ex more debebunt: dominio firmiter apud eos successoresq; eorum & detentatores pari modo permanente. DAT. XV. KAL. FEB. CP. MARTIANO A. I. COS.

No. est Martiani de prædiis ciuitatum omnium, vt qui possessiones cuiuslibet ciuitatis iuris tantummodo ciuilis, Constantinopoleos verò non tantùm iuris ciuilis, sed & agonotheticas adquisierit dempto canone, ei possessiones quidem non auferantur, licet secus sit in possessionibus rei priuatæ. l. vlt. §. de fund. rei pri. Canon tamen exigatur, qui debetur ciuitatibus vel priuatis largitionibus.

VI. IMP. ZENO A. ELIANO PP. Hac in perpetuum valitura lege sancimus, Nicensium ciuitati seu habitatoribus eius tam ius exactionis quadringentorum solidorum annui canonis ciuilis reditus ad suam patriam pertinentis ex possessionibus, id est, Calamo & Heliobomo, necnon Emptorio Varateno cum Epotio eorum sub territorio Apamenæ ciuitatis constitutis ex nuper lapsa tertia indictione cum ipsa restitui: quàm si quid, ex quo sanctio Martiani diuæ memoriæ lata est, ad eiusdem ciuitatis præiudicium gestum est, infirmari: & quod ex eadem prouisione ciuitatibus delatum interea qualibet occasione minutum est, ex auctoritate constitutionis nostræ serenitatis hisdem ciuitatibus redhiberi: ita vt nec iudiciaria auctoritas, nec imperiale rescriptum, quacunque videlicet adiectione munitum, sæpe dictæ generalis legis vires possit refringere. quòd si quis aliter fecerit, graui pœna plectetur.

De Nicæa loquitur metropoli Bithyniæ, sub qua fuit Apamæa, & censet reditum ciuilem cccc. solidorum pertinentem ad Nicæam ex possessionibus quibusdam in Apamæa constitutis, Nicææ restitui. Ius exactionis, inquit, cum ipsa exactione. Ait præterea, *cum Epotio eorum*, multi codices, *cum Epetitio eorum*. fortè legendum, *cum equitio eorum*, vt No. 30. σὺν αὐταῖς ταῖς τῶν ἵππων ἀγέλαις, vel *Entecbio*, vt l. Iulianus. §. vlt. D. de leg. 3. & No. 128. Videtur Is reditus Niceæ delatus ex constitutione Martiani, qua etiam generaliter quidquid delatum fuit aliis ciuitatibus, & postea occasione quadam ablatum vel imminutum, hæc constitutio censet restitui oportere.

## *De locatione prædiorum ciuilium vel fiscalium siue templorum siue rei priuatæ vel dominicæ.* Tit. 71.

I. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEOD. AAA. AD FLORVM PP. Diui patris nostri aperta præceptio est, fundos ex re priuata nostra ita tradi perpetuariis, vt periculo collocantium officiorumq; tradantur. neque enim quidquam potest ex deuotionis plenitudine vacillare, si apparitione iudiciaria & fundi idoneis attributi sunt, & sit fiscalis indemnitas idonea fideiussione munita, quorum si alterum, vel vtrumque neglectum est: quę ex hoc titulo pensitatio canonica desiderat, ex officiorum facultatibus seruentur.

Differentia est inter perpetuarios conductores, de quibus hoc titulo tractatur, & emphyteuticarios. Perpetuarij non sunt domini & mancipia manumittere non possunt, iuris tamen sui ab alienationem habent. Emphyteuticarij sunt domini & manumittere possunt, vt diximus l. 12. §. de fun. par. & ideo perpetuarium ius ab emphyteuticario rectè distinguitur hoc modo in l. 2. §. de off. Com. rer. pri. perpetuarij vel emphyteuticarij, vt emendatiores Codices habent. vulgò enim malè, *hoc est emphyteuticarij*, sicut & vulgò peruersè ad eam appositus est tit. de offic. Comitis sacri palatij, cùm nullus vnquam fuerit Comes talis. Sic verò & No. Valent. de præs. 30. an. ius perpetuum separatur à iure emphyteuticario. Conductio igitur alia est perpetua, alia temporalis. l. 10. §. de locat. sicut & emphyteusis. Dominij ius est perpetuum. Cnnstituitur autem hac lege, vt fundi rei priuatæ periculo palatinorum perpetuariis conductoribus addicantur dato fideiussore: Excepti erant Comites consistoriani. l. 1. C. Th. qui cond. rei pri. In fine pro, *seruentur*, lege, *eruentur*, vt l. 1. ĵ de grege dom. pro *seruandas*, *eruendas*. sic l. 1. D. de questio. Vet. multi habebant, *seruandu*. Marcellinus lib. XXIIII. *Seruandi stimulos admonente regina.* lego, *Eruendi.*

II. IIDEM AAA. NIBRIO. Fundi reipublicæ ab his, qui nec titulo conductionis eos detinent, quiq; meliores cultu patrocinante reddiderunt, ne nostrarum quidem sanctionum (si fortè quispiam per subreptionem meruerit) nutibus auferantur: iuxta legem veterem semel tantùm licentia faciendæ adiectionis indulta.

Legendum affirmatè, *Fundi Reip. ab iis qui titulo conductionis eos detinent.* & ita Græci, *οἱ πολῖται ἀγροὶ ἐὰν μισθωθῶσι τινὶ ἐπιμελῶς φροντίζοντι καὶ ἀποκαταστήσῃ ἐπ' αὐτοῦ.* Conductione perpetua semel perfecta supra adiicere non licere. sic l. vlt. §. de om. agro. des. l. 3. §. de fun. pat. l. 4. tit. præced. l. 1. §. de pas. pub.

III. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. ADRIANO PP. Loca omnia fundi've reipublicæ, propositis prius licenter edictis, dehinc vbi in eum canonis modum contendentium augmenta subcreuerint, vt extendi vltra, aut superari alterius oblatione non possint: perpetuariis conductoribus locentur.

Vt ei Reip. fundi addicantur perpetuæ conductionis iure qui superior in licitatione exstiterit. Exigitur & proscriptum, vt in l. 6. §. de fide & iu. has. fis.

IIII. IIDEM AA. MINERVIO COMITI R. P. Congruit æquitati, vt veteres possessores fundorum publicorum nouis conductoribus præferantur, si facta per alios augmenta suscipiant.

Puto legem accipiendam de conductione temporali, vt veteres conductores nouis præferantur

A tur contra l. ne cui. §. de loca. si quantum adiiciunt noui, tantundem offerant ipsi. Conductioni temporali suprà adiicere licere. l. seq. Huic videtur esse coniungenda l. 2. §. de off. Com. rer. priuat.

V. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTIN. AA. VOLVSIANO PP. Prædia domus nostræ si semel iure perpetuo, vel nostra præceptione, vel auctoritate illustris viri Comitis ærarij priuati, apud aliquem fuerint, vel iam dudum sint collocata: ad alium transferri perpe-B tuarium non oportet. apertè enim definimus hoc edicto, vt à perpetuario nunquam possessio transferatur, etiam si alteri eam imperator vel exoratus vel sponte donauerit, siue adnotatione, siue pragmatica. Cui si fortè contra perpetuarium vir illustris Comes priuatarum, dum allegabitur, adquiescet: & de proprio ipse centum libras auri, & alias centum fisci vitibus Palatinum inferre cogetur officium. nec tamen post allegationem habebit huiusmodi iussio firmitatem, sed nec locabitur alteri, li-C cet ingenti superari videatur augmento possessio. Iure igitur perpetuo publici contractus firmitate perpetuarius securus sit: & intelligat neque à se, neque à posteris suis, vel his, ad quos ea res vel successione, vel donatione, siue venditione, vel quolibet alio titulo peruenit, siue aliquando peruenerit, esse retrahendam. Sanè quia non ex omni parte excludenda est largitas principalis: rem diuinæ domus suæ imperator (si velit) donabit ei, qui eam possidet iure perpetuo: siue ipse iam meruerit, siue cuiusli-D bet tituli iure successerit. videtur enim suam concedere pensionem, non alteri nocere liberalitas, quæ possidentem iure perpetuo dominum vult vocari. Sanè si quis non perpetuo iure, sed ad tempus locatam ab illustri viro Comite rerum priuatarum possessionem videtur adeptus: non erit obstaculo principali largitati, si voluerit in alterum donationem transferre, quod ad definitum tempus alter fortè conduxit. Si verò pro tali prædio ab altero conductore offeratur augmentum: sit in arbitrio con-E ductoris prioris, cui res ad tempus locata est: vt si ipse quod alter adiecit, obtulerit, maneat penes eum temporalis illa conductio. Si verò idem hanc ipsam rem aliquando meruerit iure perpetuo possidere; habebit & ipse superius expressam perpetuam firmitatem.

Aut conductio prædiorum rei priuatæ perpetua est, aut temporalis. Perpetua prætextu adiectionis ab altero vel donationis alteri factæ in alterum transferri non potest, etiam si hac de re rescriptum allegatum & approbatum sit apud acta Comitis priuatarum. Donari tamen à principe ea præ-F dia possunt ipsi conductori perpetuario. qua donatione remitti videtur merces locationis. Temporalis in alium transferri potest vel donatione principis vel adiectione ab alio facta, quam nolit prior conductor suscipere. l. prox. §. Pro, *collata*, ex vet. emendaui, *collocata*, vt l. 1. §. hoc tit. l. 4. §. de vect. & com. l. quod autem. D. de in diem ad, Collocare est addicere, Sic l, quæsitum. D. de spons. *collata*, pro, *collocata*.

## *De conductoribus & procuratoribus siue actoribus prædiorum fiscalium & domus Augustæ.*

G

*Tit. 72.*

I. IMPP. THEODOSIVS ET VALENT. AA. BASSO PP. Conduct

Conductores homines've auguſtiſſimæ domus noſtræ,quoties de cauſa ad domum regiam pertinente aliquid quæſtionis emerſerit: non aliter quàm ex legum ordine, quibus ſimiliter omne hominum genus tenetur,vel excipiant; vel inferant actiones. nec aliorum litigatorum negotio intercedant, nec ſententiam iudicantium, aut illicito patrocinij ſui fomite iura conturbent,nulli've executionis ſuæ turbulentum miniſterium audeant commodare: non priuatis ſe negotiis, non publicis miſceant: nec quieſcentem domum delatio vlla ſollicitet, ne eos inconſultæ pertinaciæ ſerò pœniteat. grauior enim pœna conſtituenda eſt in hos, qui noſtris iuris ſunt, & noſtra debent cuſtodire mandata. DAT. PRID. NON. MAR. RAV. THEODOSIO XII. ET VALENT. II. AA. COSS.

Nihil quidem hac lege de conductoribus vel hominibus prædiorum fiſcaliũ,ſed rubrica indicat quæ dicuntur de conductoribus & hominibus domus Auguſtæ, eſſe trahenda ad homines prædiorum fiſcalium, & vltima ſententia legis,quæ non eſt ex titulo, de conductoribus & hominibus domus Auguſtæ, ſed ex tit. de actoribus & procurat. & conduct. rei priuatæ in Cod. Theod. & ita etiam tit. præced rubrica indicat conſtituta in eo de conductoribus fundorum rei priuatæ vel ciuitatum, trahenda eſſe ad fundos ſacri patrimonij vel templorum. Eadem eſt conditio tit. 74. Ṫ. Id autem hac lege cauetur, vt conductores vel homines, id eſt, procuratores vel actores prædiorum fiſcalium & domus Auguſtæ in exercendis litibus communi, non proprio quodam iure vtantur, & ne alienarum litium procurationem vel patrocinium vel executionem ſuſcipiant, ne alienorum negotiorum, & ne quenquam deferant. alioquin grauius eos coërceri quàm ceteros, qui mandatis principum non obtemperant.

## *Quibus ad conductionem prædiorum fiſcalium accedere non licet. Tit. 73.*

I. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. NESTORIO COM. R. P. Nullus Palatinorum,qui in officio rei noſtræ priuatæ militat, conductoris nomine vel per ſe vel per quamlibet perſonam poſſeſſionum huiuſmodi conducendarum habeat facultatem:cùm neque militi, neque curiali hoc faciendum permittimus. DAT. VI. KAL. AVG. VINCENTIO ET FRAVITTA COSS.

Ne poſſeſſiones rei priuatæ locentur palatinis, id eſt, apparitoribus Comitis priuatarum, ne militibus, ne curialibus. Quod & de rebus priuatorum cautum eſt, ne curialibus vel militibus, non quod ſciam, ne palatinis. Emptio etiam rerum priuatarum palatinis interdicta eſt. l. vlt. Ṡ. de reſc. vend. quæ ad eundem Neſturium ſcripta eſt.

## *De collatione fundorum fiſcalium vel rei priuatæ vel dominicæ vel ciuitatum vel templorum. Tit. 74.*

I. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. FIRMINO COMITI S. L. Ordinariorum iudicum officiis, necnon ipſis rectoribus prouinciarum actores ſiue conductores dominicos conueniendi licentiam damus: ita tamen vt rationalibus priuatæ rei ad exigenda fiſcalia debita immineant.

Vt actores (ſic legendum,non auctores, Græci vertunt ἄκτορας) & conductores dominici ſint ſub iuriſdictione præſidum, & quod ad fiſcalia debita ſiue collationem attinet, ſub iuriſdictione procuratorum Cæſaris. quod valde pertinet ad tit. vbi cau. fiſ. Ṡ.

A II. IIDEM AA. MESSALÆ PP. Palatinos qui à viro illuſtri Comite rerum priuatarum cum publicis literis deſtinantur ad commonitionem iudicis, quò facilius ex prædiis rei noſtræ conferantur debitæ penſiones: cum ſumma degere præcipimus diſciplina: de quorum nominibus, ſi temere verſati fuerint, ad ſublimitatem tuam referri per ordinarios iudices oportebit, vt in eos ſeueriſſimè vindicetur.

B Plerumque Comes rerum priuatarum mittit in prouinciam palatinos vt moneant præſidem de collationibus. l. 2. & 3. §. de can. larg. tit. Lex præcipit vt in ea ſe modeſtè & temperanter gerant.

III. IIDEM AA. ET THEOD. A. PETRONIO PP. Omnia prædia tam ea quæ in re priuata olim tenentur, quàm illa quæ ex proſcriptorum bonis ad fiſcum ſunt deuoluta, eatenus ab huiuſmodi priuilegiis & excuſationibus ſubmoueantur, vt omnes ſpecies annonarias, curſitationes etiam debitas, atque integram opinionem ſciant eſſe ſol-
C uendam.

Vt prædia rei priuatæ, è quibus ſunt etiam confiſcatorum bona, vt quodam loco oſtendimus ſuprà libro decimo, non excuſentur à præſtatione annonarum & opinionis, id eſt, cenſus, & à curſu debito, tranſuectionum ſcilicet, de quo l. 2. tit. ſeq.

## *De priuilegiis domus Auguſtæ vel rei priuatæ, & quarum collationum excuſationem habent.*

D *Tit.* 75.

I. IMP. CONSTANTIVS A. AD ITALICVM. Priuatas poſſeſſiones noſtras ab vniuerſis muneribus ſordidis placet immunes eſſe, neque earum conductores, neque colonos ad extraordinaria munera vel ſuperindictiones aliquas conueniri. DAT. VIII. KAL. FEB. BONONIÆ PLACIDO ET ROMVLO COSS.

E L. vlt. tit. præced. docet poſſeſſiones rei priuatæ non excuſari ab ordinariis muneribus. Hæc excuſari ab extraordinariis, à ſordidis, à ſuperindictitiis. l. pen. §. de agr. & manc. idemq; de patrimonialibus traditum eſt ſuprà.

II. IMPPP. VALENTIN. VALENS ET GRATIANVS AAA. AD CLAVDIVM. Rem priuatam noſtram leuandorum prouincialium cauſa canonicas neceſſitates ea conditione, qua cunctos volumus ſuſtinere. ſed exceſſit occaſio iuſſionem: quandoquidem non locis ſolitis
F frumenta, quæ ſunt ex diuerſis ſaltibus conuehenda, trahantur: ſed eò vſque portentur, quò graue atque damnoſum eſt prouehere. Proinde ſpectabilis ſynceritas tua remanentes in iiſdem locis implere faciat proprias functiones, quibus antea frumenta præbebat.

Vt ſicut ceteri prouinciales, ita res priuata onus tranſuectionis ſuſtineat pro locis & proximitate poſſeſſionum, vt l. 5. §. de an. & trib. Ait, *Remanentes*. vet. lib. habent, *Remeantem*. affirmo legen-
G dum, *rem eandem*, hoc eſt, rem priuatam. Pro, *ſpectabilis*, vet. alij habent, *ſpectata*, alij, *re explorata*.

III. IMPP. ARCAD. ET HONOR. AA. *. Pro tyronibus in corporibus poſtulatis pretia conferri ex fundis perpetuariis noſtræ rei priuatæ præcipimus.

Vt possessiones rei priuatæ vel conductores earum perpetuarij, taxationem tyronum præstent, de quo onere dicemus in l. 4. §. de dignit. non corpora ipsa.

IIII. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ASCLEPIODOTO PP. Absit vt nos instructiones viæ publicæ, & pontium, stratarumq́; opera titulis magnorum principum dedicata inter sordida munera numeremus. Igitur ad instructiones reparationesq́; itinerum pontiumq́; nullum genus hominum, nulliusq́; dignitatis ac venerationis meritis cessare oportet. domos etiam diuinas tam laudabili titulo libenter adscribimus. DAT. XV. KAL. MAR. CP. ASCLEPIODOTO ET MARINIANO COSS.

Vt possessiones diuinæ domus viæ instruendæ vel sternendæ vel pontium restituendorum immunitatem non habeant. idemq́; de ecclesiasticis prædiis constitutum est No. 131. l. 7. §. de sacr. eccl. & vt hæc onera sordida non censeantur, quæ aliquando tamen sordidis adnumerata sunt. l. 17. C. Th. de ext. mun. Stratam dicit quod Galli, *paué*. Cœpit postea quælibet via strata dici, vt 58. βασιλικῶν tit. 3. τῆς ὁδοῦ ποῦ ὧν στράτα σωίζεται. & tit. 5. τῇ στράτᾳ χρησάμενος. & tit. 7. κατὰ μῆκος τῆς στράτας. Domum diuinam dicit pro domo Augusta, vt l. pen. §. de exact. trib. l. 12. D. ad s. c. Turpil.

V. IMPP. THEOD. ET VALENTIN. AA. FLAVIANO PP. Excepto patrimonio pietatis nostræ, cuius quidem reditus necessitatibus publicis frequentissimè deputamus, vniuersos possessores functiones in superindictitiis titulis absque vllius beneficij exceptione agnoscere oportere censemus. DAT. III. KAL. MAI RAVEN. BASSO ET ANTIOCHO COSS.

Idem hac lege cauetur de superindictitiis oneribus, quod l. 1.

## *De grege dominico.* *Tit. 76.*

I. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. CÆSARIO PP. Propositis edictis sublimis magnificentiæ tuæ minimi maximiq́; moneantur, vt sciant singulas libras auri ex propriis facultatibus eruendas pro singulis equis vel equabus, siue Hermogenianis, siue Palmatiis, nisi sponte eos obtulerint. in his verò quos ex aliis gregibus occupatos esse constiterit, sex auri vncias fisci viribus inferendas. DAT. PRID. KAL. DEC. CP. OLYBRIO ET PROBINO COSS.

Multatur libra auri qui equum ex grege dominico occupauerit nec vltrò reddiderit, semilibra qui ex alio grege. Hermogenianos & palmatos dicit vt l. 1. C. Th. de equis cur. ab agitatoribus, vt ex Græco interprete Alciatus tradit. an palmati quòd sint triumphantium & victorum sicut tunicæ palmatæ: Hermogeni quasi Mercurio geniti?

## *De palatiis & domibus dominicis.* *Tit. 77.*

I. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTIN. AA. IOANNI COMITI RERVM PRIVATARVM. Consecratas nobis ædes, id est, inclyta palatia, ab omni priuatorum vsu & communi habitatione excipimus.

Ne palatia priuatorum vsibus deseruiant. l. quicumque. §. de oper. pub.

*De*

A *De cupreßis ex luco Daphnenſi vel Perſeis per Aegyptum non excidendis vel vendendis.* *Tit. 78.*

I. IMPP. ARCAD. ET HONOR. AA. SILVANO COMITI RERVM PRIVATARVM. Si quis Daphnenſis luci in Syria, vel Perſei in Ægypto arborem comparauerit: quinque libris auri nouerit ſe eſſe B multandum: non minore diſpendio & illo feriendo, qui vendere arbores auſus fuerit, quas non licet emptoribus comparare.

Daphne ſuburbanus eſt lucus Antiochiæ cupreſſis obſitus, quem deſcribit Sozomenus lib. v. cap. x i x. Stephanus, δάφνη προάστειον ἐπισημότατον τῆς ἐν Ἀντιοχείας μητροπόλεως. Ex eo cupreſſum & per Ægyptum Perſeam arborem vendi & emi vetat, & emptorem venditoremq; eadem pœna multat. Nam ſi emptor rem iniquam facit, probabile etiam eſt venditorem rem iniquam facere. l. 10. ff. de cur. pub. quod tamen non eſt perpetuum.

C II. IMPP. THEOD. ET VALENTIN. AA. * PP. Omnes iudices cuiuſcunque dignitatis, ſciant poſthac abſque permiſſu magnitudinis tuæ arborem ex Daphnenſi luco Antiochenæ ciuitatis præcidendi, vel quolibet modo lapſas transferendi licentiam ſibimet denegandam. ſed nec alytarcha vnam cupreſſum aliis plantatis excidere ſibi licere contendat. ac ne ſolatio antiquitus ei conceſſo priuari per omnia videatur: pro eo, quòd ei cupreſſum excidere denegatur, vnam libram auri eum de priuatis noſtris largitionibus excipere decernimus: quinque li- G brarum auri condemnatione huius legis temeratore plectendo.

Nouellam hanc Conſtitutionem Græci vocant ad l. 2. §. de nox. act. de cuius reſtitutione ſcripſimus 2. Obſer. cap. x i i i, cùm perperam antea legeretur, *à luco vel à littore*, pro, *alytarcha*, quam Græci confirmant, qui ſic vertunt, ἀλλ' οὐδὲ ὁ ἀλυτάρχης τοῦτο ποιεῖν δύναται).

*Explicit liber vndecimus.*

# IAC. CVIACII I.C. AD LIB. XII. CODICIS DN. IVSTINIANI COMMENTARII.

## De dignitatibus. Tit. I.

I. IMP. ALEXANDER A. SEVERINÆ. Si (vt proponitis) & auum consularem, & patrem prætorium virum habuistis, & non priuatæ conditionis hominibus, sed clarissimis nupsistis: claritatem generis retinetis. SINE DIE ET COSS.

Consules, prætores, consulares item & prætorij clarissimi sunt. Sed & eorum filiæ clarissimæ sunt, quamdiu plebeij nuptiis coniunctæ non sunt. quod & generaliter de senatorum filiabus ad eundem modum traditur in l. fœminæ, D. de senat. Clarissimam igitur dignitatem quam dedere patentes plebeij mariti auferunt. Accursius malè colligit ex l. vlt. §. vbi senat. vel clar. consules esse illustres. Colligeret rectiùs esse supra illustres, Plus enim in ea tribuitur consularibus honorariis, quàm illustribus. quamobrem & qui re ipsa consulatum gesserunt, præfectoriis & ceteris qui illustrem administrationem gesserunt, & sic denique consules illustribus in administratione constitutis anteponendi esse videntur. Esse quosdam supra illustres ostendit §. in summa. Instit. de iniuriis. l. eos. §. super. §. de vsur. l. si quando. C. de app. & quod ad l. vlt. D. de senat. Græci adnotant his verbis: *ἰλλουστρίους τοὺς λέγει τοὺς πρωτευσάντας καὶ τοὺς ὑπερβεβηκότας αὐτούς.* & alio loco, *ὁ πρωτεύων ... καὶ οἱ ἰσάζοντες τούτῳ.* & in græca l. 14. §. de testib. *ἢ τῶν ἰλλουστρίων καὶ τῶν ὑπερβαινόντων αὐτούς.* Hi sunt patrij & consules & consulares. Et in senatu quidem præf. vrbi vir illustris considet supra omnes. l. 3. C. de off. præf. vr. primusq. sententiam dicit Cassiodoro auctore. Eum sequuntur patrinj, consules, consulares, præf. prætorio, magistri militum, & ceteri viri illustres. & hoc ordine his solis ius est sententiæ dicendæ in senatu, vt constat ex No. LXII. à Iuliano in Latinum conuersa sermonem. ex qua perspicuum est, Tribonianum ad finem tituli De senatoribus, hæc verba de suo adscripsisse: *Senatores accipiendum est eos qui à patritiis & consulibus vsque ad omnes illustres viros descendunt, quia & in senatu sententiam dicere possunt.* quod & multis aliis locis fecit, falsò Iurisconsultorum veterum nomine superscripto, vt in l. 1. §. vlt. de inter. in iu. fac. l. 2. §. pen. de iudic. l. cùm de indebito. de probat. l. vxores. de diuor. l. si patronus. §. vlt. de donat. l. si cùm dotem. §. si maritus, & seq. sol. mat. l. si pluribus. de leg. 1. Ergo secundum eam Iustiniani siue Triboniani definitionem, omnes illustres & quidam etiam qui supra illustres censentur, senatores sunt. Sic in l. 3. §. vlt. ff. de silent. l. 2. §. de tut. illust. *illustres senatores*, & in l. pen. ff. hoc tit. *qui illustres*, in græca conuersione *συγκλητικοὶ* vocantur. Non omnes tamen senatores illustres sunt. Alij sunt clarissimi, alij spectabiles, alij illustres. Quartus senatorum gradus non est. Nam & qui consident supra illustres, aliquam ex his tribus appellationem habent, vel illustrissimi dicuntur. Spectabilem dignitatem mediam Iustinianus vocat in Nouel. 7. Non sunt igitur nisi tria dignitatum genera, inter senatores scilicet. nam extra senatum sunt aliæ complures, veluti equestris, perfectissima, egregia, de quibus suis titulis tractabitur.

II. IMP. CONSTANTINVS *. Neque famosis & notatis, & quos scelus vitæ aut turpitudo inquinat, & quos infamia ab honestorum cœtu segregat, dignitatis portæ patebunt.

Ait, Neque famosis.] Hi sunt quibus lex infamiam irrogauit. Et notatis.] Hi non sunt ipso iure infames, hæret tamen in eis macula quædam, vt qui iudicio publico rei in vinculis sunt, vel qui

A qui ob testimonium dicendum vel non dicendum pecuniam accepisse conuicti nec damnati sunt, vel qui inter requirendos adnotati sunt. Sic nota ab infamia distinguitur in l. 3. §. lege, D. de testib. Vet. libri habent, *adnotatos*. quod idem est. Cicero l. 1. Off. *Eosq́; a Censoribus omnibus ignominiis adnotatos.* sic vet. libri. Et quos scelus.] Græci lib. v i. βασιλικῶν hanc addidere interpretationem: Οἷον ἐπίτροποι ἢ χαράκται ἢ τελῶναι καὶ οἱ ταξεῶται. οὗτοι πάντες κἂν ἰδικῶς φιλοτιμηθῶσιν αὐτοῖς ἀξιώματα, οὐκ ἀπολαύουσι τῆς ἐκ τούτου τιμῆς ἀλλ' ἐκπίπτουσιν αὐτῆς ὥσπερ καὶ οἱ αἰσχροί. quod sumpsere ex l. 6. §. hoc tit. Dignitatis portæ patebunt.] senatus portæ. quoniam totus hic titulus est de senatoribus. In l. 1. D. ad leg. Iul. de vi pri. *Omni, inquit, honore quasi infamis carebit.* de qua scripsimus Obs. l. c. 38. Falsò adiicit Acc. eos non posse Romæ agere vel in comitatu principis. quod de relegatis
B tantùm est proditum, & de militibus ignominia missis, non de aliis infamibus. alioquin non possent Romæ apud prætorem pro se postulare, quod est falsum. & vel tutelæ Romæ damnatus solum vertere cogeretur statim.

III. IDEM A. AD NVMPHIDIVM. Maior dignitas nulli debet circa prioris dignitatis seu militiæ priuilegia præiudicium facere.

Si fortè silentiarius, vel proximus sacrorum scriniorum, vel tribunus notarius inter senatores allectus sit, non ideo minus retinet priuilegia quæ silentiariis & proximis sacrorum scriniorum & notariis Constitutionibus concessa sunt. l. eos. §. de exc. mun. l. 3. §. de silent. l. 1. §. de primic.
C & not.

IIII. IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. PHILIPPO. Senatorum substantias, quas in diuersis locis & prouinciis possident, & homines eorum, tam à temonariis oneribus conferendis, quàm à ceteris præstationibus, quas iudices describunt, nec non etiam ab omnibus sordidis extraordinariisq́; & vilioribus muneribus liberos esse præcipimus, nullaq́; sorte constringi functionis indignæ.

D

Homines eorum.] procuratores prædiorum, actores, clientes, coloni, qui alibi pertinentes, & οἱ προσήκοντες & διαφέροντες. inde hominium in Historia Helmodij, Galli *Homage*. Temonariis.] Exigebant temonarij aurum tyronicum, tyrones, equos. Impp. Valentinianus & Valens in l. 7. C. Th. de tyron. *Si aurum*, inquiunt, *fuerit pro tyronibus inferendum, vnumquemque pro modo capitationis sua debitum redhibere oportet. & ne aliquod dubium relinquatur, solidorum numerum qui temonario inferendus est, designamus.* Synesius in epistolis, τοῖς ἀκαρτίοσιν ἔταξε τοῦ σπαθαρίου χωρίου τοῦ καλουμένου τυρωνῶν, id est, temonarium fecit vel capitularium. Capitularios Symmachi 11. Epist. legimus taxationem tyronis postulasse, & capitulariam & temonariam functionem eandem esse in l. 14. C. Th. de extr. mun. Consequens est igitur temonarios exactores esse auri tyronici. Protostasiæ siue pro-
E totypiæ onere eos fungi indicat l. 2. C. Th. de desert. *Si temonarius*, inquit, *prodiderit desertorem, protostasiæ onere biennio releuetur.* quod munus etiam ad tyronum præbitionem pertinuisse indicat l. 7. *Tyronum*, inquit, *præbitio in patrimoniorum viribus potius, quàm in personarum muneribus conlocetur, vt protostasia munus quod prouinciarum interna depascitur*, &c. Rectè autem ait, tyronum præbitionem esse patrimoniale munus. Vegetius lib. 1. *Possessionibus indicti tyrones.* sic legendum. Tyronum vel equorum productio personale munus est. l. vlt. D. de mun. & hon. id est, τὸ διασῶσαι, vel seruare producendos. Hoc igitur loco, *à temonariis oneribus conferendis*, id est, à præstatione tyronum, equorum, auri tyronici. Quas iudices describunt.] l. prox. & l. quoniam. l. præcipimus. §. Sordidis.] veluti calcis coquendæ.

F V. IIDEM AA. AD CLEARCHVM. Nemo præfectus vrbi citra præceptionem vel scientiam nostram vlli muneri subiuget senatorem, nemo curiam nostram immani pulset iniuria. si quid enim senatoria præditis dignitate fuerit fortè mandandum: nostro id iudicio reseruandum est. Sit namque dignitas, quæ nobis iubentibus sustinetur.

Hæc superiori hanc adiicit exceptionem, Nisi ex auctoritate principis senatores præstationibus à iudicibus descriptis alligentur. Si namque.] Vet. *Sit namque dignitas, si nobis iubentibus sustinetur.*
G Munus quod sustinet senator iussu principis honor est potius quàm onus.

VI. IIDEM AA. ORPHITO. Ne quis ex vltimis negotiatoribus, vel monetariis, abiectisq́; officiis, vel deformibus ministeriis statio-

nariis, omniq́; officiorum fece, diuersisq́; pastis turpibus lucris aliqua frui dignitate pertentet. sed & si quis meruerit, repellatur: repulsos autem etiam propriis reddi consortiis oportebit. A

Ad senatoriam dignitatem non admitti humiles negotiatores, monetarios, viles sellularios, stationarios, cohortales. Monetariis.] Lege quæ ad lu. §. de murileg. Deformibus.] Quidam Cod. *deformis ministerio stationariis.* Vtrùm verò ij sunt qui apothecarij dicuntur in l. si cohortalis. ℑ. de cohort. vt Obs. 2. diximus? An, vt Græci interpretantur cùm hoc loco, tum in l. 5. de vect. & com. τελῶναι, id est, publicani publicanorum've familia? An apparitores dispositi per vrbem, vel per prouincias certis locis, vt magistratibus denuntient quæ geruntur, vt l. 1. D. de off. præf. vr. l. si quis in hoc. C. Th. de epis. & cl. l. 1. C. Th. de cur. pub. & aliis plerisque? quod videtur verius, quoniam subiicit, *Omniq́; officiorum fece, diuersisq́; pastis turpibus lucris.* quod idem potest ac si diceret, & ex reliqua officialium colluuie, qui de variis turpibus lucris vixerunt. B

VII. IIDEM AA. AD SENATVM. Quoniam diuersi iudices nonnulla opera in quibusdam existimant vrbibus extruenda: ad huiusmodi necessitatem senatorum substantia non deuocetur. DAT. V. NON. MAI. TAVRO ET FLORENTIO COSS. C

Idem demonstratum l. 4. senatores descriptionibus iudicum non adstringi.

VIII. IMP. IVLIANVS A. SALLVSTIO PP. Ius senatorum & auctoritatem eius ordinis, in quo nos quoque ipsos numeramus, necesse est ab omni iniuria defendere. DAT. NON. FEB. CP. MAMERTINO ET NEVITTA COSS. D

Idem demonstratum est l. 5. & quæ hic exprimitur ratio, iis in ea verbis adsignificatur, *curiam nostram.* eadem verò ratione domus principis glebale onus agnoscit, quod senatorium est. Arcadius & Honorius in Cod. Th. lib. vi. *A collatione glebalis auri ne domum quidem nostram immunem esse præcipimus.* Eadem quoque ratione filia senatoris libertino nubere non potest, vt ad l. 9. D. de senat. Græci tradunt iis verbis: ὕβριν γὰρ τοῦτο κρίνει τῆς βασιλείας καὶ τῆς συγκλήτου. καὶ ὁ βασιλεὺς γὰρ τῇ συγκλήτῳ συναριθμεῖται. Hidem in hanc legem ita scribunt: καλῶς οὕτως ὁ βασιλεὺς συναριθμεῖ ἑαυτὸν τῇ συγκλήτῳ, ἐπειδὴ καὶ ὑπάλληλον ἀρχήν.

IX. IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD SYMMACHVM PP. Libertorum filios adipisci clarissimam dignitatem non prohibemus. E

Liberti prohibentur, libertorum filij non item. Sed neque liberti lege Iustiniani, vt dictum est §. si ser. aut lib. ad decur. asp.

X. IMPPP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD GRACCHVM PP. Seueram indagationem per tormenta quærendi à clarissimo nomine submouemus. DAT. PRID. NON. IAN. TREV. GRATIANO A. IIII. ET MEROBAVDE COSS. F

Si municipalis ordo tormentis eximitur, multò magis amplissimus, in quo est & princeps ipse. Ab omni itaq́; iniuria defendendus est. l. 8. §. veluti tormentis, vinculis, carcere. Marcellinus xxviii. *Ne senator quisquam inusitatè & illicitè more tormentis exponeretur.*

XI. IIDEM AAA. AD PROCOPIVM. Senator vel alius clarissimus priuatos habeat filios, quippe editos antequàm susciperet dignitatem. quod non solùm circa masculos dignoscitur constitutum, verùm etiam circa filias simili conditione seruandum. cùm autem paternos honores G

A nores inuidere filiis non oporteat: à senatore vel solo clarissimo susceptum, in clarissimatus sciendum est dignitate mansurum. DAT. XV. *. HIERAPOLI GRAT. A. IIII. ET MEROBAVDE COSS.

Et decurionum & senatorum filij sunt ij qui ante dignitatem suscepti sunt. l.moris. §.pen.D.de pœnis. l.2. §. in filiis. D.de decur. l.5. D.de senat. & filij patronorum fisci antè suscepti. quod exposuimus in l.vlt. ℥.de decur. Pugnare creditur hæc lex. Ait enim, *senator vel alius clarissimus priuatos*, id est, plebeios habeat filios editos, quippe antequam susciperet dignitatem. idemq; de filiabus B subiicit esse seruandum. quod eò pertinere ex Cod. Theodosij intelligitur, vt glebale munus non agnoscant. Ceterùm, vt additur in extremo huius legis, honores eis & præmia clarissimorum non inuidemus. denique natos esse ante dignitatem prodest, non nocet. Lego, *senator* ex vet. non, *si senator*. atque ita quasi facto hyperbato vel parenthesi, nihil legendo suspendi debet. Vel solo.] Quidam cod. *vel alio*. quod rectius est. Sic suprà, *senator vel alius clarissimus*. Susceptum.] ante dignitatem.

XII. IMPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. NEOTERIO PP. Iudices qui se furtis & sceleribus C fuerint maculasse conuicti, ablatis codicillorum insignibus, & honore exuti, inter pessimos quosque & plebeios habeantur: nec sibi posthac de eo honore blandiantur, quo seipsos indignos iudicauerunt. DAT. XVIII. KAL. FEB. THESS. GRATIANO V. ET THEODOSIO I. AA. COSS.

Loquitur de iudicibus repetundarum damnatis. qua ex damnatione & honore exuuntur & infamia notantur. Blandiantur.] Ne sibi per huius honoris causam vindicent posthac, [illegible], vt Theodorus interpretatur.

D

XIII. IMPPP. VALENTINIANVS THEOD. ET ARC. MARTIANO COMITI ORIENTIS. Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & forum ex eorum persona statuimus, & domicilia mutamus. Si autem minoris ordinis virum postea sortitæ fuerint: priore dignitate priuatæ, posterioris mariti sequentur conditionem. DAT. IIII. KAL. FEBR. CP. ARC. II. ET RVFINO E COSS.

De hac l. diximus in l. vlt. ℥. de incolis. Genere nobilitamus.] Vxor ergo plebeia per matrimonium clarissimam senatoriam've dignitatem adipiscitur, vel etiam clarissima amittit, vt ex Liuio liquet de Virginia lib. x.

XIIII. IMPP. THEODOSIVS ET VALENT. AA. BASSO PP. Præcipimus vt senatori in qualibet prouincia constituto, nullam habeant iudices iniungendi aliquid fortè publici muneris potestatem.

F

Idem quod in l. 4. 5. 7. ℥.

XV. IIDEM AA. AD EVSTASIVM. Clarissimis vel spectabilibus vniuersis ad genitale solum, vel quolibet aliò, & sine commeatu proficiscendi, & vbi voluerint commorandi, habitandi've permittimus facultatem.

G Non poterant olim senatores non impetrato libero commeatu alibi morari quàm in vrbe. l.filij. §.pen. D.ad municip. Hodie nihil est opus commeatu. datur namque hac lege generaliter omnibus clarissimis vel spectabilibus.

XVI. IIDEM AA. APOLLONIO PP. Si grauius vllum facinus

nus admittatur, nocente personam extra carceralem custodiam sub fideiussione habita, super illustribus quidem nobis suggeri iubemus: super ceteris verò quadam minore dignitate decoratis, ad tui referri culminis notitiam: vt ita demum quid de admisso crimine constitui oporteat, iudicetur. A

Sub fideiussione.] vet. *substitutione*. legendum, *sub tuitione*. Sub fideiussione non constitui l. prox. docet. At tuitionem militarem intelligo, vt in l. 1. de off. mil. iudic. l. 36. C. Th. de nauic. l. 3. §. de off. com. rer. pri. Symmachus in epistolis. *Tuitionem contra me de sede vicaria postulant.* Formulam tuitionis Cassiodorus composuit. Eam veteres Franci *Mundebur* appellarunt. Super illustribus.] De illustrium crimine nullus iudex cognoscit inconsulto principe, excepto casu l. seq. De reliquis dignitatibus præf. prætorio cognoscit, velut de clarissimis. l. pen. C. de off. præf. præt. Or. idq; in vrbe. in prouinciis prouincialis iudex. l. 1. C. vbi senat. vel claris. B

XVII. IMP. ZENO A. *. Quoties ex priuata cuiuslibet interpellatione ciuili vel criminali viri illustres conueniendi sunt, nulla danda fideiussionis concussione vexentur, sed per speciale priuilegium suæ committi fidei consequantur, iuratoria ab his cautione tantummodo exponenda. Quam si neglexerint, & contra insertum cautioni sacramentum ipsi vel eorum procuratores absuerint: in pecuniariis quidem causis super possessione rerum ad eos pertinentium iudex competens, quod iuris auctoritas & rei qualitas suggesserit, ordinabit. In criminalibus verò negotiis dignitate quoque, qua se per suum videlicet periurium indignos esse probauerint, spolientur: vt in eos, vtpote illustri dignitate per suum facinus priuatos, inconsulta etiam nostra pietate iudicibus legum seueritatem liceat exercere. Quibus illustrium dignitatum priuilegiis hoc etiam adiiciendum esse censuimus, vt huiusmodi personæ nullam ex cuiuslibet iudicis, sine scriptis habita sententia, conuentionem neque in ciuili neque in criminali causa sustineant. C D

Illustribus vnum dedit priuilegium lex superior, vt de eorum criminibus nemo cognoscat inconsulto principe. Hæc alia duo adiicit. vnum, vt siue ciuiliter siue criminaliter conueniantur, non satisdatio, sed repromissio iuratoria iudicio sistendi causa ab eis exigatur. cui tamen si non paruerint, hanc periurij pœnam ferunt, vt in ciuili causa mittatur actor in possessionem, in criminali spolientur illustri dignitate, & inconsulto principe damnentur. atque ita etiam ex græca constitutione, quæ desideratur §. tit. de custo. reo. qui iuratoriæ cautioni non paret, iure suo cadit. Alterum est, vt non nisi ex scripto conueniantur. Igitur nuda executoris voce conuenti impune non parebunt. Sententia.] vt Græcis ψῆφος, ita Latinis Constitutionibus sæpe sententia significat conuentionem executoris, libelli admonitionem, ὑπόμνησιν, δήλωσιν, ὑπόσχεσιν, atque etiam in Pandectis duobus locis. E

XVIII. IMP. ANASTASIVS A. EVSEBIO MAGISTRO OFFICIORVM. Iubemus saluo honore, qui euocationem sacræ reuocatoriæ defertur, durante, licere cunctis tam minoribus quàm maioribus potestatem gerentibus, necnon etiam honorariis illustribus, siue ex hac regia vrbe principali videlicet præcedente consensu profecti fuerint, siue in prouinciis habitantes, sacratissimum (suis scilicet poscentibus negotiis) petere maluerint comitatum: sine sacra quoque reuocatoria ad hanc regiam vrbem peruenire. F G

Hæc adiicit quartum. Illustribus re ipsa administrantibus vel etiam honorariis licere ad sacrum comitatum venire sine sacra reuocatoria. In l. 1. §. vt omn. iud. tam ciuil. rectè exactiores libri, *vel*

*deinde*

A *diuina reuocatoria*, pro quibus No. VIII, quæ est eadem de re, *ἡ κατὰ πρόφασιν ἀναλήψεως*. Ea vel petitur vel vltro dirigitur à principe, vt ex formulis Cassiodori constat. Vsus verò eius hac lege penitus non tollitur. Sed illustribus tantùm ea non petita ius veniendi in comitatum datur. quod non pugnat cum l. nullus. §. de off. rect. pro. quæ de præsidibus loquitur, non de illustribus. Tam minoribus.] Ver. *tam minores quàm maiores potestates*. Illustrium sunt gradus quidam, alij maiores, alij minores. Præf. prætorio maior est magistro officiorum, vterque tamen illustris. Principali videlicet.] Hoc item non pugnat cum l. 15. §. quæ de clarissimis vel spectabilibus loquitur, non de illustribus.

## B *De prætoribus & de honore præturæ & gleba & folli & septem solidorum functione sublata.* Tit. 2.

I. IMPP. VALENTINIANVS ET MARTIANVS AA. TATIANO PP. Nemo ex clarissimis & spectabilibus, qui in prouinciis degunt, ad præturam postea deuocetur: maneat vnusquisque domi suæ C tutus atque securus, & sua dignitate lætetur. DAT. XV. KAL. IAN. CP. VALENTIN. VII. ET ALBIENO COSS.

Prætura onus fuit senatorium. No. Th. ne dec. ad senat. dig. asp. Hanc enim dignitatem senator qui suscipiebat suis sumptibus circenses & scænicos ludos exhibebat. Boetius III. de consolatione: *Prætura*, inquit, *magna olim potestas, nunc inane nomen & senatorij census grauis sarcina*. vbi vulgò malè legitur, *præfectura*, sicut & in hac lege quibusdam Codicibus, & in l. vlt. ff. de silent. Constituit autem Martianus hac lege vt ne senatores viri clarissimi & spectabiles ex prouinciis in quibus sedes suas constituerunt, ad præturæ munus deuocentur. cui est coniungenda l. 1. §. de off. præt. Vtriusque D est eadem inscriptio & subscriptio. Additur in ea, vt tres tantùm iudicio senatus prætores eligantur. Erant olim multò plures vt ex Cod. Th. constat tit. de prætoribus.

II. IIDEM AA. AD SENATVM. Glebam, vel follem, siue septem solidorum functionem, siue quamlibet huiusmodi collationem, tam circa personas, quàm res, & prædia funditus iubemus aboleri: vt omnis huiusmodi sopita perpetuò conquiescat exactio.

E

Glebam, id est, glebalem functionem, vt in Cod. Th. Arcadius & Honorius, *Glebam*, inquiunt, *possessionum non personarum esse perspicimus*. & Symmachus in epistolis nondum editis: *Sed velim nouerit quæsitores glebæ senatoriæ protinus adfuturos, sperandámque Tuentij veniam pleniorem, si fidem paupertatis eius exploratio ratam fecerit*. Synesius in epistolis: καὶ τὴν πατρῴαν βῶλον ἐκποιεῖν τῇ συγκλήτῳ διαδεξάμενος. Eandem & descriptionem & collationem & præstationem & munus & canonem & pensionem vocant, & aurum glebale, & aurum oblatitium. Glebale, quòd pro possessionibus pendatur. Oblatitium, quòd non canonis vel indictionis, sed oblationis genere quodam à senatoribus exigatur, sicut aurum coronarium à decurionibus, aurargentum à negotiatoribus. Vel follem.] Inter glebam senatoriam & follem senatorium nihil interesse puto. Martianus in No. de indul. reliq. F *Quidquid ex titulo senatorij follis in prouinciis debetur*. Sic legendum ex vet. libris. Sed tamen etiam illi senatores quibus nulla erat possessio, duos folles in ærarium inferebant, vt constat ex Constitutione quadam Gratiani ad Hypatium in Cod. Th. lib. VI. Follis aurei nummi genus est. l. 2. & 3. C. Th. quor. ap. non rec. l. 3. C. Th. de suariis. l. 5. 21. C. Th. de prætor. Moschopulus obolum interpretatur. Qui Romanis Terentiani, hi Græcis Follerales dicti sunt auctore Marcellino in Chronico, *quibus*, inquit, *suo nomine figuratis placabilem plebs commutationem Anastasius distraxit*. Singuli siliquæ partem XII. efficiunt, vt Iustinianus scribit in legibus Georgicis, tit. περὶ κλοπῆς. Idcirco plebi in commutationibus vtiliores. Quæ ex Græcis transcripsit Alciatus, vera esse non puto. Zonaras in Leone Isauro auxisse eum refert publica tributa sub specie mœnium reficiendorum, ita vt singulis solidis, quæ pendi solebant, insuper adiungerent collatores XXIIII. folles. Siue VII. solidorum.] Hæc G VII. solidorum præstatio tenuissimos senatorum obligabat, vt Honorius & Theodosius ad Monaxium scribunt in Cod. Theodos. eratque id personæ onus non glebæ. Erant & quidam senatorij ordinis, qui eam tantùm præstationem agnoscebant non glebalem, veluti ex proximi. l. 12. C. Th. de prox. com. disp. Sed his omnibus præstationum generibus senatores hæc Martiani Nouella soluit.

## *De consulibus & non spargendis ab iis pecuniis, & de præfectis & magistris militum & patritiis.* Tit. 3.

A

*Sic omnes vet. libri. Sic codex Theodosianus. Est & de præfectis magistrisque militum in hoc titulo nonnihil. Hæc ergo tollere Haloander non debuit, *de præfectis & magistris militum.*

I. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD SENATVM. Antiquitus statutum est consularibus viris ceteros quidem honoratos ipsius trabeæ summitate, pares verò infulis, consideratione tantùm temporis anteire. quis enim in vno eodemque genere dignitatis prior esse debuerat, nisi qui prior meruerat dignitatem: cùm posterior, etiam si eiusdem honoris prætendat auspicia, cedere tamen illius temporis consuli debeat, quo ipse non fuerit. Hoc obseruando, & si iterata vice fastigia consulatus aliquis ascèderit. repetiti etenim fasces virtutes sæpe meriti comprobant, non augent: quia nihil est altius dignitate. quòd si quis prior consul posteriori consuli eidemque patritio posthabitus, patritiatum postea consequatur: vinci eum oportet, qui prior meruit patritiatum, postquam iste honore patritiæ dignitatis decoratus est.

B

C

Inter consulares præfertur is qui prior gessit consulatum, etiam si posterior bis consul fuerit. Repetitio namque eiusdem honoris nihil adiicit. Præfertur verò in omni curiæ senatoriæ actu, sententia, cœtu. No. 62. At qui iunxit consulatui patritiatum, præfertur antiquiori cõsuli, nec patritio, cùm duplici honore præditus sit. Inde quæritur si antiquior consul postea patritius fiat, quis præferatur? Vterque est consul & patritius, sed vnus antiquior consul, alter antiquior patritius. Et rectè censent antiquiorem consulẽ præferri, quòd is consul fuerit priusquàm alter vel consul vel patritius. Honoratos ipsius trabeæ.] ceteros consulares. Trabea stola est consulum. l. 1. j. tit. vlt. Pares verò infulis.] Non sunt pares dignitate, si vnus sit consularis tantùm, alter consularis & patritius.

D

II. IMPP. VALENTINIANVS ET MARTIANVS. AA. *. Ordinem consulatus ad antiquam reducimus sanctionem, vt sellam nóstram honoris merito non rapiendi studio populorum agmina sectentur, ac lucrandi cupiditate deposita, venerabilem parentum habitum & felicissima antiquitatis ornamenta conspiciant. Hoc ergo exemplo etiam ceteros procedere consules volumus, nec expendere eos sine effectu patimur. Cessante ergo ista spargendi vilitate, amplissimi consules procedentes deinceps abstineant hoc errore perdendi, optimoq; consilio operi necessario proficiat, quod erat incompetenter proiiciendum. Ad restaurationem itaque aquæductuum huius amplissimæ vrbis centena pondo auri præstentur per singulos consulatus: vt etiam consul patriæ se dedisse nouerit, & data notum sit mansura esse perpetuò. DAT. *. ASPORACIO ET HERCVLANO COSS.

E

F

De hac lege ita scribit Marcellinus Comes in Chronicis: *Marcianus A. suis statuit decretis, vt ij qui Coss. fieri cupiebant, nihil æris in populum spargerent, sed statutam pecuniam ad reparandum vrbis aquæductum dependerent.* De eadem Iustinianus in No. 105. qua eam corrigit, & Leonis rursus No. XCIIII. illam Iustiniani. Est autem legendum hoc loco, *reduximus, nostri honoris, sectarentur, conspicerent.* Ornamenta consularia hæc sunt, trabea siue palmata, scipio, calcei aurati, sella curulis, fasces. Cassiodorus in formula Consulatus. Vopiscus item in Aureliano: *Te consulem hodie designo scripturus ad senatum, vt tibi deputet scipionem.* Centena pondo.] Tot etiam pondo ab honorario exiguntur. l. 3. non iterum consule. l. 4.

G

III. IMP.

A III. IMP. ZENO A. Nemini ad sublimem patriciatus honorem,qui ceteris omnibus anteponitur, ascendere liceat: nisi prius aut consulatus honore potiatur, aut præfecturæ prætorio vel Illyrici, vel vrbis administrationem, aut magistri militum,aut magistri officiorum, in actu videlicet positus, gessisse noscatur: vt huiusmodi tantùm personis, siue adhuc administrationem gerendo, seu postea, liceat (quando hoc nostræ sederit maiestati)patritiam consequi dignitatem. Quoniam verò B gloriossissimæ huic vrbi,quæ caput orbis terrarum est, omnifariam credimus consulendum : vniuersos qui posthac honorarij consulatus insignibus principali munificentia decorantur, centum libras auri ad reficiendum aquæductum publicum ministrare censemus, ad similitudinem eorum, qui per annale tempus consularium editione munerum gloriantur. nam ipsis quoque expedit, vt florentissima ciuitas centum auri librarum munificentia sustentata,honorarium quoque sentiat consulatum. C

Et huic quoque Iustinianus derogauit Nò. περὶ συγκλητικῶν ἀθροιζομένων, constituens, vt Iulianus refert, licere illustribus viris patriciatus codicillos accipere quamuis neque consulares neque præfecti facti essent.quod Accursius notauit rectissimè. **Qui ceteris omnibus anteponitur.**] In senatu præf.vrbi præsidet,vt diximus §.l.1. de dignit. Ceterùm patricij dignitas amplior est.Videtur etiam præfectus prætorio ceteris omnibus esse potior.l.1.§.de off vic.id est,vicarius aut proconsulibus,non tamen consulibus aut patriciis. Cassiodorus in formula patriciatus: *Præfectorios & aliarum dignitatum viros præcedit, vni tantum cedens fulgori, quem interdum à nobis constat assumi.* Præfecturæ D prætorio.] Orientis scilicet. In actu videlicet positus.] ἔμπρακτος, non honorarius.

IIII. IDEM A. SEBASTIANO PP. Sancimus viris excellentissimis consularibus omnibus,qui iam facti sunt, vel postea fuerint,procedendi quoque,& re ipsa per annum gerendi consulatus,impetrato videlicet principali iudicio, legitimam tribui facultatem. Ita vt peracta, quam meruerunt,processione, non nouum aliquid, vel quod nondum E habeant,adipisci, sed consulatus ius, quod semel eis consularis detulerit processione, iterasse beneficio videantur: & in adoranda nostra purpura, vel in consequendis cunctis consulum honoribus, & priuilegiis ex anteriore tempore prouectionis ordinem sibimet nouerint vindicandum. Hoc etiam obseruando, vt huiusmodi consul nec centum libras auri aquæductibus huius inclytæ ciuitatis pro tenore sacræ constitutionis præbendas,quas cùm esset consularis præstiterat, consul postea F creatus persoluere denuo compellatur.

Consulares vocat non eos qui consulatum gesserunt, sed honorarios consules,vt l.vlt.§. de decur.His etiam designatis à principe re ipsa consulatum gerere licet,qua ex re honore non augentur.l.1.§.nec inter pares ex posterioris,sed ex prioris honoris tempore prærogatiuam in senatu vel in aula sibi vindicant.Præferri tamen ordinarios honorariis etiam antiquoribus certum est. No. 62. arg. l.4.§.de priu.ag.in reb.l.2.in fi.§.de primic.& not. Capitolinus in Pertinace: *S. C. pertinax fecit, iussitque eos qui præturas non gessissent sed adlectione accepissent, post eos esse qui verè pratores fuissent.* **Sed consulatus.**] Corrige ex veteribus, *sed consulatus ius quod eis consularitas detulerat, processionis iterasse, &c.* quod mirificè rectum est. Consularitas est honorariorum,Processio ordinariorum exhibentium munera.l.3.C.vbi senat.vel clar.ordinaria processio. G

V. IMP. IVSTINIANVS A. IOANNI PP. Sancimus viros excelsos patricios,quos in huiusmodi dignitatis apicem augusta ma-

iestas retulerit, ilico ab imperialibus codicillis præstitis patresfamiliarum effici, ac potestate liberari paterna: ne videantur qui à nobis loco patris honorantur, alieno iuri esse subiecti. quis enim patiatur patrem posse quidem per emancipationis modum suis nexibus filium relaxare: imperatoriam autem celsitudinem non valere eum, quem sibi patrem elegit, ab aliena eximere potestate? Ne si contrarium adprobetur, per quamcunque machinationem imperialis maiestas minui videatur. Et hoc quidem rarò contingere satis certum est. nemo enim facilè respexit filiumfamilias in patriciatus honorem prouectum, quemadmodum in consulibus hæc res vsitata est: sed ne quid in parte temporis tale eueniat, & sine legibus inueniatur, ideo hæc nobis visa sunt sancienda.

Patriciatus dignitas soluit patriam potestatem. Cassiodorus in formula patriciatus: *Leges tantam illis reuerentiam detulerunt, vt in sacris positus cùm hoc fuerit honore præcinctus, paternæ potestatis nexibus exuatur.* Additur in No. LXXXI. consulatus, consularitas, præfectura prætoriana, præfectura vrbicaria in actu constituta, & magisterium militum. His dignitatibus filiifamilias patresfamil. fiunt sine capitis deminutione. Rectè autem in hac lege patricium Iustinianus definit, quem sibi patrem facit Imperator. Vnde eleganter Claudianus ad Eutropium patricium post damnationem & publicationem bonorum:

*Direptas quid plangis opes quas natus habebit?*
*Non aliter poteras principis esse pater.*

Extat publicationis Eutropij & adempti patriciatus Constitutio in Cod. Theod. de pœnis. fuit & generalis lex quædam Theodosij auctore Suda, *εὐνοῦχον εἰς τοὺς πατρικίους μὴ τελεῖν.* Retulerit.] Veteres, *extulerit.* rectissimè. Elegit.] Vet. *fecit.* Sic in Institutionibus Theophilus, *ὃν ἑαυτῷ πατέρα ποιεῖται.*

## *De præfectis prætorio siue vrbis & magistris militum in dignitatibus exæquandis.* Tit. 4.

I. IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD AMPELIVM PP. Præfectum vrbi, & præfectum prætorio, & magistros equitum ac peditum, indiscretæ ducimus dignitatis: vsque adeò videlicet, vt cùm ad priuatam secesserint vitam, eum locum velimus esse potiorem, qui alios promotionis tempore & codicillorum adeptione præcesserit. DAT. III. NON. IVL. NASONACI. ACCEP. III. NON. SEPT. MODESTO ET ARINTHEO COSS.

Præfectum vrbi nominat priorem, quoniam præsidet in senatu, vt diximus suprà l. 1. de dignit. Adsidet præf. prætorio, & post præfectum prætorio magister militum. Ceterùm ij tres sunt dignitate pares, nec deposita administratione inter se nisi prærogatiuam temporis habent. Locum.] Corrige, *loco.*

II. IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEOD. AAA. RESTITVTO P. V. Quisquis magisterium equitum peditumque susceperit, & gesserit ante captam à quoquam præfecturam: is cùm priuatus erit, & honorem deposuerit, expræfectis, qui prouecti fuerint, præferatur. Sit igitur sedes prior antè prouectis, locus conspectior, decernendi loquendique facultas antiquior, cui est splendor

A adepti magistratus vetustior. DAT. VIII. KAL. IVL. THESSAL. GRATIANO V. ET THEODOS. AA. COSS.

Idem in hac ostenditur quod in superiori. Expræfecto in consessu & in sententia dicenda exmagistrum præferri, qui ante illum functus est ministerio equitum & peditum. Expræfectis.] legendum, *Expræfectis qui post promoti fuerint.* Ex præfectis esse dicuntur qui præfectura abierunt, sicut ex vicariis, ex præsidibus, ex primiceriis, ex consulibus, ex cubiculariis, ex primipilaribus, ex proximis, ex scholaribus apud Nicephorum. Auctores de limitibus agrorum, squalidus ager quasi excolidus, quòd iam à cultura exierit, sicut exconsul quòd à consulatu discesserit. Eædem appellationes B bonorariis aptantur.

## *De præpositis sacri cubiculi & de omnibus cubiculariis & priuilegiis eorum.* Tit. 5.

Duplex est sacrum cubiculum, Augusti & Augustæ. Duo præpositi viri illustres. l. vlt. ꝟ. qui iurisdictionem habent inter priuatos & colonos vel inquilinos vel seruos domorum sacrarum. l. vlt. ꝟ. vbi C caus. fis. id est, homines tamiacos. Hi homines prædiaque tamiaca erant in Cappadocia sub viro spectabili Comite domorum, vt rectè scripsit Iuliani antiquus interpres in No. 30. atque etiam Græci ad l. 5. C. ad leg. Iul. rep. iis verbis: φροντιστὴς δεσποτικῶν κτημάτων καὶ ὑπὸ τὸ κόμητα τῶν οἰκιῶν. ἐστι δὲ οὗτος ἐν Καππαδοκίᾳ ὑποκείμενος τῷ κόμητι τῶν πριβάτων. & confirmat l. 3. ꝟ. de palat. sacr. larg. quæ deputata erant cubiculo & cellario sacro, ideoque præpositi sacri cubiculi interdum mittebant in Cappadociam canonicarios. Et inter cubicularios recensetur rectè Comes domorum in l. 2. ꝟ. hoc tit. Est & Comes sacræ vestis. l. 1. C. Th. qui à præb. tyr. Sunt qui sacræ vesti deputati sunt. l. 3. ꝟ. de castrens. Sunt & primicerij sacri cubiculi, id est, qui primum locum gradumque obtinent inter cubicularios. d. l. 1. qui à Suetonio in Domitiano appellantur decuriones cubiculariorum. Est & castrensis sacri palatij vir spectabilis. d. l. 1. d. l. 2. sub quo erant pædagogia & ministeriales dominici & curæ palatiorum, de D quibus dicturi sumus in tit. de castrens. & minist. Sunt & chartularij & plerique alij cubicularij & cubiculariæ adsistentes curæ larium cubiculi. De horum priuilegiis & dignitatibus hoc titulo tractatur.

I. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. FLORENTIO P. V. Sacri cubiculi præpositi ea dignitate fungantur, qua sunt præditi qui eminentissimam prætorianam vel vrbanam meruerint præfecturam, aut certè militarem magisteriam potestatem: ita E vt sit inter eos post depositas administrationes nulla discretio, siue nostræ serenitatis adoraturi admittantur imperium, siue pro suo arbitrio solemnes festiuitates & cœtus, vel salutationes vel quælibet alia officia frequentent: vt in sedibus & in consessu is eis ordo seruetur, quem ordo prouectionis ostenderit, sub habitu videlicet ipsis consueto: cùm manifestè decretum sit eum esse potiorem, qui præcesserit, vel illum subsequi, quem recentius probauerit examen. DAT. VIII. ID. NOV. F CP. HONORIO XIII. ET THEODOSIO X. AA. COSS.

Superiori titulo exæquati sunt in dignitatibus præfecti prætorio, præfecti vrbi, magistri militum, qui & ipsi præfecti sunt. No. 38. & 69. His hac lege compar adiungitur præpositus sacri cubiculi. Inde interpres Iuliani rectè, Præf. prætorio, præf. vrbis & magister militum præsentum, & præpositus sacri cubiculi similem habent dignitatem. Itaque secundum ordinem promotionis inter eos prælatio est. Ante hanc constitutionem antiquior præpositus nouo præfecto loco sedebat. Alia officia.] Veluti funebria aut nuptialia. Suet. in Calig. *Cum ad officium venisset.* Sub habitu.] Ordo dignitatis seruatur iis tantùm qui solemni habitu vtuntur.

G II. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. PROCVLO P. P. Hac nostræ mansuetudinis æterna lege sancimus, vt omnes cubicularij, qui de nostro cubiculo exeunt, antequam

primum locum obtineant (excepto castrensi & comite domorum) his A
priuilegiis perfruantur, id est, vt neque possessiones eorum angarias, siue parangarias, vel etiam paraueredos in posterum dispositione etiam tui culminis vel alicuius calumnia dare cogantur: ne sordidis adstricti muneribus, decus ministerij, quod militando videbantur adepti, otij tempore & quietis amittant. domus quoque eorum, vel in hac sacratissima vrbe, vel in qualibet alia positas ciuitate, ab omni hospitum cuiuslibet dignitatis inquietudine vindicamus: prouinciarum rectori- B bus, eorumque apparitoribus denarum librarum auri dispendio feriendis, si mansuetudinis nostræ statuta dissimulare, & ex aliqua parte violare tentauerint.

Antequam primum.] Antequam sint primicerij. Excepto.] Excubiculariis inuenio immunitatem dari certorum munerum.l.maximarum.§.de exc.mun. Excastrensi vel excomiti domorum non item. Itaque hunc locum ita prorsus accipio, vt excepto castrensi & comite domorum, ceteris cubiculariis hæc, quæ sequuntur, priuilegia competant. Id est vt nec possessiones eo- C rum angarias.] Hæc onera indicuntur possessionibus. At l.vlt.§.1.D.de mun. & bon. personalia vocat. quod de cura angariarum à possessoribus exigendarum, & eis quibus earum copia data est præbendarum, accipiendum est. Sordida munera dicuntur hoc loco. Et primum quidem quod excubiculariis datur priuilegium hoc est, vt ne hæc onera, puta angarias, parangarias vel paraueredos præstent. Secundum, vt ne præstent metatum siue hospitis suscipiendi munus, de quo dicemus in tit. de metatis. Hoc ædibus indicitur, Illa fundis.

III. IMPP. LEO ET ANTHEMIVS AA. IOANNI COMITI ET MAGISTRO OFFICIORVM. Cubicularios tam sa- D cri cubiculi mei, quàm venerabilis augustæ, quos vtrosque certum est obsequiis occupatos, & aulæ penetrabilibus inhærentes, diuersa iudicia obire non posse: ab obseruatione aliorum tribunalium liberamus, vt in sublimitatis solummodo tuæ iudicio propositas aduersus se excipiant actiones.

Et inscriptionis similitudo, & eorum qui sacræ vesti deputati sunt cum cubiculariis adfinitas exi- E git, vt huic legi coniungatur l.3.§.de castrens.& minist. Eundem ij omnes iudicem habent, magistrum officiorum, quem ἡγούμενον τ̃ βασιλείων Theodoritus vocat libr. 5. capit. 20. Idem iudex est silentiariorum & ministerialium omnium.l.4.§.de silent.l.vlt.§.de castrens.& minist. & decanorum.l.2.§.de decanis, & eorum qui militant in sacris scriniis.l. in sacris scriniis.§. de prox. sac. scr. & agentium in rebus post ducenæ vel centenæ gradum.l.ex eo.§.de agen.in reb.& scholarium. l. vlt.§. de priuil.schol. denique totius palatij disciplina ad eum spectat. Quia verò fabricarum & limitum cura ad eum spectat, iudex etiam est fabricensium.l.pen. §. de fabric. & ducum & limitaneorum & castris præpositorum.l.viros.§.de diu. off. Huic similem esse eum arbitror qui in Gallia dicitur, *Preuost de l'hostel.* Vtrosque.] Quidam Cod. *vtrusque.*

F
IIII. IMP. LEO A. PVSEO PP. Iubemus omnes qui vel iam in sacrum cubiculum cuiuspiam liberalitate donati, alio've titulo dati vel dandi, principalibus obsequiis inhærere vel antè meruerant, vel postea meruerint, (licet nulla interueniente scriptura, nulla confectione gestorum) postquàm deuotissimis cubiculariis fuerint sociati, ad conditionem libertatis ingenuitatisque rapiantur, raptique videantur. hoc non solùm circa superstites, sed etiam circa mortuos volumus custodiri. G
Nam cùm hoc priuilegium videatur principalis esse proprium maiestatis, vt non famulorum, sicut priuatæ conditionis homines, sed liberorum honestis vtatur obsequiis: periniquum est eos duntaxat pati fortu-

A næ deterioris incommoda. Sed testamenta quidem ad similitudinem aliorum, qui ingenuitatis infulis decorantur, pro sua liceat eis condere voluntate. intestatorum verò nemo dubitet facultates, vtpote sine legitimis successoribus defunctorum, fisci viribus vindicari. Et hæc omnia tunc diligenti obseruatione volumus custodiri, cùm sponte suaque voluntate quis dederit eunuchum sacri cubiculi ministeriis adhæsurum. Si verò quidam fuerit violenter extortus, aut inuito domino vel ignaro intra sacrum ausus sit militare cubiculum: liceat domino destinatum sacra ex lege cubiculariis interpellare iudicium, & eum quem probauerit nolente se vel inscio sacrum penetrasse cubiculum, vt suum famulum cum peculio consequatur. Sed & sicut læsis implorandi præsidij facultatem denegari non conuenit: ita nec calumniandi viam patimur diutius esse patefactam. Ideoque tempus quinquennij præfinimus, intra quód contra eum suas debeant exercere quæstiones: vt si medio C tempore mouere distulerint, vlterius eis tanquam in suum famulatum vindicandi, vel eius vt serui peculium, vel bona quasi liberti copia denegetur. Hæc omnia quæ super deuotissimis cubiculariis sancimus, etiam ad cubicularias, quæ à dominis in sacrum cubiculum datæ vel dandæ sunt, superstites atque mortuas extendi propagariq; decernimus.

Vt seruus à domino oblatus cubiculo principis statim liber & ingenuus fiat. Hanc legem intellexit interpres Iuliani dum ita scripsit in No.30. Constitutio posita est Leonis vt mox oblatus fuerit aliquis eunuchus principi, in ipsa oblatione fiat liber. Quòd si ingenuus fit, nullum ius patronatus habet dominus qui eum obtulit, ideóque intestato fiscus succedit, quia nec cognationem vllam nec patronum habet. Testamentum quoque facit liberè præterito domino qui eum cubiculo principis addixit. Quòd si inuito aut inscio domino obrepserit in cubiculum principis, eius vindicatio quinquennij præscriptione tollitur. Aliam dignitatem vel militiam armatam adepto seruo, vindicanti domino non obstat nisi longa præscriptio, vt dicemus in l.pen.§.qui mil.pos. Clerici autem vindicationi obstat anni præscriptio, Monachi triennij ex No.123.quod Leo abrogat in No. 9. & 10. **Donati alio'ue titulo dati.**] Diuersa hæc sunt, donata, data, concessa, vt in lege Agraria, & in l.Lucius.D.de leg.2. **Eos dumtaxat.**] mortuos scilicet. **Eunuchum.**] Castratis cubiculariis principes vtebantur, quos etiam eunuchos dici plerique putant à cubiculo custodiendo, quòd ἔχειν significet etiam custodire. Leo No. de eunuchis 98. *καὶ τὸ εὐνοῦχος ἀνυπόπτους φύλακας εἶναι, τοῦτο γὰρ ἡ κλῆσις ἐγγυᾶται.* qua de re scripsimus in l.6.D.de lib.& post. Ambrosius v. Epist. *Gallicanus præpositus cubiculi eunuchus regius.* Socrates VI. *Εὐτρόπιος γὰρ εὐνοῦχος πρωτεύων τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος καὶ τὴν τοῦ ὑπάτου ἀξίαν πρῶτος εὐνούχων λαβών.* Euagrius lib. IIII. *ἐν τοῖς βασιλικοῖς ἐξυπηρετούμενοι κοιτῶσιν οὓς εὐνούχους ἡ συνήθεια καλεῖ.* Claudianus I.in Eutropium:

*Præfecti sed adhuc gemmis vestiq; dabantur*
*Custodes, sacroq; adhibere silentia somno.*
*Militia eunuchi nunquam progressa cubile*
*Non vita spondente fidem, sed inertia tantùm*
*Mentis pignus erat, secreta monilia seruent,*
*Ornatus curent Tyrios.*

**Iudicium.**] magistri officiorum.l.prox.§. **Mouere.**] Mouere, id est, agere vt in l.3.§.de præs. 30. *nulli mouendi vlterius facultatem patere*, & in l.3.§.de quadr. præs. *omnis motus*, id est, omnis actio, *πᾶσα κίνησις*. Græcæ locutiones sunt.

V. I. IMP. ANASTASIVS A. EVSEBIO MAGISTRO OFFICIORVM. Iubemus duobus viris illustribus præpositis vtriusque sacri cubili tam nostræ pietatis, quàm serenissimæ nostræ coniugis, qui post finitam militiam senatorio fuerint consortio sociati, licere quoties ad adspic

ſpiciendos agros ſuos, vel ob aliam cauſam proficiſci voluerint, cingulo A vti: cùm hoc ad implendum eorum deſiderium, & ad nullius læſionem reſpicere videatur.

Hæc lex oſtendit præpoſitos ſacri cubiculi depoſita adminiſtratione in ſenatorium ordinem conſcribi, & l.3.§.vbi ſenat.vel clariſ. eisq; extra vrbem proficiſcẽtibus cingulo militari vti licere, id eſt, ξιφηφορεῖν.

## *De quæſtoribus, magiſtris officiorum & comitibus ſacrarum largitionum & rei priuatæ.* *Tit. 6.* B

I. IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. RESTITVTO P. V. Qui ex quæſturæ honore, aut officiali magiſterio, aut comitiua vtriuſq; ærarij noſtri attonito ſplendore viguerunt: acclamatione excipiantur ſolita, nec prætereantur vt incogniti. DAT. VIII. KAL. IVL. THESSALONICÆ GRATIANO V. ET THEODOSIO I. AA. COSS. C

Perperam in hac lege contra fidem veterum complurium ſcriptum eſt, *officiali*, cùm ſit ſcribendum, *Efficaci*, ad differentiam ex quæſturæ honorariæ, quam publicè ab officiis & præconibus acclamatione & ſalutatione excipi oportet, perinde atq; ex magiſterium efficax, id eſt, re ipſa adminiſtratum & ex comitiuam ſacrarum priuatarumque largitionum. Ceterùm has dignitates non fuiſſe pares arg. eſt l.2.§.vt dig.or.ſer. Vtriuſque ærarij.] Iam oſtendimus in l.9.§.de iu.fiſ. duplex eſſe ærarium, ſacrarum largitionum ſiue remunerationũ, rerum priuatarum quæ à propriis Comitibus gubernantur. Habent & proprios rationales. l.vlt.§.de adu.fiſ. l.1.§.de anno.& cap. Palatinum officium vtriuſque ærarij. No. Valent. de 30.an.præſ. D

## *De primicerio & ſecundicerio & notariis.* *Tit. 7.*

In ſchola notariorum primum locum tenet vir ſpectabilis primicerius, id eſt, primus ſiue protonotarius: à Socrate VII. c. XXIII. πρωτοστάτης τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων. Gallicè, *le doyen*. Cerius productio eſt verbi. qua forma Auguſtinus D. Stephanum primicerium martyrum vocat in ſermone XXI. & Baldricus Dolenſium archiepiſcopus in hiſtoria Hieruſalem, D. Petrum primicerium Apoſtolorum. Et ſunt etiam aliorum officiorum primicerij, veluti cubiculariorum, menſorum, decanorum, fabricenſium, ſcriniorum vtriuſq; ærarij, palatinorum, aduocatorum, domeſticorum & protectorum. & generaliter quælibet corpora, ſcholæ, collegia ſuum primicerium habent, & conſequenter ſecundocerium, tertiocerium, quartocerium: & qui eſt, verbi gratia, hoc anno tertiocerius, ſequenti eſt ſecũdocerius, tertio primicerius. l.vlt.§.de dom.& prot. Primicerius autem fere biennalis eſt. Poſt biennium ſolutus militia, hic quidem notariorum ordinis primus quo de agimus, magiſtri officiorum titulo & codicillis donatur ſine re. l.2.§.hoc tit. Ex reliquis qui in conſiſtorio notariorum funguntur officio, alij ſunt tribuni prætoriani & notarij. No. 13. & l. reſtituendæ. §. de adu. diu. iud. alij tribuni reſidui ordinis & notarij: alij domeſtici & notarii. l.1.& 3.C.Th.eo.tit. ſunt & cubicularij chartularij. No. 8.24.26.27. Iuliani interpres cubicularium interpretatur chartulariũ, Marcellinus Comes Narſen chartularium & cubicularium, qui emittat σύμβολα, id eſt, commonitoria. Hi omnes vulgò ſecretarij dicũtur, notarij ſecretorum à Fl. Vopiſco. A ſecretis. l.5.§.qui mil.poſ. Procopius 2. de bel. Perſ. τῶν ἀπορρήτων γραμματέα, ἀσηκρῆτις καλοῦσι. Marcellinus Comes in Chronicis: *Miſſo ad ſe pro pepigendo fœdere Armenia à ſecretis*. Ab Anna in Alexiade III. σηκρετικός, οἷς δὴ τῶν πρεσβευτὰς τῶν σηκρήτων ἀναφέροντας ἢ τῶν ὑπ᾽ αὐτὸν σηκρετικῶν. Sunt eorum in Gallia genera quatuor. De ſecundicerio notariorum eſt l.21. C.Th. de petit. de quo ſub hoc tit. nihil. Itaque mallem titulum ita concipi vt in Cod. Theodoſiano, *De primicerio & notariis*. E F

I. IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. EVTROPIO PP. Præcipua eſt noſtræ pietatis intentio circa notariorum nomen. atque ideo ſi vnquam huius ordinis viri laborem quiete mutauerint, vel ſenectute poſuerint, ſeu cum alia dignitate poſt hanc qualibet vſi ſint: non omittant prioris vocabulum militiæ, G

ſed

A ſed compendium ſequentis honoris aſſumant. & ſi quis ex officio vel præcipuè ſublimitatis tuæ temerario aſſenſu in diſcuſſiones, peræquationes, aliam denique vllam rem inquietator extiterit: officium ſuum nouerit, vel leuis culpæ offenſione detecta, grauis multæ diſcrimine fatigandum, & numerariorum corpus extincto iniuriæ auctore minuendum. DAT. XVII. KAL. IVL. THESSALONICÆ GRATIANO V. ET THEODOSIO I. AA. COSS.

B Duo proponuntur in hac lege. Vt maior dignitas exnotariis circa huius militiæ priuilegia non noceat. quod generaliter traditum eſt l.3. §.de dignitat. Vt non iniungantur eis cenſus vel diſcuſſiones vel peræquationes. qnod traditur etiam in l.2. Temerario aſſenſu in.] Corrige, *temerarius ad cenſus, diſcuſſiones*, &c. vt in l.2. Minuendum.] Tabularij ſiue numerarij præſidum aut præfectorum plerunque cenſus, diſcuſſiones, peræquationes iniungunt, quas tamen ſi exnotariis iniunxerint, graui multa coërcentur, & corpore numeratiorum exiguntur. Huc valde pertinet l.pen. ℐ.de pri.eor.qui in ſac.pal.

II. IMP. ZENO A. *. MAGISTRO OFFICIORVM. Præ-C claram nobilemq; militiam ſpectabilium tribunorum notariorum, qui glorioſis obſequiis nonnihil reipublicæ commoditatis adferunt & decoris, diuerſis beneficiorum titulis muniendam credimus & augendam. nam biennales metas viro ſpectabili pro tempore primicerio agendis numeris duximus ſtatuendas. hos autem tribunos, qui ſuis negotiis occupati minimè ſacrum palatium curauerint frequentandum, niſi intra annale ſpatium reuertantur (quamuis commeatus iura prætendunt) pro D abſentia quidem vnius anni, vnius gradus: ſi verò duobus annis abſuerint, duorum: ſi tribus, trium: ſi quatuor, ſimiliter quatuor graduum ſubire iacturam, his qui inferiores eis fuerint, poſtponendi. Qui verò per quinquennium integrum ſe præſentare ceſſauerint: exemptos matricula tantùm nomine tribunorum, nec verò ordine perpotiri: his in hunc modum diſpoſitis, vacationem cenſus, diſcuſſionis, peræquationis, & cuiuſlibet alterius rei habituros. E Illud præcipuè prouiſionem noſtram flagitare perſpeximus, ne per ambitionem, vel gratiam, aut cuiuſlibet occaſionis obtentu, vel laborum ſeu ſollicitudinum ſpecie, publicorum cuiquam liceat aliquando graduum ſeriem conturbare, & temporum ratione calcata dudum militantibus anteferri, & quæ longis prolixisq; ſtipendiis defenſa iam pollicetur ſenectus, gratioſa feſtinatione ſubripere. Hoc etiam adiiciendo, vt primicerius poſt depoſitam publicam numerorum ſollicitudinem, ac ſi ipſam geſſiſſet adminiſtrationem, F cuius conſequitur dignitatem, magiſtri officiorum pro antiqua conſuetudine infulas ſortiatur: omnibus vacantibus, quamuis tempore præcedentibus, præponendus.

Vt primicerius notariorum ſit biennalis. quod & de primicerio fabricenſium, & primicerio officij præf. vrbi conſtitutum eſt l. 2. §. de fabricenſ. l. vlt. §. de off. præf. vr. & in aliis. l. 1. ℐ. de decan. l. 1. ℐ. de menſor. l. Alexandrinis. §. de decur. Fruſtra Acc. opponit l. 2. & pen. ℐ. de numer. G quæ nec de primicerio loquuntur, nec de notariis qui ad imperialia ſecreta pertinent, ſed de numerariis præſidum vel magiſtri officiorum. Item vt tribuni notarij, etiam ſi cum commeatu annum abfuerint, vno gradn inferins demittantur: ſi biennium, duobus: ſi triennjum, tribus: ſi quadriennium, quatuor: ſi quinquennium, tum ordine pellantur, retento tamen vocabulo militiæ, & priuilegio dato in l. 1. §. Habent etiam hoc priuigelium x. primi tribuni & notarij poſt primicerium, vt ſicut primicerij, ita & ipſorum domus à metatis excuſentur. l. pen. & vlt. ℐ. de metatis. & gene-

 taliter

raliter notatij ab omnibus sordidis muneribus excusantur. l. maximarum. §. de excusat. mun. Aliud item primicerio datur hac lege, vt deposita administratione, illustrem magistri officiorum titulum consequatur, quo fretus ceteris vacantibus etiam antiquioribus non cedat. Cassiodorus in formula primicerij notariorum: *Additur etiam perfuncti laboris aliud munus, vt si quo modo ad illustratum vel vacantem meruerit peruenire, omnibus debeat anteponi, qui codicillaris illustratibus probatur ornaari.* Agendis numeris.] Videtur primicerius tractasse numeros & matriculam scholarum. vnde & paulò pòst, publicam ait eum numerorum solicitudinem sustinere. & in Notitia Rouel. imperij: *Sub dispositione v. s. primicerij notariorum omnis dignitatum & administrationum notitia, tam militarium quàm ciuilium.* Scholas etiam & numeros tractat. In No. LXXXV. numeros Iulianus interpretatur matriculas. Postponendi.] Vet. *postponendos.* Matricula.] Vulgare est nomen notumq́; omnibus. Notæ publicæ in l. 5. ǰ. qui mil. pos. Patriculæ in l. 5. Cod. Th. de domes. & prot. Carthag. concilij c. 120. μὴ συνεχαλῆσθῆ τῇ μάτρικι. Zonaras ita interpretatur, ἡ βλαβήσεται ἐκ τοῦ καταγεγράφθαι ἐν τῇ ἀπογραφῇ τῶν διαφερόντων τῇ ἐκκλησίᾳ. Defensa iam.] Vet. *Defessa sibi iam.*

## *Vt dignitatum ordo seruetur.* *Tit.* 8.

I. IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD PRÆTEXTATVM P. V. Si quis indebitum sibi locum vsurpauerit, nulla se ignoratione defendat, sitq́; planè sacrilegij reus, qui diuina præcepta neglexerit. DAT. XII. KAL. IVN. MEDIOLANI RICHOMERE ET CLEARCHO VV. CC. COSS.

Hic titulus non est de prærogatiua temporis quę seruatur inter pares, sed de dignitatum diuersarum ordine & gradibus, quos Imp. Valentinianus præscripsit edita Constitutione ad Ampelium præf. vrbi, cuius partes sunt l. 1. §. de præfr. præt. siue vr. l. 1. C. Th. de quæstor. l. 1. C. Th. de mag. scr. l. 1. ǰ. de com. rei milit. l. 4. C. Th. de hon. cod. Valentiniano hic ordo tribuitur in l. 2. C. Th. eod. tit. quod caue ne referas ad l. 2. huius tit. quæ longè alterius est Valentiniani. Constituitur autem hac lege, vt qui hunc ordinem perturbauerit, reus sit sacrilegij, quasi violator sacrarum Constitutionum.

II. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. CYRO PP. Omnes priuilegia dignitatum hoc ordine seruanda cognoscant, vt primo loco habeantur ij, qui in actu positi illustres peregerint administrationes. secundo veniant vacantes, qui præsentes in comitatu illustris dignitatis cingulum meruerint. tertium verò ordinem eorum prospicimus, quibus absentibus cingulum illustris mittitur dignitatis. quartum honorariorum, qui præsentes à nostro numine sine cingulo codicillos tantùm honorariæ dignitatis adepti sunt. quintum eorum, quibus absentibus similiter sine cingulo mittuntur illustris insignia dignitatis. Sed administratores quidem, & Comites rei priuatæ omnibus vacantibus honorariis anteponi censemus. vacantes autem post administratores venientes non omnes omnibus iam honorariis credimus præponendos, sed eos vacantes illis honorariis, qui similem adepti sunt dignitatem, vt præfectus prætorio non quæstorius præfectorio præponatur, pariq́; modo quæstorius quæstorio, non vacans Comes thesaurorum vel Comes rei priuatæ honorario quæstorio vel magistro officiorum præferatur. Inter administratores illos etiam numerari decernimus, quibus illustribus in sacro nostro consistorio cunctis aliquid ordinariæ dignitatis vel antè commisimus, vel postea committemus peragendum. verbi gratia, si vacanti magistro militum belli cura committatur. cur enim aut vir magnificus Germanus magister militum vacans appelletur,

cui

cui bellum contra hostes mandauimus? aut cur excellentissimus, Pentadius non egisse dicatur præfecturam, cuius illustribus cunctis dispositionibus vice prætorianæ præfecturæ miles in expeditione copia & commeatu abundauit?

Hæc Nouella Valentiniani quæ fuit inscripta, De honoraris & quis præferatur in gradu, quinq; facit virorum illustrium gradus. Primus est eorum qui verè illustrem dignitatem gesserunt. Secundus est vacantium præsentium in comitatu principis. Tertius vacantium absentium. Quartus honorariorum præsentium. Quintus honorariorum absentium. Differentiam facit inter vacantes & honorarios, sicut & l. 9. ꝟ. de metatis, inter eos quibus illustratus sub cingulo, & quibus citra cingulum delatus est. & in integra No. Theod. de metatis quam habemus, *Licet*, inquit, *vacantis militia cingulo vtantur vel honoraria prærogatiua potiantur insignibus*. & paulò pòst: *illustrem dignitatem inter vacantes vel honorarios consecutus*. Vacantes ζωστοὶ sunt, Honorarij ἄζωστοι. Cum cingulo defertur plerumque iis quibus merito antè gestæ administrationis defertur: vt primicerius notariorum peracta administratione fit magister officiorum vacans, primicerius domesticorum tribunus vacans. & ita apud Vegetium vicarios, comites, tribunos vacantes accipere oportet, & in Cod. Theodosiano tit. de Comitibus vacantibus, & apud Ammianum sæpe lib. 16. 18. 31. Hidem adscriptitij dicuntur. Trebellius in Balista: *Gaudens quòd eius consilio nullum adscriptitium, id est, vacantem haberet*. Lampridius in Alexandro: *Ne quem adscriptum, id est, vacantium haberet*. Vbi vulgò malè *vagantium*. Dicuntur & allecti. Et inter agentes in prima & secunda Constitutione de faciendo & confirmando Codice, & in l. vlt. C. Th. de hon. cod. in qua ita est: *Ne quis sibi expetat siue imaginarios siue inter agentes codicillos acceperit, vt eis qui egerit ratione temporis præferatur*. Et in l. 5. ꝟ. de metatis, vbi pro *Iter agens*, legendum, *Inter agens*, vel *inter agentes*. Et in l. 1. ꝟ. de silent. Ab his honorarij siue imaginarij, vt dixi, sunt longè diuersi. Hi nullum cingulum gestant, nullo merito antè gestæ administrationis hunc honorem consequuntur, sed solo codicillorum principalium beneficio. l. 3. §. vbi senat. vel cla. l. 1. C. Th. qui à præb. tyr. vbi quod ait, *vel qui*, honorariorum est definitio, Nō. 70. cuius generis etiam pontifices & augures & quindecim viros sacris faciendis Seuerum fecisse memoriæ proditum est. Præterea vacantibus datas annonas Lampridius significat, quas nullas honorarios constat habuisse. Itaq; vacantes honorariis optimo iure præferuntur. Non tamen omnibus. His namque qui simili dignitate ornati sunt, proculdubio præferuntur, veluti præfectorius vacans præfectorio honorario, quæstorius vacans quæstorio honorario. His autem qui ampliori dignitate præditi sunt non præferuntur, veluti quæstorius vacans non præfertur præfectorio honorario, Comes vacans non præfertur quæstorio vel exmagistro honorario. denique vacantes omnibus honorariis non præferuntur. At administratores omnibus vacantibus, omnibus honorariis præferuntur. Et illustribus administratoribus adnumerantur vacantes, qui non sunt otiosi, sed ordinariam dignitatem aliquam gerunt, veluti Germanus magister militum vacans contra Vandalos dux magna classe missus à Theodosio, iam non pro vacante illustri, sed pro administratore habetur. Ducatus ipse est ordinarius, id est, clarissimus vel perfectissimus. Prospicimus.] Vet. *perspicimus*. Etiam Comites.] qui illustrium virorum supremi sunt. Comes ergo qui verè priuatum ærarium administrauit, præfertur præfectorio vacanti vel honorario. Omnibus.] Scribendum, *omnibus vacantibus, omnibus honorariis*. Vel magistro.] Quidam Cod. *exmagistro*. Cunctis.] Corrige, *Cinctis*. Vacantes cincti sunt, Honorarij non item. Sic & in fi. *cuius illustribus cinctis dispositionibus*. ἄντως συνταξεῶν, *cuius cinctis illustribus dispositionibus*. Germanus.] Hunc auctore Paulo & Prospero Theodosius ducem contra Vandalos fecit, cùm, vt hoc loco ostenditur, esset magister militum vacans. Pentadium autem qui erat præfectorius vacans, curatorem copiarum fecit, quæ auctoritate præfecti prætorio solebant ordinari. l. 4. ꝟ. de erog. mil. an. De hoc genere curationis agitur in l. ob negotium. D. de compens. Est autem legendum in fine huius legis, *Copia commeatuum abundabit*. fuerant namque ij duo recèns designati ad expeditionem Vandalicam.

## *De magistris scriniorum.* *Tit. 9.*

I. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. ZOILO PP. ORIENTIS. Viris spectabilibus magistris omnium sacrorum scriniorum nostræ beneuolentiæ liberalitas tribuēda est, qui nostræ quodammodo adsidere maiestati videntur. ideoq; post depositum etiam officium ab omni indictionis onere, seu ciuilium, seu militarium iudicum, prorsus immunes esse præcipimus: vt nec ab amplissima quidem sede tui culminis eis vlla molestia super suscipiendo quolibet grauamine

 penitus

penitus iniungatur. Hoc beneficium ad proximos etiam ſacrorum ſcriniorum, & ex proximis volumus propagari: quinquaginta librarum auri officio tui culminis condemnatione multando, ſi quid aduerſus ſtatuta clementiæ noſtræ innouari conceſſerit. DAT. V. KAL. MAR. THEODOSIO A. XVIII. ET ALBINO COSS.

Ex magiſtris ſcriniorum qui & ἀντιγραφεῖς & principes ſcriniorum dicuntur à Lampridio in Alexandro, alij ſunt magiſtri memoriæ, qui adnotationes omnes dictant & emittũt, & precibus reſpondent. l. vlt. §. de diu. reſ. No. Valent. de homicid. inde Trebellius Pollio in Claudio: *Hanc epiſtolam ipſe Claudius dictaſſe perhibetur. ego verba magiſtri memoriæ non requiro.* Alij ſunt magiſtri epiſtolarum, qui legationes ciuitatum, conſultationes & preces tractant, à Dione τὰς ἐπιστολὰς διαχειρίζοντες dicuntur, ſicut magiſtri libellorum, libellos agentes in l. reſcriptum. D. de diſtr. pig. qui cognitiones & preces tractant. Lampridius in Alexandro: *Poſt meridianas horas ſubſcriptioni & lectioni epiſtolarum ſemper dedit operam, ita vt ab epiſtolis & libellis & à memoria ſemper adſiſterent. nonnunquam etiam ſi ſtare per valetudinem non poſſent, ſederent, relegentibus cuncta librariis & iis qui ſcrinium gerebant.* ex quo loco notandum eſt ex ſcriniariis fuiſſe quoſdam qui ſcrinium gerebant. vnde Sudas: *σκρινιάριος ὁ αἴρων τὸ σκρίνιον ἤτοι κιβώτιον.* Sunt verò ij ſcriniorum magiſtri ſpectabiles, honore comitum ornati, adſeſſores quodammodo principis, immunes etiam depoſita adminiſtratione ab omnibus ciuilibus muneribus. l. eos. §. de exc. mun. Eadem immunitas & poſt depoſitum officium proximis ſacrorum ſcriniorum datur viris ſpectabilibus, honore vicariorum ornatis, de quibus ſuo titulo dicemus inferiùs. Illud ſciendum eſt, à magiſtris ſcriniorum ſeparandos eſſe referendarios qui & ipſi ſpectabiles ſunt, licet videantur in Gallia magiſtri requeſtarum vtrumque munus eſſe complexi. Referendarij ſunt qui ſupplicum deſideria principi referunt & exponunt, iuſſiones principis iudicibus inſinuant. No. 10. 113. 124. ac nonnunquam, vt Sigebertus ſcribit in Chronico, publicas conſcriptiones anulo ſeu ſigillo regis confirmant. Hidem non ſunt apud Caſſiodorum III. Variarum, referendi curiæ, vt eiuſdem Caſſiodori formula de referendis in ſenatu docet. Hidem in Notitia Romani imperij ſæpe inter officia non numerari. Regerendarij numerantur, qui ſunt à regeſtis ſiue libellis. corruptè apud Caſſiodorum lib. XI. *regendarij.* Sed de his ſatis.

## *De Comitibus conſiſtorianis.* Tit. 10.

I. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. SEVERINO P. V. Eos qui tranquillitatis noſtræ conſiſtorij dici Comites meruerunt, ſpectabilibus proconſulibus æquari generaliter decernimus. DAT. VII. KAL. OCT. CP. THEODORO V. C. COS.

Conſiſtorium intimum principis, quod Sudas θεῖον συνέδριον vocat, eſt in quo legatos & quoſcunque ſe adeuntes admittit & audit, & de cauſis cognoſcit, inquirentibus in negotium & diſpicientibus conſiſtorianis, vt Ammianus Marcellinus XV. ait, ſiue comitibus conſiſtorij viris ſpectabilibus, quorum multa ſunt priuilegia: à ſordidis & extraordinariis muneribus, à præbitione equorum & tyronum excuſantur. l. maximarum. §. de exc. mun. l. 1. C. Th. qui à præb. eq. ſine fideiuſſione conducunt fundos rei priuatæ. l. 1. C. Th. qui cond. rei pri. & ex hac Conſtitutione proconſularibus exæquantur. De eis fit mentio multis locis. Ambroſius v. Epiſt. c. XXXIII. *Conuenerunt me Comites conſiſtoriani vt baſilicam traderem.* & alio loco: *vbi ſedit in conſiſtorio ingreſſus ſum. aſſurrexit vt oſculum daret. ego inter conſiſtorianos ſteti.* Ex quo loco apparet non adſediſſe conſiſtorianos, ſed ſtetiſſe.

II. IMP. ANASTASIVS A. EVSEBIO MAGISTRO OFFICIORVM. Viros ſpectabiles Comites conſiſtorianos, & coniuges, & liberos, quinetiam ſeruos eorum, atque colonos iiſdem priuilegiis, tam intentiones ab aliis proponendas excipiendo, quàm ſuas contra alios exercendo perfrui, quibus viri clariſſimi principes ſcholarum agentium in rebus per ſacram pragmaticam ſanctionem diuæ memoriæ Zenonis vtuntur.

Additur aliud priuilegium hac Conſtitutione, vt in excipiendis dictandiſq; actionibus tam ipſi quàm coniuges & liberi & ſerui & coloni eorum eis priuilegiis vtantur, quæ ſunt conceſſa viris clariſſi-

A clariſſimis principibus magiſtrianorum per l. vlt. §. de pri. ag. in reb. Quod ait de ſeruis eorum, referri ad cauſas criminales poteſt, & interdum ad ciuiles, vt ſi de momento quæratur, ex l. 1. §. ſi per vim vel alio mo.

## *De Comitibus & tribunis ſcholarum.* Tit. 11.

I. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PRISCIANO P. V. Præpoſitos ac tribunos ſcholarum, qui inquietudinis epulis B adhibentur, & adorandi principis facultatem antiquitus meruerunt (inter quos Comites etiam ſacri ſtabuli, & Cura palatij numerantur) ſi primi ordinis comitiuam cum præpoſitura meruerunt, & caſu ad altiora non peruenerint: depoſito ſacramento inter eos, qui Comites Aegypti vel Ponticæ diœceſeos fuerint, quorum par dignitas eſt, haberi præcipimus: alios qui honore comitiuæ regimen fuerint nacti, abſolutos militia, inter eos, qui duces fuerint prouinciarum, numerari iubemus. DAT. C VII. KAL. APR. CP. LVCIO V. C. COS.

Vulgò malè legitur hoc loco, *Qui inquietudinis epulis.* legendum, *Qui & diuinis epulis.* Scholæ agentium in rebus habent præpoſitos & tribunos, ad quos ſcholarum gubernatio pertinet, qui & Comites ſcholarum dicuntur l. 1. §. de pri. ſcho. l. 3. §. de offic. mag. off. quòd plerumque ornati ſint comitiua primi ordinis, qui titulus honorarius eſt, inuentus à Conſtantino Imperatore, dum ſingulos quoſque honore aliquo cumulare cupiebat maximè, ſecundi etiam ordinis & tertij Comitibus creatis. Euſebius IIII. de Conſtantini vita. κομήτων δ' οἱ μὲν πρώτου τάγματος ἠξιοῦντο, οἱ δὲ δευτέρου, οἱ δὲ τρίτου. Hac verò dignitate ornati præpoſiti & tribuni ſcholarum hæc beneficia habent, vt interſint Imperatoris epulis, & vt adorent purpuram eius. quod pro ſummo beneficio habetur. D Euſebius eodem libro: οἱ δέ γε τῷ παντὸς στρατῷ καθηγεμόνες, κόμητές τι καὶ τῶν τὸ τῆς ἀρχῆς τάγμα οἷς τὸ βασιλεῖ καὶ νόμος πρότερον ἦν προσκυνεῖν. Idem viris clariſſimis Comitibus ſacri ſtabuli datur, id eſt, equorum præfectis & rectoribus, quibus ſportulas præberi ab iis qui equos conferunt, vel pretia eorum oſtendit l. 3. C. Th. de eq. col. & l. 29. C. Th. de annonis & trib. In Codice Theodoſiano hoc titulo tribuni appellantur, vt ab Ammiano Marcellino ſæpiſſime. Sed id comitiua tantum honoratis datur. Malè inde deducere quoſdam opinor Coneſtabli appellationem, quæ eſt merè francica. atque ideo in Notitia græca officiorum Conſtantinopoleos is definitur, κεφαλὴ τῶν ῥογατόρων στράτων. Comites ſacri ſtabuli ſunt, qui Gallicè dicuntur, *Eſcuyers.* His adiungitur etiam Cura palatij. Is erat architectus, ad quem cura fabricæ palatij pertinebat, cui auctore Caſſiodoro pro honoris inſigni hoc erat attributum, vt auream virgam geſtans ante Imperatorem incederet. Custodiam aulæ Euagrius vocat lib. v. Cura prætorij qui dabatur tribuno militum, de quo Trebellius E in Claudio, diuerſa functio eſt. Porrò iis quos diximus præpoſitis & tribunis ſcholarum honore comitiuæ decoratis, & Comitibus ſtabuli & Curis palatij, peracta militia hic honor defertur, vt Comitibus, Ægypti & Ponticæ diœceſeos exæquentur, vel ſi ſcholas rexerint ſine honore comitiuæ, ducibus prouinciarum, qui diœceſeos Comitibus inferiores ſunt, licet vtrique ſpectabiles. Alios qui.] Hic locus miſerè deprauatus eſt. Vet. habent, *In alius qui.* Alij, *In aliisq.* Legendum, *Sin abſque honore comitiuæ regimen fuerint nacti.* regimen, ſcilicet ſcholarum. quo nihil eſt euidentius.

## *De Comitibus rei militaris.* Tit. 12.

F I. IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AMPELIO P. V. Qui contemplatione meritorum, ducto intra prouincias tranſmarinas ſtrenuiſſimo milite, primi ordinis comitiuam fuerint conſecuti: ea reuerentia altiſſimarum dignitatum viris ſubiugantur, vt his locum præſtent, qui proconſulatus inſignibus adornantur. DAT. III. NON. IVL. NASONNACI MODESTO ET ARINTHEO COSS.

Duo fuerunt in Oriente Comites rei militaris, Comes limitis Auguſti, & Comes Iſauriæ, vt ex Notitia conſtat. His Comites diœceſeos Ægypti & Ponticæ longè ſunt ſuperiores, qui diuiſam cum vicariis adminiſtrationem habent. l. 1. §. de off. vic. Eoſdem etiam ſuperant proconſules Aſiæ

& Achaiæ, & duces prouinciarum Lybiæ, Thebaidos & Armeniæ. Ceteris tamen ducibus veluti Phœnices, Mœsiæ, Mesopotamiæ adæquantur, vt lex proxima ostendit, videlicet si spectabiles sint, id est, honorati comitiua ordinis primi. A

II. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PRISCIANO P. V. Eos qui sub comitiua primi ordinis dignitate peculiariter ad quamlibet prouinciam vel prouincias defendendas milite credito auctoritate nostri numinis destinantur: & eos qui vicem illustrium virorum magistrorum militum susceperint peragendam: ducibus qui præter Ægyptum & Ponticam in aliis prouinciis administrauerint, adæquamus. DAT. XII. KAL. APR. CP. LVCIO V. C. COS. B

Quæ diximus ad legem primam, & huic & illi sufficiunt. Adiunguntur præterea Comitibus rei militaris qui vicem magistrorum militum gesserunt.

## *De Comitibus & Archiatris sacri palatij. Tit. 13.*

C

I. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PRISCIANO P. V. Archiatros intra palatium militantes, si comitiuæ primi ordinis nobilitauerit gradus, inter vicarios taxari præcipimus: siue iam pridem deposuerunt militiam, siue postea deposuerint: ita vt inter vicarios & duces qui administrauerint, & hos qui comitiuam primi ordinis meruerint, nihil intersit, nisi tempus quo quis administrauerit, vel comitiuæ adeptus est insignia. DAT. XII. KAL. APR. CP. LVCIO V. C. COS. D

Qui dicantur archiatri notissimum est. Hi si honorati sint comitiua primi ordinis, vicariis & ducibus exæquantur, ita vt inter eos nihil nisi ratione temporis intersit. Vt igitur tit. de Comitibus & tribunis scholarum, sic accipitur, de tribunis scholarum comitiua primi ordinis decoratis: & tit. de Comitibus rei militaris, id est, de præpositis militum eadem comitiua decoratis: sic & huius tit. hic est sensus, de archiatris comitiuæ primi ordinis honore præditis. Non est etiam dubitandum titulum de Comitibus consistorianis, sic esse accipiendum, de consistorianis comitiua primi ordinis decoratis. & ideo Cassiodorus in formula eiusdem comiuæ, *Spectabilitas*, inquit, *clara & consistorio nostro dignissima.* & paulò pòst: *Comitiuam tibi primi ordinis largimur, vt consistorium nostrum sicut rogatus ingrederis, ita moribus laudatus exornes.* & in antiqua inscripoone: *Memmio Vitrasio Comiti in consistorio primi ordinis.* Sequens etiam titulus est de rectoribus prouinciarum eodem honore prædiös. Notandum illud valde, vicarios & duces exæquari: & archiatris interdum non primi, sed secundi ordinis comitiuam dari. l. vlt. ℥. de profes. & med. E

## *De Comitibus qui prouincias regunt. Tit. 14.*

I. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PRISCIANO P. V. Eos qui administratione ciuili ac prouinciæ gubernaculis sub iurisdictionis licentia Comites quoque primi ordinis esse meruerint, vicariæ dignitatis post depositam administrationem priuilegiis frui oportet. DAT. XII. KAL. APR. CP. LVCIO V. C. COS. F

Idem hæc pars dat Comitibus & rectoribus prouinciarum, quod superior Comitibus & archiatris sacri palatij. Ex coniunctione harum quatuor partium hoc efficitur, Comites primi ordinis non omnibus spectabilibus anteponi. quod falsò comminiscitur Cassiodorus in formula. Sed ideo dicuntur primi ordinis, quòd alij sint secundi & tertij ordinis inferiores. G

## *De professoribus qui in vrbe Constantinopolitana docentes ex lege meruerunt comitiuam. Tit. 15.*

IMP.

A I. IMP. THEODOSIVS A. ET VALENTINIANVS CÆS. THEOPHILO P. V. Grammaticos tam græcos quàm latinos, ſophiſtas, & iuriſperitos in hac regia vrbe profeſſionem ſuam exercentes, & inter ſtatutos connumeratos, ſi laudabilem in ſe probis moribus vitam eſſe monſtrauerint, ſi docendi peritiam, facundiamq́; dicendi, interpretandiq́; ſubtilitatem, & copiam diſſerendi ſe habere patefecerint, & cœtu ampliſſimo iudicante digni fuerint æſtimati, cùm ad viginti annos B obſeruatione iugi ac ſedulo docendi labore peruenerint, placuit honorari, & his qui ſunt ex vicaria dignitate, connumerari. DAT. ID. MAR. CP. THEODOSIO A. XI. VALENTINIANO CÆS. COSS.

Profeſſorum liberalium ſtudiorum fuit in vrbe collegium, ſicut & archiatorum. Ergo ſub primicerio & certi ſtatutiq́; fuerunt. Auditorium habuerunt in Capitolio. l. 1. §. de ſtudiis lib. xv. Ro. quam huic eſſe arbitror coniungendam, licet in ſubſcriptione nonnulla diuerſitas ſit, vel eò maximè quòd ita ſit ſcriptum in Codice Theodoſiano, *Digni fuerint aſtimati qui in memorato auditorio* C *profeſſorum fungantur officio*. quod non eſt quò referas, niſi huic illa iungatur, atque ita, *in memorato auditorio*, in Capitolio interpretere. In ſubſcriptionibus eſt error ſæpiſſime. Hos verò profeſſores ex hac lege poſt annum viceſimum honorari placet comitiua primi ordinis & vicariis adæquari. ad quam temporis præſcriptionem reſpicit Quintilianus, dum ſcribit in hunc modum: *Poſt impetratam ſtudiis meis quietem, quæ per* XX. *annos erudiendis iuuenibus impenderam*. quod argumentum eſt iam olim poſt annos XX. perinde ac veteranis emerita profeſſoribus dari conſueuiſſe, illiq́; Quintiliano data, quem primum Romæ ſcholam publicam aperuiſſe ſub Domitiano, & è fiſco ſalarium accepiſſe ſunt qui ſcribant. quod malim ex Suetonio, Veſpaſiano adſcribi. Fit inter hæc mentio in Codice Theodoſiano Leontij Iuriſperiti, qui ea ætate vixerit, quod referendum duxi, quia Iuriſperitorum memoriam celebrare me par eſt: moueorq́, adfinitate nominis vt ei alium adiungam, qui D fuit non multo pòſt, Leonem puta, de quo ita Sidonius cecinit. *Siue ad doctiloqui Leonis ædes, Quo bis ſex tabulas docente iuris, Vltro Claudius Appius taceret, Claro obſcurior in decemuiratu*.

## *De ſilentiariis & decurionibus eorum.* *Tit. 16.*

I. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. VRSO P. V. ET AMILIANO COM. ORD. PR. ET STRATEGIO PP. ILLYRICI. Decuriones noſtri palatij poſt emenſum fideliter obſequium, E poſtq́; depoſita ſacramenta militiæ electionem habeant, ſiue ex magiſtro officiorum velut agentes dignitatem conſequi à noſtra maieſtate maluerint, ſiue inter viros illuſtres Comites domeſticorum videlicet inter agentes taxari: vt tam in adoranda noſtra ſerenitate, quàm in ſalutandis adminiſtratoribus, & reliquis prædicti honoris priuilegiis, necnon in noſtro conſiſtorio his honor omnifariam obſeruetur. DAT. PRID. KAL. NOV. CP. HONORIO X. ET THEODOSIO VI. AA. F COSS.

Silentiariorum officium Zonaras in Anaſtaſio ait eſſe τῶν χαμαιζήλων ἀξιωμάτων. Hi ſunt excubitores in conſiſtorio vel palatio principis, ſtantes ferè ad limina. Conſtantinus de adminiſtratione imperij: διὰ τῶν βήλων ὑπὸ τῶν σιλεντιαρίων συρομένων. Hos Claudianus intellexit, dum ait, *Sacroq́; adhibere ſilentia ſomno*. & ob id excubias agere dicuntur in l. 3. ꝗ. hoc tit. Et ſunt ſub decurionibus. l. 3. in fi. ꝗ. qui aliàs ſacri conſiſtorij decuriones dicuntur, vt 6. Cod. Th. 2. l. vlt. aliàs ſacri palatij, vt in hac l. 1. Marcellinus XX. *Aliquis palatij decurio, quæ ordo eſt dignitatis*. Et ij quidem decuriones abſoluti militia ex magiſtris officiorum vel ex comitibus domeſticorum honore inter agentes nu- G merantur, atque ita illuſtratum vacantem cum cingulo nanciſcuntur, vt nos expoſuimus §. in tit. vt dig. or. ſer.

II. IIDEM AA. VENANTIO PP. Vnuſquiſque decurio vel ſilentiarius à tyronum equorumq́; præſtationibus habeatur immunis. nullam

nullam collationem, quæ plerunq; poſcitur, ſoluat. nihil his vlla poteſtas A iniungat aut neceſſitas imponat.

Decuriones & ſilentiarij immunes ſunt à præſtatione tyronum & equorum, & nudam collationem, quæ plerumque poſcitur, id eſt, canonicam duntaxat agnoſcunt. legendum, *nudam*, non *nullam*. l. 4. J. de prox. ſac. ſcr.

III. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. FLAVIANO PP. Decurionibus & ſilentiariis, etiam ſi ad ſuperio- B rem gradum ſucceſſu meliore tranſcendunt, omnia priuilegia quæ iam dudum diuorum principum iudicio meruerunt, legis iſtius præceptione nouerint eſſe firmata, non præiudicatura quacunque generalitate pragmatica. nec angarias vel parangarias ſiue parauered os vlla eis ampliſſimæ præceptionis imponat auctoritas. ſordidis quoq; muneribus, excoctione calcis, & ſuperindicti grauamine eos liberamus. Domus quoque eorum, non tantùm in hac ſacratiſſima vrbe, ſed in qualibet alia poſitas ci- C uitate, immunes ab omni hoſpitum cuiuſlibet dignitatis inquietudine vindicamus: permiſſa eis veniendi ad comitatum licentia præter euocatoriæ ſecuritatem: multa decem librarum auri iudicibus prouinciarum eorumq; officiis infligenda, ſi ſtatuta noſtri numinis crediderint eſſe contemnenda. His addimus, vt cùm optatam quietem acceperint, & inter viros illuſtres ſenatores cœperint numerari, honore curiæ ſine aliqua functione lætentur, immunitatisq; gaudio plena dignitatis lætitia po- D tiantur: vt dignitatem ſolam habeant ex ſenatu, ſub hac videlicet definitione, vt triginta tantummodo numero ea priuilegia conſequantur. Decuriones quoque tres, ſed eos tunc demum perpotiri decernimus beneficiis ſuprà ſcriptis, cùm per continuos XIII. annos inculpatas excubias peregerint. DAT. VIIII. KAL. APR. RAV. ÆTIO ET VALERIO COSS.

E

Decuriones & ſilentiarij immunes ſunt ab iis muneribus, angariis ſcilicet, parangariis, paraueredis, quæ qualia ſint dicetur inferiùs commodiore loco: excoctione calcis, ſuperindicto, metato. Ad ſacrum comitatum veniunt ſine ſacra euocatoria. Depoſita militia, quia vacantem illuſtratum adipiſcuntur ex l. 1. inter ſenatores illuſtres recenſentur, ſaluis tamen ſuis priuilegiis, ita ſcilicet vt nec onus præturæ nec onus glebale, quod proprium eſt ſenatorum, agnoſcant. & hoc eſt quod dicitur in l. 3. J. de dignit. maiorem dignitatem circa prioris militiæ priuilegia præiudicium non facere. Hæc autem tantùm dantur ſtatutis XXX. ſilentiariis & decurionibus tribus poſt excubias annorum XIII. Decurio præerat X. ſilentiariis. Pragmatica.] Rectius, *Pragmatici*.

IIII. IMP. ZENO A. COSMÆ PRÆPOSITO SACRI CV- F BICVLI. Ne ad diuerſa tracti viri deuoti ſilentiarij iudicia ſacris abſtrahi videantur obſequiis, iubemus eos qui quemlibet deuotiſſimorum ſilentiariorum ſcholæ, vel eius vxorem ciuiliter, vel etiam criminaliter pulſare maluerint: minimè eum ex cuiuſlibet alterius iudicio, niſi ex iudicio tantummodo viri excellentiſſimi magiſtri officiorum, conueniri.

Magiſtri officiorum iudices ſunt ſilentiariorum & coniugum eorum. De iis magiſtris ſuprà dictum eſt ſatis. G

V. IMP. ANASTASIVS A. ANTIOCHO PRÆPOSITO SACRI

ACRI CVBICVLI. Iubemus clarissimorum silentiariorum præditos militia, & si genitorum suorum in potestate sint constituti, quæcunque solatiorum seu emolumentorum, vel donationum, seu hereditatum nomine per militiam, vel quamlibet eiusmodi causam his adquisita sunt, vel fuerint, iure castrensis peculij possidere: nec ea posse vel parentes superstites sibi vindicare, vel auferre, vel etiam post eorum obitum fratres, vel eorum alios heredes, quasi ad defunctorum dominium pertinentia B in diuisionem deducere. nec enim oportet labores eorum aliis fructum vel lucrum adferre. Hac namque ratione simul & contemplatione, nec ipsam militiam vel suffragium quodcunq; pro ea, vel ab iisdem viris deuotissimis silentiariis, vel parentibus eorum, vel quolibet alio datum est vel fuerit, ab his patimur in successione defunctorum parentum conferri, seu nomine collationis in medium easdem offerri pecunias, vel his imputari. Ad hæc de tutelis & curatoribus eos excusari sancimus, ne alie- C narum rerum administrationem subire compellantur, qui propter nostra ministeria nec suis curam seu prouisionem diligenter deferre possunt. Insuper liberos eorum, qui dignitate virorum spectabilium Comitum seu tribunorum decorati sunt vel fuerint, nullatenus nolentes administrationem præfecturæ suscipere seu peragere: omnibus videlicet antè latis priuilegiis in persona non tantùm in præsenti militantium, sed etiam postea eidem consortio inserendorum, tam tempore militiæ, quàm post D eam depositam, obseruandis. DAT. KAL. IAN. IOANNE ET ASCLEPIONE COSS.

Silentiarij hoc loco clarissimi vocantur, alio spectabiles l. 30. §. de inoff. testa. Similiter tribuni notarij spectabiles l. 2. §. de primic. l. neque. §. de decur. Clarissimi Nouel. 8. & 13. & l. restituendæ. §. de adu. diu. iud. & in epistolis Symmachi, & in epitaphio Claudiani poëtæ. Clarissimi & spectabiles ab Augustino in epist. 160. & 159. & lib. de gestis cum Emeriro: sicut & idem sæpe in auctoribus atq; inscriptionibus antiquis dicitur, clarissimus & illustris, vt in titulo operum Macrobij Theodosij viri clarissimi & illustris. Sic legendum, non, *Viri Consularis*. qui error est etiam in ti- E tulo librorum Victorini de trinitate, & Prudentij poëtæ, & aliis locis quamplurimis. Sic magister census, qui deinde appellatus est *[illegible]* auctore Leone No. 44. vir clarissimus appellatur in l. vlt. §. de iu. emphy. l. consulta. §. de testa. l. secundum. §. de donat. No. 44. Vir perfectissimus l. orphanotrophos. §. de epis. & cle. Inuenitur & sæpe idem tribus titulis ornari, clarissimi, spectabilis, illustris. Sidonius v 1. *Vir ortu clarissimus, priuilegio spectabilis, merito illustris.* Itaque harum dignitatum certa definitio non est. alij omnibus iis fruuntur, alij duabus, aliis vna ex iis tantùm. eosdem aliàs clarissimos, aliàs spectabiles appellare Imperatoribus placet. Crescit vel minuitur eiusdem officij dignitas arbitrio principis, & ex ipsa rerum accessione vel decessione. Nunc veniamus ad sententiam legis. Silentiarij quæ occasione huius militiæ adquirunt, deputant castrensi peculio, nec ea parentibus adquirunt in quorum sunt potestate, nec conferunt fratribus. Quin & pretium F militiæ nec confertur nec imputatur eis in legitimam, etiam si empta sit pecunia patris. l. 30. §. vlt. §. de inoff. test. No. 53. quod in aliis militiis locum non habet. Silentiarij excusantur à tutelis & curationibus. quod repetitum est in l. vlt. §. de exc. tut. Eorum liberi honestati comitiua primi ordinis vel dignitate tribunorum notariorum non agnoscunt onus præturæ, quasi senatorum liberi, quod priuilegium patres etiam habere diximus in l. 3. §. Perperam autem legitur hac parte, *præfecturæ*, pro, *præturæ*, quemadmodum memini dixisse me in l. 1. §. de præt. Confirmat postremò hæc lex cetera priuilegia silentiariis data superioribus Constitutionibus.

## *De domesticis & protectoribus.* Tit. 17.

G

I. IMPPP. VALENTINIANVS THEODOS. ET ARC. AA. EVSIGNIO PP. Domestici ac protectores osculandi, cùm salutaue-

rint, vicarios tui culminis habeant potestatem. pœna enim sacrilegij similis erit si his honorificentia non deferatur, qui contingere nostram purpuram digni sunt æstimati. DAT. PRID. NON. MAR. MED. VALENTIN. A. III. ET EVTROPIO COSS.

Differentiam esse inter domesticos & protectores ex Codice Theod. constat eodem tit. l. 6. & 9. quibus constituta de domesticis trahuntur ad protectores. Hi, vt l. 9. ait, armatam militiam subeuntes non solùm defendendi corporis sui, verùm etiam protegendi lateris nostri solicitudinem patiuntur. vnde etiam protectorum nomen sortiti sunt. Hi igitur sunt in acie. Alij (quod ait l. 8) vt indicio nominis apparet, familiarius militant, & sunt domestici protectores. Socrates 1. c. 13. *τῶν δορυφόρων τις ὥς οἰκείως καλεῖ ὁ βασιλεύς.* Sudas: *δομέστικοι οἱ τῶν ῥωμαίων ἱππεῖς οἱ κατὰ ῥωμαίους οἰκειακοὶ στρατιῶται.* Idem & Zonaras in Diocletiano. Sed fuere tamen ex eis alii pedites, alij equites. l. vlt. ꝫ. hoc tit. l. restituendæ. §. de adu. diu. iud. Cassiod. 1. Var. *Domestici partis equitum & peditum, qui nostra aula videntur iugiter excubare.* & alij comites domesticorum equitum, alij comites domesticorum peditum, viri illustres, à quibus domestici regebantur. Constituitur autem hac lege prima, vt cum eis liceat attingere & adorare purpuram principis. l. 2. §. de fabric. quamobrem Cassiodorus in formulis, *inter protectores*, inquit, *& domesticos sacram purpuram adoraturus accedat.* In salutandis etiam & osculandis vicariis præf. prætorio, ac multomagis præsidibus admittantur. quæ omnia summi honoris loco tribuuntur. & sic in l. 109. C. Th. de decur. osculum his in prouincia iudicantium & consessus indultus sit.

II. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. HELIODORO P. V. Primicerius quidem domesticorum & protectorum vtriusque scholæ post acceptum tribunatum inter eos spectabili dignitate perfruatur, qui ducatum gerere meruerint. alij verò, qui decursis stipendiis ab eodem decem vsque numero subsequuntur, consulari, id est, clarissimatus dignitate perfruantur, cum ipsa loci decem primorum accessione. DAT. III. ID. IVN. CP. ÆTIO ET VALERIO VV. CC. COSS.

Sunt in vtraque schola equitum & peditum domesticorum aut protectorum primicerij, ex quo gradu omnes scribunt Iouinianum ad imperium euectum, & post primicerium decemprimi, sicut & in schola tribunorum & notariorum post primicerium esse x. primos diximus suprà. Et primicerius quidem domesticorum plerumque tribunatus honorem accipit. Marcellinus lib. 18. *Valentinus ex primicerio protectorum tribunus.* Atque ita tribunatu accepto viris spectabilibus ducibus prouinciarum adæquatur. Decemprimi senatoriam dignitatem veluti exconsulares adipiscuntur inter allectos, ita tamen vt onera senatoria non agnoscant exemplo silentiariorum. denique clarissimi senatores sunt. Ad has dignitates domestici & protectores gradatim perueniunt.

III. IIDEM AA. SPORATIO COMITI DOMESTICORVM PEDITVM. Si quis domesticorum nulla negotij publici abstrahente sollicitudine, nec ei per commeatum solemniter vt abesset facultate concessa, per biennium obsequiis serenitatis nostræ defuerit: retrorsum in ordinem tractus inferiorem, quinque sequentibus postponatur. Si verò triennium eius absentia continuasse monstretur, vsque ad decimum locum proculdubio regredietur. Quòd si quadriennio tenus abfuerit, nouissimus collocetur. quinquennio autem similiter si fuerit deuagatus, ipso iam cingulo spoliandus est. indignum quippe est, desides à propriis tam diu muniis aberrantes, quos esse conuenit assiduos, numerari.

Vt domesticus qui biennium abfuerit sine commeatu, reuersus suum locum gradumq; non recipiat, sed ab eo gradu quem obtinuit prius quàm discederet, in sextum reiiciatur: qui verò triennium abfuerit, in decimum: qui quadriennium, in nouissimum: qui quinquennium, vt exauctoretur, nec recipiatur vllo gradu loco've. Corruptè legitur in contextu, *regredietur.* legendum vt in manu scriptis, *regradetur.* & sic in l. 2. C. Th. de cur. pub. *Promotus regradationis humilitate*

A *tate plectetur*. Hieronymus ad Pammachium: *Finge aliquem tribunitiæ potestatis suo vitio regradatum.* & in Chronicis: *Heraclium de episcopatu in presbyterum regradamt.* Solinus: *Regradati menses.* atque ita legendum in l. 2. ʒ. de pri. schol. l. 3. ʒ. de offi. mag. off. Regradationem Græci *καταβιβασμὸν* vocant. Est etiam ex eisdem libris postrema sententia huius legis ita corrigenda: *Indignum quippe est desides à propriis tamdiu nummis aberrasse, quos conuenit assiduos numerari.*

IIII. IMP. IVSTINIANVS A. VIGILI CONSVLARI ET PATRICIO. Lege pragmatica sine fine victura præfiniendum ac B constituendum credimus, vt si quis virorum fortium præsentalium domesticorum in equitum schola secundicerij locum adeptus, diem interea supremum clauserit: heredes eius non reliqui tantùm temporis quod eidem gradui superesse monstratur, verùm etiam insequentis anni, hoc est, primiceratus solatiis ac emolumentis fruantur omnibus: vt quod ad quæstum & compendium militiæq; fructum prolixæ pertinet, similis habeatur, ac si superstes permanserit ad finem vsque supremum.

C Qui in schola domesticorum & protectorum hoc anno est secundocerius, id est, post primicerium primus, sequenti anno fit primicerius. Quòd si in secundoceratu decesserit, heredes eius ex hoc pragmatico non tantùm reliqua secundoceratus, sed & integra primiceratus stipendia consequuntur. Id quidem translaritium est in omnibus, quibus annua stipendia constituta sunt, vt anni quo quis decessit, heredes eius reliqua salaria & solatia consequantur. l. x1. ʒ. de prox. sac. scr. l. 3. ʒ. de ag. in reb. l. 1. ʒ. de primipilo. l. 15. ʒ. de ad. diu. iud. quanquam referat Plinius l. 111. Epistol. à fisco superatos heredes, qui scribæ quæstoris ante legitimum salarij tempus defuncti, reliqui quod erat sibi vindicabant. At vt sequentis etiam anni salaria defuncti heredibus debeantur, quo iure, quo exemplo hoc fit? An pro casu militiæ? quod verissimum esse arbitror, vt quemadmodum vno ex militantibus in sacris scriniis defuncto, heredibus eius à subrogato certa pecunia præstatur. l. x1. D ʒ. de prox. sac. scr. quod & ita fit in aliis quibusdam militiis ex scholæ placito vel Constitutionum beneficio. l. omnimodo, §. vlt. ʒ. de inoff. testam. idque genus lucri auctore Iuliano antecessore casus militiæ appellatur No. 53. & 97. ea forma qua casus dotis No. 123. Vnde per errorem quidam fecere militias ex casu, sicut in tit. Dig. de minoribus, patefecimus. Ita verò tertiocerius domesticorum, qui morte secundicerij sequenti anno occupat primiceratus gradum, pro casu militiæ heredibus secundicerij præstat eius anni solatia. Sunt aliæ quædam militiæ, quarum ex casu defuncti heredes nihil ferunt, reliqua tamen ferunt, veluti fisci patrono mortuo. l. 13. §. vlt. ʒ. de adu. diu. iud. quæ ita est concilianda cum l. 15. Videtur autem domesticorum primiceratus annuus fuisse, vt primiceratus largitionum. l. x1. ʒ. de palat. sac. larg. non biennalis, vt alij, de quibus diximus tit. 7.

E Præsentalium.] *πραισενταλίων*, hoc est præsentium in comitatu. Euagrius in Anastasio. Contextum curaui excudi vti oportet, quem Haloander deprauarat.

## *De præpositis laborum.* Tit. 18.

I. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. MONAXIO PP. Qui præpositi laborum nostro iudicio promouentur, clarissimi sint inter electos, ita vt ex consularibus habeantur. nam & immunitate F digni sunt, quos nostri lateris comitatus illustrat. DAT. III. ID. NOV. CP. THEODOSIO A. VII. ET PALLADIO COSS.

Præpositi laborum sunt qui magno illi vexillo erant præpositi, quod vulgò laborum, & laborum solutio, siue *καμάτων λύσεων* dicebatur, vt Nazianzenus scribit in 1. Steliteutica, & Sozomenus lib. 1. cap. 1111. *λάβωρον* vocat. Vnde & in actis Nicenæ II. quæ ex Bibliotheca vetustissima mihi communicauit Ant. Loisellus vir optimus & eruditissimus, signum quod Sozomenus hystoriographus Constantinum in crucis vsum conuertisse memorat, dicens: *Iussit viros eruditos ex auro* G *& lapidibus pretiosis in vexillum crucis transformare, quod laborum vocatur.* Id præpositi vt quæque pars in acie laborabat, in eam quasi auxilij & liberationis vice inferebant: fuereq; iam olim Eusebio teste huic rei à Constantino præpositi milites L. qui, vt ex Codice Theod. liquet, ex protectoribus & domesticis erant. & ob id post titulum, de domesticis & protectoribus, datur titulus de præpositis laborum, Idemq; iis honor clarissimatus defertur, qui suprà delatus est decemprimis domesticorum. qua etiam ratione existimo in l. 2. ʒ. de exc. mun. dum protectoribus iunguntur præpositi, hos significari. Legendum autem in contextu, *Inter allectos*, vt in Codice Theod. multis

 locis.

locis. l. 1. de dec. & silent. l. 18. & vlt. de pal. sacr. larg. l. 8. 9. 10. de domest. & protec. Capitolinus in Pertinace: *Qui praturas non gessissent, sed allectione accepissent.* Vulgò malè cùm hoc loco, tum in l. 3. ꝟ. tit. prox. *Inter electos.* Ea autem vis est horum verborum, vt quamuis velut ex consularibus in senatu habeantur, tamen non agnoscant onera senatoria, veluti functionem glebalem aut præturam. d. l. 1. de decur. & silent. l. 7. C. Th. de priuil. eor. qui in sac. pal. mil. Et ideo subiiciunt, *Nam & immunitate digni sunt, quos nostri lateris comitatus illustrat.* quasi si diceret, ideo eos recenseri inter allectos, vt præter senatoriam dignitatem, immunes etiam sint à descriptionibus & oneribus senatoriis. *Quos*, inquiunt, *nostri lateris comitatus illustrat.* nimirum quia sunt ex protectoribus. Protectores autem à latere.

## *De proximis sacrorum scriniorum, ceterisq́; qui in sacris scriniis militant.* Tit. 19.

In hoc titulo de scriniis sacris agitur, in quibus iura, id est, adnotationes vel pragmaticæ sanctiones vel rescripta principis vel cognitiones & preces eduntur, reponuntur & seruantur. l. vlt. ꝟ. de aquæd. l. omnium. ꝟ. de testa. l. 2. ꝟ. tit. prox. Et sunt quatuor, scrinium memoriæ, scrinium epistolarum, scrinium libellorum, scrinium dispositionum. Alia sunt scrinia largitionum, de quibus dicetur titulo de palatinis largitionum. De magistris illorum scriniorum dictum est suo titulo ꝟ. Alij sunt proximi scriniorum, qui sic dicti videntur, quòd sint proximi magistris, & spectabiles æquè ac magistri, qui in scrinio dispositionũ non proximi, sed comites dispositionum appellati videntur l. 4. hoc tit. l. 1. C. Th. qui à præb. tyr. & inde eodem Codice de proximis, Comitibus dispositionum, ἀσυνδέτως, & in l. 10. eod. *Ad similitudinem*, inquiunt, *proximorum, & ij quoq; qui priores in scrinio dispositionum fuerint, & Comitis acceperint dignitatem.* & l. vlt. *tam proximo scriniorum, quàm Comiti dispositionum.* Ideo autem non est in scrinio dispositionum proximus, quia nec magister. hæc igitur sunt συνώνυμα magister & proximus. Et quòd l. 1. huius tit. dispositionum primi proximi appellantur æquè ac ceterorum scriniorum primi, adnotatione illa indiget, dispositionum proximos non dici propriè, sed Comites. quamobrem rectius in Codice Th. non additur, *atque dispositionum*, & in l. 12. rectissimè, *Omnes*, inquiunt, *qui ex proximis venerando cœtui Senatus fuerint adgregati, siue hi de scrinio memoriæ, siue epistolarum vel libellorum, siue dispositionum Comites fuerint; ad septenos duntaxat solidos teneantur.* Huius quoque tit. l. 6. rectissimè proximos tribus tantùm scriniis attribuit, & l. 8. separat proximos à Comite dispositionum. Proximos sequuntur Melloproximi v. c. qui sequenti anno futuri sunt proximi. Proximatus enim dignitas annua est. d. l. 6. De Melloproximis l. 5. 7. & penul. qui secundum locum tenere dicuntur l. 13. & vlt. Sequuntur adiutores proximi, laterculenses primates, exceptores, antiquarij, adiutores quæstoris. sequitur librariorum & scriptorum turba, memoriales, libellenses, epistolares, pragmaticarij, quorum ingeniis & manibus committuntur pragmaticæ sanctiones, libelli, adnotationes, rescripta, preces, acta cognitionum, arcana vt ait l. 8. qui militare dicuntur in scriniis sacris. Similiter verò extra rationem scriniorum alij sunt admissionum magistri. l. 1. C. Th. qui à præb. tyr. Alij admissionum proximi. Marcellinus 32. *inductus*, inquit, *per admissionum proximum.* Alij admissionales l. 2. ꝟ. de pri. eo. qui in sacr. pal. l. vlt. ꝟ. de diu. off. qui à Græcis, προσάγειν τοὺς δεομένους τιμὴν ἔχοντες. Seneca vi. de benef. *Non sunt amici qui in primas & secundas admissiones digeruntur.* Suet. in Vespasiano: *Quidam ex officio admissionis.*

I. IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. CYNEGIO PP. Proximos memoriæ, epistolarum, ac libellorum, atque dispositionum ita vicariorum honore cumulamus, vt inter eos merito dignitatis habeantur, qui pro præfectis diœceses sibi creditas temperarunt, ex eo tempore, ex quo eos splendor indepti proximatus ostendat, insequentibus præponendi, qui vicarias postea administrauerint, & nullam iniuriam descriptionis perhorrescant. DAT. PRID. KAL. MAI CP. HONORIO N. P. ET EVODIO COSS.

Proximi sacrorum scriniorum honore vicariorum ornantur, id est, vt inter eos habeantur qui pro præfectis diœceses administrant. & ita Marcellinus lib. XXIII. Martinum regentem Britanniæ prouincias pro præfectis, paulò pòst vicarium vocat. & in epitaphio Symmachi: L. AVR. ANIANO SYMMACHO V. C. PRÆF. VRBI, CONSVLI, PRO PRÆFECTIS PRÆTORIO IN VRBE ROMA FINITIMISQVE PROVINCIIS. Vicarij igitur sunt qui pro præfectis prætorio diœceses administrant. quod etiam tradidimus l. 4. ꝟ. de anno. & tribut. Additur vt proximi sacrorum scriniorum aliis vicariis pòst etiam vera administratione perfunctis præferantur, & vt nullam descriptionem sustineant, quod postremum est ex l. 12. C. Th. de proximis Com. disp. Reliqua ex l. 4. Tria igitur priuilegia proximorum hac lege proponuntur.

II.

A II. IMPPP. VALENTIN. THEOD. ET ARCADIVS AAA. CONSTANTINO PP. GALLIARVM. In ſacris ſcriniis noſtris militantes in prouinciis à ſalutatione ordinarij vel ſpectabiles iudices non arceant,& inuiti in conſeſſum accipiant: ſciturus vel principe, vel corniculario, vel capitibus officij, ternas libras auri ex ſuis facultatibus eruendas, ſi conſiſtorium noſtrum ſæpe ingredientibus ſecretarij iudicum non patuerit ingreſſus, aut reuerentia non fuerit in ſalutatione delata, aut ſe- B dendi cum iudice ſocietas denegata. DAT. VI. ID. NOV. TRIVERIS TIMASIO ET PROMOTO VV. CC. COSS.

Saluianus 113. de gub. Dei: *Intra ianuas non modo illuſtrium poteſtatum* (vulgò malè, *portarum*) *ſed etiam præſidum aut præpoſitorum non omnes paſſim intrare præſumunt, niſi quos aut iudex vocauerit, aut negotium traxerit; aut ipſa honoris proprij dignitas introire permiſerit.* Verè Saluianus. At ex hac Conſtitutione militantibus in ſacris ſcriniis ingreſſus & conſeſſus patet in ſecretaria ordinariorum iudicum, id eſt, præſidum, etiam eis volentibus. Nam qui in conſiſtorium principis admittuntur ſæpe, C recipere multò magis eos in ſecretarium ſuum ordinarij iudices debent. Addidit Tribonianus ex l. 5. hoc tit. *vel ſpectabiles*, quæ non erant in Cod. Theodoſiano, addidit malè. Nam non omnibus militantibus in ſcriniis ius datur conſidendi cum ſpectabilibus, ſed exceptoribus tantùm vſque ad Melloproximos. Ceteri ius tantùm habent conſidendi cum ordinariis iudicibus. Quod ſequitur de principe vel corniculario vel capitibus officij, repetitum eſt in l. vlt. 5. de off. diu. iud. in qua quæ dicuntur capita, officij primates appellantur. & ita capita contubernij Vegetius, & capita ſcholarum l. penult. ꝟ. de erog. milit. anno. qui primates & priores l. vlt. ꝟ. de caſtrenſ. l. vlt. ꝟ. de decanis. Non iidem igitur ſunt principes & primates ſiue priores officiorum. Vnus eſt officij princeps, primates plures, ſicut in ſcriniis vnus magiſter, vnus proximus ſiue Comes diſpoſitionum, & primates plures. l. 7. ꝟ. Cornicularij ſunt officiales qui præſunt cornibus ſecretarij, vt Caſſiodorus ſcribit x 1. Variar. à Græcis appellantur Hypaſpiſtæ.

D III. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. CLAVDIO P. V. In ſcriniis palatij militantes, id eſt, memoriæ, epiſtolarum, libellorumque, ac diſpoſitionum, poſt viginti annos tranſactæ militiæ, ſi diſcedendum ſibi eſſe decreuerint, conſulari honore fulti inter allectos habeantur, huncque honorem dignitatis teneant, qui ex conſularibus deferri conſueuerit: nec eos quiſquam iniungendo aliquid, vel iubendo, poſſit E ab impertito otio ſeparare. DAT. XV. KAL. MAR. CP. ARCADIO IIII. ET HONORIO III. AA. COSS.

Militantibus in ſacris ſcriniis, poſt xx. ſtipendia emeritis, defertur clariſſimatus honor idem qui delatus eſt ſuprà domeſticis & protectoribus & præpoſitis laborum. Sed & ex iis quidam ex l. 5. eundem honorem habent etiam ante miſſionem.

F IIII. IIDEM AA. ET THEODOSIVS A. EPIPHANIO P. V. Iubemus vt primum omnium ſit eorum, qui in ſacris ſcriniis noſtris, id eſt, memoriæ & epiſtolarum, libellorum, & diſpoſitionum referuntur, ſecura poſſeſſio ab omnibus ſordidis muneribus excuſata. ſuperindictum non timeant, venalitium non petantur, ſolumque canonicæ indictionis præſtent tributum. labore dignitas conquiſita extraordinarium munus ignoret, nec vllam temonis patiatur iniuriam, equorum tyronumque præ- G ſtationem nullus agnoſcat, qui vel adhuc in ſcriniis militat, vel honorem proximi, & comitiuam primi diſpoſitionum longi temporis ſudore quæſiuit. & hæc quidem patrimoniis cenſuimus deferenda. Quod autem omnibus conſtat deferri, adiectu alterius dignitatis perire non patimur:

vt etiam si prosperioris fortunæ iudicio ad honoris ornamenta processerint, vetera tamen eis scriniis labore priuilegia quæsita seruentur. DAT. ID. OCTOB. RAV. HONORIO VII. ET THEODOSIO II. AA. COSS.

Vt proximi sacrorum scriniorum & Comites dispositionum & reliqui militantes in scriniis sacris excusentur à sordidis, superindictitiis & extraordinariis & temonariis oneribus, & equorum tyronum've præstatione, & à venalitio. De temonariis diximus huius libri tit. 1. Venalitium videtur esse vectigal rerum publicè venalium, de quo & l. 1. J. de veter. Extremæ parti congruit l. 11. §. de exc. mun.

V. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. FAVSTINO PP. Peculiari præceptionis nostræ fauore præstamus, vt in scriniis memoriæ, epistolarum, libellorumq; ab exceptoribus vsque ad melloproximos dignitatem clarissimorum honoremq; percipiant. & sicut reliqui qui in iisdem scriniis militant, liberum cum ordinariis iudicibus ingressum secretarij consessumq; habere legibus meruerunt: hi quoq; in quos hanc stipendiorum meritis clarissimatus conferimus dignitatem, cum spectabilibus etiam habere sese reuerentiam recognoscant, vt consedendi ingrediendi've secretarium sciant à nobis licentiam contributam. DAT. VIII. ID. IVN. RAV. LVCIO V. C. COS.

De hac diximus satis l. 2. & 3. §.

VI. IIDEM AA. EVSTATHIO V. I. QVÆSTORI ET HELIONI V. I. MAGISTRO OFFICIORVM. Pro biennio annum solum agere deinceps decernimus eos, qui in tribus scriniis memoriæ, epistolarum, libellorumq; ordine ac merito stipendiorum ad gradum peruenerint proximorum. DAT. VIII. ID. FEBRVA. CP. THEOD. A. VII. ET PALLADIO COSS.

Vt proximatus trium scriniorum annuus sit, non vt olim biennalis. Citatur l. 11. J. de palat. sac. larg.

VII. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTIN. AA. NOMO MAGISTRO OFFICIORVM. Vnicuique qui in sacris scriniis militat, sui loci merita seruari oportere constituimus: & vniuersos qui vltra numerum statutorum in iisdem scriniis militant, sui gradus respectu per ordinem quem sortiti sunt, in deficientium statutorum locum (vt tamen vltimis socientur) subire decernimus: scilicet, vt nemini penitus liceat, cùm sit posterior tempore, locum præcedentis ambire: nisi fortè ab eo qui tempore vincitur, laborum comparatione superatur, vt quindecim primatum eiusdem scrinii testimonio cum sacramenti religione subnixus, præcedentibus dignior iudicetur. Hanc quoque obseruationem extra filios proximorum volumus custodiri. etenim vnicuique proximo vnum de suis filiis, qui temporis duntaxat suffragio nititur, licet parum obseruasse militiam cognoscetur, insequentibus tempore, qui laborum meritis muniuntur, anteferri posse decernimus. Illum tamen qui locum statuti meretur, proximo quidem ducentos quinquaginta solidos, mel-

loprox

A lopro ximo verò vel adiutori pro consuetudine vniuscuiusque scrinij viginti aut quindecim solidos offerre præcipimus. Quòd si quis de supernumerariis, qui statuti locum subire debuerat, ne pecuniam offerat, statuti etiam gradum recusare voluerit: sequenti tam offerendæ quantitatis prædictæ, quàm subrogandi licentia permittatur: ita videlicet, vt si secundus, vel etiam tertius, vel alterius cuiuslibet numeri in eadem excusationis voluntate durauerit, accedenti semper eadem copia, quam præcedens recusauerit, tribuatur. Hos autem qui ad statutorum ordinem progredi noluerint, nec de suo gradu volumus remoueri: & cùm vacauerit statuti locus, conditionem, quam antea repudiauerant, id est, & offerendæ pecuniæ & adipiscendi statuti locum, liberam habere præcipimus facultatem.

In sacris scriniis alij sunt statuti, alij supernumerarij. Vacante vno ex statutis, subingreditur in numerum statutorum vnus ex supernumerarijs, qui fuerit ordine temporis antiquior, & in vltimum statutorum locum, non in gradum quem defunctus tenuit. Dixi qui fuerit antiquior. Hoc ita nisi posterior laborum merito potior sit, quod quidem testimonio & religioni quindecim primatum scrinij committetur. Hic igitur antiquiori præferetur, si modò antiquior, quem alter laborum merito antecellit, filius proximi non sit. quo tamen beneficio vnus tantùm ex filiis proximi vti potest. Post hæc Impp. definiunt quid pro ingressu siue solario aut suffragio, vt ait l. xi. supernumerarium, qui defuncti locum subiit, præstare oporteat proximo & mellopro ximo, & adiutori proximi. Vetus hic mos est, vt pro ingressu aliquid præstetur prioribus militiæ, scholæ, officij, collegij, curiæ, corporis. l. penult. D. de leg. 3. §. penult. & vlt. In quo pro *onera*, videtur legendum, *honoraria*, vt in Epistola Plinij ad Traianum de adiectione buleutarum. Suet. in Claudio: *Pro introitu sacerdotij*.

VIII. IIDEM AA. NOMO MAGISTRO OFFICIORVM.

Proximos sacrorum scriniorum, quos fides ac diuturnæ obseruationis industria literataq; militia: Comitem quin etiam dispositionum, quem probitas ac strenuitas merito commendant: completo tempore suæ militiæ, comitiuæ sacri nostri consistorij cingulo in diem vitæ potiri, manentibus videlicet iamdudum præstitis saluis priuilegiis decernimus. E quibus enim pietatis nostræ arcana merito committuntur, his pietas nostra vitam cingulo supradictæ comitiuæ ornandam decorandamq; decreuit.

Vt proximi sacrorum scriniorum & Comites dispositionum peracta dignitate abeant cum cingulo Comitum consistorianorum, vt scilicet sint vacantes non honorarij Comites consistoriani. Plus est esse vacantem quàm honorarium, vt ostendimus in tit. vt dig. ordo ser. *Saluis*, inquit, *manentibus priuilegiis propriis*, secundum regulam l. 3. S. de dignit.

F IX. IMP. LEO A. PATRITIO MAGISTRO OFFICIORVM.

In sacris nostris scriniis militantes per commeatum non continuatim præstitum, ante conuentionem profecti, intra indultum temporis spatium erunt cum suis coniugibus & liberis à conuentione securi, ab indictionibus etiam publicorum & ciuilium munerum: & post completam militiam excusatione potiantur, super domibus quoque, quas in G prouinciis possident, metatorum molestia liberentur.

Commeatus est libera proficiscendi licentia. Intra tempora commeatus militantes in sacris scriniis conueniri non possunt, nec coniuges eorum aut liberi. Vacationem habent etiam emeriti personalium munerum & metatorum. Suprà quoque dictum est vacationem eos habere patrimonialium sordidorum & extraordinariorum l. 4.

IDEM

X. IDEM A. *. Hac parte ſtatutos memoriales præcipimus eſſe in ſcrinio quidem memoriæ ſexaginta duos: epiſtolarum verò triginta-quatuor: libellorum quoque trigintaquatuor: antiquarios verò, qui habentur in ſcrinio memoriæ, nunquam minus eſſe, quàm quatuor. Supraſcripti autem memoriales nullo modo duplici fungantur officio, nec geminis chartis irrepſerint: vt non occupent plura in vnum ſe commoda collaturi, nihilq; reliquis relicturi.

Hæc lex definit ſtatutorum numerum, & ne vnus duobus fungatur officiis. Antiquarij ſunt librarij ſiue ſcriptores librorum. l. 2. C. Th. de ſtud. lib. vrb. Ro. Sidonius Appollinaris lib. IX. *Licet antiquarium moraretur inſiccabilis gelu pagina.* Auſonius in Epiſt. ad Probum VI. P. *Oblata per antiquarios mora.*

XI. IMP. ANASTASIVS A. EVSEBIO MAGISTRO OFFICIORVM. Si quis in ſacris noſtris ſcriniis, id eſt, memoriæ, diſpoſitionum, epiſtolarum, & libellorum, ſtatutis iam connumeratus, ab hac luce fuerit ſubtractus: ab eo, quicunque vtpote vacante loco de ſubſtitutis in ſtatutorum conſortio fuerit vltimus ſubrogatus, pro ſolatio vel ſuffragio proximi definitam, ſacraq; conſtitutioni diuæ memoriæ Theodoſij & Valentiniani principum inſertam quantitatem defuncti heredes & ſucceſſores, vel liberi eius, ſeu creditores, qui fœnus cum mortuo pro ſtatuti loco ei adquirendo contraxerint, conſequantur: ita ſcilicet vt ſi hereditas vel ſucceſſio defuncti minimè fuerit ſuſcepta vel adita, tales perſonæ, id eſt, creditores quidem contra ceteros prærogatiua ſibi ſeruata, liberi autem vel adgnati, ſeu cognati non hereditatis, ſed priuilegij nomine ſimili modo huiuſmodi ſummam percipiant, ſibiq; petere ac vindicare permittantur: nullius machinatione huiuſmodi noſtra diſpoſitione retractanda ſeu violanda: maximè cùm viros etiam pro tempore ſpectabiles eorundem proximos ſcriniorum, ſi quis eorum ante completum proximatus actum morte præuentus ſit, ad heredes ſucceſſoresq; ſuos reſidui temporis proximatus ſolatia ſine quadam imminutione tranſmittere non dubitetur.

Ex caſu militiæ, quod vno ex militantibus in ſacris ſcriniis defuncto, dari proximo ſcrinij à ſubrogato præcipitur l. 7. id hæc dari præcipit heredibus, vel ſi heredes non ſint, creditoribus quorum pecunia defunctus militiam comparauit, vel liberis, agnatis, vel cognatis, non hereditatis ſed priuilegij nomine, & ſic No. 53. ἐν ὡς πατρῷον κλῆρον, ἀλλὰ [illegible] προνομίαν. adimitur hoc proximo. datur hoc vt in heredem ſuum tranſmittat ſalaria anni mortis ſuæ.

XII. IDEM A. CELERI MAGISTRO OFFICIORVM. In ſacris ſcriniis militantes, & parentes, atq; vxores eorum, necnon liberos, ex ſententia tantummodo tuæ celſitudinis criminales & ciuiles intentiones agentium excipere iubemus. Inſuper etiam colonos, ſeu adſcriptitios, & ſeruos eorum in hac regia vrbe degentes eodem beneficio potiri, fidei pro tempore adiutoris viri ſpectabilis proximi vel vnius ex ſtatutis committendos: ita vt ſi in prouincia quicunque memorialis repertus fuerit, iuratoriæ cautioni committatur, & ſi non poſſideat immobilem ſubſtantiam, ſerui nihilominus & coloni ad eum pertinentes fidei eius tradantur. Modum inſuper ſportularum ad mediocrem deduci quantit

A quantitatem. & exſecutoribus de ſchola agentium in rebus attribuendis, vnum ſolidum ſingulos vſque ad finem negotij, proque ingreſſu in iudicio tuæ magnitudinis quolibet modo faciendo duos ſolidos, & pro editione geſtorum exceptoribus dimidiam ſolidi partem. & ſi apud arbitrum negotium ventilari contigerit, ipſi quidem arbitro vnum ſolidum, & nihil amplius: exceptoribus autem eum obſeruantibus, tam B pro ipſo quod implere iubentur miniſterio, quàm pro editione geſtorum ſeu relationis, vel definitionis tertiam partem ſolidi præbere ſancimus. Nec pro tempore virum ſpectabilem fiſci patronum vel exſecutores, quibus imminendi litibus ſollicitudo iniuncta eſt, quidquam ab eis exigere ſeu profligare concedi: dimidia ſcilicet expenſarum, quas in iudicio tui culminis à memoratis perſonis præberi ſtatuimus, portione in iudiciis prouincialibus ab his agnoſcenda: ita vt ſi de ciuilibus annonis, vel tutela, ſeu curatione, vel noui operis nunciatione litem eos C ſubire contingat, in maiore quidem iudicio ad ſimilitudinem ſumptuum, quos in iudicio eminentiæ tuæ dependere præcepti ſunt: apud virum autem clariſſimum præfectum annonæ, ſeu fiſci patronum vrbicariæ magnificæ præfecturæ, vel architectos, pro modo eorum, quæ ſuper arbitris & litibus apud eos exercendis ſuperiùs ſtatuta ſunt, ſoluentes expenſas, nihil amplius agnoſcere ſeu pendere cogantur. Quæ D omnia cuſtodiri iubemus, ſiue per ſe, ſiue per procuratores, aut etiam defenſores lites exercere maluerint. hoc ſi prolata ſcriptis ſententia moniti ſunt. Si verò ex depoſitione, ſeu aliter quis eorum conuentus fuerit: nihil eum vel ſcrinio viri clariſſimi adiutoris, vel cuiuſlibet alij nomine ſportularum offerre compelli. omnibus antelatis priuilegiis poſtea, quibus per anteriores diuorum principum ſanctiones defenduntur, in perſonam tam eorum, qui adhuc militant, & qui poſtea eandem mi- E litiam ſortiti ſunt: quàm eorum qui prædictam militiam gradu vacante iam depoſuerunt, vel poſtea depoſuerint, ſeruandis: vt eorum commodo ipſi quoque vnà cum vxoribus, & liberis, colonis præterea, & ſeruis propriis perfruantur. Et quoniam in controuerſiis, quas in iudiciis moueri contingit, æqualitatem litigatoribus volumus ſeruari, & aduerſariis eorum pro ſumptibus & expenſis ſimilem antè latorum beneficiorum prærogatiuam cuſtodiri. propter hanc etenim cauſam & vi- F ros deuotos memoriales non tantùm agendo in quolibet iudicio, ſed etiam actiones ab aliis ingerendas excipiendo, priuilegiis à nobis indultis potiri decernimus. his videlicet qui militiam virorum deuotiſſimorum memorialium gradu ſoluto depoſuerũt ſeu depoſuerint, & ſi quietis amore per prouincias domicilium fouere maluerint: omnibus nihilominus priuilegiis, quæ huiuſmodi perſonis per ſacratiſſimam legem nuper promulgatam à noſtra ſerenitate præſtita ſunt, muniendis, & eo- G rum commodis atque auxilio potituris.

Vt militantes in ſacris ſcriniis, qui generali nomine memoriales appellantur, & Chartophylaces in Baſilico ad l vlt. §. de inoff. teſta. parentes, liberi, vxores, coloni, adſcriptitij, ſerui eorum in vrbe conueniantur apud magiſtrum officiorum, & committantur fide adiutoris proximi, vel vnius ex ſtatutis, præterquàm ſi lis ſit de annonis ciuilibus, vel ſeruitutibus vel nouis operibus vel tutelis aut

curationibus, de qua præf. vrbi cognoſcet non magiſter officiorum, vt l. viros. ꝗ. de pal. ſacr. larg. De annonis adhibito præf. annonæ. l. 4. C. Th. de cond. in pub. hor. De tutelis adhibito prætore tutelari. l. 2. ꝗ. quand. mil. tut. off. De operibus & ſeruitutibus adhibitis architectis. No. 7. Plerunque eam litem remittet ad præf. annonæ vel ad patronum fiſci, qui ſcilicet apud præfectum vrbi patroni fiſci partibus fungitur, vel ad prætorem tutelarem, vel ad architectos. In prouinciis autem memoriales conueniuntur apud præſidem prouinciæ, & committuntur iuratoriæ cautioni etiamſi rerum immobilium poſſeſſores non ſint, qui ſoli regulariter iudicio ſiſti ſatiſdare non compelluntur. l. vlt. ꝗ. de prin. agent. in reb. Vt verò præfectus vrbi eos plerunq; remittit ad præfectum annonæ & alios quoſdam: ita & magiſter officiorum aut præſes nonnunquam eos remittit ad arbitrum delegatum, vt l. vlt. ꝗ. de pri. ſchol. Tum in hac lege definitur modus ſportularum, id eſt, ſumptuum qui in litem faciendi ſunt, vt in iudicio magiſtri officiorum executoribus litis, qui magiſtro officiorũ attribuuntur ex ſchola agentium in rebus, vt & Marianus Scotus teſtatur. quò fit vt agentes in rebus ſæpe magiſteriani dicantur, vt eis, inquam, dent memoriales vel aduerſarij eorum, ne vlla ſit in iudicio inter partes inæqualitas, ſinguli ſolidum vnum, & pro ingreſſu, id eſt, pro inducenda cognitione, vt ait d. l. vlt. ὑπὲρ τῶν λεγομένων ἰνδουκτίων, vt No. Tiberij de diuinis domibus. ſcrinio adiutoris magiſtri officiorum, qui eſt ex eadem ſchola, de quo & in l. vlt. ꝗ. de caſtrenſi. l. 5. ꝗ. de prin. agent. in reb. ſolidos duos, & pro editione actorum exceptoribus ſemiſſem. Exceptores ij ſunt, qui notarij & ταχυγράφοι & ὀξυγράφοι vocantur. Inde Synelio συμμορία ταχυγράφων. Epiphanius contra Photinianos: ἐκέλευσεν ταχυγράφοις χάρτην ἀνυσίῳ διακόνῳ τοῦ βασιλέως καὶ καλλικράτῃ ἐκσκέπτορι ῥουφίνου τοῦ ἐπάρχου καὶ ἐλευσινίῳ καὶ νεικήτῃ καὶ βασιλείῳ μεμωραδίοις: Vbi exiſtimo legendum μεμωραλίοις, id eſt, memorialibus. Vt in iudicio arbitri pro ingreſſu arbitro detur ſolidus vnus, exceptoribus eius pro editione geſtorum vel ſententiæ vel relationis miſſæ ad magiſtrum officiorum, tremiſſis: fiſci patrono vel executoribus fori magiſteriani cauſis imminentibus nihil: Vt in iudicio prouinciali pro ſportulis dimidia portio expendatur eius quod in iudicio magiſteriano impendi præceptum eſt. Vt in iudicio præf. vrbi eadem ſit ſportularum ratio, quæ in iudicio magiſtri officiorum. Vt in iudicio præf. annonæ vel patroni fiſci vel architectorum eadem quæ in iudicio arbitri. Et hæc quidem ſi ex ſcripto conueniantur. Quòd ſi ſola depoſitione ex non ſcripto, litem ſine damno procedere. Et hæc priuilegia non tantùm militantibus competere, ſed & eis qui militiam gradu ſoluto ſiue vacante depoſuerint.

XIII. IMP. IVSTINIANVS A. PROCVLO QVÆSTORI SACRI PALATII. Comperimus diuinitus pridem fuiſſe diſpoſitum, viros deuotos adiutores tuæ magnitudinis certo eſſe in numero, nec ad huiuſmodi nomen vel operam plures licitum eſſe adſpirare, quàm in ſcrinio quidem ſacræ memoriæ, duodecim tantùm: ſeptenos verò in duobus reliquis ſcriniis, id eſt, ſacrarum epiſtolarum ſacrorumque libellorum: ſed poſterioris licentiam temporis, ſupra modum indulgendo ambitionibus, diſturbaſſe rei merita, ac in multitudinem diuulgaſſe, vt inter memorialium & adiutorum numerum non longum pene interſit. Sancimus itaque reduci eis ac renouari ſtatutum ordinis terminum, non vt eximantur adiutoribus hi, qui præter prædictam diſpoſitionem in præſenti exuberant, ſed vt interea omnibus aliis interdicatur ab affectando hoc nomen, donec exeuntibus ſingulis ac recedẽtibus decreſcere poſſit vetita conglomeratio, legitimuſq; iam reſideat numerus: non prohibendis viris deuotis adiutoribus deſiſtentibus eodem officio, cùm vel ad laterculenſis gradum in ſcrinio ſacræ memoriæ prouecti fuerint, vel ſecũdum locum obtinuerint in duobus aliis ſcriniis, poſt quem proximi creabuntur, licet nondum redacta ſit quãtitas priſtina: tamen alios, quos pro ſe elegerint, ſubrogãdos adiutores petere, qui poſteriores erunt ceteris. Illud etiam diſponendum duximus, vtpote nonnullis anterioribus exemplis ſubnixum, necnon iuſtitiæ congruum, vt ab his, quibus conceſſum eſt adiutorum agmini pro ſe ſociare, libellus offeratur viro illuſtri pro tempore quæſtori, petendaq; eius ſubſcriptio tempus, atq; hominem, necnon etiam rem ipſam continens, id eſt, quòd inter adiutores ei,

A ei,quem pro se surrogat, merere permissum est.ordinandis videlicet iisdem adiutoribus pro ratione temporum,quibus libelli porrecti sunt, vt etiam si memorialium matricula inferiore loco sit,qui prior in adiutoribus meruit, adiutor quidem habeatur superior, memorialis verò posterior pro vtriusq; ordinis modo vel discrimine. quod etiam in aliis quoque penè omnibus officiis obseruari dignoscitur.

Iam ostendimus in l.2.C.de pet.bon.sub.quæstorem officium nō habuisse,sed adiutores ex scriniis diuersis,memoriæ,epistolarum,libellorum,memoriales,quorum obsequio,vt ait l.vlt.huius tit. B res agebatur quæstoria. Atque ita idem homo esse poterat memorialis & adiutor quæstoris,& plerunque qui erat prior inter memoriales,vt hæc lex indicat,inter adiutores quæstoris erat posterior, & è contrario. Habui Prisciani librum veterem, in cuius extremo ita erat scriptum: FLAVIVS THEODORVS V. D. MEMORIALIS SACRI SCRINII EPISTOLARVM ET ADIVTOR V. M. QVÆSTORIS SACRI PALATII, SCRIPSI MANV MEA IN VRBE ROMA CONSTANTINOPOLITANA III. KAL. IVN. MAVORTIO V. C. COS. IVSTINO ET IVSTINIANO IMPP. Fuere autem ij quæstoris adiutores certo olim numero XII. ex scrinio memoriæ, VII. ex scrinio epistolarum, totidem ex scrinio libellorum, ad summam XXVI. quem restituit hac constitutione Iustinianus,ne quis posthac vno ex adiutoribus C qui nunc sunt,decedente,in locum eius substituatur, donec ordo adiutorum ad veterem numerum redierit. Excipiuntur adiutores qui deposito hoc officio transeunt ad laterculensis gradum in scrinio memoriæ, ad melloproximi gradum in scrinio epistolarum vel libellorum. His enim solis alium substituendi ius est porrecto quæstori libello,cui quæstor subscribat die & substituto admissione & probatione adnotata. Laterculum in scrinio memoriæ fuit duplex,maius & minus. Minus sub cura & dispositione quæstoris.l.1,& 2.C.de off.quæst.Maius sub cura primicerij notariorum, vt Marianus scribit.in l.3.tit.seq.codices appellantur. & verò codices fuisse idem Marianus docet, dignitatum & administrationum ciuilium vel militarium & mandatorum principalium & promotionum & consuetudinum notitiam cōtinentes.Et hoc sensu Tertullianus aduersus Valent.Ex eorum laterculo,id est,ex eorum albo,& in reges & in sacerdotes allegere cōsueuerunt. Habemus & librū Victurij de ratione paschali,in cuius extremo per indicem consulum dies Paschalis subnotatur,isq; D index Laterculus Paschalis Inscribitur,quem Sigibertus Theophilo Alexandrino tribuit. *Theophilus*, inquit, *Alexandriæ episcopus ciclum de obseruatione pascha per C. annos digestum,quem laterculum vocauit, ab hoc anno inchoauit.* Ratio nominis an hæc est,quasi in eo lateant arcana? Quamobrem Græci ad l.5.C.qui mil. poss. & l. vlt.C.de off. mag.off. ἰνσιωάδιν interpretari videntur. an quòd sacri laterculi fuerint scrinia quatuor, vt constat ex No.8 i laterculum dicitur quasi πλινθίον. Laterculenses eis codicibus edendis & seruandis præpositi sunt.

XIIII. IDEM A. TATIANO MAGISTRO OFFICIORVM.

Hac lege sancimus,si quādo adiutores viri magnifici pro tempore quæ- E storis sacri nostri palatij in accusationem ciuilis causæ vel criminalis deducti fuerint,strictum ius & integritatis congruum ordinem conseruari; vt si sine scriptis conueniendi sint,nomen eius præcipientis ore designatum esse sufficiat. Sin autem scriptis in querimoniam vnus adiutorū aut plures forte ferendi sint:monumenta sententiarum in persona tantummodo conueniendi adiutoris præcedentium æquum & iustum initium futuro præstent certamini.Et quoniam probatioribus exemplis,quàm in- F decoræ cōsuetudini deceat indulgeri:quod in vniuerso deuotissimorum scrinio libellensium euicisse monstratur,id in adiutores sacræ memoriæ, sacrarum etiam epistolarum transferendum censemus:vt qui liberā proficiscendi licentiam pronunciatione cōmeatus indepti fuerint, sine qualibet stipendiorum aut emolumentorum deductione peregrè degant.etenim pro tempore viris clarissimis proximis,& melloproximis, aut corū adiutoribus absentiæ causa vel offerre de suo proprio,aut ex annonis seu G stipendiis quidquam relinquere cogendi:quamuis Ianuarias Kalēdas indultum excedat spatium,& intra sextum diem contineat. Ad hoc illud obseruari sancimus,ne alius adiutor propter quamcunque ambitionem his,qui in præsenti sunt,vel post eorum deminutionem addatur, licet in veterem numerum redacti fuerint.

Vt adiutores quęstoris aut scriptis cõueniantur nominatim aut vnce executoris. Vt eis siue sumpti sint ex scrinio libellorum, siue ex scrinio memoriæ aut epistolarũ, absentiæ causã intra tẽpora commeatus nihil depereat, & vt nihil ea propter proximis aut melloproximis aut eorũ adiutoribus offerre vel relinquere cogãtur, licet cõmeatus excedat Kal. Ianuarias, id est, licet absint ipso anni initio quo erogari salaria solent. l. laudabilem. §. de adu. diu. iud. l. 15. C. Th. de agent. in reb. Vt adiutoribus quæstoris præsentibus, etiam ad veterem numerum redactis, alius nullus addatur. Continebat & aliud quiddam hæc constitutio, quod abrogat lex quæ sequitur.

XV. IDEM A. TATIANO MAG. OFFICIORVM. Certæ quidẽ sunt dispositiones nostri numinis, quas super adiutoribus viri illustris pro tempore quęstoris nostri palatij, quorũ obsequio res agitur quęstoria, dedimus. quarum prima quidẽ ad supplicationem eorundẽ adiutorũ emissa numero eorũ, qui erant illo tempore, quo preces nobis obtulerũt, neq; aliquem eximi, neq; adiici præcipit, præterquã si quis eorum vel ad laterculensis gradũ in scrinio sacræ memoriæ, vel ad secundum locũ in duobus aliis scriniis, id est, sacrarũ epistolarũ, sacrorumq; libellorũ, & cognitionum prouectus fuerit. nam his licere desistẽtibus ab adiutoris officio alios pro se, quos voluerint, adiutores subrogare, vltimum locũ in iisdem adiutoribus obtenturos, licet superiorem in memorialibus habeant. Altera verò per sacram pragmaticam facta est, per quam excelsæ memoriæ Proculo verbo suggerente pręcipimus, illos etiam adiutores posse in suũ locum alios inducere, qui per aliquẽ fortuitũ casum minus implere suũ officium valeant, veluti senium, vel morbũ, vel aliam necessariã causam. quod ex ipsorũ adiutorum petitione idẽ magnificæ memoriæ Proculus ad nos retulit. Sed in præsenti ab aliis memorialibus tam in scrinio sacræ memoriæ, quàm in ceteris duobus sacrarũ epistolarũ sacrorumq; libellorũ & cognitionũ relatis aditi, cõperimus deminutionẽ eorundẽ adiutorũ impediri per memoratã pragmaticã sanctionem, & insuper venditionis quodãmodo memorati officij locum introductũ esse. quod ne de cetero fiat, pręsentẽ sanctionẽ ad tuã magnitudinẽ mittimus, per quã iubemus illis tantũ permissum esse secundũ prius nostræ serenitatis rescriptũ alios in suum locũ subrogare, qui vel laterculensis gradũ in scrinio memoriæ, vel secundũ locũ in aliis duobus scriniis adepti fuerint: secunda nostra sanctione super hoc capitulo de cetero cessante: nulli danda licentia eorumdẽ adiutorum, præterquã si ad memoratos gradus ascenderit, alium pro se eisdẽ adiutoribus ex quocunq; fortuito casu connumerare, vt eo modo ad veterẽ numerum adiutores redeãt. & duodecim quidẽ in scrinio sacræ memoriæ, septeni verò in aliis duobus sint, id est, sacrarum epistolarũ, sacrorumq; libellorũ & cognitionũ. Illo videlicet obseruando, ne alius adiutor per quãcunq; ambitionem his, qui in præsenti sunt, vel post eorũ deminutionẽ, licet in veterẽ numerũ redacti fuerint, addatur. nam si permutationem, licet fortuitus casus inciderit, prohiberi disposuimus: multo magis prioribus manentibus alios introduci vetamus, ceteris scilicet anterioris sanctionis capitulis in suo robore permansuris.

Ex l. 13. adiutores quæstoris qui in scrinio memoriæ laterculenses sunt & in aliis duobus scriniis melloproximi, quãuis non sint ex XXVI. possunt alium in suũ locum subrogare. Ex l. 14. quod tamẽ ei detraxit Tribonianus propter hanc l. vlt. adiutores qui morbo aut senio impediuntur quo minus munus suum exequantur, possunt alium in suũ locum subrogare. Hoc abrogatur in hac lege, & subrogãdi ius permittitur duntaxat in casu l. 13. Certè si adiutores ad veterem XXVI. numerum redierint, licebit eis alios in suum locum subrogare interueniente quæstoris electione, & eum locum eamve militiam suam vendere, non tamen vltra centum solidos, & in heredes suos trãsmittere, vel in heredes

A ros, etiamsi liberi eis heredes non extiterint, ex No. 35. Cuius sententiam Iulianus exposuit, dummodo probentur à quæstore, & inferant c. solidos pro introitu. Atq; ita militiæ vel in heredes aut liberos transmittuntur sub certa pretij definitione. l. vlt. §. de pig. vt hæc militia adiutorum intra numerum XXVI. sub præstatione c. solidorum, vel qui subrogatur heredibus defuncti aut liberis præstat certam pecuniam ex casu militiæ, vt duobus locis diximus §. & in tit. de minoribus D. quò respiciunt hęc Iuliani verba, de adiutoribus quæstoris: *Qui fiunt in locum eorum qui suo loco ceciderunt, centum solidis præstitis fiant.*

## B *De agentibus in rebus.* *Tit.* 20.

Superiores in literarum præsidiis militant, vt ait l. 1. C. Th. de prox. com. disp. Et ob id eorum militia literata dicitur l. 8. §. tit. prox. Hi militát in rebus, in actu Reipub. & à Græcis dicũtur semper magisteriani, & No. 17. & 124. & in fine Lausiacæ historiæ. Rationẽ reddidi lege 12. §. tit. prox. Sunt eorum gradus multi, alij tribuni scholarum, de quibus tit. x1. §. alij primicerij, alij senatores, alij ducenarij, alij centenarij, alij biarchi, alij circitores, alij equites, alij tyrones. l. 3. hoc tit. l. 1. & 3. §. de off. mag. off. l. 1. ¶. de priuil. schol. & in Notitia l. 2. de off. præf. præt. l. 2. C. Th. de filiis mil. appar. l. 3. ¶. de filiis off. & mil. Hieronymus aduersus Io. Hierosolymitanũ ad Pammachium, *Finge*, inquit, *aliquem tribunitiæ potestatis suo vitio regradatum, per singula militiæ equestris officia ad tyronis vocabulum deuolutum,* C *nunquid ex tribuno statim fiet tyro? Non, sed antè primicerius, deinde senator, ducenarius, biarchus, circitor, eques, deinde tyro. & quanquam tribunus quondam, miles gregarius sit, tamen ex tribuno non tyro, sed primicerius factus est.*

I. IMPPP. ARCADIVS HONOR. ET THEODOSIVS AAA. ANTHEMIO MAGISTRO OFFICIORVM. Nullus de schola agẽtium in rebus de cetero locum mortui conetur inuadere: sed is qui ordine stipendiorum & laborum merito ad gradum militiæ sequebatur, statim atque illum fata subduxerint, in eius præmia percipienda succedat, D omni obreptione cessante. DAT. PRIDIE KAL. IVL. C P. HONORIO A. VI. ET ARISTENETO COSS.

Vt in locum defuncti agentis in rebus ascendat proximus non vlterior. l. 2. §. de off. mag. off.

II. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. HELIONI MAGISTRO OFFICIORVM. Nulli posthac sine nostræ maiestatis E auctoritate discingendi agentem in rebus, nulli eximendi pateat copia. nam probata schola & animaduersionẽ vereri iudicis, & nullam timere debent contumeliam vilitatis. DAT. III. ID. NOV. C P. HONORIO X. ET THODOSIO VI. AA. COSS.

Ne quis consortio agentium in rebus remoueatur sine auctoritate principis. Nam probata semel schola, & censuram iudicis veteri nullam; & vilitatis contumeliam quoque nullam timere debet, si qui fortè in eo numero humiles & abiecti esse dicuntur.

F III. IMP. LEO A. PATRICIO MAGISTRO OFFICIORVM. Matriculam agentium in rebus à tua celsitudine confectam admittentes, iubemus ne ducenarij plusquam quadragintaocto in cingulis habeantur in posterum, & numerũ centenariorũ ducenti viri, quos vocante tẽpore gradus competentes admiserint: parique modo biarchorũ nomen meritumq; ducenti quinquaginta viri duntaxat: præterea circitorũ trecẽti, & equitum quadringẽti quinquaginta impleant. Sit in æternũ illa quoque G fixa stabilisq; tuæ sublimitatis dispositio, vt sit si quis de numero ducenariorũ, quos quadragintaocto quotannis esse cẽsuimus, forsitã de luce migrauerit: laborũ eius fructũ successores ab intestato vel ex testamento venientes lucrũ dispensent, & ita omnibus inter ceteros superstites potiantur solatiis, tanquã si viuus, qui hæc eadem diu sperauerat, sibimet vindicasses: qua de causa locum etiam eius successorum intuitu vacare

conueniet. Nemo autem ſine diuali probatoria, quam codices in ſacro nostro ſcrinio memoriæ poſiti, debeant inſerēdam accipere, militaribus eiuſdem deuotiſſimæ ſcholæ ſtipendiis vel priuilegiis potiatur. A

Definit numerum ducenariorum, centenariorum, biarchorum, circitorum, equitum. Cōſtituit vt defunctus ducenarius in heredem ſuum totius anni ſalaria tranſmittat, atq; heredis gratia vt eo anno defuncti locus vacet: & ne ſine probatoria, quæ laterculis inſeratur, quiſquam ſcholæ agentium in rebus adiungatur.

IIII. IDEM A. PATRICIO MAGISTRO OFFICIORVM.

Ex eo quo primum ducenæ vel centenariorum gradum in ſchola agentium in rebus militantes meruerint, deſinant in ſacratiſſima videlicet ciuitate conſtituti alterius iudicis cuiuſlibet auctoritate pulſari, vel in alio quolibet examine, præterquam viri magnifici magiſtri officiorum, & cui forſitan ipſe conceſſerit, actionibus ſui quiſq; aduerſarij reſpōdere. Quod multo magis in criminalibus cauſis obſeruari decernimus. abſurdum eſt enim vt in eius ſalutem vel exiſtimationem valeat quiſquā proferre ſententiam, cuius de nulla re poſſit pecuniaria iudicare. Huius autem beneficij prærogatiuam ſubadiuuis etiam qui ſingulis inueniuntur temporibus deferri iubemus: licet hanc in eorum perſona more quoque veteri ſeruari cognouerimus: vt tamen poſt depoſitum officium memoratum, ſi non inter centenarios numerentur, communi iam lege reſpōdere non ambigant. Prædictas autem omnes centenariorum perſonas in prouinciis repertas conceſſa nunc ſpeciali fori prærogatiua, niſi publicæ exſecutionis ſollicitudo his iniuncta ſit, vti prohibemus, eoſque ordinariorum etiam iudicum pro veteri iure ſententiis obedire præcipimus. B C D

Vt centenarij & ducenarij in vrbe reſpondeant, non apud præf. vrbi, ſed apud magiſtrum officiorum, vel apud arbitrum ab eo delegatum tam in criminalibus quàm in ciuilibus cauſis. Idem datur ſubadiuuis quandiu eo officio funguntur, & depoſito officio ſi facti ſint centenarij. In prouinciis autem vt reſpondeant apud præſidē ſublata præſcriptione fori, niſi ſi qua publicæ executionis ſollicitudo eis iniuncta ſit. Habuit magiſter officiorum adiutorem ex ſchola agentium in rebus, vt dictum eſt l. 12. §. tit. prox. & ſubadiuuas adiutoris duos. habuit & ſubadiuuas fabricarum, quas cōſtat fuiſſe ſub diſpoſitione magiſtri officiorum, & ſubadiuuas barbariorum, id eſt, officioarum barbaricariorum. Et horum ſubadiuuantium meminit Marianus Scotus, & lex ſequēs, in qua vulgò malè, *ſubadiubarum*, pro *ſubadiuuarum*. De his & in l. 3. C. Th. de agent. in reb. *Periculum*, inquit, *ſe & adiutor & ſubadiuua ſubituros eſſe cognoſcant ſi huius ſanctionis normam inſequentibus magiſtris deſierint intimare.* Iidem vt opinor chartularij dicuntur in l. 5. & 6. E

V. IDEM A. PATRICIO MAGISTRO OFFICIORVM. Agentes in rebus, qui per ordinē conſequi ſolent principatus inſignia, in vnoquoq; ſcrinio fabricarum & barbariorum quaternos ſubadiuuarū ſollicitudinem per annum duntaxat integrū procedentes gradatim ſubire, hac in æternū valitura lege decernimus: exceptis videlicet vniuerſis negotiatoribus quodlibet mercimonium per ſe gerentibus, interpoſitas've perſonas, cùm eis ante ſacratiſſimis conſtitutionibus interdictum ſit militare, exceptis nihilominus his, qui poſſeſſionum alienarum ſollicitudinem procurationem've ſuſceperint. eos enim ad hæc officia volumus aſpirare, quorum labores ſcholæ agentium in rebus teſtimonio comprobantur. Illi quoque ſunt ab hac liberalitate noſtræ manſuetudinis excludendi, qui cùm ſcholæ eidem ſocientur, in ſacris ſcriniis, quibus viri ſpectabiles primicerius & tertiocerius præſunt, adiuuantes eos publicarum chartarum tractatibus occupantur, & duobus officiis operam ſuam adhibere non poſſunt. nam præter emolumenta, quæ de prædictis ſcriniis conſequuntur, principatus etiam ſolatio debent eſſe contenti. F G

Quòd

A Quòd si morbo, vel ætatis senio capti, vel imperiti huiusmodi rerum, vel quocunque alio vitio præpediti, per se memorati officij curam subire nequiuerint: consideratis præcedentibus eorum laboribus, per substitutum chartularium eiusdem scrinij, cui præfuturus est, ipse idoneum, & tam moribus optimis præditum, quàm scientiam peritiamque rerum habentem, electione sua suarumque periculo facultatum præfatum munus eos implere præcipimus.

B

Malè in quibusdam Codicibus hîc apponitur tit. de præpositis agentium in rebus. Videtur autem hæc lex esse de principibus agentium in rebus, vt qui fuerint ex eo numero per annum integrum subadiuuæ fabricarum & barbariorum sint, non negotiatores, nō actores, conductores, procuratores rerum alienarum, quòd ij militare non posint, non principes qui sint adiutores primicerij aut tertiocerij in sacris scrinis, de quibus fortè l. vlt. §. de diu. resc. quòd iis duobus officiis subadiuuarum & adiutorum pares esse non possint, & vt si non sufficiant exequendo subadiuuarum muneri, ex causis hac lege expressis, per substitutum qui sit ex eodem scrinio, in quo præfuturus est quasi subadiuua, implere id possint. subadiuuæ vox desideratur in fine huius legis, *Præfatum subadiuuæ munus eos implere præcipimus*. Sic habent vet. libri, & de iis subadiuuis diximus Constitut.

C præcedenti.

VI. IMP. ANASTASIVS A. CELERI MAGISTRO OFFICIORVM. Hac saluberrima sanctione decernimus, agentes in rebus pro conuentionibus & modo sportularum executoribus præbendarum, pro quantitate sumptuum, quæ circa litigia sibimet ab aliis inferenda, vel à se contra alios per semetipsos, seu per ordinandos à se procuratores

D exercenda, conuenit ab his agnosci: beneficiis, quæ in sacro nostro militantibus ministerio iam pridem per diuinas sanctiones indulta sunt, perpotiri: & fideiussorem idoneum de eadem schola, non autem extraneum offerre compelli. Ita tamen vt priuilegia, quæcunque centenariis seu ducenariis, vel chartulariis, seu viris clarissimis principibus post depositam quoq; militiam iam per dispositiones principales impertita, & nunc vsque obseruata esse noscuntur, intacta inuiolataque custodiantur: cùm

E perabsurdum, perque temerarium sit, hanc nostræ liberalitatem pietatis quemquam astuta interpretatione, non ad augmentum anteriorum priuilegiorum, sed ad deminutionem conuertere concedi. Simili videlicet forma pro matribus & vxoribus eorum, necnon etiam liberis sub eorum potestate constitutis, nec aliam sortitis vel sortituris militiam, necnon etiam seruis ad eos pertinentibus seruanda: ita vt in prouinciis quoque supradictæ personæ degentes simili beneficio perfruantur. Sportulas

F tamen & litium expensas pro tertia superiùs enarratæ quantitatis soluturæ: denarum librarum auri condemnatione aliaque grauissima indignatione his feriendis, quicunque nostra iussa quolibet modo seu tempore violauerint, seu violare concesserint.

Non eundem, vt existimauit Accursius, sportularum modum litigantibus agentibus in rebus Anastasius præscribit, quem præscripsit militantibus in sacris scriniis l. 12. §. tit. prox. sed eundem quem Leo & Zeno ministerianis l. vlt. §. de castr. & minist. & hoc quidem in vrbe. In prouinciis

G sportularum modus est leuior, pro parte nimirum tertia, & hoc siue ipsi litigent siue procuratores, siue matres, vxores, liberi, serui eorum. Adhæc confirmat priuilegia data centenariis & ducenariis & subadiuuis l. 4. §. & principibus agentium in rebus l. vlt. tit. seq.

Dé prin

## *De principibus agentium in rebus.* Tit. 21.

A

I. IMPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. CYNEGIO P P. Agentes in rebus post palmam laboris emeriti principatus honore muneramus. atque ideo officiales tam ad necessitates publicas, quàm priuatas, non nisi principe mittantur auctore: nullarumque sine ipso cuiquam mandetur exhibitio personarum, etiam si intercessio in locis degentis officij fuerit impertita. Causarum etiam patronos volumus esse conuentos, ne ignorante principe vllam postulationem introducant, ne've sub vnius persona suscepti fraude quadam aliena negotia inserenda esse pertentent. Quòd si fuerit definitio contempta: decem libras auri fisco nostro ab officio tuo iubemus inferri. DAT. PRID. KAL. MART. C P. HONORIO NB. P. ET EVODIO COSS.

B

Agenres in rebus post cōonuæ militiæ tempus veluti pro præmio laboris exacti fiunt priocipes agenoum in rebus.l.13.& 16.C.Th.de ageo.in reb.Cassiodorus xi.*Cur agentium*,inquit, *in rebus miles officij post tot laboris incerta aliquid patiatur ambiguũ, qui crebris actionibus excubando ideo principis nomen habere promeruit, quia militia sacramentis ceteros antecellit.* Quæ vulgò expressius typis Casiodorus noti ita habet.Nemo officialium illis inconsultis in munus aliquod mittitur, oulla exhibitio personarum, nulla intercessio mãdatur. Intercessio,id est,execuöo.l.8.§.de off.rec.pro.l.7.§.quæ res pig. obl. etiam si ea executio peregrè facienda nõ sit,sed eo loci ipso,quo officialis degit. At possunt aduocati ex executione officialis,licet ignorante principe facta,postulaoooem introducere.Idcirco & hoc quoque aduocatis nominatim interdicitur, & ne vnius suscepti specie alienas causas introducant. Susceptum dicit proprie,vt Augustinus in quæst. mistis: *Hoc est officium aduocati vt secundum iuris ordinem suscepti sui causam peroret.* Sic & quemlibet clientem vocari diximus tit.54. lib.x1. Videntur ex schola ageotium in rebus isti principes constituti officiorum præf.prætorio, & vrbi & vicariorum & proc.Africæ & Achaiæ & Comitis Orientis & Aegypti & præf.Augustalis & ducũ quorundam.quod & Marianus docet,dicens plerunque eos ex ducenariis sumi & exire cum insignibus priocipatus,& l.6.C.Th.eod.tit.*Principes*, inquit,*qui de agentium in rebus numero ad gubernanda officia diriguntur.* & Cassiodorus supradicto loco de principe loquitur officij prætorianæ sedis, & No. Theodosij de princ. ageot.in rebus,quam habemus,in qua ita est: *Vt inconsulto principe qui ex schola agentium in rebus ad obsequia præfecturæ prætorianæ post infinita discrimina & consumpta ætatis parte meliore peruenit,primores designati officij nihil vsurpent,neque præfectianus aliquis sua præsumat militia sacramenta, neque matriculis eximatur,præter eius conscientiam atque consensum,ita vt eadem matricula officij prætoriani in principis potestate consistat.*

C

D

E

II. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. THEODOTO P. V. Omnia citatoria omnium scilicet causarum atque personarum, licet sint senatoriæ dignitatis, ad principes specialiter reuocari præcipimus.actus verò ceteros,qui à sacratissimo cœtu senatus tractari consueuerunt,censualium sollicitudine celebrari, nec aliquod præiudicium ex subreptitio rescripto supplicibus inferri. DAT. XII. KAL. IVNII CP. OLYBRIO ET PROBINO COSS.

F

Vt etiam senatores omnibus in causis citeotur in iudicium per principes officij præf. vrbi.Actus verò senatus vt conficiantur à censualibus. Capitolinus in Gordianis: *S.C. tacitum fieret, ita vt non scriba,non serui publici, non censuales illis actibus interessent,senatores exciperent, senatores omnium officia censualium scribarúmque complerent.* De censualibus diximus in tit. de tabul.§.Eos fuisse in officio præf. vrbi Marianus auctor est.

III. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PALLADIO PROC. AFRICÆ Proconsularis apicis dignitatis adiectione principes agentium in rebus præcipimus decorari. DAT. VII. KAL. OCTOBRES RAV. VARANA CV. C. COS.

G

Principes agettium io rebus æquantur proconsulibus, sicut & Comites consistoriani, quibus etiam in litibus exercendis eadem priuilegia competunt, quæ principibus.

IIII. IMPP.

A IIII. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTIN. AA. VALERIO MAGISTRO OFFICIORVM. Ex agentibus in rebus principibus domesticos in suis actibus habere liceat eos, quorum fidem industriamq́; probatam sibi existimant, etsi sæpe eodem officio fuerint antè perfuncti. & si quis agens in rebus post vigintiquinque annorum curricula ob aduersam corporis valetudinem militiæ finem minimè valuerit expectare, sed ad honorariam ex principe dignitatem testimonio B scholæ prosilierit: iisdem eum priuilegiis muniri censemus, quibus hi qui ad principatus actum progressi sunt, potiuntur. Sed in salutationibus iudicum consessibusq́; priores eos, qui per longæ militiæ metas ad principatus actum peruenerint, & si actus tempore posteriores sint, esse præcipimus: nihil censualibus, vel apparitoribus aduersus priuilegia eorum excogitantibus, tanquam in actu principatus fuerint versati, vi- C cenarum librarum auri condemnatione contra eos proposita. DAT. IIII. KAL. FEB. CP. THEOD. A. XV. ET QVI FVERIT NVNTIATVS.

Vt principibus agentium in rebus liceat habere in suo officio domesticos, sicut præsidibus, ducibus, comitibus. Sed horum domestici completo actu, eundem repetere non possunt. l. 5. & 6. §. de assess. Principum domestici possunt. Vt eadem priuilegia habeant principes honorarij post viginti quinque annorum militiam accepta testimoniali hanc dignitatem adepti, quam habent principes in actu positi, ita tamen vt ij in consessibus & salutationibus iudicum illis præponantur, licet tempore posteriores sint.

D

V. IIDEM AA. CYRO PP. Eos qui ordine transcursa militia, post ducenam ad desideratum principis peruenerint gradum, aut adiutores viri illustris magistri officiorum extiterint: cùm inter honoratos cœperint numerari: vicarianæ dignitatis titulis decorari censemus.

Vt ex ducenariis principes facti vel adiutores magistri officiorum, ornentur honore vicariorum, *cùm inter honoratos*, inquit, *cœperint numerari*, id est, cùm, veluti ex lege seq. completa militia & in- E depto principatu inter comites primi ordinis vacantes ceperint numerari. De adiutore magistri officiorum diximus in l. 12. §. de prox. sacr. scrin. De eo quoque accipienda est l. 1. §. de off. mag. off. in qua separata oratione legendum est, *adiutor præterea*, &c. Et ante eam de curagendariis siue curiosis promouendis, ita legendum ex Vet. *quos ordo militiæ vocat & labor*, vt in l. 20. Cod. Th. de agent. in reb. *Qui militia ordine ac labore decurso*. & l. 4. C. Th. de curios. *Quatenus labore atque ordine ad cursum regendum & ad curas agendas iudicio scholæ & ordinis merito dirigamini.*

VI. IIDEM AA. NOMO MAGISTRO OFFICIORVM. F Principes agentium in rebus, quos sæpe sæua pericula vitæq́; interdum renunciatio ad memoratum gradum adduxit, completo tempore militiæ suæ, comitiuæ primi ordinis cingulo in diem vitæ potiri, manentibus videlicet dudum præstitis saluis priuilegiis, decernimus.

De hac l. diximus lege præcedenti satis.

VII. IMP. LEO A. NICOSTERIO PP. Quicunque ex cor- G pore cohortalium militans in schola agentium in rebus filium procreauerit antequàm ad metas militiæ suæ perueniat, principatus honore decoretur, licet ipse post finitam militiam, vtpote liber nulla debeat huiusmodi conuentione pulsari, filium tamen cohortali conditioni relinquat

obnoxium. Si verò poſtquam adeptus fuerit principatum, ediderit fi- A lium: is qui natus eſt, etiam ſi in ſchola deuotiſſimorum agentium in rebus militiam ſortitus non fuerit, ita liber ſit ac ſecurus, vt nec vllis cohortalis officij nexibus obligetur, quaſi iam ex patre libero, & ab hac conditione penitus alieno progenitus.

Impreſſi Codices habent, *& licet*: Scripti carent coniunctione illa. Videtur deſiderari illo loco, *Et principatus honore decoretur*. Principatus honor defertur finita militia pro emerito. Igitur ſententia B legis hæc eſt, cohortalem militantem in ſchola agentium in rebus principatu cohortali conditione ſolui, & filium quoq; ab eo poſt principatum ſuſceptũ, non eum qui ſuſceptus fuerit ante principatum. Idem in curiali hac conſtitutione cùm fuiſſet expreſſum, Iuſtinianus ſuſtulit, cui magis placebat militantes ad curiam reuocari. Nam quod eſt in l. vlt. §. de dec. confirmat tantùm libertatẽ eis qui ex iure antiquo ea potiti ſunt, non quòd in poſterũ velit Iuſtin. iſta militia vel principatu curiales liberari.

VIII. IMP. ZENO A. IOANNI MAGISTRO OFFICIORVM. Multis deuotiſſimæ ſcholæ agentium in rebus aditionibus permoti, viros clariſſimos eiuſdem ſcholæ principes, qui finitis militiæ ſti- C pendiis exeunt, quoties ex maioris iudicis ſententiis ipſi vel eorum coniuges, aut liberi, vel ſerui, aut coloni, ſiue per ſe, ſiue per procuratores conueniantur, non amplius quàm vnum ſolidum executoribus ſportularum nomine præbere compelli: apparitoribus vicarianis, ſeu præſidalis iudicij, non niſi tertia parte ſolidi tantùm præſtanda: nullaſq; iiſdem concuſſiones aut vexationes in præbendis fideiuſſoribus ingeri, ſed eos fideiuſſores, quos locorum defenſor æſtimauerit, dare: ita videlicet vt pro D tenore generalium edictorum hi, qui vel in ſacratiſſima vrbe, vel in prouinciis immobiles poſſident facultates adiuratoriæ cautioni & ſubſtantiæ ſuæ credantur. Hoc etiam adiiciendo, vt nunquã niſi ex ſententia in ſcriptis prolata penitus moneantur. Ad ſimilitudinem inſuper aliorũ officiorum, quoties ciuiles vel criminales cõtra eoſdem cognitiones mouentur, executorem quidem negotij vſq; ad finem litis ciuilis ſeu criminalis vnius eſſe ſolidi præſtatione contentum: & pro inſinuandis noſtræ ſerenitatis E apicibus vel ſimplici contra obnoxios eorum poſtulatione deponenda, binos ſolidos ab his vel coniugibus eorũ præberi. & quotieſcunq; exemplatia poſtulantur: hi quorum intereſt, accepto ſolido, quod petitur, præbere non differant. pro implendis verò monumentis, vnde conueniendi tribuitur executoribus facultas, non vltra quàm tres ſolidos, quibus competit, impertiri præcipimus: arbitris verò non amplius quàm ſolidum, & fiſci patronis dimidiam ſolidi partem, notariis verò tertiam vſque ad fi- F nem (ſicut dictum eſt) cauſæ præſtare. ſuper editione quoque chartularum ſolidi partem dimidiam præbere. Quòd ſi non apud arbitrum, ſed in competentibus iudiciis maioribus cognitio celebretur: inducendi quidem negotij gratia non niſi quatuor ſolidos eoſdem viros clariſſimos erogare, geſtorum verò excipiendorum cauſa duos tantummodo ſolidos dare, & nullius vltra ſupraſcriptas quantitates cuiuſlibet alteri præſtandi ſumptus exactione vexari: his omnibus locum habentibus, G ſiue ipſi aliis litem ingerunt, ſiue ab aliis pulſentur. DAT. KAL. SEPT. THEODORICO COS.

Hæc lex definit ſportularum modum litigantibus principibus agentium in rebus, & vt ex ſcripto conuen

A conueniantur, & fideiussores dent arbitrio defensoris locorum. De sportularum modò nolo singula persequi. Citatur hæc lex in l. 2. §. de com. consist.

## *De curiosis.* *Tit. 22.*

I. IMP. CONSTANTINVS A. AD LOLLIANVM PP. Curiosi & stationarij, vel quicunque funguntur hoc munere, crimina iudicibus nuntianda meminerint, & sibi necessitatem probationis incumbere: nec citra periculum sui, si insontibus eos calumnias nexuisse constiterit. cesset ergo praua consuetudo, per quam carceri aliquos immittebant. DAT. XI. KAL. AVG. MED. ACC. XII. KAL. SEPT. ARBITIONE ET LOLLIANO COSS.

Curiosi qui & curagendarij dicuntur l. 1. C. Th. eo. tit. sunt ex agentibus in rebus, vt constat ex l. 1. §. de off. mag. off. & ex constitutionibus huius tit. & nominatim l. 2. cauetur vt solis agentibus in rebus curæ publici cursus committantur, non officiis præfectorum prætorio vel vicariorum. l. 2. ϡ. de apparit. præf. præt. Hæ sunt curiosorum præcipuæ curæ, vt non malè Græci hunc tit. ita interpretati sint, περὶ φροντιστῶν τοῦ δρόμου, & quidem solæ, vt tamen & missi per regiones, prouincias, littora, portus, commonitoriis & mandatis instructi à magistro officiorum in eos qui quid circa cursum publicum admiserint diligenter inquirant, rem deferant sine inscriptione, & quadam constitutione Græca de custodia reorum continetur, non tamen sine calumniæ pœna, vt hac lege cauetur, quæ etiam præhensionem eos non habere significat, & l. 4. nec vocationem. Alij erant curiosi cursus publici in comitatu, alij per diuersas prouincias, vt Mariani Scoti notitia declarat, qui à magistro officiorum dirigebantur, quandoquidem ex magisterianis erant, id est, agentibus in rebus. De stationariis dixi l. 6. §. tit. 1.

D II. IDEM A. ET IVLIANVS CÆSAR AD TAVRVM. Agentes in rebus in curis agendis & euectionibus publici cursus inspiciendis nostrorum memores præceptorum credimus in omnibus velle profutura reipublicæ. ideoq; solos agentes in rebus in hoc genere iussimus obsequium adhibere, & non ab alio penitus officio. hi verò peruigili diligentia prouidebunt, ne quis citra euectionis auctoritatem moueat cursum, vel amplius postulet, quàm concessit euectio. Quisquis igitur aliquid tale perpetrare tentauerit, improbi cœpti priuetur effectu. demonstretur etiam iudicibus vel curiosis euectio, etiam si quis nobis iubentibus festinare memoret in obsequium necessarium, nec præualeat contumacia vel dignitas. Ergo numum vetamus exposci pro animalibus in cursu minimè constitutis. Quod si fortè aliquis existimauerit perpetrandum: eius quadruplum, quod accepit, inferre cogatur. DAT. XV. KAL. MAII MEDIOLANI CONSTANTINO A. VIIII. ET IVLIANO CÆSARE II. COSS.

Curiosi mittuntur ex schola agentium in rebus, vt inspiciant euectiones siue συνθήματα cursus publici, & curent ne qui sine euectione currant. l. 3. ϡ. de cursu publ. vel supra modum euectionis, vt qui vnius rhedæ copiam habet, ne flagitet duas. vel qui biretum habet, aut veredum, ne flagitet rhedam. Et vt ne à prouincialibus nummum exigant pro animalibus eorum in cursu minimè præbitis.

G III. IDEM A. AD AGENTES IN REBVS. Per id tempus, quo cursus tuendi sollicitudinem sustinetis, condemnationes præfectorum præt. circa eos solos irritæ sunt futuræ, qui seruauerint honestatem. erga eos verò qui inhonestè & contra decus seculi vel honorem militiæ

versabuntur, non solùm condemnatio mansura est, verùm etiam grauior pœna est statuenda. PP. PRID. KAL. DEC. EVSEBIO ET HYPATIO COSS. A

Præfecti prætorio coërcitionem habent in curiosos qui in hoc officio inhonestè versantur.

IIII. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MARCELLO MAGISTRO OFFICIORVM. Agentes in rebus singulos per singulas prouincias mittendos esse censemus, quibus tamen inspiciendarum euectionum tantùm debeat cura mandari: vt nihil prorsus commune aut cum iudicibus, aut cum prouincialibus habeant. nec naues debebunt illicita concussione vexare, nec libellos, vel contestationes litis gratia suscipere, aut in carcerem quenquam trudere, sed cursui solùm vacare. DAT. KAL. IVN. CP. OLYBRIO ET PROBINO COSS. B

De hac dictum est satis l. 1. Quod ait, *nec naues*, eò pertinet l. 1. ℈. de lit. custodia. C

## *De palatinis sacrarum largitionum & rerum priuatarum.* *Tit. 23.*

Palatinorum nomen generale est. Eo continentur militantes in sacris scriniis & agentes in rebus, de quibus dictum est suprà, & apparitores Comitum largitionum vel priuatarum, de quibus hoc tit. agitur, & ministeriani, de quibus tit. seq. Generalem hanc significationem comprobat l. 1. ℈. de pri. cor. qui in sacro pal. mil. Ambrosius 5. Epist. *Palatina*, inquit, *officia omnia, id est, memoriales, agentes in rebus, apparitores diuersorum Comitum.* Hic tit. vt iam dixi, est de apparitoribus Comitum, qui & largitionales aut priuatiani dicũtur, & hoc sensu plurimùm in constitutionibus palatini accipiuntur, vt l. vlt. ℈. de locat. præd. ciuil. l. 1. ℈. quib. ad cond. præd. fisc. l. 2. ℈. de coll. fund. fisc. l. vlt. ℈. de fide hast. fisc. l. 2. ℈. de pet. bon. sub. & multis aliis. & sicut officium pro officialibus accipitur sæpe, ita palatium pro palatinis. Ammianus lib. 4. *Tuas & palatij tui auferre iubeo propediem annonas*, & eodem libro, *Relicto palatio omni.* D

I. IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD BERONICIANVM VIC. ASIÆ. Palatini pro capitibus seu iugis suis tantùm pensitationem atque obsequia recognoscent, extraordinariis & sordidis muneribus, & susceptionibus, & temonariis oneribus liberati. DAT. NON. MAI CP. CONSTANTIO IIII. ET CONSTANTE III. AA. COSS. E

Palatini excusantur ab extraordinariis & sordidis muneribus.

II. IMPPP. VALENTIN. VALENS GRATIANVS AAA. TITIANO COM. S. L. Nullus thesaurensis, vel officialis Comitis thesaurorum semel deprehensus euersor, quocunq; pacto, aut repetat militiam suam, aut aliam sibi requirat per ambitum dignitatem, vel se se transferat ad aliam quacunque militiam. DAT. VIII. KAL. FEB. ANTIOCHIÆ GRATIANO A. IIII. ET MEROBAVDE COSS. F

Thesaurensem vocare videtur officialem Comitis sacrarum largitionum, qui & Comes Thesaurorum dicitur. *Vel*, igitur hoc loco est διασαφητικόν. Si Thesaurensis, id est, apparitor Comitis sacrarum largitionum deprehendatur euersor rerum ad sacrum ærarium pertinentium, militia pellitur, & nec ad eam reuerti, nec aliam vllam militiam siue dignitatem capessere potest. G

III. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEOD. AAA.

A PANCRATIO COM. R. P. Prisco iam nunc ordine reuocato, de palatino potius officio ad gerendum principatum officij Comitis domorum per Cappadociam mittantur, quales Comes etiam domorum, si inhonestum aliquid gesserit, vereatur. Idoneos itaque singulis annis è numero mittendariorum ad hoc eligere debebis & mittere. DAT. PRID. NON. IVL. SCOPIS AVSONIO ET OLYBRIO COSS.

B De Comite domorum scripsimus tit. 5. huius libri. Hic habebat officium, & officij principem non ex schola agentium in rebus, sed ex officio Comitis rerum priuatarum.

IIII. IIDEM AAA. HESPERIO PP. Nihil omnino vllis iudicibus cum palatinis nostræ clementiæ, quicunque à Cõmitibus diriguntur, sit commune atque coniunctum: sed excepta reuerentia, quæ non solùm ab inferioribus, sed etiam à maioribus, & in prouincia degentibus rectoribus prouinciarum debetur atque defertur, suis quisque C necessitatibus obsecundet. DAT. VIII. ID. DEC. SIRMIO AVSONIO ET OLYBRIO COSS.

Vt palatini missi in prouincias à Comitibus ærarij suum munus exæquantur per se salua reuerentia præsidum.

V. IIDEM AAA. NEBRIDIO COM. R. P. Quidam post impletum ordinem militiæ palatinæ, quam gesserãt, honoremq; transactum D ad exceptorum scrinia transire nituntur. Hac igitur lege sancimus, vt nulli prorsus dehinc ista audendi relinquatur occasio: sed vnusquisque eius scrinij, quod primum militando elegit, ordinem persequatur, nec in alterius loco finem militiæ requirat, qui iam proprij ordinis transegerit principatum. DAT. V. ID. OCT. CP. MEROBAVDE II. ET SATVRNINO COSS.

E Varia sunt scrinia largitionum & rerum priuatarum. Qui in vno militauit & fuit in eo primicerius siue princeps, postea ad aliud transire & locum alij debitum occupare non potest.

VI. IIDEM AAA. AD PROBVM PP. Ab officiis palatinorum excellentia tua sciat ita penitus esse recedendum, vt nec ipsa post modum licitum sibi credat iisdem aliquid iniungere, & præterea prouinciarum rectores prohibeat quidquam vlterius tale conari. DAT. VII. KAL. NOV. MED. POST CONS. MEROBAVDIS II. ET F SATVRNINI.

Ne præf. prætorio, ne præsides quidquam palatinis iniungant. Hoc enim ad solos Comites spectat.

VII. IIDEM AAA. TRIFOLIO COM. S. L. Scriniis omnibus largitionum comitatensium infrascriptas decernimus dignitates, vt G his contenti, ambiendi sibi aditum interclusum esse cognoscant, etiam si speciale beneficium emendicato suffragio quisquam voluerit impetrare. annonas etiam iuxta definitum dignitatum modum volumus præstari, nec amplius quidquam præsumi. Breuis, quas dignitates, per singula scrinia officium sacrarum largitionum habere statutum est.

SCRINII exceptorum perfectiſſimus ordinis ſecundi numero vnus, A id eſt, primicerius exceptorum vnus: ducenarij duo, id eſt, tertiocerius & quartocerius, centenarius vnus, id eſt, primicerius inſtrumentorum: epiſtolares numero duo: formæ primæ numero triginta ſex: formæ ſecundæ numero quatuor: formæ tertiæ numero tres. Scrinij numerorum perfectiſſ. ordinis tertij numero vnus: ducenarius numero vnus: centenarij numero duo. Epiſtolares numero duo: formæ primæ numero tres: formæ ſecundæ numero vnus: formæ tertiæ numero duo. Sacri ſcrinij B tabulariorum perfectiſſ. ordinis tertij numero vnus: ducenarius numero vnus: centenarius numero vnus: epiſtolaris numero vnus formæ primæ numero tres: formæ ſecundæ numero quinque. Scrinij canonum perfectiſſimus ordinis tertij numero vnus: ducenarius numero vnus: centenarius numero vnus: epiſtolares numero duo: formæ primæ numero quatuor: formæ ſecundæ numero quatuor. Scrinij mittendariorum C ducenarius numero vnus: centenarij numero duo: epiſtolares numero octo: formæ primæ numero ſeptem: formæ ſecundæ numero triginta-tres. Scrinij aureæ maſſæ perfectiſſimi ordinis tertij numero vnus, id eſt, primicerius ſacræ maſſæ, numero vnus: item ſecundocerius numero vnus: ducenarij numero duo, id eſt, tertiocerius & quartocerius: centenarij numero ſex: epiſtolares numero quatuor. Aurifices ſpecierum perfectiſſimus numero vnus: ducenarij numero quatuor: centenarij numero ſex: epiſtolares numero octo: formæ primæ numero XVII. formæ D ſecundę numero quatuor. Aurifices ſolidorum ducenarij numero vnus: centenarij numero octo: epiſtolares numero ſex: formæ primæ numero nouem: formæ ſecundæ numero triginta. Sculptores & ceteri aurifices centenarij numero vnus: epiſtolares numero quinque: formæ primæ numero ſex: formæ ſecundæ numero decem & octo. Scrinij auri ad reſponſum perfectiſſ. ordinis primi numero vnus: perfectiſſimi ordinis E ſecundi numero duo: ducenarius numero vnus: centenarij numero duo: epiſtolares numero tres: formæ primæ numero quatuor: formæ ſecundæ numero duo: formæ tertiæ numero vnus. Scrinij à miliarenſibus perfectiſſimus Ord. I. numero vnus: ducenarius numero vnus: formæ primæ numero vnus: formæ ſecundæ numero duo: formæ tertiæ numero tres. Scrinij veſtis perfectiſſ. ordinis tertij numero vnus, perfectiſſimus ordinis ſecundi numero vnus, ducenarij numero vnus: cen- F tenarij numero vnus: epiſtolaris numero duo, formæ primæ numero ſeptem, formæ ſecundæ numero decem, formæ tertiæ numero quatuor. Officialium ſacrarum veſtium ducenarij numero tres, centenarij numero tres, epiſtolares numero duo, formæ primæ numero duodecim, formæ ſecundæ numero decem, formæ tertiæ numero octo. Deputati ſacræ veſtis perfectiſſ. ſecundi ordinis numero duo, ducenarij numero duo: centenarij numero duo: epiſtolares numero duo: formæ primæ G numero tres. Scrinij ab argento perfectiſſ. ordinis ſecundi numero vnus: epiſtolares numero vnus: formæ primæ numero ſex: formæ ſecundæ numero tres: formæ tertiæ numero vnus. Scrinij à pecuniis perfectiſſ

A fectiſſimus ordinis ſecundi numero vnus: formæ primæ numero vnus: formæ ſecundæ numero duo: formæ tertiæ numero quinq;. Argentarij comitatenſes ducenarij numero vnus: centenarij numero duo: epiſtolares numero tres: formæ primæ numero octo: formæ ſecũdæ numero viginti quinq;. Barbaricarij centenarij numero duo, epiſtolares numero quinq;: formæ primæ numero octo: formæ ſecundæ numero vnus. DAT. IIII. ID. IVN. HERACLIÆ RICHOMERE ET CLEARCHO COSS.

B Scrinia ſacrarum largitionum hæc ſunt, exceptorum. l. 5. §. canonum. l. 10. §. de murileg. Tabulariorum. l. vlt. §. de veſt. olob. numerorum, ſiue numerariorum, mittendariorum, aureæ Maſſæ, auri ad reſponſum, à miliarenſibus, veſtiarij ſacri, ab argento, à pecuniis. Officiorum in eis ſcriniis dignitates & gradus quibus ſtrenæ debentur & veſtes & annonæ hi, primicerij, ducenarij, centenarij, epiſtolares vel epiſtolarij, vt Cod. Theodoſij, & Saluianus 5. de prouidentia: *Veniunt plerunque noui nuntij, noui epiſtolarij à ſummis poteſtatibus miſſi:* vbi vulgò malè *nouarum epiſtolarum*. Sunt & alij gradus, qui dicuntur formæ primæ, ſecundæ, tertiæ, vt & inter miniſteriales. l. 2. §. de caſtrenſ. Numerum ſingulorum notitia huius legis declarat, quam miſerè deprauatam emendaui vt potui locis quàm plurimis. Vbi erat ſcriptum, *ſcriniarij ad militem*, vetus habebat, *ad militem*, Emendaui ex notitia Mariani, *ſcrinij à miliarenſibus*. Miliarenſes nummorum genus eſt, qui erogabantur mili-C tibus. No. 105. Epiphanius, *τὸ ἄργυρον τοῦτο ἐστὶν ὃ οἱ ῥωμαῖοι μιλιαρέσιον καλοῦσιν ὃ ἑρμηνεύεται στρατιωτικὸν δόμα*. Idem & Eſychous ſcripſit. Vbi erat ſcriptum, *per formam*, emendaui, *perfectiſſimus vel perfectiſſimi*, & alia multa. Rerum autem priuatarum ſcrinia quatuor ſunt, beneficiorum, rationum, ſecuritatum, largitionum priuatarum. Quod non tantum notitia Romani imperij comprobat, ſed & lex vlt. C. Th. eod. tit. in qua ita eſt. *Tam primicerius officij priuatarum, quàm alij quatuor reliquorum primicerij ſcriniorum.*

VIII. IIDEM AAA. TRIFOLIO C. S. L. Placuit iuſta & omnibus mittendariis palatini officij profutura ſuggeſtio, quam inſinua-D ſti, vt ex iiſdem annis ſingulis ducenatij tantùm & centenarij habito prouiſionis intuitu cingulo liberentur. DAT. IIII. ID. MAR. CP. ARCADIO A. I. ET BANTONE V. C. COSS.

Hæc quoque lex valde corrupta eſt. Legendum, *Placuit iuſta & omnibus mittendariis palatini officij profutura ſuggeſtio, qua inſinuaſti, vt ex iiſdem annis ſingulis, ex ducenariis terni, ex centenariis habito prouiſionis intuitu cingulo liberentur.* Fuit in officio Palatino mittendariorum certus numerus. l. 3. §. qui ſoli vſu exigente mittebantur in prouincias iuſſu Comitum. Ex eis ſinguli quotannis cingulo libe-E rantur. Et ſequentes in eorum locum ſuccedunt, ex ducenariis terni, ex centenariis habito prouiſionis intuitu.

IX. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. NESTORIO COM. R. P. Non aliter quilibet in officio ſacrarum largitionum vel priuatarum cingulum militiæ ſibi ſumendum exiſtimet, niſi noſtræ manſuetudinis adnotationem meruerit. DAT. PRID. ID. AVG. ANCYRÆ STILICHONE II. ET ANTHEMIO COSS.

F Ne quis palatinorum cœtui ſocietur ſine adnotatione principis.

X. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IOANNI P P. Palatinos qui ſacrarum remunerationum rationem tractantes inculpatim ad calcem terminumq; militiæ peruenerint, necnon etiam adiutorem, & primicerios diuerſorum officiorum, præcipimus habere G priuilegia, quæ nuper agentium in rebus ſcholæ noſtræ ſunt manſuetudine contributa, ſcilicet vt à tyronum præbitione memorati reddantur exſortes, ceteraq; onera non agnoſcant. DAT. VII. ID. IVN. RAV. POST CONS. HONORII VIIII. ET THEODOSII V. AA.

Vt

Vt palatini sacrarum largitionum completa militia, & primicerij scriniorum, de quibus l. 7. §. & adiutor officij palatini, qui scilicet matriculam tractat. l. 16. & 17. Cod. Th. eod. tit. à tyronum collatione excusentur. Quod & scholæ agentium in rebus datum aiunt, nec tamen est suprà relatum. Verùm de eo in Cod. Th. est l. 13. de agent. in reb. & §. de priuil. eo: qui in sacr. pal. mil. l. 2. Ait, *Cetera onera*. Additur in Cod. Theod. *quæ anteà ad dignitatis dispendium sustinebant.*

XI. IIDEM AA. ANYSIO C. S. L. ET TAVRO C. R. P. Ad similitudinem sanctionis, quam de proximis sacrorum promulgauimus scriniorum, etiam in officio sacrarum largitionum, atq; priuatarum pro biennio annum sub perpetua obseruatione præcipimus custodiri: ita vt & priuilegia, quæ huiusmodi officiis vel primiceriis sacris legibus deferuntur, integra illibataq; seruentur. DAT. III. KAL. IVL. CP. THEODOSIO A. VII. ET PALLADIO COSS.

Vt primicerij officiorum & scriniorum palatinorum sint annui, exemplo proximorum sacrorum scriniorum. l. 6. §. de prox. sacr. scri. Biennales erant ex l. 14. C. Th. eo. tit.

XII. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTIN. AA. MAXIMO C. S. L. Viros deuotos palatinos non oportet in hac regia vrbe apud virum illustrem præfectum vrbi litigare compelli, nisi de ædificatione domorum, & seruitutibus, & annonis orta videatur causa. in aliis verò causis, tam pecuniariis, quàm criminalibus, apud viros illustres tantummodo Comites suos respondere. Rectoribus autem prouinciarum intra administrationis suæ fines inter præsentes palatinos, hec causis publicis occupatos cognoscere, tam pro ciuili, quàm pro criminali causa permittimus. sic tamen vt non aliter criminalis sententia aduersus eos proferatur, nisi ex suggestione prouincialis iudicij vir illustris Comes, sub quo militat, certioratus hoc ei permiserit.

Vt palatini in litibus non respondeant præfecto vrbi, exceptis casibus certis, de quibus diximus l. 12. §. de prox. sacr. scrin. sed Comitibus, in vrbe scilicet. Nam in prouinciis ordinarium iudicem agnoscunt, nisi si qua publica solicitudo eis iniuncta sit, vt etiam in causa agentium in rebus excipitur l. 4. §. de agent. in reb. Sed neque prouincialis magistratus criminalem sententiam dicere in eos potest inconsultis Comitibus.

XIII. IIDEM AA. EVDOXIO C. S. L. Inter alias prærogatiuas, quas antè meruerant scholæ societatis sacrarum largitionum, primicerius & tres primicerij scriniorum tribuni militaris prætoriani dignitate fruantur: nulla eis ex cuiuslibet iudicis præceptione iniungenda publica vel priuata necessitate.

Vt ex officio sacrarum largitionum primicerius totius officij, & tres primicerij scriniorum, tribuni prætoriani militaris dignitate fruantur, ita vt & ciuilium & militarium iudicum indictionibus immunes sint. Sic l. 4. §. de appar. mag. mil. Ait, *Societatis*. malim, *Sociati*. Ait, *Tres*: Atquin plures Marianus ponit, & l. 7. §. Vel desierunt esse plures, vel ex pluribus quiham hi tres sint diuinare non possumus. Idemq; de primiceriis scriniorum rerum priuatarum dicendum, qui & primates dicuntur l. seq. & primi scrinij à Mariano: quos fuisse quatuor ostendimus l. 7. At l. seq. tribus duntaxat eadem priuilegia tribuit.

XIIII. IIDEM AA. FLORENTIO P. P. Iubemus viros deuotos palatinos rei nostri numinis priuatæ eisdem priuilegiis decorari, quibus etiam palatini qui in sacris largitionibus deferuntur. cùm enim par similisq; militia sit, iustum & competens videtur iisdem vtrumque officium

A cium priuilegiis gloriari. Primicerios itaque officij tresq; primates scriniorum rerum priuatarum finito tempore militiæ inter tribunos militares prætorianos, saluis iisdem præstitis priuilegiis sacris constitutionibus, nostram clementiam adorare decernimus: ita tamen vt nullam iniunctionem, nullam solicitudinem priuati vel publici negotij quolibet iudiciario præcepto sustinere possint: sed excepta omni necessitate, omniq; fatigatione indeptæ dignitatis honore potiantur.

B Eadem hæc Constitutio dat scholæ priuatarum, quæ superior scholæ thesaurorum.

## *De stratoribus.* Tit. 24.

I. IMPP. VALENTIN. ET VALENS AA. AD ZOSIMVM PRÆSIDEM NOVÆ EPIRI. Per omnes prouincias edictum generale misimus, vt ab stratoribus vnus tantùm solidus probæ nomine C posceretur, & in offerendis equis certam formam, staturam & ætatem prouinciales nostri custodiendam esse cognoscerent, quos etiam fisco certo modo solidorum obnoxios fecimus, si quod stratores petere interdictum est, illi dare statoribus non timerent. Officium quoque grauitatis tuæ centum argenti libris multabitur, si sciens prædictam rem gestam fuisse, non ilico eam seueritati iudiciariæ prodiderit. DAT. XIII. DKAL. IVL. APOLLONIÆ VALENTINIANO ET VALENTE AA. COSS.

Nihil refert stratores dixeris an statores. hi erant in officio præsidum aut proconsulum. Eis dabantur nonnunquam rei custodiendi, vt quemadmodum in Cypriani vita scriptum est: *Ductus & susceptus est Cyprianus custodiendus ab stratore siue statore officij proconsulis.* At proprium horum munus est equum freno tenere, & conscendenti magistratui opem ferre. Non vtar auctoritate donationis Constantini, sed aliorum. Spartianus in Caracalla: *Cum illum in equum strator eius leuaret.* Paulus Diaconus de gestis Lang. *Equus quamuis hinc inde à stratore verberibus cæsus non poterat eleuari.* Item equos militares probare. qui à prouincialibus conferuntur, vt hæc lex indicat, & Marcellinus 29, E his verbis: *Constantinus strator paucos militares equos ex his ausus mutare, ad quos probandos missus est in Sardiniam.* Et probę nomine hęc lex statuit à prouincialibus stratoribus vnum tantùm solidum dari, nihil præterea. Perperam antea legebatur, *proprio nomine*, sicut paulò pòst, *statutam æqualem*, pro *staturam & ætatem.* Hoc probæ nomine vsus etiam est Marcellinus in fine lib. XXII.

## *De castrensianis & ministerianis.* Tit. 25.

Castrensiani sunt ministeriani aulici qui sacro ministerio deputati sunt, vt ait l. 4. veluti prægustatores, pincernæ, vestitores, pistores, pædagogia, siue pædagogiani pueri, vt Marcellinus lib. F XXVI. describit tunica auro distincta induti à calce in pubem, purpureis operti tegminibus pedum, quos & lib. XXX. refert in venatione disponi ad canes retinendos, Gallicè, *paiges.* Castrenses ministri appellantur à Lampridio in Alexandro. De iis Tertullianus de corona militis, *Est etiam*, inquit, *alia militia regiarum familiarum, nam & castrenses appellantur.* Hi erant sub dispositione viri spectabilis castrensis sacri palatij, vt diximus tit. v. §.

I. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. NARSI VIRO SPECTABILI COMITI ET CASTRENSI S. P. In officio G spectabilitatis tuæ secundum formam diualium responsorum post completum tempus præfinitum, id est, biennium, prioribus discedentibus, insequentes ad locum pro merito laborum stipendiorumq; succedant: nec vlla licentia tribuatur his, qui impletum deposuerunt officium, denuo ad

eandem militiam vel sollicitudinem remeandi. DAT. VI. ID. FEB. A CP. THEODOSIO A. VII. ET QVI FVERIT NVNTIATVS.

Castrensis sacri palatij officium habuit, vt Marianus Scotus in notitia docet. In eo qui biennio militarunt superiore gradu, eam deinde militiam deponunt, & sequentibus locum faciunt, nec rursus ad eandem militiam reuerti possunt, vt & de palatinis constitutum est l. 5. §. de pal. sacr. largit.

II. IIDEM AA. SCHOLASTICO V. S. COMITI ET CASTRENSI S. P. Si quis primæ, vel secundæ, vel tertiæ formæ specialiter inter statutos gradum cælitus valuerit impetrare: supernumerarius vltimus formæ tertiæ in matriculis habeatur. DAT. PRID. ID. IAN. CB. HONORIO XIII. ET THEODOSIO X. AA. COSS.

Vt inter largitionales l. 7. §. de palatin. ita & inter castrensianos siue ministeriales certi sunt gradus primæ, secundæ, tertiæ formæ, & statuti alij, alij supernumerarij. Sed supernumerarij, qui primæ aut secundæ aut tertiæ formæ gradum beneficio principis obtinuerunt, vltimi in formam tertiam reiiciuntur, nec pleno principis beneficio fruuntur ex hac lege.

III. IMPP. LEO ET ANTHEMIVS AA. IOANNI COMITI ET MAGISTRO OFFICIORVM. Hi qui in schola vestis sacræ militant, vel matres eorum, vel vxores, criminalem vel ciuilem litem contra se mouendam in nullo alio, nisi in sublimitatis tuæ suscipiant examine.

Vt ministeriani vestis sacræ iurisdictioni subiiciantur magistri officiorum. Nescio an ob id castrensiani à Suda magisteriani appellentur, vel ita legendum, μινιστεριανὸς ὁ καστρήσιος, quod probo. Dicitur autem magister officiorum etiam Comes in inscriptione huius legis, vt l. 5. §. de cur. publ. & l. 10. C. Th. de curios. & in inscriptione l. 3. §. de off. mag. off. & l. 1. tit. seq. Sic etiam se vocat Aelius Amidenus medicus. Sic in Nerua quidam: ὁ κουρόπαλος κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ τῆς ἑρμαίων κόμης.

IIII. IMPP. LEO ET ZENO AA. MARIANO COMITI ET MAGISTRO OFFICIORVM. Ante omnia nullius alterius iudicis penitus minoris vel maioris sacro ministerio nostro deputatos, quorum officia sigillatim breuis subter annexus continet, nisi à tuæ duntaxat magnitudinis sententiis conueniri: vt in nullo penitus alterius iudicis foro pulsantium, nisi in tuæ tantummodo amplitudinis examine, præbeant aliquando responsum. Sed ne in hoc ipso iudicio enormibus molestentur dispendiis, vel ex nudis conueniantur facilè iudicis cuiuscunque mandatis: ipsis quoq; sportulis & fideiussionibus modum constituimus obseruandum, ante omnia decernentes, nequando sine scriptura vel interpellatione deposita, ac sententia prorogata tuæ magnitudinis, eademq; non edita conueniri possint. conuentos verò non alium fideiussorem, nisi actuarium, vel vnũ ex primatibus suæ scholæ executoribus pro responsione suę personæ sine scripto pręstare, siue per seipsum, siue per procuratorem datum in iudicio responsuri sunt, & siue in caussis ciuilibus appetantur, siue in criminalibus accusentur. nec vltra conuentionis nomine sportularum, quàm vnum aureum executoribus vsque ad finem litis præstent, quemcunque contigerit conueniri. inducendorum sanè nomine & cognitionum exercendarum, standæq; personæ gratia ex simplici postulatione cõtra eos habita, siue ex appellatione subsecuta, vel

A vel alio quolibet modo in iudicio deponatur: tribus tantummodo solidis vsque ad terminum negotij eos, qui accepturi sunt, præcipimus semper esse contentos. In cognitionalibus verò gestis edendis duos tantummodo præstari solidos. Hæc autem priuilegia non in eorum tantummodo, sed in mariturum quoque, & vxorum personis valere, & ad integrum permanere: filiis quoque & maritis easdem fideiussionis nomine, si necessitas interpellationis exegerit, tradi, nec alios vades exigi: ipsosq; dum B militant, & post emensam militiam cum his, qui ex tempore priori præstitæ sibi pragmaticæ sanctionis eiusdem militiæ stipendia implesse noscuntur, omnibus priuilegiis perfrui (cunctis nihilominus capitulis sacris affatibus diuę recordationis Martiani, quos se meruisse asserunt, valituris: excepto hoc, quod in diuersis iudiciis tunc respōdere præcepti sunt) hac sanctione decernimus. Aduocato quoque fisci, exceptoribus etiam, qui apud arbitros hoc vtuntur officio, ab exordio incipiendo vsque ad ter- C minum finemq; negotij tertiam duntaxat partem solidi præbituros. In huiusmodi autem arbitrorum gestis edendis non vltra præstare, quàm dimidiam solidi partem. & cùm per prouincias constitutus fideiussore conuentus caruerit, adiuratoriæ tantummodo cautioni committi, nec vllo tempore, nisi ex tuæ duntaxat magnitudinis sententia conueniri: exceptis tributariis, & munerum functionibus, & criminibus, quæ in locis inquiri, flagitari, & vindicari generalia legū pręcepta constituunt: præsen- D ti sanctione decernimus. viro clarissimo adiutore sublimitatis tuæ in speculis cōstituto, ne quid ex his, quæ statuimus, aliqua subreptione violetur.

Quod lex superior scholæ vestis, hæc dat omnibus ministerianis, vt sint sub iurisdictione magistri officiorum, exceptis criminalibus & tributariis causis: & vt non nisi ex scripto conueniantur, & conuenti vt committantur fidei actuarij, vel uius ex prioribus eiusdem scholæ. Definit & modum sportularum. Cetera nolo persequi. Desideratur in fine legis notitia ministerianorum. Desiderari etiam Constitutionem Græcam quidam Codices adnotatum habent.

E

## *De decanis.* *Tit. 26.*

I. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. HELIONI COMITI ET MAGISTRO OFFICIORVM. Quatuor qui ex corpore decanorum ad primum militiæ gradum peruenerint, biennij spatio primiceriatus gerant officium, neq; vlterius cuiquam liceat in hoc immorari: vt omni gratia & ambitione cessante, post duorum annorum curricula succedant prioribus subsequentes. DAT. PRID. NON. F NOV. CP. THEODOSIO A. VII. ET PALLADIO V.C. COSS.

Decanos esse ex ministerianis l. 2. probat, & notitia l. VII. ĵ. de diu. off. Et Ambrosius v. Epist. *Quod de palatio*, inquit, *decanos misissent & vela suspenderent.* Cuius ministerij si aues scire, retro titulum de collegiatis quæras. Fuere in eo corpore primicerij quatuor biennales.

II. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTIN. AA. NOMO MAGISTRO OFFICIORVM. Nostræ pietatis famulationibus adhæ- G rentes decanos non oportet pro desiderio pulsantium ad alia protrahi iudicia, sed viri illustris tantùm magistri officiorum obseruare examen. hoc namque modo neq; mansuetudinis nostræ obsequia decipiuntur,

tium obseruent, siue optata quiete donati sunt. quibus omnibus priuilegiis coniungimus agentes in rebus, licet militaribus videantur esse subnixi. DAT. V. KAL. MAI SIRMIO CONSTANTINO A. V. ET LICINIO CÆS. COSS.

Hæc verò constitutio priuilegia dat eisdem atq; etiam excubiculariis & admissionalibus & agentibus in rebus, & iis qui in vtroque officio, id est, largitionum & priuatarum, palatinorum, comitatensium singularum've vrbium militant. largitiones siue largitionales & priuatiani alij fuerunt Comitatenses, qui scilicet in aula versabantur. l. 7. §. de pal. sac. larg. (sic & Theodoritus yocauit lib. IIII. c. XXII.) alij in vrbibus singulis, qui omnes palatinorum matriculis adtinentur, vt ait l. 3. C. Th. eo. tit. l. 1. C. Th. de priuil. app. mag. pot. Priuilegia hæc sunt, ne ipsi vel filij aut nepotes eorum ad honores & onera municipalia deuocentur: ne tyronum exactionem siue præstationem agnoscant. quod vnum idemq; onus variis appellationibus hac lege significari ea comprobabunt quæ diximus l. 4. §. de dignit. maximè si vt est scriptum in Cod. Theodosij in hac lege legatur *prototypia*, non *pentaprotia*, & quod turmarios vocat, à turmis tyronum cogendis scilicet. Et vt habeant castrense peculium. Et vt ne personæ eorum aut serui professionibus censualibus inserantur. Et vt vacationem habeant personalium munerum. Vacatio patrimonialium non datur nisi sordidorum. Ait, *licet militaribus*. Codex Theod. *licet meritis militaribus*, id est, licet palatinis annumerandi non videantur. sed tamen ad eos quoq; palatinorum nomen pertinere ostendimus in tit. de palat. sac. larg.

III. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEOD. AAA. EVTROPIO PP. Ex aula nostra decedentes viri ab omnibus iniunctis habeantur immunes, numerariorum fastus vel rapaces quæstus tanquam experientes & idonei non patiantur. DAT. III. NON. FEB. CP. EVCHERIO ET SYAGRIO VV. CC. COSS.

Ne quid oneris numerarij præf. prætorio iis qui in palatio militarunt, iniungant tanquam idoneis rerumq; peritis, id est, hoc colore quòd ad onera idonei sint.

IIII. IMPPP. VALENTIN. THEOD. ET ARCAD. AAA. PINIANO P. V. Omnes qui in palatio militando diuersis actibus paruerint, in tantum eius dignitatis, cuius meruerint missionem, obtinere nouerint insignia: vt his omnibus præferantur in ordine atque consessu, qui posteriore tempore regendas prouincias dignitatesq; susceperint palatinas. Si quis autem temeraria vsurpatione statuta violare tentauerit, sacrilegij pœnam sustineat. DAT. PRID. NON. IVL. MED. ACC. IIII. KAL. SEPT. HONORIO NB. P. ET EVODIO COSS.

Vt palatini soluti militia posterioribus præferantur, qui vel rexerunt prouincias vel dignitates susceperint palatinas. Connumerantur ergo inter clarissimos. Quod est in subscriptione *Nobilissimo puero*, & occurrit in aliis frequenter, non erit alienum hoc loco admonere, eo significari Cæsaris, id est, designati successoris imperij dignitatem. Zonaras in Iustino: τὴν τοῦ νωβελλισίμου ἀξίαν τῷ βασιλικῷ ἰσοφαριζομένην.

## *De priuilegiis scholarum.* Tit. 29.

Scholares erant sub magistris officiorum, taxati in XI. scholis. l. vlt. §. de loca. Marianus Scotus X. recenset, quas retuli in l. 1. §. de anno. ciuil. Vndecima fuit fabricensium. Et sunt quasi supernumerarij milites, vt Sudas indicat in verbo ὑπεράριθμος. Alij sunt milites sub magistris militum, alij fœderati sub phylarchis siue optionibus. Separantur scholares, veluti agentes in rebus, à palatinis l. 2. §. tit. præced. qui est de priuilegiis palatinorum. Hic verò de priuilegiis scholarium.

I. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTIN. AA. PLEITIO

COMITI ET MAGISTRO OFFICIORVM. Viris ſpectabilibus Comitibus ſcholarum verberandi regradandi've ſenatores ac ducenarios licentiam denegamus. ea namq; quæ tali commotione digna ſunt, ad tuæ ſublimitatis volumus referri notitiam. Inſuper etiam domeſticos eorum, non ſenatores, vel ducenarios, centenarios've fieri decernimus: pœna quinque librarum auri plectendo, quiſquis hanc diuinam iuſſionem exceſſerit: ſcrinio verò barbariorum, ſi tale quid vel attentari paſſum fuerit, vel attentatum contra leges non ſuggeſſerit, decem librarum auri condemnatione percellendo. Illud etiam obſeruari non ſine ratione conuenit, ne is cui domeſtici officium per militiæ gradum vel quinquennij tempus interdici cenſuimus, familiaritate Comitis ſimulata rem prohibitam alio nomine valeat vſurpare. DAT. XVI. KAL. APR. CP. CARO COS.

Hæc lex eſt de ſchola agentium in rebus, in qua ſuo titulo oſtendimus has eſſe dignitates, ſenatorum, ducenariorum, centenariorum. Eſſe & Comites ſiue Tribunos ſcholarum, de quibus tit. x i. Id autem hac lege pro priuilegio datur huic ſcholæ agentium in rebus, ne in ſenatores, & ducenarios Comites ſcholarum verberationem aut regradationem habeant, ſed ſoli magiſtri officiorum. Quod repetitum eſt ex l. 3. §. de off. mag. off. Et ne domeſtici Comitum ſcholarum, ſenatores vel ducenarij vel centenarij fiant. Et ne cui domeſtici officium interdictum eſt, fraudem huic interdictioni faciat.

II. IMPP. LEO ET ZENO AA. EVSEBIO MAG. OFFICIORVM. Hac lege decernimus, vt qui in ſingulis ſcholis militant, quiq; poſt emenſa ſtipendiorum curricula ad primiceriorum gradum perueniunt, & adorata noſtræ diuinitatis purpura virorum clariſſimorum Comitum meruerint dignitatem: tam cingulo quàm priuilegiis omnibus ſibimet competentibus perfruantur: ac deinceps vſque ad finem vitæ foro tuæ celſitudinis tantummodo ſubiaceant, ne ex alterius cuiuſlibet ſententia ciuile ſubire litigium compellantur. In criminalibus ſanè controuerſiis & in publicis tributis, & aduerſus tales viros prouincias moderantium congruam iuriſdictionem volumus obſeruari, ne ſub prætextu conceſſi priuilegij vel flagitiorum creſcat auctoritas, vel publica vacillet vtilitas.

Hæc lex eſt de omnibus ſcholis, vt ſubiaceant iuriſdictioni magiſtri officiorum, & in criminalibus & tributariis cauſis etiam prouinciæ præſidi.

III. IMP. ZENO A. *. MAGISTRO OFFICIORVM. Quoties ſuper cauſa ciuili vel etiam criminali, ex ſententia videlicet iudicij tui culminis, ſcholares vel eorum coniuges, ſiue adhuc viuent mariti, ſiue poſt mortem eorum in viduitate conſtitutæ ſunt, matres've eorum in viduitate permanentes, aut liberi, qui non ſpecialiter alterius iudicis iuriſdictioni ſubiectam conditionem ſortiti ſunt, & ſerui ad eos pertinentes conueniuntur: minimè eos eas've extranei fideiuſſoris exactione vexari, ſed pro conſuetudine vetuſtiſſima & iugiter obſeruata numerariúm ſuæ ſcholæ fideiuſſorem præbere iubemus. Hoc videlicet obſeruando, vt in criminalibus cauſis quinque alios primates ex triginta viris à primicerio vſque ad triceſimum retro numerandis vnà cum numera-

A rio (volentes ſcilicet & non recuſantes) præbeant fideiuſſores, aut recuſantibus quinque (ſicut dictum eſt) viris, extraneus in criminibus tantummodo publicis fideiuſſor vnà cum numerario præbeatur: ita vt executoribus non amplius ab his, quàm vnus ſolidus, ſiue per ſe, ſiue per procuratores reſpondere maluerint, præbeatur. In ſubeundis autem cognitionalibus certaminibus, quoties cauſa fuerit arbitro delegata, pro conteſtatione litis vnum ſolidum, & pro definitione ab arbitro recitanda B alterum vnum, & nihil amplius dari decernimus. Quòd ſi cauſa in iudicio tui culminis ab ipſa conteſtatione litis, vel relatione iudicis, aut appellatione interpoſita ventilatur: pro inducenda cognitione non amplius, quàm tres ſolidos, & chartarum, vel recitandorum in cognitionibus inſtrumentorum nomine, editionis quin etiam geſtorum, duos tantummodo ſolidos dabunt. Quoties ſanè apud viros clariſſimos prouinciarum moderatores, ex delegatione ſcilicet ſententiæ tuæ magnitu- C dinis contra viros fortiſſimos ſcholares, vel eorum coniuges, vel liberos, vel ſeruos cognitio celebretur: non amplius quàm dimidiam partem conſuetorum ſumptuum præberi decernimus. hoc etiam adiiciendo, vt qui acceptis commeatibus ad prouincias profecti fuerint, vſq; ad quinque menſium ſpatium, intra quod ipſis erit remeandi licentia, nullam penitus actionem ſuper ciuili videlicet negotio (exceptis criminibus & tributariis functionibus) ſuſtineant. Ne tamen ibi quoque poſt quinque D ſcilicet commeatus menſes ex ſententia iudicij tuæ magnitudinis conuenti, in exigendis fideiuſſoribus aliquod ſentiant detrimentum: adiuratoriæ eos cautioni iubemus committi. Quoties autem ex verbis, & ſine vlla ſcriptis prolata ſententia iidem fortiſſimi ſcholares, vel eorum mâtres ſeu coniuges (vt dictum eſt) aut liberi, aut ſerui moneantur: nihil ipſa executione ſportularum nomine penitus eos, vel eorum matres, ſeu E coniuges, aut liberos (ſecundum ſuperiùs datam diſtinctionem) vel ſeruos præbere decernimus. Sed ſi talis ſit negotij vilitas, vt etiam ſine ſcriptis, conſentientibus videlicet partibus, ſuper ea poſſit cognoſci: expectato ſine ſcriptis (ſicut dictum eſt) habendæ cognitionis euentu, ſi deteriorem calculum reportauerint, ſportularum nomine vnum tantummodo ſolidum executori præſtabunt. Si verò cauſæ qualitas habendam in ſcriptis cognitionem flagitauerit: in hoc neceſſe eſt caſu, interlocutio- F ne in ſcriptis proferenda, ea quæ ſuperiùs de quantitate ſportularum decidendarumq; cognitionum diſpoſita ſunt, obſeruari.

Hæc etiam lex pertinet ad omnes ſcholas, & eſt de fideiuſſoribus & ſportulis dandis in litibus ſcholarium. Datur fideiuſſor numerarius ſcholæ ſiue actuarius, & in criminalibus cauſis quinque primates ex XXX. viris cum actuario. Actuarium vocat No. 117. quem hæc lex numerarium. De tempore commeatus quod ea cauetur, ſimile eſt l. 9. §. de prox. ſac. ſcrin.

## G *De caſtrenſi omnium palatinorum peculio.* *Tit. 30.*

I. IMP. CONSTANTINVS A. AD SEVERVM P. V. Omnes palatinos, quos edicti noſtri iam dudum certa priuilegia ſuperfundunt, ſi quam rem, dum in palatio noſtro morantur, vel parſimonia propria

quæsierint, vel donis nostris fuerint consecuti, ut castrense peculium habere præcipimus. quid enim tam ex castris est, quàm, quod nobis conscijs ac propè sub conspectibus nostris adquiritur? sed nec alieni sunt à puluere & labore castrorum, qui signa nostra comitantur, qui præstò sunt semper actibus, quos intentos eruditis studiis itinerum prolixitas & expeditionum difficultas exercet. Ideoq; palatini nostri, qui priuilegiis edicti vti potuere, peculia sua præcipua retineant, quæ dum in palatio nostro constituti sunt, aut labore (vt dictum est) proprio, aut donatione nostra quæsierint. PP. X. KAL. IVN. CONSTANTINO A. VI. ET CONSTANTIO CÆSARE COSS.

L. 2. ℥. de priuil. eo. qui in sac. pal. mil. palatinis dat castrense peculium. Idem hac lege repetitur.

## *De equestri dignitate.* *Tit. 31.*

I. IMPP. VALENTIN. ET VALENS AA. AD MAMERTINVM PP. Equites Romanos secundum gradum post clarissimatus dignitatem obtinere iubemus. DAT. PRID. KAL. NOV. PHILIPPOPOLI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO COSS.

In vrbe primus ordo est senatorum, secundus equitum. De his l. 1. C. Th. de iis qui ven. æta. impetr.

## *De perfectissimatus dignitate.* *Tit. 32.*

I. IMP. CONSTANTINVS A. AD PATERNVM VALERIANVM. Codicillis perfectissimatus fruentur, qui impetrauerunt, si abhorreant à conditione seruili, vel fisco, aut curiæ obnoxij non sint, vel si pistores non fuerint, vel non in aliquo negotio constiterint, nec sibi honorem vænali suffragio emerint, nec rem alicuius administrauerint.

Hæc lex ostendit quales esse debent qui perfectissimi honorarium titulum à principe petunt. Perfectissimi dicuntur præses Arabiæ l. 4. C. Th. de pœnis. & Dalmatiæ à Mariano, & magister census. l. 30. ℥. de episc. & cler. & primicerij scriniorum. l. 7. ℥. de pal. sac. larg. l. 7. Cod. Th. de priuil. eo. qui in sac. pal. mil. & olim duces auctore Marcellino lib. XXI. Erat & Egregiatus quædam dignitas, l. 1. C. Th. de murileg. Lactantius lib. v. cap. XV. *Nemo egregius nisi qui bonus & innocens fuerit: Nemo clarissimus nisi qui opera misericordiæ largiter fecerit: Nemo perfectissimus nisi qui omnes gradus virtutis impleuerit.*

## *Qui militare possunt vel non possunt, & de seruis ad militiam vel dignitatem aspirantibus, & vt nemo vel duplici militia vel dignitate, & militia simul vtatur.* *Tit. 33.*

I. IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. ANTONIO. Si militiæ nomen dare vultis, offerte vos his qui probandi ius habent. non autem ignoratis eos, qui litis causa militiam appetierunt, postulantibus aduersariis solui sacramento solere.

Militia soluitur qui litis causa nomen militiæ dedit salua existimatione. l. 4. §. non omnis, & seq. D. de re mil. Sic edicto non iuuatur qui litis causa cœpit Reip. causa abesse. l. 5. D. ex quib. cau. mai.

A II. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. *. Non tantùm decurionum filiis,sed omnibus in fraudem ciuilium munerum nomina armatæ militiæ dantibus,fraudem prodesse displicuit.

Ne quis militet in fraudem ciuilium munerum.

III. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. *. MAGISTRO VTRIVSQVE MILITIÆ. Cura peruigili obseruare debe-
B bit sublimitas tua,ne coloni,vel saltuenses,aut vltro se offerentes ad militiam suscipiantur armatam,aut cogantur inuiti.

Ne coloni aut saltuenses alieni militent.

IIII. IMP. LEO A. DIOSCORO. Omnes omnino curialis vel cohortalis conditionis constituti,nullam armatam militiam in posterum arripiant.

C Ne curiales aut cohortales militent.

V. IMP. IVSTINVS A. *. MAGISTRO OFFICIORVM. Eis quidem, quibus indultum hactenus demonstratur, quo binis aut ternis pluribus've mereantur cingulis,non coniunctis ex prisca consuetudine, sed abscectis atque discrepantibus : detur electio, quem retinendum sibi potius censeant,quem deserendum cognoscant: vt in eo quod
D optauerint, firmiter maneant: eo quod despexerint sine dubitatione repellantur.In posterum verò nemini prorsus facultas pateat eodem tempore plus, quàm vnius ordinis nomen affectare : interdicendis in commune cunctis (vt dictum est) binis pluribus've militiis, nec dignitatem coniungete cuilibet alij cingulo concedi : vt & qui supplicandum de re vetita nobis existimauerint,pœna decem librarum auri pro temeritate, quãuis infructuosa,plectantur: & qui susceperint iussionem augustã per
E subreptionem elicitam,quod nonnunquam contingit, decem librarum auri multa feriantur.Scriniis etiam necnon officiis,quorum hoc interest, si non restiterint, & hanc pragmaticam legem obiecerint: decem librarum auri dispendio puniendis. Si quid autem contra hoc perpetretur: sciant omnes,quod extra concessum admissum est,aut actum fuerit, vel notis conscriptum publicis, simile, habeatur ac si nec impetratum nec pronũciatum omnino,nec insertum esset vllis matriculis. Sciturus etiam
F omnibus,qui merentes in ordinibus armatis siue ciuilibus administrandas prouincias,seu regendos quoslibet numeros,vel iam etiam sunt, seu de cetero fuerint iussione nostra sortiti,& vt seruetur eis gradus augusta promeriti sanctione: parem indulgendam sibi licentiam, postquam deposuerint solicitudinem,aut in priore cingulo protinus persistẽdi, nullo vindicando titulo dignitatis, quam solicitudo media præstiterit: aut retinendi splendorem, quem adquisierint administrationis obtentu, ve-
G rùm priore cingulo desistendi.Monente tamen innata nobis clementia, liberum esse cunctis prospeximus, si militia, qua decedendum est, inter eas habeatur,quas volentibus licet distrahere, & in alios eam conferen-

di,& pretia consequendi,prout in eisdem agminibus consueuerit hactenus.Excipiendis videlicet,nec deducendis in hanc perpetuò conseruandam legem pragmaticam eis, qui binas militias simul compositas & sociali nexas consortio fuerint adsecuti: vt viris dicatissimis scholaribus atque candidatis fieri moris est, necnon viris deuotis laterculensibus & pragmaticariis, vel à secretis contingit, quos memorialium aut etiam agentium in rebus adornat cingulus, & si qui simili stipendiorum coniunguntur copula. **A** **B**

Ne quis duplici militia, vel dignitate & militia simul vtatur. & qui duas habet militias, vt eligat quam retinere velit,alteram deponat. Similiter qui dignitatem veluti prouinciæ administrationem aut numerorum tribunatum & militiam,vt sola dignitate soláve militia contentus sit.Et vt qui duas habet militias, vnam retinere,alteram vendere possit,si ex eis sit quæ venditionis titulo in alium transferri possunt: qualis est militia adiutorũ quæstoris,vt diximus in l.vlt.§.de prox.sacr.scrin.& silentiariorũ,vt diximus l.vlt.§.de silentiariis.Hæc igitur lex est non tantùm de armata,sed & de ciuili militia.Ad extrêmum quoties duæ quodam militiæ ex antiquo more vnitæ & coniunctæ sunt, vt eis quidem simul vti liceat,veluti scholaribus & candidatis,& laterculensibus,& pragmaticariis,& à secretis,de quibus omnibus dictum est suprà,qui & memoriales sunt vel agentes in rebus. Vide l. vlt.Vt scholares,ita & candidatos pono inter milites,quos Vegetius candidatos duplares vel simplares. In passione Faustini & Iobitæ: *Tradidit hunc Sapricio primicerio scholæ candidatorum.* **C**

VI. IMP. IVSTINIANVS A. MENNÆ PP. Super seruis,qui postea ad quandam militiam adspirare tentauerint, vel scientibus vel ignorantibus dominis, præcipimus; siquidem ignorantibus his eam meruerint, licere dominis adire competentem iudicem, & suam ignorantiam eo quòd contrarium minimè probatur,ostendere,eoque modo spoliatos eos militia in suum dominium trahere:Sin verò scientibus his serui militauerint: cadere quidem eos non tantùm dominio eorum,sed etiam omni patronatus iure.illos verò ingenuos affectos,siquidem vtiles ad militiam eis datam visi fuerint,in ea durare. sin verò minimè idonei sint,ea priuari.Super illis autem seruis,qui iam militarunt,& adhuc in eadem militia perseuerant,licentiam damus dominis intra triginta dierum spatium ab eo tempore connumerandum,quo præsens sanctio diuulgata fuerit,vel nostram adire clementiam,vel competentes iudices,& suam innocentiam commendare, eosque in suum dominium recipere. quo tempore transacto,simili modo tam dominio, quàm omni patronatus iure cadere eos necesse est. **D** **E**

Serui qui militiæ nomen dederunt, domino ignoranti redduntur. l. 2. j. de tyron. Scienti non redduntur,sed ingenui fiunt.Ignoranti reuocandi ius perpetuò competit,vt ostẽdimus lib.de temporibus.quod in seruo clerico aut monacho secus est.Sed & hoc Leo correxit.Vbi erat vulgò scriptum,*ignorantiam*,reposui,*innocentiam*,ex Vet.& Græcis qui vertunt, ἀθωότητα. **F**

VII. IDEM A. IOANNI PP. Si quis seruum suum dignitatem habere,quemadmodum militiam,fuerit passus:spolietur & dominio serui,& iure quod pertinet ad patronos.cui enim ferendum est homines à nostra manu donationes accipientes adhuc inter seruos haberi,& fortè cum suis dominis nostram purpuram adorantes?In his itaque casibus, in quibus non militia,sed dignitas volentibus dominis seruis adquiritur, eadem iura referuentur,quæ antea posita sunt,ne videatur nostra sanctio aliquid habere imperfectum. Sciant autem domini ad exemplum præteritæ **G**

A teritæ nostræ constitutionis, quæ de huiusmodi seruis loquitur, quòd nisi hoc intra triginta dies, ex quo eis hoc fuerit notum, manifestauerint, & competentem iudicem adierint, & spoliare eos dignitatibus curauerint: dominium eorũ & ius patronatus amittant, nobis deliberantibus, postquam dominio serui fuerint liberati, & inter ingenuos connumerati, si oporteat eos habere dignitatem, vel ea quasi indignos spoliari.

Superior est de militia, hæc de dignitate: vt etiam per dignitatem serui domini patroniq́ue iure B liberentur. Desideratur alia Constitutio Iustiniani de duabus militiis non habendis, cuius sententiam proponam ex lib. LVII. βασιλικῶν.

VIII. Ἡ διάταξις ἑλληνικὴ οὖσα βεβαιοῖ τὴν πρώτην διάταξιν τούτου τοῦ τίτλου τὴν λέγουσαν, μηδένα κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν δύο στρατείας ἔχειν, προστιθεῖσα ὅτι οὐδεὶς ὀφείλει οὔτε στρατείας ἄλλας μετιέναι καὶ τοῖς τριβούνοις νοταρίοις ἐγκαταλέγεσθαι. ἀπαιτεῖ δὲ ὑπομνημάτων πραττομένων ἕκαστον κατατίθεσθαι τί μᾶλλον ἐπιλέγεται τῶν στρατειῶν ἢ τῶν ἀξιωμάτων ὁρίζουσα χρόνον ἔσω τριῶν μηνῶν μετὰ τὸ C γνῶναι ταύτην τὴν διάταξιν ὥστε ἐντὸς τούτου προσιέναι τὸν βουλόμενον ἐν μὲν Κωνσταντινουπόλει τῷ κόμητι τῶν θείων ἰδικῶν, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τὴν οἰκείαν φανεροῦν προαίρεσιν. εἰ δὲ συμβαίνει παραδραμεῖν τὸν χρόνον τοῦτον κελεύει αὐτοὺς εἰ μὲν στρατείας πολλὰς ἔχοιεν μίαν καὶ μόνην ἔχειν. εἰ δὲ στρατείαν καὶ ἐπιστολὰς τριβούνων νοταρίων μένειν μόνον τριβοῦνος. εἰ δὲ στρατείαν καὶ κόμητος ἀξίαν τὴν μὲν στρατείαν ἀπολλύειν τὴν δὲ ἀξίαν τοῦ κόμητος τοῦ ὑψηλοῦ βήματος ἔχειν, μηδενὸς πραγματικοῦ τύπου παρὰ τὰ διηγορευμένα μέλλοντος ἰσχύειν. ἐὰν δέ τις στρατείαν ἔχων ἄρ- D χων ἐπαρχίας γένηται, καὶ λάβῃ θεῖον τύπον περὶ τοῦ φυλαχθῆναι αὐτῷ τὸν ἴδιον τόπον κελεύει ἡ διάταξις τοῦτον τὸν τύπον ἰσχύειν ἵνα ὁ μὲν στρατείας φυλάττηται τόπος· μηκέτι δὲ κεχρῆσθαι καὶ τῷ ἐκ τῆς ἀρχῆς ὡς εἰκὸς προσγινομένῳ αὐτοῖς ἀξιώματι. εἰ δέ τι τοιοῦτο ἐπιχειρίσωσιν ἑκάτερον ἴνες ποιεῖν καὶ δύο τυχὸν στρατείας κεχρῆσθαι, ἑκατέρων ἐκπίπτουσιν. ὁρίζει δὲ πρόστιμον εἴκοσι λιτρῶν κατὰ τῶν παραβαινόντων εἰ καὶ θεῖον τύπον ὡς εἰκὸς προσποριζομένων καὶ ταύτῃ τῇ θείᾳ διατάξει ἐναντιουμένων. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τῶν ἀρχόντων τῶν τὸν τοιοῦτον θεῖον τύπον προσδεχομένων. Hæc Constitutio E Græca confirmat primam constitutionem huius tit. qua cauetur ne quis eodem tempore duas militias habeat, adiiciens, ne quis aliam militiam habeat, & præterea tribunis notariis adnumeretur. & exigit vt apud acta quisq; deponat vtrùm malit dignitatem an militiam: Et in eam rem statuit tempus trium mensium, intra quos ex quo præsens constitutio promulgata fuerit, adeat quisq; in vrbe Comitem priuatarum: in prouinciis F præsides, & suam voluntatem exponat. Quo tempore elapso, præcipit Constitutio vt si plures habeat militias, vnam tantùm retineat: si militiam & epistolas tribunorum notariorum, tribunus tãtùm maneat: si militiam & Comitis dignitatem, militiam amittat, dignitatem comitis primi ordinis retineat, nulla pragmatica forma ex contrario locum obtinente. Quòd si quis militiam habẽs fiat præses prouinciæ, & vt sibi gradus seruetur à principe promeritus sit, iubet constitutio tunc gradum ei militiæ G seruari, nec vti eum dignitate ex prouinciæ administratione conquisita. Quòd si quidam vtramq; retinere studeant & fortè duplici militia vtantur, vtramque amittunt. Definit & in eosdem pœnam viginti librarum, etiam si sacram formam huic Constitutioni contrariam obtinuerint, atque etiam in præsides qui eam susceperint.

## *Negotiatores ne militent.* *Tit. 34.*

I. IMP. IVSTINIANVS A. MENNÆ PP. Eos qui vel in hac alma vrbe, vel in prouinciis cuidam ergasterio præsunt, militare de cetero prohibemus: exceptis argenti distractoribus, qui in hac alma vrbe negotiantur. hos enim vtpote vtiles omnibus contractibus armata quidem militia penitus abstinere sancimus: aliam verò quamcunq; sine metu præsentis sanctionis posse sibi adquirere. Si qui verò negotiatores, quos omni militia prohibuimus, iam militauerunt: eis licentiam damus negotiationem quidem relinquere, militiam verò retinere. scientibus, quòd si postea negotiantes appareant, militia priuabuntur. Quod & in argenti distractoribus huius almæ vrbis, si armatam militiam iam sortiti sunt, tenere volumus, vt relicta negotiatione liceat eis in eadem militia durare. Negotiantes etenim post hanc sanctionem huiusmodi militia priuabuntur: illis qui ad armorum exstructionem suam professionem contulerint, minimè prohibendis ad competentem suæ professionis venire militiam, & huiusmodi negotiationem nihilominus retinere.

Negotiatores nec ciuilem nec armatam militiam habere possunt, exceptis argentariis qui ciuilem, vt edicto IX. & armorum negotiatoribus, qui fabricensium militiam adipisci possunt. Sidonius primo Epist. dum rerum omnium legem peruerti significat: *Vigilant*, inquit, *fures, dormiunt potestates, fœnerantur clerici, student pilæ senes, alea iuuenes, armis eunuchi, negotiatores militant, milites negotiantur*. Beneficio tamen principis militare & negotiari licet. l. 1. §. in quib. cau. mil. for. præs. in qua legendum, *mercandi & militandi*: quamuis eodem beneficio duplicem militiam vel dignitatem & militiam habere non licere superiore titulo demonstratum sit. Cetera in hac lege sunt apertissima.

## *De re militari.* *Tit. 35.*

I. IMP. ANTONINVS A. ANNÆ MILITI. Stipendia & donatiua temporis, quo apud hostes fuisse te dicis, restitui tibi postliminio regresso restitutoque non iure desideras.

Dantur militibus stipendia siue annonæ & donatiua. Sudas, *Δωνατικὰ διάδοσις ἣ δίδοται παρὰ τοῦ βασιλέως τοῖς στρατιώταις*. Et alio nomine augustatica apud Marcellinum Comitem in Chronico, & clauaria apud Cor. Tacitum lib. XIX. à clauis caligaribus. His non expunguntur si capti sint ab hostibus & redierint. l. pen. D. eo. Sed si transfugerint ad hostes, licet militiæ restituti sint à principe, eius temporis quo apud hostes fuerunt, stipendia & donatiua non recipiunt. l. 5. §. & ita hæc l. 1. accipienda est, cùm dicat, *restituto*. Postliminium de captiuis dicitur propriè, sed eo verbo abutitur, vt & l. 2. C. Th. de repud.

II. IDEM A. MILITIBVS COHORTIS PRIMÆ. Viginti stipendia si implestis, sordida munera militiæ vobis non indicentur.

Qui in coborte prima viginti annis militarunt, non soluuntur militia quasi emeriti, sed à sordidis militiæ muneribus excusantur.

III. IDEM A. IVLIANO. Milites ignominia missi cùm infamia notentur, nullis honoribus qui integræ dignitatis hominibus deferri solent, vti possunt. habeant autem morandi, vbi velint, potestatem, præter quàm in eis locis, in quibus specialiter arguentur.

Ignominia missi infames sunt & honorum incapaces. Liberum commeatum habent *præterquàm in eis*, inquit, *locis quibus specialiter arguentur*. Sic veteres. Lego, *arceantur*. Et ita Græci, *χωρὶς τῶν ἰδιωτῶν ἀπαγο*

A ἀπογεγραμμένων αὐτοῖς. Arcentur autem legibus ſpecialiter à caſtris, ab vrbe, à ſacro comitatu.

IIII. IMP. ALEXANDER A. *. Defunctorum in deſertione bona confiſcari diuus Marcus & Antoninus pater meus conſtituit.

Hoc pugnare videtur cum eo quod ſcriptum eſt libr. 60. βασιλικῶν tit. 56. λειποταξίας crimen morte extingui, niſi ſic accipiatur, ſi reuerſi defuncti ſint.

V. IMP. GORDIANVS A. VALENTINO ET ALIIS MI-
B LITIBVS. Cùm allegatis ſeptem annos in deſertione egiſſe maritum ſororis veſtræ, & indulgentia noſtra eſſe reſtitutum: non rectè deſideratis vt id tempus, ac ſi in caſtris fuerit, habeatur. Proinde excepto eo tempore, quod ad deſertores pertinet, reſtitutus ex indulgentia noſtra reſiduo militare debebit. Ideóque nec ſtipendia temporis, quo in deſertione fuerit, exigere poterit.

De hac diximus ſatis l. 1.

C

VI. IDEM A. *. Semel cauſaria miſſis militibus, inſtauratio non ſolet concedi obtentu recuperatæ valetudinis melioris: quando non temere dimittantur, niſi quos conſtet medicis denuntiantibus, & iudice competente diligenter examinante, vitium contraxiſſe.

Non ſoluuntur militia milites ob aduerſam valetudinem, niſi denuntiarint archiatri perpetuo eos vitio laborare. Quamobrem ex hac cauſa dimiſſi non temere reſtituuntur.

D

VII. IDEM A. *. Fruſtra vereris, ne nota, quæ propter delictum militare interceſſit, exiſtimationem tuam iam veterani læſiſſe videatur: maximè cùm nec ex eo delicto, quod in paganorum poteſt cadere perſonam notatos milites, poſt miſſionem placuerit eſſe famoſos.

Condemnatus miles ex militari vel paganico delicto, nec ex ea delicti cauſa dimiſſus, notatur, nec tamen poſtea dimiſſus emeritis ſtipendiis pro infami habetur.

E

VIII. IMP. PHILIPPVS A. *. Cauſaria miſſus nulla exiſtimationis macula aſpergitur.

Cauſaria miſſio non infamat, ignominioſa infamat. l. 3. §. 1. ἐν πᾶσι. D. de exc. tut.

VIIII. IMP. CONSTANTINVS AVGVSTVS *. Si quis barbaris ſcelerata factione facultatem deprædationis in Romanos dede-
F rit, vel ſi quis alio modo factam diuiſerit, viuus comburatur. DAT. IIII. KAL. MAI SEVERO ET RVFINO COSS.

Vt qui hoſtibus prædandi facultatem dederit, vel cum eis prædam diuiſerit, viuus exuratur.

X. IDEM A. TITIANO P P. Quicunque militum ex noſtra auctoritate familias ſuas ad ſe venire meruerint: non amplius, quàm coniugia, liberos, ſeruos etiam de peculio caſtrenſi emptos, nec adſcriptos
G cenſibus ad eoſdem excellentia tua dirigi faciat. DAT. III. KAL. IVN. LIMENIO ET CATVLINO COSS.

Cùm militi princeps concedit vt ſuam familiam ducat, familiæ appellatione continentur coniunx, liberi, ſerui caſtrenſis peculij, non adſcriptitij.

XI. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEODOSIVS AAA. CYNEGIO P. P. Tribuni vel milites nullam euagandi per possessiones habeant facultatem, cum signis propriis in mansionibus solitis ac publicis maneant. aut si quis tam necessaria scita contempserit: de eo ac tribuno eius ad nostram scientiam rectorum ac defensorum relationibus protinus referatur, quatenus seuerissimè in eos animaduertatur. DAT. IIII. ID. APR. C P. RICHOMERE ET CLEARCHO COSS.

Vt tribuni & milites à signis & stationibus solitis non discedant: vt non aberrent per agros.

XII. IIDEM AAA. RICHOMERI COMITI ET MAGISTRO VTRIVSQVE MILITIÆ. Cùm supra virentes fluminum ripas omnis legionum multitudo consistit: id prouida auctoritate decernimus, vt nullus omnino immundo fimo sorditatis fluentis commune poculum polluat, ne've abluendo equorum sudores deproperans publicos oculos nudatus incestet, sed procul à cunctorum obtutibus in inferioribus partibus fluuiorum hoc ipsum faciat. DAT. VI. KAL. IVN. VINCENTIÆ TATIANO ET SYMMACHO COSS.

Vt infra tentoria equis natetur fluuius, quoties in littore consistit exercitus.

XIII. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. ROMVLIANO P. V. Nemo miles ex his, qui præsentes diuino obsequio nostræ clementiæ deputati sunt, & qui in hac esse vrbe præsente comitatu concessi sunt, qui've de aliis numeris, vel legionibus sunt, vel sibi vacet, vel aliena obsequia sine nutu principali peragere audeat. Qui autem in huiusmodi facinore fuerint conuicti: militia exuti pœnas consentaneas luere compellentur. hi verò, qui in priuato obsequio militem retinere fuerint reperti, quinque librarum auri multæ nomine ferientur. Si verò quisquam missus à numero vel à tribuno ad comitatum serenitatis nostræ peruenerit (aliter enim eos hoc facere vetamus) ilico se viris illustribus Comitibus, sub quorum regimine constituti sunt, offerre festinet, & causas profectionis exponat, vt & responsum cæleste mereatur, & citam remeandi accipiat facultatem. Si quos autem milites per prouincias, relictis propriis numeris, passim vagari præsides earum cognorint: correptos faciant custodiri, donec de his clementiæ nostræ auribus intimetur, & quid fieri oporteat, decernamus. DAT. KAL. FEB. C P. HONORIO A. IIII. ET EVTYCHIANO COSS.

Ne miles sibi vacet vel aliena obsequia peragat sine nutu principis. Ne veniat in comitatum sine auctoritate tribuni vel totius numeri. Missus à Tribuno vel numero, statim Comitibus & magistris militum suæ profectionis causas exponat. Vt vagi milites à præsidibus corripiantur. Malè legebatur, *correctos*. Emendaui, *correptos*. pro quo Græci συναρπαζέντας: Malè, *diurno*, pro, *diuino*.

XIIII. IIDEM AA. STILICHONI MAGISTRO MILITVM. Contra publicam vtilitatem nolumus à numeris ad alios numeros milites nostros transferri. Sciant igitur Comites vel duces, quibus regendæ militiæ cura commissa est, non solum à comitatensibus ac pal

A ac palatinis numeris ad alios numeros milites transferri non licere, sed ne ipsis quidem, seu de comitatensibus legionibus, seu de castris riparensibus castrensianis, ceterisque, cuiquam eorum transferendi militem copiam attributam, nisi hoc augusta maiestas publicæ vtilitatis gratia fieri iusserit: quia honoris augmentum non ambitione, sed labore ad vnumquenque conuenit deuenire. Quod si qui contra fecerint: per singulos milites singulas auri libras à se nouerint exigendas. DAT. XIIII. B KAL. APRIL. MED. STILICHONE ET AVRELIANO COSS.

De hac scripsimus 1. Emend. cap. XXV. & placet emendatio, nisi numeros pro vexillationibus accipias. Aliæ erant vexillationes Comitatenses, aliæ legiones Comitatenses.

XV. IMP. LEO A. ASPARI MAG. MILITVM. Milites qui à republica armantur & aluntur, solis debent vtilitatibus publicis occupari, nec agrorum cultui, & custodiæ animalium, vel mercimoniorum C quæstui, sed propriæ muniis insudare militiæ. nullum præterea ex militibus posthac prædictis obsequiis vacare magnitudo tua patiatur, sed frequentes in numero suo esse iubeat, vt armorum quotidiano exercitio ad bella se præparent. Quòd si quis ex militaribus iudicibus vllos militum, tam diuinis, quàm regiis, vel priuatis domibus, ac possessionibus, diuersisque aliis obsequiis contra interdictum serenitatis nostræ crediderit deputandos: sciat se ab eo, qui contra vetitum fecerit, & ab eo D qui ausus accipere militem fuerit, per singulos milites singulas libras auri protinus exigendas. DAT. PRID. NON. IVL. CP. LEONE A. COS.

Coniungenda est l. 31. Ꝫ. de loca. Aperta autem & vulgaris est sententia, & quantum memini à D. Paulo quodam loco relata, & vetustissima. Posthumium consularem damnatum Florus scribit, quòd opera militum in agro suo vsus esset. Ambrosius 1. Off. *Is qui imperatori militat, à susceptionibus litium, actu negotiorum forensium, venditione mercium prohibetur humanis legibus.* Vegetius libr. 2. *Nec aliquibus milites institutis deputabantur obsequijs, nec priuata ijsdem negotia mandabantur, si quidem in-* E *congruū videbatur Imperatori militem, qui veste & annona publica pascebatur, vtilitatibus vacare priuatis.* Scripsimus aliquid hac de re l. vlt. Ꝫ. de fabricens. Eodem pertinet l. 13. Ꝫ. hoc tit. l. 5. Ꝫ. de agen. in reb. l. 1. Ꝫ. negot. ne mil. Ait, *tam diuinis quàm regijs.* Regias videtur vocare veluti regis Gotthorum aut Armeniorum.

XVI. IDEM A. DIOSCORO. Militares viros ciuiles curas arripere prohibemus: aut si aliquam huiusmodi solicitudinem fortè susceperint, & militia statim, & priuilegiis omnibus denudari decernimus: F formidantibus his motum nostræ serenitatis, qui temeritate saluberrimis statutis obuiam ire tentauerint.

Ne etiam ciuilia negotia mandentur militibus.

XVII. IMP. ZENO A. *. MAGISTRO MILITVM. Neminem in vllo numero equitum, vel peditum, vel in quolibet limite, sine nostri numinis sacra probatoria in posterum sociari concedimus: consuetudine, quæ hactenus tenuit, antiquata, quæ magisteriæ po- G testati, vel ducibus probatorias militum facere, vel militibus adiungere licentiam tribuebat. vt hi tantùm in numeris vel in limitibus militent, qui à nostra diuinitate probatorias consequuntur. Viros autem eminen

eminentissimos pro tempore magistros militum, necnon & viros spectabiles duces, si supplere numeros pro his, qui fatalibus sortibus decrescent, necessarium esse putauerint: veritate discussa, per suggestionem suam nostræ mansuetudini declarare, qui & quanti, & in quo numero vel limite debeant subrogari: vt ita demum prout nostræ sederit maiestati, diuina subnotatione subnixi, militiam sortiantur: officio, quod tuæ sublimitatis actibus obsecundat, centum librarum auri dispendio feriendo, si ex aliqua parte, quæ statuit nostra serenitas, fuerint violata. A B

Militem fieri per probatoriam principis tantùm, non per probatorias magistrorum militum vel ducum.

XVIII. IMP. ANASTASIVS A. IOANNI MAGISTRO MILITVM PRÆSENTALIVM. Tam collatores & prouinciales, quàm fortissimos milites, prout oportet, gubernari, minimeque læsionem aliquam seu dispendium perpeti properantes, esse necessarium prospeximus, dicatissimos milites, qui de diuersis præsentalibus numeris per Orientis partes noscuntur consistere, virorum spectabilium ducum iussionibus obedire: vt quidquid emerserit, quod pro communi securitate curandum est, hoc protinus, vtpote militari præsidio in proximis locis constituto, competens possit mereri remedium: ita videlicet vt etiam agentibus causas, tam criminaliter, quàm ciuiliter, præfati milites iam non apud magnificam magisteriam per Orientem potestatem, vel ex sententiis seu præceptionibus eius, sed per interlocutiones seu dispositiones tam excelsæ tuæ sedis, sub cuius iurisdictione consistunt, quàm eorumdem ducum respondeant. Eo scilicet obseruando, vt ad responsum, qui de officio tuæ sublimitatis húcusque ad prædictam magisteriam per Orientem potestatem moris erat destinari, viris spectabilibus ducibus inhæsurus mittatur, tam per se, quàm per adiutores suos eosdem iudices obseruare, & iussiones eorum implere curaturus: licentia non deneganda & ad responsum, qui de officio alterius viri excelsi magistri militum præsentialium pro hac nostra dispositione destinatur, in locis in quibus apparitionis tuæ sublimitatis ad responsum non contigerit reperiri, suam solicitudinem pro emergentibus maximè causis peragere, cuius etiam illi, qui de altero officio mittendus est, præbemus facultatem: vt non tantùm per adiutores suos ad responsum, sed etiam inuicem se adiuuando, nec publicis, nec priuatis causis, vel executionibus abesse videantur. ad singulos etenim duces ad responsum de apparitionibus vestris non perspeximus oportere destinari: ne per multitudinem eorum qualibet machinatione damna contra milites nostros augeri contingat. Vt autem omnifariam tam publicæ commoditati, quàm fortissimis prospiciatur militibus: sportularum nihilominus exactionem merito censuimus moderãdam, & iubemus nec ipsis ad responsum, nec adiutoribus eorum pro criminalibus seu ciuilibus causis, etiam si ex publicis causis descendere, vel ad publicam causam pertinere dicantur, licere aliquid plus, quàm vnum solidum à singulis, vel nolentibus, vel spontanea voluntate offerẽtibus suscipere militibus. Ita vt si vniuersi C D E F G

A uersitas numeri seu principiorum monenda sit, duplicata quantitate tantummodo sportulas accipiant. in his etenim causis nec plures, quàm duos primates, quorum nomina semel ac primùm gestis interuenientibus fuerint publicata, patimur conueniri: syndico videlicet, prout consuetudo deposcit, legibusq; cautum est, ordinando. Hoc quoq; adiecto, vt pro omnibus quibuslibet expensis faciendis ingressus in iudicio duciano vnum tantummodo solidum, nihilq; amplius milites vel syndici

B litigantes dependere compellantur: vt huiusmodi solatium ad commodum, ad responsum, & eius adiutorum, & exceptorum proficiat: nihil sibi vsurpare, vel suo nomine poscere, vel viris deuotis principibus, qui ducianum obseruant iudicium, vel ducianam apparitionem de præfatis litibus concedendis. Ita videlicet, vt super litis expensis in personis etiam eorum, quicunque milites pulsare maluerint, eadem forma seruetur. Erit autem arbitrij atq; æstimationis virorum spectabilium ducum pro qua-

C litate negotiorum vel quantitate, quæ deuotissimis militibus ab aduersariis eorum ingeritur, vel suam audientiam interponere litigiis, vel eorum discussionem dicatissimis principiis, seu arbitris in locis degentibus committere. Quibus viris spectabilibus ducibus & eos obseruantibus ad responsum, seu adiutoribus eorum curæ sit, si quando ad eosdem duces milites accersiti fuerint, vel de locis, in quibus constituti sunt, moueri præcepti: ne quolibet modo curiales, seu collatores quibusdam afficiantur

D dispendiis: ita scilicet, vt pro militibus inspiciendis, quandocunque voluerint viri spectabiles duces etiam præsentales deuotissimos milites adhibere, non immodicam multitudinem eorum tempore pacis conuocare procurent. Sin verò etiam necessitate poscente milites ad alia perueniant loca: læsionibus contra curiales seu collatores nihilominus modis omnibus abstineant. & si tam in eundo, quàm in redeundo, triginta tantùm dies oportet eos proficisci: ipsi suas expensas sibi præben-

E das, collatoribus seu curialibus minimè prægrauandis, suscipere non cessent. Sin autem vlteriore tempore in aliis locis necesse sit eos commorari: expensas eis vlterioris (vt dictum est) temporis, ad quæ peruenerint loca, ministrari. Quoniam verò comperimus quosdam temerario atque iniquo proposito anteriore tempore certos memoratis militibus tam in iudicio sublimitatis tuæ, quàm apud excelsam magisteriam per Orientem potestatem in accusationem deduxisse, & eosdem eodem tempore

F ad diuersa quoque protraxisse iudicia, diuersas quoque super iisdem personis, iisdemq; causis & negotiis prolatas fuisse sententias: ne postea nihilominus tantæ contra milites nostros insidiæ, tantaq; confusio querelis, quas eis ingeri contigerit, generetur: nemini licere apud sedem magnitudinis tuæ accusatione contra militem seu milites præsentales deposita, conuentioneq; oblata eundem vel eosdem criminaliter, vel ciuiliter

G per iussionem virorum spectabilium ducum inquietare, antequam negotium ex priore actione prioreq; conuentione finem legitimum sortiatur. Idemq; versa vice obseruari, vt siquidem miles seu milites præsentales prouisione viri spectabilis ducis incusati ac moniti fuerint: incusa-

tori licentia denegetur agenti postulationem seu accusationem in iudicio tuæ sublimitatis contra eundem militem vel eosdem milites deponere. Nec si eundem vel eosdem, tam criminaliter, quàm ciuiliter obnoxios esse firmauerit, facultatem eidem agenti superesse separatis intentionibus suis, pro criminalibus quidem tuæ celsitudinis iudicium, pro ciuilibus autem viri spectabilis ducis sublimitatem seu versa vice occupare. Si quis verò ad huiusmodi tam audacissimum tamq; æquitati contrarium conamen prosilierit: eum pro pecuniariis quidem negotiis iactura litis & damnorum, quæ vitio eius contigerunt, solutione percelli: pro criminalibus autem quasi calumniatorem conuictum legum aculeos sentire. Dispositiones autem antelatas non ad imminuendam potestatem magisteriæ per Orientem administrationis, sed pro tuitione locorum ac securitate publica noscimur præstitisse: cùm non dubium sit, ipsos etiam duces, quibus fortissimi præsentales milites parere præcepti sunt, sub eadem excelsa potestate esse constitutos.

Marianos docet duos fuisse magistros militum præseotalium siue in præsenti, comitatu scilicet. Qua forma Marcellinus Comes præsentale magisterium dixit, & Arcadius Charisius, qui fuit ex nouissimis Iurisconsultis, magistratus in præsenti l. ob carmen. §.1.D.de test. Et vnum magistrum militum per Orientem. vnde quæritur, milites ex diuersis præseotalibus numeris per Orientem coostituti cuius iurisdictioni subsiot, magistrorum militum præseotalium, an magistri militum per Orieotem. Et olim quidem suberaot magistro militum per Orientem, sed singuli magistri militum præsentalium certis suis quibusdam quique locis ex suo officio, id est, ex apparitione sua mittebant Adresponsum, cuius ioteruentu milites præsentales parebant magistro militum per Orientem. Adresponsum, [illegible] Græci interpretantur, vt Nouel. 25. & edicto 8. quod scilicet vice magistri militum præseotalium respoosa dabat. qua ratiooe legati hodie à plerisque dicuntur [illegible], & responsales. Et iode etiam nomen scrioio auri ad responsum l. 7. §. de palatin. sac. larg. Habebat Adresponsum siue Apocrisiarius adiutores & exceptores, sed & ipsi Adrespoosum diuersis locis destinati mutua sibi auxilia præstabant. Hodie ex hac constitutione milites illi ooo magistri militum per Orieotem, sed magistri militum præseotalium & ducum suorum iurisdictioni pareot, licet ipsi duces sint sub magistro militum per Orientem. Quamobrem non magistro militum per Orientem hodie, sed ducibus magistri militum præsentalium Adresponsum mittuot, per quos iussiones suas exequuntur, & mutuas promiscuas've iouicem operas præstaot. Defioit posteà hæc lex modum sportularum io iudicio duciano. Et vt totus nomerus, si qua sit causa quæ ad totum numerum pertineat, litiget per syndicum, & satis sit conueniri duos oumeri primares. Et vt dentur sportulę Adrespooso & adiutoribus eius, non principibus officij duciani officio've duciano. Et vt duces per se causas militares discepteot vel delegent arbitris aut priocipiis oumerorum, in quibus ex prisca consuetudine ius reddi solebat. Et ne vocati à ducibus milites sumptibus curiales vel collatores grauent, nisi sicubi vltra dies xxx. morari eos oecesse sit. Et ne eodem tempore eadem de re milites illi coouenianrur apud magistrum militum præsentalium & duces, vel ne diuidantur actiones.

## *De castrensi peculio militum & præfectianorum.*
## *Tit. 36.*

De peculio præfectianorum est l. vlt. Ita verò hunc tit. iamdudum emeodaui lib. 2. Institutionum tit. de mil. test.

I. IMP. ALEXANDER A. PRISCIANO. Si in potestate tua filius tuus fuit eo tempore, quo quædam nomine eius emisti: ea tua esse non dubitatur. Peculio autem castrensi cedunt res mobiles, quæ eunti in militiam à patre, vel à matre, aliis've propinquis vel amicis donatæ sunt. Item quæ in castris per occasionem militiæ quæruntur. in quibus sunt etiam hereditates eorum, qui non aliàs noti esse potuerunt, nisi per militiæ

A litiæ occasionem, etiam si res immobiles in his erunt. Matris autem hereditas, quamuis in militia delata sit, ad peculium castrense non pertinet. In castrensi verò peculio prædium donatum non esse constat: quamuis empta ex castrensi peculio prædia eius conditionis efficiantur.

Hereditas matris non est in castrensi peculio. Hereditas commilitonis est in castrensi peculio, quia occasione militiæ acquiritur. Res mobilis donata proficiscenti ad militiam, est in castrensi peculio, non res immobilis. Res à patre empta nomine filiifamilias militis, non est in castrensi peculio. Empta prædia ex castrensi peculio, castrensia sunt. Huc pertinet l. si filius. §. fam. erc. quæ eiusdem est Imperatoris. Et in quibusdam Codicibus hæc quoque ad eundem Antonium scripta est, sed Gallicus Codex habet, *Prisciano*.

II. IDEM A. FELICI. Filiusfamilias alienationem nullius rei sine voluntate patris habet, nisi castrense peculium habeat.

Filiusfamilias non potest agere vel alienare sine voluntate patris, nisi habeat castrense peculium, in quo habetur pro patrefamilias.

C III. IDEM A. FELICIANO. Errat qui tibi persuasit, quòd nexu patriæ potestatis iure sacramenti solutus es. manent enim nihilominus milites in potestate parentum, sed peculium castrense proprium habent, nec in eo vllum ius patris est.

Militia non soluit patriam potestatem, sed castrense peculium filij proprium est pleno iure.

IIII. IMP. GORDIANVS A. *. Cùm allegas te à fratre tuo D eodemq; commilitone in iisdem castris institutum heredem: successionem eius potius in castrensi peculio tuo, quàm patri tuo, cuius in potestate es, per te quæsitam videri rationis est. etenim peregrinationis labor sociatus commilitiæ eius & obeundorum munerum consortium affectioni fraternæ nonnihil addidisse, quinimò vice mutua chariores inuicem sibi reddidisse, credendum est.

Hereditas fratris commilitonis, quà commilitonis, non quà fratris æstimatur. Et ideo patri per E filium non acquiritur.

V. IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. * Intelligis filio, qui militauit, defuncto, peculium eius penes patrem remansisse, non hereditatem patri quæsitam.

Peculium castrense mortuo filiofamilias patri acquiritur, non iure hereditario, sed iure peculij. Rationem exposui in tit. Institutionum, per quas pers. nob. acquir. Et ideo licet furiosus sit pater, F id iure pristino retinebit, quod tamen iure hereditario nancisci non posset.

VI. IMPP. THEOD. ET VALENTIN. AA. ZOILO PP. Ius castrensis peculij tam scriniarios, quàm exceptores, ceterosq; qui in officio tui culminis merendi licentiam habere noscuntur, ac si in legione prima adiutrice nostra militent, inuiolatum habere præcipimus.

Vt scriniarij, exceptores & ceteri præfectiani habeant castrense peculium. Coniungenda est cum G l. vlt. ℑ. de app. præf. præt.

## *De erogatione militaris annonæ.* Tit. 37.

I. IMP. CONSTANTINVS A. ET IVLIANVS CÆS. HEL-

PIDIO PP. Repetita consuetudo monstrauit expeditionis tempore buccellatum ac panem, vinum quoque atque acetum, sed & lardum, carnem veruecinam etiam, milites nostros ita solere percipere: in duobus diebus buccellatum, in tertio die panem: vno die vinum, alio die acetum: vno die lardum, biduo carnem veruecinam. DAT. XVI. KAL. IVN. HIERAPOLI CONSTANTINO X. ET IVLIANO CÆS. III. COSS.

Vt expeditionis tempore biduo milites percipiant buccellatum, quæ expeditionalis annona dicitur, & à Græcis δίκουρος & ξηρὸς ἄρτος, & παξαμάδιον, quam tamen vocem Latinam esse Sudas scribit. ea vtitur Leo de re militari. Tertio die vt percipiant panem, vno vinum, altero poscam, vno laridum, biduo carnem veruecinam.

II. IMP. IOVINVS A. SECVNDO PP. Vicesimo non amplius lapide milites sibi iubemus paleas conuectare. DAT. V. KAL. OCTOB. ÆDESA IOVIANO ET VARRONIANO COSS.

In xx. quæque millia passuum capitum siue paleas militibus à prouincialibus præstari.

III. IMPP. VALENTIN. ET VALENS AA. AD VICTOREM MAG. MILITVM. Cœnaticorum nomine milites & super his stantes nihil penitus à prouincialibus accipere audeant. Sciant enim milites, quòd oportet eos commoda sua, quæ in annonarum perceptione adipiscuntur, accipientes: extrinsecus detrimentis prouinciales non afficere. DAT. VI. KAL. IAN. BONAMANSIONE DIVO IOVIANO ET VARRONIANO COSS.

Ne prouinciales militibus conferant cœnatica. quod quasi pro cœna nouum nomen expilandarum prouinciarum causa excogitarant.

IIII. IIDEM AA. AD AVXONIVM PP. Sicut fieri per omnes limites salubri prospectione præcipimus: species annonarias vicinioribus limitibus à prouincialibus ordinabis ad castra conferri. sed in veteranis castris constituti milites duas alimoniarum partes ibidem de conditis sumant, nec amplius, quàm tertiam partem ipsi vehere cogantur. DAT. V. NON. MAI MARCIANOPOLI VALENTINIANO N. P. ET VICTORE COSS.

Proximi possessores sustinent onus conferendæ militibus limitaneis annonæ. l. 6. §. de ann. & trib. Sed milites constituti in veteranis castris (Cod. Th. *ripenses*, Græci φιλουρεῖς, Propria castrorum quorundam appellatio videtur esse) duas annonarum partes de conditis sumunt, tertiam sibi conuehunt. Condita specierum erant in limitibus. Capitolinus in Gordianis: *Nulla erat ciuitas limitanea potior, quæ totius anni in aceto, frumento & larido, atque hordeo & paleis condita non haberet.*

V. IMPPP. VALENTIN. VALENS ET GRATIANVS AAA. AD PROBVM PP. Actuarij, nisi expleto triginta dierum spatio pittacia authentica confestim tradiderint: species, quas ex fiscalibus conditis dissimulauerint excludere, vel numero cuius ratiocinia pertractant, supersederint erogare: de propriis facultatibus vel militibus ipsis, vel fiscalibus horreis adigantur inferre. DAT. VI. ID. APR. SIRMIO VALENTINIANO ET VALENTE AA. COSS.

Pittacia

A Pittacia sunt rationes & commentarij annonarum militarium. Eodem nomine significantur etiam epistolæ, album, notoria. Susceptores annonarum & capitum eas proferunt ex conditis, & erogant militibus vel actuariis secundum pittacia authentica, quæ ab actuariis susceperint. l.11.& 13. C. Th. eod. tit. Ea pittacia si actuarij celauerint nec tradiderint expleto x x x. dierum spatio, atque ita fraudauerint milites annonis, de suo damnum sarcire coguntur. Actuarij numeri totius rationes tractant, & à Græcis appellantur ὑπομνηματοφύλακες.

VI. IIDEM AAA. AD MODESTVM PP. Fortissimi ac deuotissimi milites annonas & capita singulis diebus aut certè competenti B tempore, id est, prius quàm annus elabatur, de horreis consequantur: aut si perceptionem suam ac si debitam studio voluerint protelare: id quod competenti tempore minimè perceperint, fisci nostri commodis vindicetur. DAT. PRID. NON. APRIL. ANTIOCHIÆ GRATIANO A. IIII. ET MEROBAVDE V.C. COSS.

Vt milites ex conditis annonas in dies singulos percipiant, vel intra annum: & qui in mora C fuerint accipiendi, vt eas amittant.

VII. IMPPP. VALENTIN. THEOD. ET ARCADIVS AAA. RVFINO PP. Nulli militarium pro his annonis, quæ in prouinciis delegantur, repudiata ad tempus specierum copia, & inopiæ occasione captata, pretia liceat postulare: ita vt si quis propter anni abundantiam suscipere oblata neglexerit, ac postea impositis pro necessitate rerum pretiis repudiata taxauerit, neque id quod contra hanc legem expetit, D sinatur exigere: neque id quod accipere dissimulauerit, consequatur. DAT. III. KAL. AVG. CP. THEODOSIO A. III. ET ABVNDANTIO V. CÆS. COSS.

Ne milites pro annonis exigant pretia, vel si secus fecerint, vt tam annonas amittant quàm pretia, puta si cùm esset annus in vilitate oblatas species repudiarint, quoad alius annus esset in summa caritate, ac tum pretia eius anni pro speciebus debitis exegerint, qua ex fraude meritò lex censet eos vtrumque amittere. Idem non fiet in priuatorum debitis. nam vel annonæ præstabun-E tur, vel pretium quanti fuere quo die solui debuerunt, non quanti postea fuerint nata caritate. l. vinum. D. de reb. cred.

VIII. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. HILARIO PP. Prouincialium commodis nos conuenit subuenire. Ad omnium itaque numerorum, siue vexillationum, aut etiam scholarum tribunos, vel viros illustres comites sublimitas tua faciat peruenire, vti meminerint fœnum militibus iustis capitibus præstandum, iuxta legem diui Valenti-F niani, nec tamen ad oppidum deferendum. DAT. XVI. KAL. IVL. ARCADIO IIII. ET HONORIO III. AA. COSS.

Capita sunt fœnum aut paleæ, vt diximus l.9. §.de iu. fis. Ea militibus non deferuntur à prouincialibus, sed præstantur secundum modum quendam à Valentiniano definitum.

VIIII. IIDEM AA. *. Excellentia tua erogationis per suscepto-G res factæ modum quantitate breuium conferri perficiat: ita vt quo die numeris datum sit, diligentius exploretur. ac si quid amplius actuarios, vel optiones accepisse constiterit, quàm breuiũ datorum scriniis nostris veritas continet: memorati in duplum reddere compellantur: susceptoribus ea summa imputanda, quam semel flagitantibus eisdem erogasse

monſtrauerint. nam ad illuſtres quoque viros magiſtros vtriuſque militiæ ſacri apices cucurrerunt, quibus prouida ſanctione decreuimus, vt breues ante indictionis principium, ſumma fide ac veritate confecti, ad noſtra ſcrinia dirigantur, ſecundum quos à ſuſceptoribus erogatio celebretur. DAT. VIII. KAL. APR. CP. HONORIO A. IIII. ET EVTYCHIANO V. C. COSS.

Vt erogationis faciendæ pittacia ſiue breues conficiantur, & ante indictionis principium ad ſacra ſcrinia mittantur. Si quid amplius actuarij vel optiones à ſuſceptoribus acceperint, de eo vt teneantur in duplum, ſuſceptoribus culpæ nihil detur. De optionibus diximus ſatis l. 7. 8. de exact. trib. Huic annonarum diuiſioni aderant actuarij, optiones, & ſubſcribendarij. Scripta verò fuit hæc lex ad præf. prætorio, vt Acc. notauit, & Græci.

X. IIDEM AA. EVTYCHIANO PP. Iubemus per omnes prouincias cunctis numeris ac militibus à Nouembri menſe de nouello vino annonam dari, quoniam veteris diſpendioſa videtur erogatio. DAT. X. KAL. IVN. HONORIO A. IIII. ET EVTYCHIANO V. C. COSS.

Vt à Nouembri menſe militibus detur nouum vinum, quòd veteris diuiſio carior ſit.

XI. IIDEM AA. PROVINCIALIBVS PROV. PROCONSVLARIS. Opinatoribus, id eſt, exactoribus militaris annonæ nullum ſit cum prouinciali commercium: ita vt à iudicibus vel officio prouinciali omnis ſumma debiti poſtuletur, intra anni ſpatium conferenda. DAT. PRID. KAL. APRIL. MED. VINCENTIO ET FRAVITTO COSS.

Opinatores non exigunt, ſed immineat iudicibus. Scripſi de hac re ſatis l. 7. 8. de exact. trib. Prouincia proconſularis in inſcriptione accipitur pro Africa. l. vlt. C. Th. de tyr. l. 13. C. Th. de ind. deb.

XII. IIDEM AA. ET THEODOSIVS A. ANTHEMIO PP. Septem dierum, per quos reſiſtentes tribuni emolumenti gratia ſolemniter ſtellaturæ nomine conſequuntur ſpecies, non aliter adærentur, niſi vt in foro rerum vænalium diſtrahuntur. DAT. V. ID. APRIL. CP. ARCADIO A. VI. ET PROBO V. C. COSS.

Valde ad hanc legem pertinet Lampridij & Spartiani locus, quem Alciatus adfert. Nam ex eis liquet tribunos à militibus ſtellaturas accepiſſe. quod etſi improbarint Alexander & Niger, hæc lex non improbat. Conſiſtebant ſtellaturæ in annonis dierum ſeptem aut earum pretio. Rem igitur tenemus. Ratio nominis ſtellaturæ ignota eſt. Rem quoque ipſam clarè demonſtrat in Cod. Theodoſij hæc Honorij & Theodoſij Conſtitutio ad eundem Anthemium: *ſi quas ſub gratia donationis à militibus auferunt, quam merentur, annonas, duces ſeu tribuni iuxta nummaria defixa pretia ſine vlla dubitatione percipiant.* Munera variis nominibus prætexuntur, alij ſportulas vocant, alij eulogias, alij ſtellaturas, forſitan à mittendo. Reſiſtentes autem in hac lege, id eſt, in præſenti conſtituti tribuni.

XIII. IMPP. HONORIVS ET THEODOS. AA. ANTHEMIO PP. Lege repetita cenſemus, vt ſi quis interclusam ſpecierum exactionem refricare tentauerit, vel adærationes ſtatutas auſus fuerit immutare: tam vir ſpectabilis dux centum librarum auri, quàm eius etiam officium

pari

A pari condemnationis ſumma quatiatur, adiecta ſacrilegij pœna, quæ diualium ſcitorum violatores palàm inſequitur. DAT. X. KAL. APR. CP. HONORIO VIII. ET THEODOSIO III. AA. COSS.

Adæratio eſt taxatio pretij, Græci ἀπαργυρισμὸν vocant, vt No. 43. & 130. quoties pro annonis militibus pecunia datur, quæ ærariæ dicuntur annonæ l. 14. & 15. ĩ Id verò iure fit. nec obſtat l. 7. ſ. ſi rectè intelligatur. Semel autem pro annonis conſtituta adæratione, non iam annonæ ipſæ, ſed pretia duntaxat præſtari debent. Scio pertinuiſſe hanc legem ad Palæſtinas, & ideo duci Palæſtinæ & officio eius pœnam indicit ſi ſemel ſtatutam adærationem immutarint.

B

XIIII. IIDEM AA. CONSTANTIO MAGISTRO MILITVM. His ſcholaribus, quibus laborum intuitu regendos numeros dedimus, de ærariis annonis ſingulos ſolidos per opinatores, caballationis quoq; rationem pro adminiſtrato tempore debitam, quando militibus erogatur, ſine mora præberi oportet: vel ſi quis eorum antequàm accipiat, in fata conceſſerit: quod ex vtraque cauſa ei debebatur, heredibus C eius reſtitui. DAT. XIII. KAL. DEC. CONSTANTIO ET CONSTANTE VV. CC. COSS.

Vt ſcholares facti militum tribuni ſolitas conſequantur annonas & capitationes, & debitas transferant in heredes.

XV. IIDEM AA. ASCLEPIODOTO PP. Annonas omnes, quæ vniuerſis officiis atque ſacri palatij miniſteriis, & ſacris ſcriniis, ceteriſq; D cunctarum adminiculis dignitatum adſolent delegari, quaſq; hi, qui ad earum exactionem mittuntur, pro cupiditate & libidine ſua grauiter ex prouincialium viſceribus eruebant: ad ſimilitudinem militum, quibus ærariæ præbentur annonæ, adærari præcipimus: vt omnibus ſuprà deſignatis emolumenta debita in pretiis diſpoſitio tui culminis pro publica vtilitate taxatis, præcipiat erogari. DAT. XVI. KAL. MAR. CP. ASCLEPIODOTO ET MARINIANO COSS.

E

Hæc lex exemplo militum præcipit miniſterianis militantibus in ſacris ſcriniis & vniuerſis officiis dignitatum, quæ adminicula vocat, vt No. Valent. de ind. rel. annonas adærari, id eſt, ἀπαργυρίζεσθαι. Eodem verbo vſus eſt Ammianus Marcellinus lib. XXXI. *In adærantibus reliquorum debitis non moleſtus.* Sic veteres libri. Conſtantinus 2. Epit. tit. 5. *ἀπαργυρίζεσθαι δημοσίας τεθεῖσιν αὐτοῖς τὰ δημοσίας καὶ τοῦ ἐργάζεσθαι αὐτῶν, διὰ ἔνια χρήματα.*

XVI. IMP. ANASTASIVS A. LONGINO MAGISTRO EQVITVM AC PEDITVM. Iubemus per hanc diuinam diſpoſitio-F nem eos, quibus ex officio tuæ ſublimitatis militarium meritorum ſeu cuiuſlibet præſtationis committitur erogatio, in primis iurare pro iuſtitiæ ratione iniunctam ſibi ſolicitudinem peracturos, & ſecundum præſentem ſaluberrimæ noſtræ diſpoſitionis obſeruationem ſolatium (ſicut dictum eſt) publicum erogator manu ſua ſine vllo dolo & fraude ſingulis militibus enumeret, quatenus vnuſquiſque miles accepto per ſuam manum ſolatio, ipſe cum actuario de negotiatione actuariis permiſſa G ſecundum rationem agat iuſtitiæ. Hoc videlicet obſeruando, vt pro ſingulis ſolidis actuario, ſiue ſtatim, ſiue poſt vnum duos've, ſeu amplius annos reſtitutum fuerit debitum, minus quidem vno tremiſſe pro temporis

poris scilicet breuitate pacisci liceat: amplius autem quàm vnum tremissem nullus actuarius pro quoquo tempore seu annorum spatio pacisci penitus permittatur: nec vlla possit actuarius machinatione pro temporis prolixitate vnius quantitatem tremissis excedere. Si qua tamen inter actuarium & militem super pactione vel negotiatione tempore erogationis emerserit dubitatio: iubemus eidem militi dandas pecunias ab erogatore principiis dari, & secundum hactenus obseruatam consuetudinem easdem pecunias vel ab erogatore vel ab actuario retineri, quatenus causa apud deuotissima principia propositis sacrosanctis scripturis inter actuarium & militem tractetur; vt ex omni parte miles nullum damnum sub quacunque occasione, præterquam id quod eum ex iusta & permissa actuariis negotiatione deberi constiterit, patiatur. Super his verò, quos datis fortè commeatibus abesse contigerit, hæc volumus obseruari: vt pecuniæ, quæ erogandæ sunt, vsque ad triginta milites, quos tantummodo datis commeatibus dimitti sacra constitutio continet, apud deuotissima principia sequestrentur, illorum scilicet tantummodo militum, quorum intra triginta commeatales viros constitutorum actuarius tempore erogationis pittacia, vtpote habita super pactione, protulerit: quatenus cùm iidem redierint milites, causa apud deuotissima principia secundum præfatum modum tractata, vtriusque partis indemnitati similiter consulatur: non danda pro tempore tribuno licentia, triginta viris amplius sub commeatus occasione dimittere. Sin verò saluberrimam constitutionem offendendo amplius, quàm triginta viros datis commeatibus tribunus dimittere ausus fuerit: pecunias quidem, quæ post præfatorum triginta virorum numerum per commeatus dimissis militibus erogandæ fuerant, publicæ rationi erogator non dubitet reportandas. Sciat verò tribunus præter iam constitutas super huiusmodi facinore interminationes, sese de propriis facultatibus singulis militibus, quibus vltra numerum triginta virorum sub nomine commeatuum eos dimittendo causa non consequendi publica solatia dederit, quidquid ob iniquam dimissionem amiserint, soluturum. nec prius idem tribunus ab eodem discedat numero, nisi omnes huiusmodi milites, id est, quos post permissam triginta virorum quantitatem commeatus nomine dimiserit, indemnes in hac parte atque illæsos reddiderit. Hoc etiam adiiciendo, vt sub gestorum testificatione tam decem ex deuotissimis principiis primates eorum videlicet, quàm vnusquisque caput scholæ iuratus deponat sub præsentia sua rem (sicut superius dispositum est) fuisse subsecutam, & sub obtutibus suis vnumquenque militem solatium suum manu sua ab erogatoris dextera suscepisse. & huius gesta, relatione à viro clarissimo tribuno vel deuotissimis principiis intra tres menses, ex quo profectus fuerit, numerandos, mittenda ad nostram referat pietatem. Hoc videlicet ante omnia curando, vt pro tempore erogator, postquam datæ fuerint ex publico pecuniæ, intra duo vel tres menses seu quatuor, pro qualitate scilicet spatiorum, commissam sibi solicitudinem erogationis non dubitet faciendam. vel si vlterius apud se pecunias

publicas

publicas differendo erogationem ausus fuerit retinere: sciat se modis omnibus damnum, quod ex negotiatione miles sustinuerit, ex propriis facultatibus militibus soluturum. Scientibus his qui præfatæ dispositionis obseruantiam, siue in differenda vltra sigillatim definitum temporis spatium erogatione, siue in qualibet alia parte, fuerint egressi, non solùm sese militiæ cinguli amissionem, verùm etiam facultatum quoque suarum publicationem pro tanto subituros flagitio: & insuper erogationum quoque solicitudinem ab officio tuæ celsitudinis, si imperatoria fuerit violata dispositio, ad alios transferendam. Si verò idem officium, simùl atque huiusmodi fuerit à quolibet facinus perpetratum, ad notitiam nostræ mansuetudinis, vel certè ad scientiam illustrissimæ magisteriæ referre curauerit potestatis, vt eiusdem apparitionis periculo tale flagitium principales minimè possit aures latere: quatenus ex omni parte eodem delicto reuelato, quicunque saluberrimas nostræ pietatis ordinationes ausus fuerit violare, interminatas minimè possit pœnas euadere: ita vt singulis militibus, qui non obseruato in eorum persona tenore rectæ dispositionis læsi fuerint, liceat sacratissimum nostrum per vnum fortè vel etiam binos milites pro omnibus verba facturos petere comitatum, & porrectis precibus, quod contra nostram dispositionem passi sunt, approbare: eoq; facto statutis violator imperatoriæ dispositionis suppliciis percellatur. Illud præterea omnibus modis obseruari decernimus, vt erogator omnes pecunias, quæ mortuis militibus vsque ad diem mortis eorum debitæ fuerant, secundum iam datam diualem dispositionem vxoribus vel liberis eorum non dubitet ministrandas.

Lex ostendit susceptorem & erogatorem militaris annonæ siue æris, esse ex officio magistri militum, & de manu sua in manum militibus stipendia persoluere. ac si quid antè actuarius qui numeri rationes tractat, militibus dederit promutuo, id est, pecuniam vel species, id tempore erogationis recipit, & ex pacto in singulos solidos tremissem, id est, solidi tertiam partem (Tremisses à Seuero formatos Lampridius scribit) non amplius, & non in annos, sed in tempus omne dilatæ promutui solutionis. De pactione habita inter militem & actuarium si sit quæstio, ab erogatore pecunias deponi apud principia, ibiq; rem iudicari, & non, inquit, secundum hactenus obseruatam consuetudinem easdem pecunias vel ab erogatore vel ab actuario retineri. Negatè lego vt Græci, καὶ μὴ κατὰ τὴν μέχρι νῦν συνήθειαν, &c. Fit etiam ab erogatore depositio apud principia quoties milites per commeatum absunt. Non possunt abesse plures quàm triginta, id est, commeatum pluribus dare tribunus non potest, vel si dederit, qui supra hunc numerũ fuerint, stipendiis erogandis expunguntur, indemnitas eis tamen ex tribuni facultatibus præstatur. Additur vt erogationis factæ gesta conficiantur testatò x. principiorum primatibus, & capite scholarum, si scholaribus facta sit erogatio, deponente de manu in manum erogationem factam. Marcellinus xxv, *Milites aduentare, quos capita scholarum ordo castrensis vocat.* Et ex mora erogatoris damnum quod militi contigerit ob pactionem siue contractum habitum cum actuario, vt erogator agnoscat. Et vt mortuo milite debitum stipendium erogator vxori vel liberis persoluat, vt l. 14. §. Cur non totius anni, vt aliàs fieri ostendimus l. 4. §. de dom. & prot. an quia militibus stipendia in annos non constituuntur, sed vt quisq; militiæ onus subierit? Paulò ante finem vbi erat scriptum *commeatum*, emendaui, *comitatum*, ex Græcis & ex Latinis manu scriptis.

XVII. IDEM A. PP. Cùm sæpe contingit propter quasdam maximas & inexcusabiles rationes quibusdam ad custodiam vel aliam huiusmodi causam milites deputari, vel etiam iam deputatos esse, & non conuenit hoc modo publicum aliquod damnum seu dispendium sustinere: iubemus, si qui fortissimi milites ex quocunque numero curiis, vel

quibusdam corporibus, vel sacrosanctis ecclesiis, vel aliis personis pro custodia (vt dictum est) vel tali alia causa à nostro numine deputati sunt, vel fuerint: ne per eorum translationes circa annonarum vel capitum eis præbendorum erogationem, publicis rationibus quædam læsio ingeratur: eandem de proprio personam, seu etiam personas, cui vel quibus deputati sunt vel fuerint, hoc modis omnibus agnoscere. hoc tantummodo de publico pro iisdem annonis & capitu præbendo & imputando, quod in locis, ex quibus præfati milites perueniunt seu peruenerint, imputabatur: vel si antelatam præstationem supradictæ personæ recusauerint, eosdem milites non recedere de suis locis, vel eos qui recesserint, sine quadam mora ad ea redire. Hoc omnifariam custodiendo, vt nemo deuotissimorum militum, cuicunque personæ seu corpori sine speciali nostræ serenitatis iussione scriptis proferenda deputetur: officio tuæ celsitudinis, si hanc nostræ mansuetudinis formam, quoties super militibus quibusdam deputandis aliquid statutum fuerit, gestis insinuare, & quid eos, quibus dati sunt, prout nobis placuit, agnoscere oportet, itidem publicare minimè curauerit: tam dispendium quodcunque publicum hac ex causa sustinuerit, ei de proprio resarcire, quàm triginta librarum auri multam propter desidiam suam, imò magis conniuentiam dependere cogendo: rectoribus nihilominus prouinciarum & apparitoribus eorum, si statuta nostra violauerint, seu violari concesserint, eiusdem condemnationis solutione percellendis.

Scopus constitutionis hic est, vt ne cui milites tuitionis vel alia causa deputentur sine principis iussu. & vt de publico non præstentur eis nisi annonæ & capita, quæ præstari solebant antequam cuiquam deputarentur: amplius si quo opus est, vt id illi quibus deputantur agnoscant, non publicum, id est, fiscus. Desiderantur duæ Constitutiones, quarum sententiam subiiciam ex libris βασιλικῶν.

XVIII. Ἡ διάταξις κελεύει πρότερον ἐπὶ χώρας παρακρατεῖσθαι τὰ εἰς στρατιώτας δαπανώμενα καὶ τηνικαῦτα τὰς λοιπὰς αἰτίας τοῦ δημοσίου προβαίνειν. οὐδὲ γὰρ χρὴ μόνας τὰς ἐκπεμπτὰς κατεπείγεσθαι, ῥᾳθυμεῖσθαι δὲ τὰ στρατιωτικὰ δαπανήματα. τοὺς δὲ ἄρχοντας καὶ τὰς πόλεις καὶ πάντα τὸν ἕτερον δημοσιεύοντα εἰ παραβαθῇ τῶν διαταχθέντων καὶ τὰ χρήματα παρέχειν οἴκοθεν τοῖς στρατιώταις καὶ πρόστιμον ἑκατὸν λιτρῶν χρυσίου [illegible]. Constitutio iubet vt in regionibus retineantur in primis ea quæ militibus eroganda sunt, atque ita deinde procedant reliquæ causæ fisci. Nec enim oportet solas transmissiones vrgere & erogationes militares negligere. Et si hanc constitutionem præsides violarint aut municipia vel quilibet alius tractator publicorum, vt de suo militibus pecunias exoluant, & hoc amplius mulctam C. librarum auri.

XIX. Ἡ διάταξις κελεύει ἵνα ἐὰν στρατιῶται ὑφιστῶντες μὴ ὦσιν ἐν τοῖς οἰκείοις ἀγγαρείαις ἀλλ᾽ ἢ εἰς βοήθειαν ἀφορισθήσονται τοιούτους ποτὲ ἢ κατὰ ἄφεσιν ἀπολυθήσονται μὴ λαμβάνειν τὰς ἀννόνας αὐτῶν τὸν ὑπομνηματοφύλακα ἐν εἴδει διὰ τὸ μὴ φθείρεσθαι, ἀλλ᾽ ἐν χρυσῷ διατιμωμένην τοῦ εἴδους κατὰ τὴν τιμὴν παρεχομένην παρά τε τῶν τριβούνων καὶ τῶν βικαρίων καὶ τῶν δομεστίκων καὶ ὑπομνηματοφυλάκων καὶ ὀπτιόνων, οὐδὲν ἧττον καὶ μετὰ τὸν ὅρκον λογιζομένων καὶ εἴπερ ἂν φωραθήσονται ψευσάμενοι ἐν διπλῷ καταβαλλόντων. οἱ δὲ καὶ στρατιῶται

ἐξαγ

A ἐξαργυρῶσαι βουληθείη τὰς παρεχομένας αὐτῷ ἀννόνας λήψεται τὰ χρήματα κατὰ τὴν τρά-
πεζαν. εἰ δὲ τὸ εἶδος λαμβάνειν λήψεται τὸ ἐν τῇ χώρᾳ χορηγούμενον κατὰ δοκιμασίαν τοῦ θεο-
φιλεστάτου τοῦ τόπου ἐπισκόπου καὶ τοῦ λαμπροτάτου ἐκδίκου τῆς πόλεως. εἰ δὲ καὶ ὁ ὑπομνη-
ματοφύλαξ ἀγοράσοι παρὰ στρατιώτου τὰς ἀννόνας αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν λαμβάνειν αὐτὰς παρὰ
τοῦ συντελεστοῦ ὡς ἐκχωρηθείσας αὐτῷ, πάλιν κατὰ τὴν τράπεζαν. λαμβάνειν αὐτὸν εἰ μὴ παρὰ τὸ
εἶδος βούλεται ὁ συντελεστὴς προσαγαγεῖν. εἰ δὲ καὶ οἱ συντελεσταὶ βουληθεῖεν ἑκουσίως πω-
B λῆσαι τινὰ τοῖς στρατιώταις οὐ κωλύεσθαι τοῦτο γίνεσθαι εἰ καὶ μέλλουσιν ἐκ τούτου κερδαίνειν ἥττονα
ποσότητα εἰδῶν παρέχοντες αὐτοῖς παρὰ τὴν δημοσίαν τράπεζαν. μὴ ἐξεῖναι δὲ τοῖς πολίταις ἐκ
τούτου βλάπτειν τὸν συντελεστὴν ἵνα ἐὰν αὐτοὶ κακῶς συμφωνήσωσιν ἀναγκάζωσι τὸν συντελε-
στὴν καθὼς συνεφώνησε παρασχεῖν τὰ εἴδη. ὁρίζει δὲ ἡ διάταξις ἐπεὶ καί τινες τῶν χαρτουλα-
ρίων τῶν γενναιοτάτων ἀριθμῶν ἤτοι φοιδεράτων συνωνοῦνται ἑαυτοῖς σῖτον ἵνα τὸ μὲν δημόσιον
διδῶσιν αὐτοῖς κατὰ τὴν τράπεζαν τὰ τοῦ σίτου τιμήματα, αὐτοὶ δὲ ὡς προηγορακότες εἴδη κερ-
δαίνουσι, κελεύει ἡ διάταξις μηδένα συντελεστὴν ἄκοντα ἀπαιτεῖσθαι παρέχειν αὐτοῖς συνω-
νήν. εἰ δὲ ἑκουσίως πωλῆσαι ζητήσῃ τις αὐτοῖς μὴ ὑπερβαίνειν αὐτοὺς τὰ τιμήματα τῆς τρα-
C πέζης εἰς τὴν ποσότητα τὴν μέλλουσαν λόγῳ ἀννόνων τοῖς στρατιώταις χορηγεῖσθαι. εἰ γὰρ ἔξω-
θεν ἑτέραν ποσότητα βουληθῇ ἀγοράσαι τότε κεκώλυται πραγματεύσασθαι ὡς καὶ πᾶς στρα-
τιώτης. ταῦτα δὲ πάντα δείκνυσι μέλλουσα γίνεσθαι ἀναψηλάφησις ἀναγκάζουσα πάντα ἄν-
θρωπον τὸν ὁτεδήποτε ψευσάμενον σφετερισάμενον διπλάσιον καταθεῖναι ἵνα τὸ μὲν ἁπλοῦν
λάβῃ ὁ ἐκδικηθείς, τὸ δὲ ἕτερον ἁπλοῦν τὸ δημόσιον. πάντες δὲ οἱ στρατιῶται οἱ προσπαρα-
μένοντες προσώποις ποιὸν ἐν ἐξαργυρισμῷ λαμβανέτωσαν τὰς ἰδίας ἀννόνας κατὰ τὸν ἐξαρ-
γυρισμὸν τῆς τραπέζης. ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς κεφαλιτίωνας, καὶ μὴ ζητείτωσαν τὰ εἴδη, εἰ μὴ
D ἑκὼν ὁ συντελεστὴς ταῦτα καταβάλοι. τοῦ παραβλῶναι τί ποτε τῶν προειρημένων τολμῶντος μέ-
γιστον κίνδυνον ὑφορωμένου εἴτε τριβοῦνος, εἴτε βικάριος ἐστίν, εἴτε δομέστικος, εἴτε ὑπο-
μνηματοφύλαξ, εἴτε ὀπτίων εἴτε πρῶτος ἀριθμοῦ, εἴτε ταξεώτης τοῦ στρατηλάτου ἐὰν ὑποβῇ τί-
ποτε παρὰ τὸ ἀληθὲς γνωρισθῆναι ἢ ἐπιχειρισθῆναι καὶ μὴ παραχρῆμα δηλωθῇ καὶ ἀνασταλῇ·
ἡ γὰρ ἀναψηλάφησις πάντα τὰ παρὰ τὴν διάταξιν γινόμενα ἀπελέγξει. Constitutio
iubet si milites propriis angariis minimè dant operam personis quibus-
dam auxilij gratia deputati vel per commeatum dimissi, vt actuatius eo-
E rum stipendia in speciebus non accipiat, ne corrumpantur, sed in auro,
facta specierum æstimatione secundum rationem mensæ, & iureiurando
præstito à tribunis & vicariis & domesticis & actuariis & optionibus, à
quibus etiamsi iusiurandum dederint, ratio postea nihilominus, & si qua
in re peierasse inuenti fuerint, duplum exigetur. Sed & si milites adærari
sibi velint annonas, eandem in pretio rationem mensæ seruari: si species
F dari, vt eas accipiant quas regio parit arbitrio religiosissimi Episcopi &
clarissimi defensoris ciuitatis. Rursus si actuarius à milite emerit anno-
nias eius & eas accipiat à collatore quasi sibi concessas, rationem mensæ
seruari, nisi malit collator species ipsas inferre. At si velint sua sponte col-
latores vendere quædam militibus, id non prohibemus, etiamsi ex eo lu-
crum facturi sint minorem specierum quantitatem præbentes, quam
exigat ratio mensæ publicæ. Ne tamen eapropter liceat ciuibus lædere
G collatorem, puta si curia siue ciuitas cum milite perperam conuentio-
nem inierit præbendarum specierum, ne cogatur collator secundum
eam conuentionem species inferre. Quia verò plerique ex chartulariis
fortissimorum numerorum vel fœderatorum coëmunt sibi frumentum

pretia à fisco accipientes iuxta nundinationem quæ mensa continetur, A sibi autem quasi iam antè comparatas species retinentes, ideo iubet constitutio ne quis collator inuitus eorum coëmptioni parere cogatur. Sed si quis sua sponte eis vendere velit, ne excedant illi pretia mensæ in quantitate ea, quæ annonarum nomine militibus præbenda est. Nam etiam extrinsecus quantitatem specierum eo pretio emere prohibentur sicut milites. Quæ omnia demonstrabit futura retractatio, qua quantum B apparuerit sibi quemque vindicasse, in tantum damnabitur in duplum, ita vt simplum fiscus habeat, simplum actor. Omnibus quoque militibus personis quibusdam deputatis secundum rationem mensæ adærentur annonæ & capita, nec petantur species nisi à volente: eo qui quid antè dictorum temerare ausus fuerit maximum periculum subituro, siue tribunus sit siue vicarius aut domesticus aut actuarius aut optio aut numeri princeps aut officialis magistri militum, si quid horum contigerit non bona fide tractari, & id confestim minimè denuntiauerit. Retracta- C tio enim quicquid aduersus constitutionem acciderit coarguet & indicabit.

## *De excoctione & translatione militarium annonarum.* *Tit. 38.*

I. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. STILICONI D COMITI ET MAGISTRO VTRIVSQVE MILITIÆ. Opinatores quibus species in diuersis prouinciis delegantur, contra omnem consuetudinem nullis consistentibus familiis excoctionem panis efflagitant. Illustris igitur auctoritas tua nouam vsurpationem congrua auctoritate repellat: vt cùm opinatores in prouinciis delegantur, vetus consuetudo seruetur. DAT. ID. SEPT. MEDIOL. THEODORO V. C. COS. E

Opinatores exigunt annonam militarem vel imminent iudicibus. l. xi. § .tit. prox. Excoctionem panis non exigunt vbi nullæ familiæ consistunt.

II. IIDEM AA. ET THEODOSIVS A. ADRIANO PP. In excoctione buccellati, quod deuotissimis militibus conuenit præparari, in translatione etiam annonæ nullius excipiatur persona: videlicet, vt ne nostra quidem domus habeatur ab his immunis. Et si quispiam F (quod non opinamur) implere quæ sunt præcepta neglexerit: in procuratorem eius seuerissimè vindicetur: ita vt si huiusmodi contumaciæ dominum conscium esse constiterit: quadruplum id quod pro eius capitatione poscitur, posthabita dilatione soluatur. DAT. IX. KAL. APR. ROMÆ HONORIO A. VI. ET ARISTENETO COSS.

Vt nullius familia excusetur ab excoctione panis militaris vel translatione annonæ: In procura- G torem grauiter animaduerti: Dominum contumaciæ procuratoris conscium in quadruplum damnari.

A *De militari veste.* *Tit.* 39.

I. IMPP. VALENTIN. ET VALENS AA. AVXONIO PP. Omnem canonem vestium ex kalendis Septembris vsque ad kalendas Aprilis nostris largitionibus tradi præcipimus: proposita pœna rectori prouinciæ vel eius officio condemnationis, quæ tuæ iustitiæ videbitur. DAT. XIIII. KAL. DEC. MARCIANOPOLI VALENTINIA- B NO ET VALENTE COSS.

Docet quo tempore canonem vestium militarium inferri oporteat. De earum susceptore est l. 14. §. de suscept.

II. IMPPP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. MODESTO PP. Prouinciæ Thraciarum per xx. iuga seu capita conferant vestem. Scythia & Mysia in xxx. iugis seu ca- C pitibus interim annua solutione dependant. per Ægyptum & Orientis partes in xxx. terrenis iugis, per Asianam verò & Ponticam diœcesim ad eundem numerum in capitibus seu iugis annuæ vestis collatio dependatur: ita vt per Orientem prouinciæ in titulo auri comparatitij, quod per iugationem redditur, compensationis gratia perfruantur: exceptis Osroëna & Isauria. nam eas demum constat aurum comparati- D tium minimè redhibere. DAT. V. ID. AVG. HIERAPOLI GRATIANO A. IIII. ET MEROBAVDE V. C. COSS.

Scripta est ad præf. prætorio Orientis, sub cuius dispositione sunt diœceses quinque, quas recenset, Oriens, Ægyptus, Asiana, Pontica, Thracia. l. 1. §. vt nemo ad suum pat. l. 10. §. de num. act. In Thracia in xx. quæque iuga & capita vestes militares conferuntur, excepta Scythia & Mysia, quæ in xxx. confert interim dum aliud constitutum fuerit. In ceteris quoque diœcesibus in xxx. In Oriente id est proprium, vt vestium adærationem eius diœceseos prouinciæ præsteot in auro, excepta Osroëna & Isauria, quod comparatitium dicitur, quia ideo confertur vt vestes militibus emantur, sicut Vegetius scribit, si tributa deficiant prorogato auro comparanda esse omnia.

E

III. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MARCIANO COM. S. L. Fortissimis militibus nostris per Illyricum non binos tremisses pro singulis chlamydibus, sed singulos solidos dari præcipimus. DAT. XVI. KAL. FEBR. CP. ARCADIO IIII. ET HONORIO III. AA. COSS.

F Vt in Illyrico, quod duas habuit diœceses, Macedoniam & Daciam, militibus singulæ chlamydes à prouincialibus conferendæ singulis solidis adærentur, non binis tremissibus.

IIII. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ASCLEPIODOTO PP. Militaris adæratio vestis à collatoribus exigatur, sacratissimis videlicet largitionibus inferenda: ita vt quinque eius partes fortissimis militibus erogentur in pretio, sexta verò portio à gynæciariis clementiæ nostræ absque vlla vel ipsorum, vel publica incommoditate G pro eadem contextione suscepta, iunioribus gregariisque militibus in ipsa, quam maximè eos desiderare constiterit, specie præbeatur. DAT. VII. ID. MAR. CP. ASCLEPIODOTO ET MARINIANO COSS.

Adæratio vestis largitionibus sacris infertur, vt l. 1. §. ita vt quinque eius partes militibus erogentur in nummis, sexta in vestibus à gynęciariis præstetur iunioribus gregariisq;, id est, tyronibus. & addunt Græci rationem, τούτοις γὰρ ὡς δεῖ περιεῖναι ἀργύρια. Sic in loco Hieronymi à me citato ad tit. de agent. in reb. Tyro & gregarius miles pro eodem dicitur. & iuniores sæpe in Cod. Theod. qui & caligati. A

## *De metatis & epidemeticis.* Tit. 40.

Metata sunt hospitia quæ superuenientibus militibus vel aliis personis prouinciales præbent. Epidemetica sunt pretia quibus se redimunt onere hospitum suscipiendorum, quæ abrogantur No. 129. & 134. & l. vlt. hoc tit. B

I. IMPPP. VALENTIN. THEODOS. ET ARCADIVS AAA. THEODOTO MAG. OFFICIORVM. Si quis mensorum nostrorum manum, qua deputatas singulis quibusq; domus enotant, & postibus hospitaturi nomen adscribunt, delere non dubitauerit: ad instar falsi reus ex hac auctoritate teneatur. DAT. VI. KAL. NOV. CP. DN. THEODOSIO A. III. ET ABVNDANTIO V. C. COSS. C

Metatores vulgò dicuntur qui præparandi & enotandi hospitij gratia procurrunt. Optatus Afer lib. 3. *Cum ante venturos milites metatores, vt fieri solet, mitterentur.* Sudas: Μιτάτωρ ὁ προαποστελλόμενος ἄγγελος πρὸς τοῦ ἄρχοντος. Hac lege & seq. & l. 5. vt emendauimus, mensores appellantur, & horum manum qui delet, tenetur pœna legis Corneliæ de falsis. Metatores pro hospitibus l. 9. hoc tit.

II. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. OSIO MAG. OFFICIORVM. In qualibet vel nos ipsi vrbe fuerimus, vel hi qui nobis militant, commorentur: omni tam mensorum, quàm etiam hospitum iniquitate submota, duas dominus propriæ domus, tertia hospiti deputata, eatenus intrepidus ac securus possideat portiones, vt in tres domo diuisa partes, primam eligendi dominus habeat facultatem: secundam hospes, quam voluerit, exequatur: tertia domino relinquenda. plenum enim æquitate atque iustitia est, vt qui aut successione fruitur, aut empto vel extructione gaudet, electam præcipuè iudicio suam partem teneat & relictam. Ergasteria verò, quæ mercimoniis deputantur, ad prædictam diuisionis iniuriam non vocentur: sed quieta sint & libera, & ab omni hospitum iniuria defensata, solis dominis cōductoribusq; deseruiant. Sanè si stabulum (vt adsolet) militari viro in tertia domus parte defuerit: id ex ergasteriis, nisi id dominus qualibet occasione prouiderit, pro animalium numero, vel domus qualitate deputabitur. Illustribus sanè viris non tertiam partem domus, sed dimidiam hospitalitatis gratia deputari decernimus: ea duntaxat conditione seruata, vt alter ex his quilibet qui've maluerit diuisionem arbitraria æquitate faciat, alter eligendi habeat optionem. & firmissimum perpetuò quod iussimus perseueret: ita vt XXX. libras auri, qui illustri sunt præditi dignitate, fisco nostro se illaturos esse cognoscant: ceteri verò militia sciant se esse priuandos, si generale præceptum amplius vsurpando, quàm iussimus, repræhensibili temeritate violauerint. DAT. VIII. ID. FEB. CP. HONORIO IIII. ET EVTYCHIANO COSS. D E F G

Vt militibus petentibus metata, tertia tantùm domus pars deputetur saluis officinis, nisi si stabulo tertia pars careat: illustribus viris dimidia.

A III. IIDEM AA. VINCENTIO PP. Cunctos iudices ſcire volumus à prætoriis ordinariorum iudicum, his præſentibus, abſtinendum. DAT. XVI. KAL. FEBR. MED. STILICHONE ET AVRELIANO VV. CC. COSS.

Prætoria præſidum ab onere metatorum excuſantur ſi præſentes ſint & alij ſuperueniant.

B IIII. IIDEM AA. ÆMILIANO MAG. OFFICIORVM. Fabricenſium domibus vbiq; conſtitutis omnem moleſtiam hoſpitum præcipimus amoueri: quò & Antiochienſibus, & ceterarum ciuitatum fabricis ſimilis domorum excuſatio præbeatur, abſente ſcilicet ſacro comitatu. DAT. XI. KAL. FEB. CP. STILICHONE ET AVRELIANO COSS.

C Codex Theodoſianus oſtendit hanc legem pertinuiſſe ad fabricas Orientis, quæ erant Antiochiæ, Damaſci, Ædeſſæ, Irenopoli, quarum omnium ciuitatum fabricenſibus excuſatio datur ab onere metatorum, ſiue recipiendi hoſpitis, abſente ſacro comitatu. Et ideo rectè Græci adiiciunt hoc loco. τὸ δὲ ἑτέρας πόλεως λέγεται περὶ Δαμασκοῦ καὶ Εἰρηνουπόλεως.

V. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IOANNI PP. Deuotum poſſeſſorem ab omni inquietudine liberamus. Primo omnium igitur ad nullum prædium publicum vel priuatum domus noD ſtræ vel cuiuſcunque iuris nullus menſor accedat, ſi à quoquam fuerit deſtinatus. licentiam enim domino, actori, ipſiq; plebi ſerenitas noſtra commiſit, vt eum qui præparandi gratia ad poſſeſſionem venerit, expellendi habeat facultatem: nec crimen aliquod pertimeſcat, cùm ſibi arbitrium vltionis ſuæ ſciat eſſe conceſſum: recteq; ſacrilegum prior arceat, qui primus inuenit. Adminiſtrantem verò, eiuſq; officij proceres, quorum præcepto inhibitam perſonam ad agrum aliquem deſtinauerit, in E tempus proſcribi debere cenſuimus. Solam ſanè hoſpitalitatem ſub hac obſeruatione concedimus, vt nihil ab hoſpite, quod vel hominum, vel animalium paſtui neceſſarium creditur, poſtuletur: omniumq; ſit acceleratum iter atque continuum, nec vlli liceat reſidere, ne diuturnitas commanentium vlla ex parte prædium vexet. Decem etiam librarum auri multa ferietur quiſquis adminiſtrator, togatus, apparitor, vllus vel militans, vel iter agens, vllo in loco aliquid ab hoſpite poſtulauerit. intantum F enim inhiberi ſceleratum morem iubemus, vt ipſis quoque præbentibus impunitum eſſe non patiamur, ſi quid ſponte contra præceptum noſtrum probati fuerint obtuliſſe. DAT. PRID. ID. IVN. RAV. POST CONS. HONORII VIIII. ET THEODOSII V. AA.

In ciuitatibus domus ſuſtinent metatorum onus, nòn etiam in agris prædia, ſed per ea tantummodo militibus aut præſidibus celeriter tranſeundi ius eſt, neque annona, neque capitò vllo à poſſeſſoribus exacto. Emendaui in contextu, *adminiſtrator, togatus, apparitor vllus*, cùm antea malè legeretur, *erogator*. Togatus; id eſt, patronus cauſarum, ſiue *συνήγορος*, vt Græci interpretantur.
G Mallem etiam pro, *iter agens*, *inter agens*, vt dixi l. 2. §. vt dign. ordo ſeru. Defenſio hac lege permittitur poſſeſſoribus aduerſus vim & iniuriam menſorum. quo argumento malè quidam ex cauſis legitimis domino etiam dant ius expellendi conductoris ſine iudice.

VI. IIDEM AA. ADRIANO PROC. AFRICÆ. Hoc proſpect

ſpectum eſt, vt infauſta hoſpitalitatis præbitio tolleretur, nec balneum quiſquam à domino ædium poſtulet. DAT. V. NON. MART. RAV. CONSTANTIO ET CONSTANTE COSS.

A

Tollitur infauſta hoſpitalitatis præbitio, vt ſi ab hoſpitibus petantur ſcorta, vel, vt Græci interpretantur, ſi id petatur vt hoſpites ſtrigillent equos, vel portent σάβανα. Tollitur & balnei petitio. In Cod. Theodoſij ita erat ſcriptum, *nec priuatum quiſquam à domino ædium poſtulet.* Priuatum Tribonianus interpretatus eſt balneum. quæ vox non dubito quin aliis in auctoribus eodem ſenſu reperiri poſſit. Membrum pro cubiculo notum eſt in l. 13. D. de man. teſt. vbi Græci κοιτῶνα interpretantur. Vtramque vocem retinuit lingua Gallica.

B

VII. IIDEM AA. EVSTATHIO PP. Deuotiſſimos milites ex procinctu redeuntes, vel proficiſcentes ad bella noui muri ſacratiſſimæ vrbis ſingulæ turres in pedeplanis ſuis ſuſcipiant. DAT. V. NON. MART. CP. HONORIO XIII. ET THEODOSIO X. AA. COSS.

Pertinet hæc lex ad vrbem Conſtantinopolitanam, cuius alij fuerunt antiqui, alij noui muri à Theodoſio iuniore conſtructi curante Cyro P P. de quibus No. 39. & conſtituit vt milites à militia redeuntes, vel ad militiam proficiſcentes diuerſentur in pedeplanis turrium noui muri. Hæc vox, *noui*, deerat, quam reſtitui ex Cod. Theod. & Græcorum metaphraſi, εἰς τοὺς πύργους τοῦ νεαροῦ τείχους Κωνσταντινουπόλεως ἐν τοῖς ὑπαιθρίοις καταμένειν.

C

VIII. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTIN. AA. HELIONI MAG. OFFICIORVM. Archiatros noſtri palatij, necnon vrbis Romæ, & magiſtros literarum pro neceſſariis artibus & liberalibus diſciplinis, necnon picturæ profeſſores (ſi modò ingenui ſunt) hoſpitali moleſtia, quoad viuent, liberari præcipimus. DAT. XIIII. KAL. SEPT. HIERIO ET ARDABVRE COSS.

D

Archiatri palatij ſacri & vrbis Romæ, ac profeſſores artium liberalium, & picturæ ingenui ab onere metatorum excuſantur. De picturæ profeſſoribus videnda l. vlt. C. Th. de exc. artif. De archiatris & profeſſoribus artium liberalium dictum eſt, Ꝫ. de prof. & med.

VIIII. IIDEM AA. NOMO MAG. OFFICIORVM. Omnes qui metata in ſuis domibus præſtant, ſiue hoſpitia præbuerint metatoribus, ſeu quolibet pacto ſatis eis fecerint: nullam vel penſionis, vel diſcuſſionis domus gratia moleſtiam ſuſtinere cogantur. Deinde neminem volumus cuiuſlibet loci vel ordinis, in hac florentiſſima vrbe domum propriam excuſantem, metatum ſibi in alienis ædibus priuilegio militiæ vindicare. quod & in prouinciis obſeruari oportet. Ceteris verò, quibus illuſtris dignitas ſub cingulo vel citra cingulum pro ſuo ſolo honore delata eſt, excuſandarum ædium licentiam penitus denegamus. hoc iuris etiam in his præcipimus obſeruari, quos ipſa quidem adminiſtrationis conditio ſpectabiles nouit, honor tamen additus à noſtra liberalitate reddit illuſtres. ſcituris omnibus, quòd ſi quis cùm cingulo perfruatur, & excuſationem ita propriæ domus impetrauerit: vt à penſione etiam portionis tertiæ ſit immunis, & militiæ cauſa metatum alienis domibus ſibi crediderit vindicandum. ſiquidem honore præditus excuſationis ius habeat, carebit legum priuilegiis, quas fraudare conatus eſt. Si verò inter eos quibus nulla ſuffragatur dignitas, numeretur, centum librarum auri ſacratiſſimis largitionibus pendendarum illatione mulctabitur. DAT.

E

F

G

A XVII. KAL. FEB. C P. THEODOSIO ET VALENTINIANO AA. COSS.

Nouella est Theodosij de metatis, quam habemus integram, cuius sententia hæc est, vt qui metata vel epidemetica præstant, nullam domus gratia pensionem tertiæ partis vel discussionem sustineant. Vt io vrbe vel prouinciis qui domum propriam excusat, in aliena per causam militiæ metatum oon quærat. Excusantur autem illustres qui re ipsa illustrem dignitatem gesserunt, ooo honorarij vel vacantes, non hoooratij illustres, licet iure actæ administrationis spectabiles sint.

B X. IMPP. VALENTIN. ET MARTIANVS AA. *. Hac lege sancimus, vt si quis consularem ac patritiam meruerit dignitatem, tres domos proprias, dum superest, habeat hospitum immunitate securas. heredes verò eius, filij aut pater aut mater, nepotes, aut frater aut soror aut vxor, duarum domorum suarum excusatione potiantur. Si quis verò consulatu tantùmmodo gloriatur, duas semis domos suas immunes habeat. post fata verò eius memorati heredes vnam semis domum C suam habeant nullis hospitiis prægrauatam. Pari priuilegio perfruatur cum memoratis heredibus, qui solius patritiæ dignitatis sine consulatu decoratur insignibus. Præfectorij verò, necnon & magistri militum duas domos suas habeant, quoad vixerint, hospitibus liberatas. heredes verò eorum memorati vnam defendant domum suam simili excusatione munitam. Magistri verò officiorum, vel quæstores vnam semis domum D suam, quoad vixerint, habeant hospitum onere liberatam. heredes verò eorum prædicti vnam ab hospitibus iure defendant. Comites autem domesticorum & protectorum, & sacrarum largitionum, & priuatarum, & vir spectabilis primicerius notariorum, singulas domos suas ab hospitum grauamine, dum viuunt, gaudeant esse securas. memorati verò heredes eorum mediam partem vnius domus suæ sciant excusatione muniri: residuæ verò partis dimidiæ tertiam portionem hospitibus de-E putandam esse cognoscant. Si qui illustres honorarias dignitates quascunque sine actu cælitus impetrauerunt: æquo animo suas domos hospitibus post hanc legem pandant pro tertia, quæ legibus præfinita est, portione: exceptis videlicet ergasteriis quæ in plateis vel angiportis esse noscuntur. Quod in omnibus domibus, quæ hospitales sunt, obseruari iubemus: ita vt nemo vel ex sacro rescripto, vel ex diuina adnotatione, seu pragmatica sanctione, contra hanc legem vti possit excusatio-F nis auxilio: his omnibus, quæ per hanc legem constituimus, in hac æterna vrbe obseruandis.

Declarat quæ in vrbe dignitates à metatis excuseotur, & quot earum domus. Itaque ab eo quod traditur lege superiori de spectabilibus, excipiendi sunt primicerij notariorum, & ex lege sequenti decem primi post primicerium. Et ab eo quod de illustribus honorariis, eorum ergasteria in plateis vel angiportis sita.

XI. IMP. ZENO A. *. Decem post primicerium tribunos, G in domibus, quas in hac regia vrbe possident, metatorum iussimus vacationem mereri.

Sicut primicerius ootariorum, ita & x. post primicerium tribuni notarij singulas ædes, vt Græci interpretaotur τεκτὲ, in vrbe excusant à metatis, non omnes. Absurdum enim esset si vnam tantùm

tùm excusaret primicerius, decemprimi omnes. Desideratur Constitutio Græca, qua prohibentur Epidemetica, id est, adærationes metatorum, de quibus initio l.9.§. A

XII. Μηδεὶς ἄρχων ἐν τῷ περινοστεῖν ζητείτω προφάσει ἐπιδημητικῶν ἢ προφάσει ἀφοπλισμοῦ χρυσίον. εἰ δὲ τοῦτο ποιήσει καὶ ἐκβάλλεται τῆς ἀρχῆς καὶ δημεύεται καὶ ἐξορίᾳ διηνεκεῖ ὑποβάλλεται. Ne quid præses dum per prouinciam oberrat, hac specie exigat à prouincialibus, ne illos hospitio grauet, vel vt eis habere arma concedat. Qui secus fecerit vt dignitate bonisque ademptis exilio perpetuo damnetur. B

Abrogantur ergo epidemetica, & occasione ἀφοπλισμοῦ, id est, ne priuatis auferantur arma, exactiones. in No.8. ἀφοπλιστὰς vocat qui priuatis hominibus habere arma non concedunt.

## *De salgamo hospitibus non præbendo* Tit. 41.

I. IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. LEONTIO P P. Ne quis comitum, vel tribunorum, aut præpositorum, aut militum nomine, salgami gratia, culcitras, lignum, oleum à suis extorqueat hospitibus. sed nec volentibus hospitibus in prædictis speciebus aliquid auferant. Sed prouinciales sint nostri ab hac præbitione securi: comitibus, tribunis, vel certè præpositis, militibusque graui vexationi subiacentibus. DAT. V. ID. OCT. *. C

Salgami nomine scio significari conditas herbas, veluti enulam, brassicam, betam, quæ etiam hodie à Turcis condiri solent. Sed huius nominis obtentu exigebant etiam trãseuntes milites culcitras, ligna, oleum. quod hæc Constitutio tollit. D

## *De commeatu.* Tit. 42.

I. IMP. CONSTANTINVS A. *. Ne cui liceat præpositorum, vel tribunorum cohortium, vel vicariorum, & familiarium eorum tempore expeditionis quocunque genere, cuiquam de militibus à castris atque signis, vel his etiam locis, in quibus pertendant, discedendi commeatum dare. Si quis verò contra hanc legem facere ausus fuerit, & militem contra interdictum commeatum dimiserit eo tempore, in quo barbarorum incursio exstiterit: & tunc cùm præsentes in castris atque apud signa milites esse debeant, quisquam absuerit, capite vindicetur. DAT. IIII. KAL. MAI SEVERO ET RVFINO COSS. E F

Commeatus est abeundi licentia data militi ad tempus, puta his verbis apud Liuium XXX. SI QVIS VESTRVM SVOS INVISERE VVLT, COMMEATVM DO: PRIMO VERE ADSITIS EDICO. Difficile autem datur commeatus militibus, nisi causis iustissimis approbatis, vt Vegetius ait. Certè expeditionis tempore imminentibus hostibus non datur, nec vnquam amplius quàm XXX. l.16. §. de erog. mil. anno. qui Commeatales dicuntur. Et Sudas Commeatalem intellexit dum interpretatur κομμεάτων ἐξαίτησιν λαμβάνοντα τοῦ ἀφεδῆναι. Datur autem commeatus à Tribunis cohortium, aut præpositis militum, aut vicariis vel domesticis eorum, vel à principe. De his vicariis l.vlt. §. de erogat. mil. an. l.5. §. de iurisd. om. iud. Vegetius III. *In sedibus*, inquit, *sub tribunorum aut vicariorum, nec non etiam principiorum ad omnem disciplinam artißima seueritate teneantur*, De dato à principe Gregorius Nazianzenus his verbis: διότι μὲν τὸ γράμμα τοῖς ἀφίεισιν ὥσπερ τοῖς στρατιωτικοῖς ἐν βασιλέως καὶ εἰ βούλεσθαι μετὰ δέξεως τῆς μαρτυρίας. G

II. IMPPP.

n i

A II. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEODOS. AAA. SYAGRIO MAG. OFFICIORVM. Quicunque de scriniis, aut agentibus in rebus, vel etiam ex officiis palatinis, his videlicet, qui sacrarum & priuatarum remunerationum comitibus obsecundant, sex mensium spatium supra diem commeatus, aut iussionem euectionis absuerit: is in inferiorem locum, quinque antelatis posterioribus, deuoluatur. Is verò qui anni vacationem arbitratu proprio iudiciarij præcepti oblitus assumpserit: à decem post se militantibus transferatur. ac deinde cum iam aliquis desidia quadriennio officium proprium adire neglexerit, quadraginta de sequentibus postferatur. Qui verò nec post quadriennij quidem tempus: militantium non immeritò matriculis auferatur. DAT. KAL. OCTOBRIS AVXONIO ET OLYBRIO COSS.

C Datur commeatus non tantum militibus armatis, sed palatinis. Palatini qui supra diem commeatus absuerint & sibi vacauerint, proprij gradus deminutione secundum huius legis distinctionem coërcentur. Pro, *transferatur*, emen dam, *transeatur*.

III. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. HAISONI COMITI ET MAG. MILITVM. Si quis sine commeatu aliquo annum in penatibus propriis, vel in quibuslibet locis desidiosa quiete transegerit: decem sequentibus postponatur. in quo verò biennium talis culpa depræhenditur: viginti sibi antepositos congemiscat. tertius autem annus triginta prælatos iure deflebit: ita vt quartus exempto matriculæ nullam veniam derelinquat. DAT. PRID. ID. IVN. RAV. POST CONS. HONORII VIII. ET THEOD. V. AA.

Hac lege coërcetur & regradatur miles qui sine commeatu absuerit.

E *De tyronibus.* *Tit.* 43.

I. IMPP. VALENTIN. ET VALENS AA. MODESTO PP. Nullus tyro vagus, aut veteranus, aut censibus obnoxius ad militiam accedat. DAT. XIIII. KAL. OCT. HIERAPOLI VALENTIN. ET VALENTE III. AA. COSS.

F Ne veteranus miles completa militia rursus fiat tyro, ne adscriptitius, ne vagus, id est, qui quasi miles diuagatur.

II. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEODOS. AAA. Quisquis alieni iuris mancipium in tyrocinio militiæ scribi curauerit: conuictus ac proditus auri libram ærario nostro cogatur inferre: mancipio scilicet domino, si factum ignorauerit, reddendo.

G DAT. ID. MAI TYRO METROPOLI PP. BERYTO ANTONIO ET SYAGRIO COSS.

Thesauris infert libram auri qui seruum alienum in arma conscribit. Quod sequitur, *Mancipio* &c. non erat in Codice Theodosij, sed additum est à Triboniano ex l. 6. §. qui milit. pos.

III. IMPP. HONORIVS ET THEODOS. AA. ... COM. S. L. Tyrones in scholis loco semper posteriore ponantur. nec enim patimur quemquam celsiorem gradum obtinere, nisi cui & laborum assiduitas, & stipendiorum prolixitas suffragatur. DAT. VIII. KAL. DEC. RAV. BASSO ET PHILIPPO COSS.

Tyronum in scholis infimus est gradus.

## De littorum & itinerum custodia. Tit. 44.

I. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. EVSTATHIO PP. Saluberrima sanctione censemus, ne merces illicitæ ad nationes barbaras deferantur, & quæcunque naues ex quolibet portu seu littore dimittuntur, nullam concussionem vel damna sustineant, ita tamen vt earum naucleri deponant, in quam prouinciam ituri sunt: vt hoc manifestato, nulla contra eos postea indignatio seu concussio quoquo modo procedat. DAT. XIIII. KAL. OCT. CP. DN. THEODOS. A. IX. ET QVI FVERIT NVNTIATVS.

Custodiantur litora & portus ne merces illicitæ ad hostes transferantur, veluti vinum, oleum, liquamen, id est, garum vel oxygarum, arma, ferrum, cotes, tales. Additur ne nauos professæ vllam concussionem sustineant.

## De desertoribus & occultatoribus eorum. Tit. 45.

I. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEODOS. AAA. SYAGRIO PP. Si quis forte desertorem agro tecto've susceperit, atque apud se diu passus fuerit delitescere: actor quidem vel procurator loci, qui hoc sciens prudensque commiserit, capitali supplicio subiugetur. dominus verò, si huius rei conscius fuerit, prædij in quo latuerit desertor, amissione puniatur. Si quis autem desertorem prodiderit, mediocris loci ingenuus, immunitate potiatur. Neque solùm de his loquimur, qui proximè signis felicibus applicati, militiæ rudimenta timuerunt: verùm etiam qui stipendiis militaribus degenerem latebram præbuisse monstrantur. Desertor autem habebitur, quisquis belli tempore aberit à signis. horum, qui sponte processerit, peccati anterioris supplicium non timebit. Sin verò flagitiosa ignauia delitescat: per eum, in cuius domo fuerit, inuigilantibus extrinsecus quoque officiis publicis, vbicunque correptus, seueritati iudicis offeratur, degeneri morte gladium subiturus. Sin autem rector prouinciæ propositam seueritatem vel gratia, vel dissimulatione distulerit: patrimonij atque existimationis damno subiiciatur, & in officij priores capitaliter vindicetur. DAT. ID. IVL. ROMÆ GRATIANO VI. ET THEODOSIO I. AA. COSS.

A Punitur hac lege tyro milésve desertor & occultator eius. Præmio autem adficitur proditor eius: seruus libertate. quod huic legi addendum est ex l. vlt. §. quib. ex cau. ser. pro præ. quæ eandem inscriptionem & subscriptionē habet. Ingenuus mediocris loci immunitate, vt in causa falsæ monetæ l. 1. §. de fal. mon. Ideo ait, *mediocris loci*, quia qui superioris dignitatis sunt, satis per se à muneribus ciuilibus excusantur.

II. IMPPP. ARCADIVS HONORIVS ET THEOD. AAA. ADRIANO P. P. Si desertores inuenti resistendum atque armis obtinendum putauerint: tanquam rebelles in ipsis temeritatis suæ conatibus opprimantur. Ita tamen vt prouinciarum iudices solicita cautione disquirant, ne sub falsarum tractoriarum nomine desertionis suæ crimen defendere moliantur, nec suppositis & commenticiis epistolis euadendi habeant facultatem. DAT. VI. KAL. MAR. RAV. THEOD. A. I. ET RVMORIDO COSS.

C Pro, *oppugnandum*, emendaui, *obtinendum*, ex vet. Græci vertunt διὰ τῶν ὅπλων κρατῆσαι. Obtinere est obniti, vt l. 4. §. de æd. pri. De tractoriis dicetur inferiùs suo titulo. Hæ si veræ sint, desertionis crimen diluunt: item que epistolæ, id est, testimoniales missionum literæ.

III. IIDEM AAA. LONGINO P. P. Qui relictis militaribus castris se ad deprædationes vel latrocinium contulerint, seueritatem iudicis non euadant. DAT. IX. KAL. APR. RAV. ARCADIO A. VI. ET PROBO V. C. COSS.

D Superiores leges sunt de nec manifesto desertore. hæc de manifesto. Multa verò alia seueriùs in desertores constituta sunt; veluti vt à prouincialibus opprimantur impunè: l. 4. §. quand. lic. vnic. sine iud. vt eius criminis abolitio non fit. l. vlt. in fine. §. de abol. vt morte non extinguatur crimen. l. 4. §. de re mil.

## De veteranis. Tit. 46.

E I. IMP. CONSTANTINVS A. Cùm introisset principia, & salutatus esset à præfectis, & tribunis, & viris eminentissimis, acclamatum est, Auguste Constantine dens te nobis seruet, vestra salus nostra salus. verè dicimus, iurati dicimus. Adunati veterani exclamauerunt, Constantine Auguste, quo nos veteranos factos, si nullam indulgentiam habemus? Constantinus Augustus dixit: magis magisque conueteranis meis beatitudinem augere debeo, quàm minuere. Victorinus

F veteranus dixit: muneribus & oneribus vniuersis locis conueniri non sinamur. Constantinus Augustus dixit: apertius indica, quæ sunt maximè munera quæ vos contumaciter grauant. Vniuersi veterani dixerunt: ipse perspicis. Constantinus Augustus dixit: iam nunc magnificentia mea omnibus veteranis id esse concessum perspicuum sit, ne quis eorum in vllo munere ciuili, nec in operibus publicis conueniatur, nec vlla collatione, nec à magistratibus, nec vectigalibus, in quibuscunque nundi-

G nis interfuerint, vlla ob venditionem proponendam dare debebunt. publicani quoq; (vt adsolent agentibus supplere) ab eisdem veteranis amoueantur. quiete post labores suos perenniter perfruantur. Fisco no-

ſtro quoque eadem epiſtola interdiximus, vt nullum omnino ex his inquietaret, ſed liceat eis emere & vendere, optimis negotiis pecuniam tractare, & mercimonia agitare: nec ſolùm integra beneficia eorum ſub ſeculi noſtri otio & pace perfruantur, ſed etiam nullo munere ciuili, id eſt, corporali ſeu perſonali, vel deportorio onere eos affici concedimus. DAT. KAL. MAR. CIVITATE BELOVOCORVM CONSTANTINO A. VI. ET CONSTANTIO CÆS. COSS. A B

Veterani immunitatem habent munerum perſonalium. Item deportoriorum, quæ Græci interpretantur ἀτέλεια. Immunes igitur ſunt onere portorij. l. 9. C. Th. de veteranis. Item operum publicorum, de quo l. 1. §. de oper. publ. & collationum extraordinariarum, & ciuitatibus vel publicanis nihil ob venditionem proponendam præbere debent. Ait, *vt ſolent agentibus ſupplere*. Vet. *ſuperpellere*, Cod. Theod. *ſupercompellere*, quod eſt ὑπερπαρέχειν. Agentibus mercimonia. Ait, *eadem epiſtola*, id eſt, teſtimoniali dimiſſionis veteranorum. Sic epiſtola accipitur l. 1. §. de deſert. & aliis locis quos indicaui l. vlt. §. de profeſſ. & med. Multa verò ex hac lege errata ſuſtulimus in contextu noſtro.

C

II. IDEM A. MAXIMO. Prouidendum eſt ne veterani, qui protectoria dignitate cumulati, aut honores varios pro meritis ſuis conſecuti ſunt, incongruis pulſentur iniuriis: cùm ſi quis iis hoc crimine fuerit deprehenſus, rectores prouinciarum pro iuriſdictione ſua examinantes factum, pro ſui qualitate eos coërceant. DAT. IIII. KAL. IVN. TRIVERIS IANVARINO ET IVSTO COSS.

D

Veteranis plurimùm honos protectorum aut domeſticorum defertur data teſtimoniali ex protectoribus. Symmachus in epiſtolis; *Huiuſmodi veteranis prærogatiua debetur, vt illis protectorum dignitas tanquam pretium longi laboris accedat.* Iulianus Leontio ἐγκατέλεξα μὲν δή σε καὶ τοῖς ἀπὸ ... τάγματι. γίνονται δὲ ἀπὸ τῶν ἀπεστρατευμένων οὕτω καὶ στρατοπεδάρχαι. l. 7. & 14. C. Th. de lul. au. coll.

III. IDEM A. EVAGRIO P. V. Veterani qui ex negligentia vitæ neque rus colunt, nec aliquid honeſtum peragunt, ſed latrociniis ſe dedunt, omnibus veteranorum priuilegiis exuti, pœnis competentibus à prouinciarum rectoribus ſubiiciantur. DAT. III. ID. AVG. CONSTANTIO A. VI. ET CONSTANTE II. COSS. E

Veterani qui ſe ad latrocinia conferunt, priuilegia ſua amittunt.

IIII. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. Nullus eorum qui ſacramentis inhærere deſierit, vel volens permittatur, vel inuitus militare cogatur ſeruare iudicium, ſententiis quæ non his obſeruatis latæ fuerint, nullam firmitatem habentibus, niſi fortè reperiatur ibi tempore militiæ cœpta cognitio. tunc enim velut necdum cingulo depoſito, ſub militari iudice rem tractari finirique præcipimus: niſi principali beneficio ſpecialiter indulto quidam ex his ſeſe defendant. F

G

Veterani mutant forum. Nec enim iam amplius militare iudicium obſeruare coguntur, niſi ante miſſionem in eo lis conteſtata fuerit. Sic mulier per nuptias mutat forum, niſi ante nuptias li-

tem

A tem inchoauerit.l.pen. D.de iurisd. Sed ipsa se prioris iudicis volens iurisdictioni subiicere potest. Veteranus duciano iudicio se subiicere non potest.



## *De filijs officialium & militarium qui in bello moriuntur.* *Tit. 47.*

I. IMP. CONSTANTINVS A. EVAGRIO. Hi qui ex officialibus quorumcunque officiorum geniti sunt, siue eorundem parentes adhuc sacramento tenentur, siue iam dimissi sunt, in parentum militiam vocentur. DAT. PRIDIE NON. AVG. BASSO ET ABLAVIO COSS.

Vt filij officialium sequantur militiam patris. Officialium, id est, apparitorum.

II. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEODOSIVS AAA. *. Filios primipilariorum paternam sequi conditionem oportet.

Vt filij primipilariorum sequantur militiam patris, non curiæ addicantur. De primipilo dicetur suo titulo. Sequitur constitutio Græca quæ deerat, & sine qua in titulo frustra adiectum esset, *& militiarum qui in bello moriuntur.*

III. Ἐάν τις ἐν πολέμῳ τελευτήσῃ ὁπωσδήποτε στρατευόμενος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐὰν εἷς ἐστιν ἢ πολλῶν παίδων ὁ μείζων παραχρῆμα εἰς τὸν τόπον τοῦ πατρὸς ὑπεισερχέσθω καὶ τὰς ἀννόνας τὰς αὐτὰς λαμβανέτω εἰ μέχρι βιάρχου ἦλθεν ὁ πατήρ, εἰ δὲ ἀνώτερον ἦλθε τοῦ βιάρχου, βιάρχον μόνον γίνεσθαι τὸν παῖδα. πρόδηλον γὰρ ὅτι ὁ μείζων ταύτην ἔχων τὴν παραμυθίαν φροντίζει καὶ τῶν ἰδίων ἀδελφῶν. Si quis quocunq; modo militans in bello moriatur, filius eius si vnus sit, vel ex multis maior natu statim in locum eius succedat & easdem annonas accipiat si pater vsque ad Biarchi duntaxat gradum peruenerit. Quòd si altiorem obtinuerit (veluti ducenarij aut centenarij) filius eius fiet tantummodo Biarchus. Manifestum autem est maiorem natu, in quem eiusmodi solatium confertur, fratrum suorum curam habiturum.

## *De oblatione votorum.* *Tit. 48.*

I. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. BASILIO P. V. Quando votis communibus felix annus aperitur, in vna libra auri & solidis obryziacis principibus offerendi deuotionem animo libenti suscipimus: statuentes vt deinceps sequentibus annis vniuscuiusque sedulitas principibus suis talia ingerant semper & deferant. DAT. III. NON. MAR. MED. OLYBRIO ET PROBINO COSS.

G Nuncupabantur vota ineunte anno pro salute principis.l. si caluitur. D. de verb. sign. & offerebatur libra auri in LXXII. solidis obryziacis siue obryzatis. quo nomine quid significetur ostendi in tit. de vet. num. pot.

De nu

*De numerarijs, actuarijs & chartularijs & adiutoribus, scriniarijs & exceptoribus sedis excelsæ ceterorumq́; iudicum tam ciuilium quàm militarium.* *Tit.* 49. A

Hic titulus est de dignitatibus quæ sunt in officio iudicis ciuilis aut militaris. Ciuilis, veluti præf. prætorio aut præf. vrbi. Militaris, vt magistri militum aut ducis.

I. IMP. CONSTANTINVS A. AD VERONICIANVM VIC. ASIÆ. Vorax & fraudulentum numerariorum propositum, qui diuersis rectoribus obsequuntur, ita inhibendum est, vt antea sanximus, & nunc itidem sancimus, conditioni eos subdi tormentorum, & eculeis atque lacerationibus subiacere. DAT. XIIII. KAL. IVN. OPTATO ET PAVLINO COSS. B

Numerarij qui sunt in officio præsidum & consularium conditionales sunt, & ideo tormentis, re exigente, vngulis, vncis & eculeis subiiciuntur. Est huic coniungenda l. damus. C. Th. de iis quæ adm. vel off. publ. ger. trad. sunt. in qua idem ad eundem, *Damus*, inquit, *prouincialibus potestatem, vt quicunque sibi à numerarijs, qui diuersis rectoribus obsequuntur, conquesti fuerint aliquas venditiones extortas, irritas inanésque efficiant.* Videnda sunt quæ diximus l. 13. §. de suscept. C

II. IMPP. VALENTIN. ET VALENS AA. CLEARCHO Qui numerarij appellari consueuerant consularium atque præsidum duntaxat, tabularij post hanc nostram sanctionem vocabuntur: scientes se tormentis esse subiectos, nisi iudicibus, vel his qui prouecti nostro iudicio ad prouincias venerint, vel exactoribus debitorum aut reliquorum modum frequenter ingesserint sub actorũ testificatione. Quos scire oportet, cum his qui debitores sunt, sese ad solutionem esse retinendos, nisi omnia debita ipsis fuerint indicantibus persoluta. Triennij tantum spatio tabulariorum decet tempus omne concludi. DAT. XIIII. KAL. MAR. CP. VALENTIN. ET VALENTE AA. COSS. D

Cur mutetur nomen numeriorũ rectorũ prouinciarũ in nomen tabulariorũ diximus in d. l. 13. E

III. IIDEM AA. RVFINO PP. Numerarios amplissimæ tuæ sedis cingulum habere, & militiæ ordinem tenere iubemus. DAT. PRID. ID. DEC. PARISIS VALENTINIANO ET VALENTE AA. COSS.

Rectè l. 2. consularium atque præsidum duntaxat. Nam illustrium præf. prætorio numerarij, vel etiam spectabilium conditionales non sunt. Quinimò cingulum militiæ gestant & tenent qui in officio præf. prætorio numerarij sunt. F

IIII. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEODOSIVS AAA. OMNIBVS RECTORIBVS PROVINCIARVM. In prouinciis singulis duo numerarij, qui & tabularij, collocentur: quò ad vnum fiscalis arcæ ratiocinium, ad alterum largitionales pertinere tituli iubeantur: hoc sciturí, quòd si ex alterius quidam actibus ad alteram partem illicita fuerit vsurpatione translatum: is qui culpam iudicis dissimulatione texerit, grauissimo sit supplicio subiugandus. DAT. III. KAL. APR. CP. ANTONIO ET SYAGRIO COSS. G

De hac etiam diximus satis in d. l. 13.

V. IID

A V. IIDEM AAA. PRINCIPIO PP. Exceptores omnes iudicibus prouincialibus obſequentes, qui nec cohortalem militiam ſuſtinere videntur, neque à fiſco vllas conſequuntur annonas, abſque metu dare cœptis operam (etiam ſi decuriones ſint) minimè prohibemus: dummodo munia propriæ ciuitatis agnoſcant, & peracto ſecundum morem officio exceptionis, ad propriam ſibi curiam redeundum eſſe non neſciant. DAT. IIII. ID. DEC. AQVILEIÆ ARCADIO A. B ET BAVTONE COSS.

Vt curiales qui facti ſunt exceptores præſidum, impleto exceptionis officio ad curiam redeant. Fiunt plerunque exceptores præſidum aut conſularium etiam qui cohortalinæ conditionis non ſunt.

VI. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. SEVERO P. V. Ne diutius ad cunctorum perniciem actuarij numerariorum conſortiis C adiuuentur, illuſtris auctoritas tua cunctos ex numerariis actuariorum ſocietate præcipiat abſtinere, atque ab eorum communione diſcedere. Quòd ſi hæc moniti cuſtodire neglexerint: iiſdem pœnis ſe, quibus actuarios, non ambigant ſubiacere. DAT. IIII. KAL. IVN. NICIÆ HONORIO A. IIII. ET EVTYCHIANO COSS.

Numerarij rationes & chartas tractabant in officio præſ. prætorio, præſ. vrbi, præſidum, ducum. Actuarij palatinorum & comitatenſium numerorum rationes tractant. l. 5. ſ. de erog. mil. an. & ita actuarij ſpecialiter accipiuntur l. 3. 5. 10. 15. C. Th. eo. tit. de numer. act. Alij ſunt actuarij, de D quibus dicetur tit. ſeq. Alij actuarij Comitum ærarij. l. 3. j. de diu. off. Fuere & præſ. prætorio, proc. præſidibus, vicariis, præſ. vrbi, Ab actis. Lex conſtituit ne vllum ſit numerariis fortè præſ. vrbi commercium cum actuariis, ne quid fraudis inter ſe moliantur communicatis rationibus. quin & amplius in Cod. Theodoſij actuarij à præſ. vrbi vrbe pelli iubentur.

VII. IMPP. THEOD. ET VALENTIN. AA. HIERIO PP. Actuarios tam clariſſimæ vrbis Conſtantinopolitanæ, quàm Antiochiæ, quamq; curialium ciuitatum diuerſarum, non aliter niſi vt conſueuerat E manus ſanxerit principalis, ſublimitas tua præcipiat ordinari. Quòd ſi quis talis ſub tua fuerit iudicatione conuictus: profectò irritis his quæ vetita contrectauerit, etiam congruam indignationem incurrat.* DAT. X. KAL. IVL. NICOMEDIÆ THEOD. XII. ET VALENTIN. II. AA. COSS.

Hæc lex ita reſtituenda eſt ex vet. libris & ex lege 21. & 22. C. Th. de diu. offic. *Actuarios tam claſſium vrbis Conſtantinopolitanæ, quàm Thymelæ equorumq́ curulium ciuitatum diuerſarum*, &c. Alij F igitur ſunt actuarij claſſium vrbis Conſtantinopolitanæ, alij Thymelæ, id eſt, ſcenæ & equorum curulium ciuitatum diuerſarum, id eſt, qui ex diuerſis ciuitatibus in vrbem conferuntur. Hi non ordinantur niſi ex ſacrorum ſcriniorum probatoria. Coniungenda eſt l. 6. j. de diu. off. quæ in aliis quibuſdam ſacram probatoriam exigit.

VIII. IIDEM AA. PROTOGENI PP. Scriniarios vel numerios officij tuæ magnitudinis iubemus nullatenus in poſterum aut mutuam pecuniam ſumere, aut polliceri cuiquam pro publicis expenſis co- G gi, quos nullam poſt depoſitam militiam inquietudinem ſuſtinere volumus.

Scriniarios habuere præſ. prætorio & magiſtri militum & comites vtriuſque ærarij & procon-

sui Asiæ & castrensis sacri palatij. Item duces, si ita rectè auctor Etymologici, Σκεπτίκιος τ̃ δουκικῆς ὑπάρχων τάξεως ὁ δὲ χαρτουλάριος. σκρίνιον γὰρ τὴν δημοσίαν λάρνακα οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι. Hæc lex est de scriniis & numerariis præf. prætorio, vt si quid in publicas necessitates impendendum sit, non cogantur ipsi eo nomine pecuniam mutuam sumere aut se obligare, ne ex eo post depositum officium periclitentur. Commercio mutui eis omnimodo non interdicitur.

VIIII. IMP. LEO A. *. Nemini licere deinceps iubemus in quacunque militia connumerato, solicitudinem actuarij subire, vel post depositam eandem curam ad militiam aspirare: quatenus inter priuatos agens, omniq; militari priuilegio denudatus, nihil nundinationis vel fraudis circa commendanda ratiocinia, quibus obnoxius est, attentare valeat.

Militem vetat numerorum actuarium fieri, & actuarium deposito officio militem fieri, ne priuilegio militiæ rationum reddirio cohibeatur. Qua re etiam constat Senatusconsulto inhiberi nuptias inter tutorem & pupillam.

X. IMP. ZENO A. *. PP. Nulli scriniario liceat pro tempore numerarios plus quàm quaternis vicibus, nec his tamen continuandis, adiuuare. Idemq; hoc super chartulariis, præbenda pro tempore numerariis opera, obseruari decernimus: ita vt adiutorum quidem biennij, chartulariorum verò vnius anni interuallo continuatio interrumpatur. Nulla adiutoribus ad chartulariorum solicitudinem, quam semel dedignati sunt, descendendi danda licentia. Ita vt Orientalis quidem tractus pro tempore numerariis, non nisi ab his scriniariis, qui intra triginta viros à numerario retro numerandos: Asianæ verò diœceseos numerariis non nisi ab his, qui intra quinquaginta à numerario similiter retro numerandos inueniuntur: Ponticæ verò & Thraciæ diœceseos passim & pro suo libitu ex omni multitudine eligendorum adiutorum tribuatur facultas. Omnia sanè commonitoria, vel præceptiones, aut euectiones, seu quælibet publica instrumenta non solum adiutoribus, verùm etiam prouinciæ illius, de qua disponitur, tractatori inspiciendi, itidemq; subscribendi, aliorum quoque, qui vnà cum eo tractant, in eadem subscriptione mentione habenda, necessitatem incumbere. Si quid autem sine hac obseruatione ex Orientali vel Asiano vel Thraciano scrinio fuerit emissum, falsi suspitione non careat: exceptis publicis instrumentis, quæ à scrinio Ponticæ diœceseos emittuntur, quòd in iisdem instrumentis solum numerarium eiusdem diœceseos, eiusq; adiutorem, & chartularium subscribere magnitudo tua disposuit. Ita vt si quid huius legis fuerit violatum, numerarij quidem tam gradus sui, quàm solemniratum seu solatiorum vniuersi anni iacturam: adiutores verò quinquaginta librarum auri, & chartularij quindecim itidem librarum auri pœnam subeat.

Scripta est præf. prætorio Orientis, sub cuius dispositione erant diœceses quinque, vt diximus l. 2. §. de mil. vest. Sed hæc lex nescio quamobrem prætermittit diœcesim Aegypti. In officio præf. prætorio numerariis dant operam adiutores & chartularij. Adiutores eliguntur ex scriniariorum certo numero, vel ex omni turba pro diuersitate diœcesum. Sed iidem viri numerariis adiutores esse non possunt plus quàm quaternis vicibus, in singulis intermisso biennio. Iidem etiam chartularij eis non adiunguntur plus quàm quaternis vicibus, anno solummodo intermisso. Chartularij forsitan tractatores etiam apppellantur in hac lege, vt tentaui l. 3. §. de can. larg. tit. quos & commentarienses dictos auctor Etymologici scripsit. Numerarij præf. prætorio auctoritates, commonitoria,

A nitoria, præceptiones, euectiones conficiunt. l. vlt. §. de fabricens. l. penult. ℑ. de execut. adhibita inspectione & subscriptione adiutorum & chartulariorum & aliorum quorundam in ea subscriptione mentione facta.

XI. IDEM A. COTONI MAGISTRO MILITVM. Officio tuæ magnitudinis datis precibus postulante, vt numerariorum actus non in biennium, sed in vnum annum statuatur: nostra pietas huiusmodi petitionibus annuens, dispositionem, quæ super biennio promulgata B fuerat, super vno tantummodo anno reuocauit.

Numerarij qui rectoribus parent, triennales sunt. l. 2. §. quod & de numerariis præf. prætorio proditum est l. 13. & vlt. C. Th. eod. At numerarij qui sunt in officio magistrorum militum, annui sunt: olim erant biennales. Aliàs legitur, *dispositionem quæ super vno tantummodo anno promulgata fuerit, reuocauit.*

XII. IMP. ANASTASIVS A. *. PP. Per hanc diuinam pragmaticam sanctionem decernimus, quod antea dum tribuni prætoriani C dignitas eis, qui in scriniis seu gradibus officij tuæ celsitudinis deponunt militiam, præbebatur, & custoditum fuisse dignoscitur: hoc super honore quoque comitiuæ dignitatis eis impertiri, vt sententia pro fine eorum militiæ proferenda dignitatis etiam mentionem contineat. Hæc quoque tantummodo & sine speciali codicillorum vel diuinorum apicum sanctione ad eandem dignitatem adipiscendam, & priuilegia eam sequentia D sufficiant: ita tamen vt primi ordinis comitiuam per interlocutionem eiusdem potestatis mereantur cornicularius & chartularius, & primiscrinius, & numerarius scrinij Macedoniæ, & scrinij Daciæ, & scrinij operum, & scrinij auri. Hoc eodem in his etiam qui post nouellam dispositionem diuæ memoriæ Zenonis, quæ de eisdem personis loquitur deposuerunt militiam, obtinente.

Numerarij, cornicularij, primiscrinij, chartularij, qui sunt in officio præf. prætorio, militia de- E posita dimittuntur cum honore aliquo. Inde Sidonius 1. Epist. *Numerariorum seu potius aduocatorum more, quorum cum finiuntur actiones, tunc incipiunt dignitates.* Et olim quidem ex tribunis prætorianis dimittebantur, Hòdie ex hac lege ex comitibus primi loci sola testimoniali præf. prætorio sine codicillis principis. Scripta est hæc lex ad præfectum prætorio per Illyricum, in cuius officio erant numerarij quatuor, Daciæ, Macedoniæ, operarum, auri, qui hac lege recensentur, & clarè à Mariano Scoto in notitia Romani imperij. Scriniariorum operum siue operarum fit mentio in No. 128. Ambrosius 5. Epist. *Apparitor præfectura, qui propter operas portuenses offensam contraxerat:* qui locus magis pertinet ad l. 1. C. Th. de patron. hor. port.

## *De cursu publico, angariis & parangariis.* Tit. 50.

F

Exponamus ante omnia quid distent angariæ à parangariis, veredi à paraueredis. Id Græci lib. LVI. βασιλικῶν expediunt his verbis: ὅ ἐστιν ἀγγαρεία μὲν ἡ πάροδος ἡ διὰ τῆς δημοσίας ὁδοῦ τῆς καὶ δρόμον ἐχούσης, ὡς τυχὸν ἐντεῦθεν ἐπὶ Τύρον. παραγγαρεία δὲ ἡ διὰ τῆς ἐπικλαγίας ὁδοῦ, ὡς τυχὸν ἐντεῦθεν ἐπὶ Ἡλιούπολιν, ad l. 21. ℑ. hoc tit. iamq; fuit euulgatum ab iis qui dictionum Græcarum sensa collegerunt, iis tamen adiectis, τὸ παλαιὸν ἦν ὁ πλατὺς δρόμος ὁ λεγόμενος διὰ ὀχημάτων, quæ ad angariæ vel parangariæ definitionem nihil pertinent, sed ad l. 22. Est igitur angaria, quà cursus publicus dispositus est; parangaria aliouersum. Vtrunque onus à prouincialibus exigitur in transuectione armorum. l. vlt. §. de fabricens. vel specierum. l. 1. §. de quib. mun. coniuncta l. maximarum. §. de exc. mun. vel qualibet G alia necessitate publica. exiguntur nempe plaustra, iumenta, naues, operæ extra ordinem. Veredi sunt publici equi cursuales, qui à Græcis ταχυδρόμοι ad l. 8. huius tit. Procopius 11. de bel. Pers. ὁ δὲ ἵππους τοὺς δημοσίους ἐχόμενος ὡς δὴ βερέδους καλεῖν νενομίκασιν. & Iulianus No. 130. qui τὸν δημόσιον ἵππων δρόμον, interpretatur veredorum cursum. Inde qui iussu principum huc atq; illuc cursu publico mittuntur, veredarij ab Hieronymo in historia Esther, quos Iosephus XI. ἀρχαιολογίας angaros, & ad Eustochium, *clericus vagus veredarius vrbis.* Procopius de bello Vand. τὸν τὰς βασιλικὰς ἀπαγγελίας

*ἀεὶ συλλαμβάνων ὡς δεῖ βερεδαρίους καλῶν.* Prima origo nominis veredorum, quòd vehant siue ducant redas auctore Festo, quæ & ipsæ cursuales dicuntur l. 9. C.Th. de legaõs & dec. leg. Qui scribunt reda, veredos scribunt. Qui rheda, verhedos, vt in Pand. Flo. l. vlt. D. de mun. & hon. Sed cœpere etiam veredi appellari sine reda. Vtebantur etiam ad cursum publicum bobus. l. 1. C. Th. eo. tit. & mulis atque asinis. quod sustulisse Iulianum Socrates scribit lib. III. cap. I. Carolum magnum iter fecisse carpento iunctis bobus & bubulco, rustico more agente, Egiohartus scribit. Parauer edi videntur esse maiores equi agminales, quos posteriores parafredos vocarunt, vt in lege Baiuuariorum, *Parafredos donent aut ipsi vadant vbi eis iniunctum fuerit.* estq; ea hodie equorum appellatio Gallorum, Italorum, Hispanorumq; communis. Francorum regi ab hominibus suis parauer edos solui solitos Caroli Magni leges à Benedicto Leuita lectæ multis locis ostendunt.

I. IMP. CONSTANTINVS A. TITIANO. Equos qui publico cursui deputati sunt, non lignis, vel fustibus, sed flagellis tantummodo agitari decernimus: pœna non defutura contra eum qui aliter fecerit. DAT. PRID. ID. MAI SABINO ET RVFINO COSS.

Vt veredi agitentur flagellis aut virgis, non fustibus.

II. IDEM A. ACYNDINO PP. Præsidibus & rationalibus ceterisq; quibus propterea respublica & annonas & alimenta pecoribus subministrat, vsurpandi parauer edi licentia derogetur: sed nec alia via eundi quisquam habeat facultatem, nisi per quam cursus publicus stare dignoscitur: excepta videlicet tua sublimissima sede, cui cursus publicus, & proficiscendi per eum licentia, & vbi ratio exegerit, præstò est. PP. XV. KAL. MAR. CONSTANTINO A. VII. ET CONSTANTIO CÆS. COSS.

Ne præsidibus & catholicis & ceteris magistratibus, quibus Respublicæ (ita legendum) id est, ciuitates, annonas & capita administrant, præbeant etiam agminales equos. l. 19. ∫. Et ne alia via eant, quàm publica, quæ canalis dicitur in l. 2. C. Th. de curios. & in l. 15. C. Th. de cur. pub. Et Concilij Sardicæ cap. XXI. exceptis præf. prætorio.

III. IMP. CONSTANTINVS A. TAVRO PP. Euectiones ab omnibus postulentur, & tam iudices quàm custodes publici cursus minimè transire patiantur, antequam seriem euectionis aspexerint. Quòd si quis putauerit resistendum, & sine euectione iter facere detegitur, vel vltra tempus, quod euectioni insertum est, publico cursu vti conatus sit: vbi repertus fuerit, eundem iubemus retineri: & siquidem dignitate præditus sit, de eius nomine ad prudentiam tuam & ad illustrem virum Comitem, & magistrum officiorum referri: aduersus ceteros verò protinus indignatio competens exercenda est, quos synceritas tua pro loco graduq; militiæ ibidem coërceri posse crediderit. DAT. VIII. KAL. IVL. MEDIOLANI CONSTANTIO A. VIIII. ET IVLIANO CÆS. II. COSS.

Euectiones sunt diplomata siue codicilli, quibus cursu poblico vtendi facultas datur, quæ & syothemata & combinæ & tractoriæ dicuntur, vt dicemus tit. seq. Hieronymus ad Iulianum: *Iam dimisso synthemate equus publicus sternebatur.* Idem in Hilarione, *Secreto ab Imperatore euectionem petijt.* Augustinus v. confess. *Missum est à Mediolano ad præf. vrbi vt illi ciuitati Rhetorica magister prouideretur, impertita etiam euectione publica.* Sunt & loci similes multi. Non licet autem cursu publico vti sine euectione. ideoq; à currentibus tam iudices, quàm curiosi euectionem sibi exhiberi postulant. l. 2. ∫. de curiosis. Sine qua currentes, aut supra tempus euectione comprehensum, retinentur & coërcentur.

IIII.

A *IIII. IMP. IVLIANVS A. MAMERTINO PP. Parhippum eum videri & habendum esse, si quis vsurpato vno vel duobus veredis, quos solos euectio continebit, alterum tertium've extra ordinem commoueat. Nihil autem interesse debet, nec ad crimen vocari, vtrùm agens in rebus suo itineri, an'ne mulionis subiugando, modo euectionis datæ formam & licentiam non excedat. DAT. V. ID. SEPT. MAMERTINO ET NEVITTA COSS.

B

Parauaeredi appellantur parhippi à Græcis ad l. vlt. huius tit. & à Cassiodoro 4. & 5. Variarum, & à Iuliano in epistola ad Actium. Hoc loco Parhippus dicitur, qui supra numerum euectionis equos publicos vsurpat. Quod hac lege damnatur. Sed non si seruata euectionis forma suo vel mulionis siue hippocomi itineri agens in rebus, cui euectio data est necessitatum publicarum causa, eos subiunxerit.

V. IMPP. VALENTINVS ET VALENS AA. *. Si quis per publicum cursum iter faciens, cuiuscunque dignitatis vel militiæ, ab itinere recto diuertit, pœna in eum competens proferatur.

C

Ne is cui euectio data est, à canali publico deflectat.

VI. IIDEM AA. ET GRATIANVS A. *. Euectionum copiam senatui, cùm proficiscendi ad nos necessitas fuerit, serenitas nostra largita est: ita tamen vt cùm à nobis euocatur, aut à clementiæ nostræ veneratione discedit. Si quis ergo posthac contra vetitum sibi cursum publicum illicita temeritate præsumpserit: motum in se nostræ mansuetudinis excitabit.

D

Euectionum copiam facit senatori euocato à principe. Sidonius 2. Epist. *Egresso mihi publicus cursus vsui fuit, vtpote sacris apicibus accito, & quidem vianti veredorum paucitas moram non faciebat.*

VII. IIDEM AAA. *. In omnibus prouinciis veredorum quarta pars reparetur. stabula autem vt impensis publicis extruantur contra rationem est: cùm prouincialium sumptu, in quorum locis stabula constituta sunt, citius arbitremur apparanda: & vtilius sit tam publico quàm his quos stercus animalium pro suo solatio habere concedimus.

E

Vt singulis annis veredorum quarta pars reparetur, & vt prouincialium sumptu stabula parentur & tueantur.

F

VIII. IMPPP. VALENS GRAT. ET VALENTIN. AAA. FLORO COM. RERVM PRIVATARVM. Vt agendi itineris possit esse moderatio, deni veredi per dies singulos ex vtraque parte dimittantur: pœna quinque librarum auri minimè defutura contra eos, qui statuta nostra neglexerint.

* Vt quotidie non plus quàm x. veredi ex vtraque parte mansionum dimittantur.

G

VIIII. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEODOS. AAA. *. PP. Iudicibus faciendæ euectionis copiam denegamus, cùm id tantum nostro numini & tuæ sedi, necnon viro illustri magistro officiorum sit reseruandum: cùm neque præfecto vrbi, nec magistris mili-

tum, nec ducibus, nec vicariis, nec cuiquam alij præter memoratas duas potestates à nobis hoc concessum sit. His enim tantùm ambulandi facultatem iudices ex suo arbitrio præbituri sunt, quos in transmissionem publicarum functionem prosecutores viderint constitutos: scituri, si definitionem nostram excesserint, se quidem viginti quinque auri libris: officia verò quinquaginta esse multandos.

Vt euectiones tantùm denrur à principe vel à præf. prætorio vel magistro officiorum. Sub magistro officiorum sunt curiosi. Ad eos refertur si quid minus legitimè in vsurpando cursu publico factum sit. l.3.§.hoc tit. Idcirco non mirum si euectiones dant. Cassiodorus in formula magisteriæ dignitatis: *Veredorum oportunam velocitatem, quorum status semper in cursu est, diligentia sua districtione custodit, Per eum nominis nostri destinatur euectio.* Præsidibus autem dandarum euectionum facultas noo est, vt No. Maioriani de curial. nisi publicarum functionum prosecutoribus.

X. IIDEM AAA. PHILAGIO. Grauissimæ pœnæ acerbitate proposita, euectionum contractus, animalium quoq; publicorum merces, & ementis & distrahentis coërcitione prohibemus.

Euectionum & veredorum commercio interdicitur. Igitur qui euectionem impetrauit, ea ipse vti potest. Eam alij vendere non potest.

XI. IIDEM AAA. CYNEGIO. Nullus euectione vtatur priuatus, tametsi valuerit impetrare.

Vt priuati cursu publico non vtantur. Agentes in rebus, senatores, præsides, rationales, magistratus, legati, episcopi euocati à principe, hi sunt quibus eo vti licet.

XII. IMPPP. THEOD. VALENTIN. ET ARCADIVS AAA. CYNEGIO. Quoniam veredorum quoq; cura pari ratione tractanda est: sexaginta libras sella cum frenis, sexaginta itidem auerta non transeat: ea conditione, vt si quis præscripta moderaminis imperatorij libramenta transcenderit, eius sella in frustra cædatur: auerta verò fisci viribus deputetur: exceptis auri centenariis, quæ necesse est ab hippocomis in solitis sacculis reportari.

Ne plus iusto onerentur veredi. Constituit ne sella cum frenis, ne etiam auerta excedat LX. libras. Quid sit autem auerta ex Græcis interpretibus fideliter Budæus exposuit in tit. ad leg. Corn. de fals. Alioquin conscinditur sella, confiscatur auerta, exceptis auri centenariis (ornamenta erant veredorum auertis applicita) quæ hippocomi siue muliones in solitis saculis domum referunt.

XIII. IIDEM AAA. FLORO. Non patimur hippocomos per eos qui veredis vtentur, indigna spoliatione vexari: siquidem nonnulli veredarii saga eorum dicuntur auferre, vel præcidere. Quocirca per omnes iudices & curiosos miserabilis remoueatur iniuria: scientibus cunctis, vt si obseruata non fuerit nostra sanctio, non solùm damna resarcire, verumetiam notam & multam, qui neglexerit, subire cogetur.

Ne mulionibus mutationibus deputatis, qui à Gallis, postillones vocantur, veredarij auferant saga. Saga Græci vocant instrata equorum, hoc loco vertunt τὰ σαλαγὰ, & vt hæc iniuria summoueatur cura præsidum & curiosorum.

XIIII. IIDEM AAA. POTAMIO PF. AVGVSTALI. Publici cursus exhibitio secundum locorum consuetudinem, vel curialibus, vel

cohorc

A cohortalibus debet committi, vel his qui suo periculo ab eminentissima præfectura sub competenti cautela excipiunt.

Mancipes cursus publici pro varietate locorum vel ex curialibus vel ex cohortalibus creantur, vel aliis electione præf. prætorio sub idoneis fideiussoribus. Videnda sunt quæ diximus l. 3. §. de can. larg. tit.

B XV. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. Si quis vel pro vna mutatione veredum superducendum esse crediderit: quadruplum super ductorum animalium pretium fisci viribus inferat.

Etiam qui pro vna tantùm mutatione supra numerum euectionis veredum vsurpauit, in quadruplum damnatur. Vbi est scriptum, *fisci vrribus*, emendandum semper, *fisci viribus*. vbi *nostri nominis*, *nostri numinis*.

C XVI. IIDEM AA. REMITHEO DVCI. His tantummodo vtendi cursus publici facultas concessa est, qui legati de diuersis gentibus ad nostram clementiam properare festinant.

Priuatis non licet vti cursu publico, nisi legatis diuersarum gentium ad comitatum festinantibus.

XVII. IIDEM AA. LVCENTIO. Nemo mulionem mutationibus deputatum, vel per solicitationem, vel receptionem subtrahere D audeat: decem libras argenti pœnæ nomine reformidans.

Hac lege coërcetur qui hippocomum solicitat vel receptat.

XVIII. IIDEM AA. MESSALÆ PP. Animalia publica, dum longè maiore ac periniquo pretio pabula æstimantur, per mancipes atq; apparitores apertè vexantur. ne id contingat, sublimitas tua disponat, vt nec pabula mutationibus desint, nec prouinciales vltra, quàm iustitiæ E finit ratio, prægrauentur. DAT. XV. KAL. DEC. STILICHONE ET AVRELIANO COSS.

Mancipes intelligit cursus publici, vt l. 15. C. Th. eo. l. 9. C. Th. de curios. qui mancipes mutationum à Cassiodoro dicuntur. Hi habebant apparitores siue stationarios quosdam, sicut & mancipes publicorum, id est, publicani. sed hi dum iniquo pretio pabula veredis comparant de prouincialibus, sic fit vt malè veredos tractent. ideoq; Constitutio moderatum pretium statui pabulis à præf. prætorio iubet, & ne pabula stationibus siue mutationibus equorum desint. τῶ δημοσίω δρόμω ἐπιστασίαι dicuntur à Gregorio presbytero in vita Gregorij Nazianzeni.

F

XVIIII. IIDEM AA. ET THEODOSIVS A. SEPTIMIO PROC. AFRICÆ. Comperimus prouinciales & pabula, & pecuniam pro cursu equorum cursualium solemni ratione conferre, & extrinsecus etiam parauaredorum onere prægrauari. prouinciarum igitur rectores procurent, ne vnquam cursus publicus veniat in querelam: & occasio deceptionis curiales animalia indebita præstare cōpellat. DAT. VII. KAL. APR. RAV. DN. THEODOSIO A. I. ET RVMORI- G DO COSS.

Ne prouinciales cogantur conferre pabula & pecuniam pro equis cursualibus, & præterea etiam parauerdos. l. 2. §. Pro, *Curiales*, Codex Theod. habet, *curialis*. Animalia indebita.] id est, parauerdos.

XX.

XX. IIDEM AAA. ANTHEMIO PP. Nemo ducum ingresſus ſemel prouinciam ſuam, poſtmodum itineribus faciendis curſu atque angariis ipſe, ſiue ſuum vtatur officium: ſed expeditionem militarem iumentis propriis exequatur. De cohortalinis etiam officiis eadem lege ſancimus, ne quis ex his per prouinciam ſuam diſcurrens, veredo vti conetur in poſterum, cùm ſacra prohibitum ſanctione cognoſcant. Quòd ſi quis ducum, vel apparitorum, vel cohortalium officiorum, temerario animo ea quæ decernimus, contemnenda putauerit, per ſingula animalia, quibus vſus fuerit, ſingularum librarum auri illatione multabitur. DAT. IIII. NON. AVG. CP. DD. NN. HONORIO VII. ET THEODOSIO II. AA. COSS.

Duces euntes in prouinciam vtuntur curſu publico. Vbi autem in ea ſemel poſuerint ſedes, iam non amplius curſu vel angariis vti poſſunt ipſi vel eorum officia. Idemq; de præſidibus & cohortalibus hac lege conſtituitur.

XXI. IMPP. THEOD. ET VALENTIN. AA. Nullus penitus cuiuſlibet ordinis, ſeu dignitatis, vel ſacroſancta eccleſia, vel domus regia, tempore expeditionis excuſationem angariarum ſeu parangariarum habeat.

Idem conſtitutum eſt l. 2. §. quib. mun. vel præſt.

XXII. IMP. LEO A. *. PP. Curſum ambularem ab omni Orientali tractu, necnon ab his ciuitatibus aliarum regionum, quarum inſtructio tui culminis meminit, tolli amputariq; decernimus: ita tamen vt in tranſitu fortiſſimorum militum (quando noſtra ſerenitas diſpoſuerit ex aliis ad alia eos loca deduci, euectionesq; animalium ſecundum conſuetudinem à noſtra fuerint æternitate conſecuti) & in armorum tam confectione, quàm tranſlatione ſeruata conſuetudine, in profectione quinetiam legatorum, animalium dominis, qui ea ſolent accepta mercede locare, præbenda penſio arcæ tui culminis imputetur. tractorias videlicet animalium ſuper memoratis cauſis nulli alij iudici, cuiuſcunque ſit dignitatis, niſi tuo tantummodo culmini faciendi licentiam patere decernimus.

Curſum ambularem.] eſt ἀζύμωρον, quod videtur poſſe defendi l. 9. §. in qua euectionem vocat ambulandi facultatem. Sed placet magis quorundam librorum ſcriptura, *curſum clabularem.* Clabula eſt vehiculi genus. Curſus clabularis, curſus vehicularis Ammiano Marcellino lib. 20. & l. 2. & 5. C. Th. de curioſ. & ita Græci hoc loco interpretantur, τὸ παλαιὸν ἦν ὁ πλατὺς δρόμος ὁ λεγόμενος διὰ ὀχημάτων. Hunc hæc lex infirmat in diœceſi Orientis & aliis quibuſdam aliarum regionum ciuitatibus, exceptis tribus cauſis, ſi tranſeant milites, ſi legati, ſi transferantur arma: quibus ex cauſis ſoli præfecti prætorio euectiones faciunt: & ex arca eorum ſumitur quod animalium locatoribus pro mercede dari ſolet.

XXIII. IMP. ANASTASIVS A. *. Iubemus nemini licere cuiuſcunque ſcholæ, vel officij, vel militiæ, ſeu conditionis, per totius Orientalis tractus partes, ob quamcunque cauſam proficiſcenti ſeu redeunti, ſupra vnum veredum vnumq; parauaredum, cum euectione tamen iudiciali, mouere: niſi ſpecialis ei præſtita ſit noſtræ ſerenitatis quantitatem

A tem animalium continens euectio exceptis proculdubio his qui pecunias publicas deuehunt: cùm in hac parte sine nostra quoque speciali auctoritate tanta conuenit animalia moueri, quanta transuehendæ pecuniæ summa & eius tuitio deposcit: quinquaginta librarum auri his feriendis condemnatione, quicunque nostra iussa quolibet modo seu tempore violauerint, seu violare concesserint.

B Ne quis in Orientis diœcesi vi euectionis datæ à præf. prætorio aut magistro officiorum plus quàm vnum veredum & vnum paraueredum vsurpet, præterquam si pecunias publicas vehat. euectione data à principe etiam ampliorem numerum commouere licet.

## *De tractorijs & statiuis.* Tit. 51.

I. IMPPP. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. RVFINO PP. Tractoriæ cum statiuis solitis tantummodo bi- C dui tempus accipiant. nulli verò penitus cum necessariis sibi personis præbeantur, nisi his tantummodo, qui animalia atque equos sacro vsui necessarios prosequuntur. ita tamen vt his dimissis in tractoriarum corpore quinque dierum numerus adscribatur: vt nullus vltra hoc temporis spatium ad residendum, in quo libitum fuerit loco, copiam nanciscatur. DAT. VII. KAL. SEPT. CP. ARCADIO A. II. ET RVFINO COSS.

D

Tractoriæ duplomata sunt, quæ dantur missis vel euocatis à principe cursu publico vtentibus, adscriptis etiam statiuis, id est, diuersoriis & mansionibus, quibus alantur sumptu publico. Nam quos euocabant aut mittebant, eis non tantùm equorum publicorum copiam dabant, sed & viatica. In Marculphi monachi libro hæc ponitur tractoriæ formula: ILLE PRINCEPS OMNIBVS AGENTIBVS IN ILLO LOCO. NOS GAIVM I. V. PARTIBVS ILLIS LEGATIONIS CAVSA DIREXIMVS, IDEO IVBEMVS VT LOCIS CONVENIENTIBVS EIDEM A VOBIS EVECTIO SIMVL ET HVMANITAS MINISTRETVR, HOC EST VERHEDI SIVE PARAVERHEDI TOT, PANES TOT, VINI MOD. E TOT, CERVISÆ MOD. TOT, LARDI LIB. TOT, CARNIS TOT, PORCI TOT, PORCELLI TOT, VERVECES TOT, AGNI TOT, ANSERES TOT, PHASIANI TOT, PVLLI TOT, OVA TOT, OLEI LIBRAS TOT, GARI LIB. TOT, MELLIS TOT, ACETI TOT, CVMINI TOT, PIPERIS TOT, COSTI TOT, CARYOPHYLLI TOT, SPICI TOT, CINNAMOMI TOT, GRANI MASTICIS TOT, DACTYLÆ TOT, PISTACIÆ TOT, AMYGDALÆ TOT, CERÆ LIB. TOT, SALIS TOT, OLERVM LEGVMINVM CARRA TOT, FACVLÆ TOT, PABVLI EQVORVM CARRA TOT. HÆC OMNIA TAM EVNDO QVAM REDEVNDO EIDEM MINISTRARI IN LOCIS SOLITIS ET IMPLERI SINE MORA PROCVRATE. Et ita tractoriam siue tractorias accipi etiam oportet in l. pen. §. tit. prox. l. 2. §. de desert. l. 8. C. Th. de cur. publ. l. 2. C. Th. de dom. & prot. & in libro 3. legum Langobardarum ot. 6. & tit. 1. cap. 37. & in con- F stitutionibus Caroli Magni, *Si quis literas nostras despexerit, id est, tractoriam, quæ propter missos recipiendos dirigitur.* & alio loco: *Vt missi nostri accipiant secundum quod sua tractoria continetur.* Ex in constitutione quadam Constantini: *Aliquot*, inquit, *ex ijs qui contra Cæcilianum dissentiunt data euectione publica per Africam & Mauritaniam inde ad Hispanias breui tractu facias migrare. & inde nihilominus singulis episcopis singulas tractorias tribuas.* Eustathius ita definiuit lib. de temporibus. τρακτωρίας [illegible] αἱ πλείους αἱ παρὰ τῶν ἐπάρχων προφάσει ζώων δρομικῶν γινόμεναι ὡς καὶ κομβίνας ἢ αὐτῶν [illegible] συνθήματα. Notandum quod ait de combinis. Ad l. eos. §. vlt. D. ad leg. Corn. de fal. pro, *falso duplomate*, textus βασιλικῶν habet πλαστῶν συνθημάτων. interpres, *combinas*. Non possunt autem qui tractorias habent in statiuis esse vltra triduum. Viatica illis præbentur de publico, vt dixi, non tamẽ personæ & ministeria necessaria. Cum statiuis.] Statiua Eustathius ἀλλαγὰς inter- G pretatur. rectè. Non possunt itaque ij qui duplomate vtuntur vltra triduum vllo loco vllave mansione residere sumptu publico. Cum necessariis sibi personis.] Tractoriæ non tantùm præbent publicè currendi siue ambulandi facultatem, sed & viatica, non tamen ministeria vel angarias, nisi equorum publicorum prosecutoribus, quod textus βασιλικῶν sic explicat rectè: [illegible] πρὸς ὑπηρεσίαν αὐτῶν, ὑπεξῃρημένων ἐκείνων τῶν εἰς τὸ καμπῆτον ἀναφερόντων ζώων πρὸς βασιλικὴν ὑπηρεσίαν

*sorrid(a.* Quinque.] Ergo equorum prosecutoribus licet quinque diebus esse in statiuis. Ferarum prosecutoribus septem. l. 1. §. de ven. fer. A

## *De apparitoribus præfectorum prætorio & priuilegijs eorum. Tit. 52.*

I. IMPP. VALENTINVS ET VALENS AA. MAMERTINO PP. Præfecturæ cornicularios, qui annis singulis exeunt, post transactos corniculos nostram adorare purpuram volumus. quo honore perfunctis, cùm iam missionem tenuerint, liberum otium damus, vt ad susceptionem vel cuiuslibet necessitatis officium minimè deuocentur. DAT. III. KAL. FEB. MED. VALENTIN. ET VALENTE AA. COSS. B

Vt cornicularij qui sunt in officio præf. prætorio post missionem ad susceptionis vel alterius necessitatis officium non deuocentur. Ait, *tenuerint*, pro, *obtinuerint*, vt l. eum falsis. D. de man. test. & aliis plerisque. Plinius 6. Epist. *Scripseram tenuisse Varenum.* Horatius, *Quæ causa teste tenentur.* De cornicularius dixi l. 2. §. de prox. sacr. scrin. C

II. IIDEM AA. ZOSIMO PRÆSIDI EPIRI NOVÆ. Præfectianos ad perniciem prouincialium exactionibus in prouinciis, vel potius lucris & quæstibus suis sese immiscere vetamus. præterea vel horreorum gerere custodiam, vel curarum ius atque arbitrium sibi præsumere his denegamus. horum si quis præsentis legis temerator existat: volumus eum competenti motu & indignatione percelli. DAT. XIIII. KAL. DEC. MED. VALENTIN. ET VALENTE IIII. AA. COSS. D

Ne præfectiani, id est, apparitores præf. prætorio suscipiant horreorum fiscalium custodiam: de qua Vegetius lib. 5. cap. 3. *sed fideles*, inquit, *horreorum custodes*, &c. vbi vulgò malè legitur, *fernatorum*. Item ne curarum ius, id est, curiosi officium, vt indicat tit. Cod. Theod. Ne præfectianus exactoris vel curiosi vel horreorum custodis fungatur officio, ex quo hæc lex sumpta est. Curiosi creantur ex agentibus in rebus. l. 2. §. de curios. non ex præfectianis.

III. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTIN. AA. ZOILO PP. Cornicularij & primiscrinij, numerarij insuper, qui in officio tuæ sublimitatis per ordinem obsequiis militiæ terminatis, desideratam laborum requiem sortiuntur, pro multis erga rempublicam sudoribus ab omnibus indictionibus tam militarium, quàm ciuilium iudicum semper habeantur immunes: & ciuilium tantùm iudicum, non etiam militarium iurisdictioni subiaceant. Huic sanctioni addendum esse censemus, vt si quis præfectianus dum militat, vel post depositum cingulum, sine testamento, quod legibus comprobatur, nullisq; ab intestato successoribus derelictis, fati munus impleuerit: omnes eius patrimonij facultates, prouisione magnificæ tuæ sedis, non fisci viribus, sed arcæ tui culminis rationibus vindicentur. scriniariis autem & exceptoribus, ceterisq; qui in officio tui culminis merent, cùm in legione prima adiutrice nostra militant, audientiam tantummodo in causis, in quibus pulsantur, tuæ celsitudinis deputamus. in prouinciis verò commorantes, rectoribus earum eos respondere iubemus: nisi publicum officium aliquod eis iniunctũ sit. E F G

Cornicularij, primiscrinij, numerarij qui sunt in officio præf. prætorio post missionem adorant purpuram principis, & immunitatem consequuntur tam ciuilium quàm militarium indictionum.

Ciuilium

A Ciuilium iudicum iurisdictioni suppositi sunt non militarium, sicut veterani. l. vlt. §. de veter. Primiscrinij dicuntur etiam primicerij, & ij dant apparitores. l. 1. §. de sportulis. & ob id puniuntur. l. 3. §. de diu. off. Additur hac lege, vt præfectianis vel expræfectianis sine successore defunctis non fiscus, sed arca præfectoria succedat: vt præfectiani habeant castrense peculium. l. vlt. §. de cast. pec. mil. vt coram præf. prætorio conueniantur, & in prouinciis coram præsidibus, nisi publica quædam executio eis iniuncta sit.

## *De apparitoribus præfecti vrbis.* Tit. 53.

B I. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEODOSIVS AAA. PRINCIPIO PP. Præter eos qui de officio eminentium potestatum, numero stipendiorum & curriculis euolutis, vrbisq; præfecturæ, serenitatis nostræ annis singulis attingere purpuram, venerariq; præcepti sunt: nulli prorsus eorum, qui prouincialia officia peregerint, tranquillitatis nostræ muricem adorare sit liberum, omnium suffragiorum obreptione cessante. DAT. XIIII. KAL. OCT. AQVIL. ARCA- C DIO A. ET BAVTONE V. C. COSS.

Præfectiani & vrbanidani completa militia adorant purpuram principis, de quo honore diximus §. quodam loco, non officiales rectorum prouinciarum. Legimus in Mariano principes officij quorundam ducum completa militia adorare protectorem. Videtur legendum, *adorare purpuram inter protectores.*

II. IMPP. HONORIVS ET THEDOSIVS AA. PALLADIO PP. Quicunque illustris vrbanæ sedis apparitor clandestina fraude pi- D storem concusserit: accusatus atque conuictus, perpetui paneficij nexibus addicetur. DAT. VII. KAL. IAN. RAV. HONORIO A. XI. ET CONSTANTIO II. V. C. COSS.

Vrbanicianus qui pistorem concutit, pistorum corpori addicitur. Id fiebat frequenter ab vrbanicianis, quòd tractaret præf. vrbi etiam annonam vrbis sacræ, & sub eius cura pistores essent.

## *De apparitoribus magistrorum militum & priuilegiis eorum.* Tit. 54.

E

I. IMPP. VALENTIN. ET VALENS AA. AD ARTEMIVM CORRECTOREM. Qui sese in officiis magistrorum equitum ac peditum militare monstrauerint, ab omni nominationis iniuria excusentur. DAT. XIII. KAL. OCT. AQVIL. ACC. XV. KAL. NOV. SALERNI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO COSS.

F Apparitores magisteriæ potestatis ad susceptionem vel quamlibet aliam necessitatem ne vocentur, sicut de præfectianis suprà constitutum est. *Qui*, inquit, *monstrauerint.* Eis igitur incumbit onus probandi.

II. IIDEM AA. MAMERTINO PP. Qui in officio magistrorum equitum ac peditum militiam sortiti sunt, ordinis sint militaris.

G Vt apparitores magisteriæ potestatis militibus annumerentur. ideoq; castrense peculium habent, vt præfectiani: non tamen testantur iure militari. l. scriniarios. §. de testa. mil.

III. IMPP. THEOD. ET VALENTIN. AA. BASSO PP.

Probari apparitores magisteriæ potestatis neque in aliquo officio cohortales, neque censibus adscriptos volumus. A

Vt adscriptitij vel cohortales apparitores magisteriæ potestatis non fiant.

IIII. IIDEM AA. APOLLONIO. Numerarios virorum illustrium magistrorum militum, tam præsentalium, quàm orientalium, qui ordine & stipendiis militiæ fuerint decorati, exeuntes tribunis prætorianis partis militaris, sudoribus eorum beneficium deferentes, sociari præcipimus: ita videlicet, vt post completam militiam ab omnibus indictionibus tam militarium, quàm ciuilium iudicum semper habeantur immunes. principatus verò munere functos tribunis vigilum militaribus aggregari volumus. B

Vt numerarij qui sunt in officio magistrorum militum præsentalium vel per Orientem completa militia tribunorum prætorianorum militarium honore cumulentur, & ab omnibus indictionibus immunes sint. principes autem officij eorum honore tribunorum vigilum militarium decorantur. C

V. IMP. ANASTASIVS A. *. MAGISTRO MILITVM. Eos qui in officiis vestris merentes, statutorum numero tantummodo inserti sunt, fori præscriptione muniri: ceteros verò qui super huiusmodi numerum militare noscuntur, quasi nec militantes & apud illustrissimas præfecturas, & apud clarissimos prouinciarum rectores de quolibet pulsari & conueniri, & sine cinguli præscriptione respondere negotio sancimus. D

Apparitores magisteriæ potestatis alij sunt statuti, alij supernumerarij. statuti sub iurisdictione magistrorum. Supernumerarij sub iurisdictione præf. vrbi aut præsidum.

## *De apparitoribus proconsulis & legati.* *Tit.* *55.*

E

I. IMPPP. VALENT. THEOD. ET ARCADIVS AAA. AD FLAVIANVM PROCONSVLEM AFRICÆ. Officio, quod tuis meritis obsecundat, non curialem quenquam, nec ex ceteris corporibus volumus aggregari. at si qui erunt inter apparitores huiusmodi, restitui eos muniis debitis mox iubemus.

Ne curiales vel aliis corporibus obnoxij, veluti pistorum aut trapezitarum, apparitores fiant proconsulis. F

II. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. DOMINATORI PROC. *. Apparitioni tuæ & legatorum quadringentos censuimus deputandos, de his duntaxat, quos esse sibi detractos reipublicæ membra non quærunt.

Definit apparitorum numerum certum proconsuli cuidam. Quidam Codices habent, *Africa*. Quod si est rectum, omnes huius tituli leges sunt de proconsule Africæ & legatis eius. Quod ait, *De ijs duntaxat*, sanè congruit cum l. 1. G

III. IIDEM AA. *. In proconsulari prouincia officium proconsul

A consulate postulet, quod exigere consueuit, nec alienis se partibus impudenter inserat.

Veluti, inquiunt Græci, Asia & Corintho, secundum sui temporis morem. Secundum auctorem Constitutionis malim dicere in Africa, vt l. 11. §. de erog. mil. ann. Constituit lex vt exigant eius prouinciæ apparitores quæ solent, nec se alienis partibus immisceant.

## *De apparitoribus Comitis Orientis.* *Tit. 56.*

B L. IMPP. THEOD. ET ARCAD. AA. *. In officio Comitis Orientis non amplius, quàm sexcenti apparitores habeantur, quos quidem publicis necessitatibus nouimus abunde suppetere.

Definit numerum apparitorum Comitis Orientis. Suprà de eo Comite diximus sæpe.

## *De cohortalibus, principibus, cornicularijs ac primipilaribus.* *Tit. 57.*

C

I. IMP. CONSTANTINVS A. EDICTO SVO AD AFROS. Omnes stationarij neque superexactionem audeant, neq; carcerem habeant, ne've quis personam (licet pro manifesto crimine) apud se habeat in custodia: sciens, quòd si quid tale fuerit commissum, capite puniendus est. PP. VI. ID. MAI KARTHAG. CONSTANTINO A. D IIII. ET LICINIO IIII. COSS.

Stationarij sunt ex cohortalibus, de quibus l. 1. §. de curios. & l. 6. §. de dignit. qui & διάβολοι. Cohortales officiales præsidum vel consularium vel correctorum. Constituitur hac lege ne quid qui stationes agunt, superexigant, ne quem coniiciant in carcerem.

II. IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. TAVRO PP. Nullus iudicum quemquam sine sacra probatoria probare audeat, vel prouehere. præcipimus tantùm officia prouincialia cursus publici solicitudinem sustinentia. nec enim tanto muneri adminiculum E denegari publica permittit vtilitas. DAT. VI. KAL. IAN. MED. ACC. VIII. ID. IVL. DATIANO ET CEREALE COSS.

Ne quem ex cohortalibus præsides sine sacra probatoria probent aut promoneant, nisi si cui velint mandare cursus publici exhibitionem. Solet enim cohortalibus mandari. 14. §. de cur. pub. l. 9. §. de can. larg. tit.

F III. IMPP. VALENTIN. ET VALENS AA. FESTO CONSVLARI SYRIÆ. Solita cohortalibus Syriæ priuilegia, quæ à diuo Diocletiano porrecta sunt atq; concessa, nos quoq; porteximus: ac iubemus eos non ad solicitudinem bastagæ, non ad functionem nauiculariam deuocandos, non inuitos curialibus cœtibus adscribendos: verùm peracto labore militiæ, pastus primipili competenti sedulitate functione transa-G cta, prærogatiuam his recusationis offerimus. DAT. VI. NON. OCT. VALENTINIANO ET VALENTE AA. COSS.

Vt cohortales consularis Syriæ ad functionem nauiculariam, ad solicitudinem bastagæ, de quibus oneribus suis titulis dictum est suprà, ad curiam non deuocentur, sed completa militia & necessitate primipili ab his omnibus soluti ac liberi sint. Quod ait, *pastus primipili*, & repetitur l. 7. §.

apertè indicat primipilum esse annonæ militaris exhibitionem & curam. Idem confirmat l. 8. T. & in Cod. Theodosij eod. tit. l. 6. *Primipilaribus*, inquit, *qui ad pascendos milites solemniter ad limitem destinantur*. Theodorus Hermopolites lib. ix. tit. 9. *πριμιπιλάριοι εἰσὶ οἱ τὴν πρᾶξιν ἔχοντες τῆς στρατιωτικῆς δαπάνης … διανέμειν τοῖς αὐτοῖς*. Primipilum definit esse annonam quæ datur primipili centurionibus, vt inter milites distribuatur. & ideo rectè ad l. 1. §. de cond. ex lege, debitor ex primipilo, à Græcis dicitur, *ὁ διαφέρων στρατιωτικῆς … χρυσίον*.

IIII. IIDEM AA. ET GRATIANVS A. PROBO PP. Officia rectorum prouinciarum tuæ magnificentiæ literis volumus admoneri, vt susceptos in officio proprio vel probatos, cohortium nomine, vel legionum priuilegiis æstiment inserendos. DAT. XVI. KAL. IVN. MODESTO ET ARINTHEO COSS.

Officiales rectorum prouinciarum cohortalium nomen, legionariorum priuilegium habent. Græci legunt; *ἢ λεγεωνων*, quod probo. Susceptos in officio proprio.] veluti natos ex cohortalibus.

V. IIDEM AAA. MODESTO PP. Quicunque per Osroënam primipilarium maiore lætatur numero filiorum, vnum loco suo veluti hereditario iure substituat, alterum pro amore patriæ Ædesenæ curiæ tradat obsequiis, ceteris qua voluerit militia prouisurus. Sin autem duos tantùm procreauerit: cohorti satisfacere cogatur & curiæ. Quòd si vnum procreauerit: eundem ordini patriæ restituat, nullo contra hanc formam beneficio valituro. damus sanè licentiam tam patribus eorum, quàm ipsis, qui huius legis auctoritate ciuitatum obsequio aggregantur, vt si quos curiales patrocinio principalium inuenerint excusari: in medium proferant, vt & ipsi similibus officiis deputati, pareant impetratis. DAT. III. NON. DEC. ANTIOCHIÆ POST CONS. GRATIANI A. III. ET EQVITII V. C.

Quo loco reposuimus *Aedesena*, legebatur antea, *Osroëna*. Confirmat restitutionem l. 79. & 106. C. Th. de decur. Aedessa vrbs est prouinciæ Osroënæ. Constituitur autem hac lege ob penuriam curialium Aedesenorum vt liberi officialium præsidis Osroënæ post pastus primipili functionem, si bini sint, diuidantur inter cohortem & curiam: si plures, vt vnus cohorti, alter curiæ addicatur, reliqui liberam militiæ electionem habeant: si vnus tantùm, vt curiæ Aedesenæ adscribatur. Eiusdem etiam curiæ curiales patrocinio principalium excusatos, lex impetratis ab Aedesena curia parere iubet.

VI. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEOD. AAA. NEOTHERIO PP. Si apparitor diffugerit criminosus: edictum quo reuocari possit, adiecta conditione legibus subsequatur, cui nisi fuerit satisfactum, meritò in latitantem à iudice pro qualitate peccati sententia proferetur, veniam enim talibus non permittimus, nec indulgentiis crimina subleuamus. DAT. PRID. ID. IVN. MED. ARCADIO A. I. ET BAVTONE COSS.

Vt in cohortalem criminis reum & latitantem à præside pro delicti qualitate competens sententia proferatur, sine spe veniæ aut indulgentiæ principalis.

VII. IMPPP. VALENTIN. THEOD. ET ARCADIVS AAA. TATIANO PP. Ordinariorum iudicum apparitores, qui vel speculatorum vel ordinariorum attigerint gradum, nullo annorum numero, nulla stipendiorum contemplatione laxentur, priusquam primipili pastum

A ſtum digeſta ratione compleuerint. Quòd ſi ante debitum locum, qui huic functioni habetur obnoxius, vel ægri corporis labem, vel defeſſæ ſenectutis extrema ad impetrandam quietem crediderit prætendenda: non prius otio condonetur, quàm omne quod primipilo debetur, expenderit. Eos etiam, qui pro ſceleribus ſuis ſoluto militiæ cingulo addicuntur infamiæ, nec integro peculio ſub hac occaſione lætentur: ita condignæ B vltioni volumus ſubiacere, vt functioni quoq; quæ extrema militiæ debetur, nihil ex eorum facultatibus ſubtrahatur. DAT. III. NON. MAI MEDIOL. TIMASIO ET PROMOTO COSS.

Ordinarij iudices in libris noſtris ſunt præſides viri clariſſ. non viri ſpectabiles vel illuſtres. l. 2. §. de prox. ſacr. ſcrin. l. vlt. §. de mo. mul. l. omnes. §. de ep. & cl. Græci, ἐμβαδμὺς vocant No. 20. & 112. In præſidum officio ſunt principes, cornicularij, commentarienſes, numerarij ſiue tabularij, adiutores, ſubadiuuæ, ab actis, à libellis, exceptores. Sunt & qui ſpeculatores dicuntur & ordinarij, C vt Cod. Th. tit. de iis quæ adm. vel off. pub. ger. trad. ſunt, *Princeps*, inquit, *cornicularius*, *commentarienſis*, *numerarius & ordinarij per ſingula officia*, &c. & à Mariano in officio ducis Arabiæ ponuntur ordinarij. Et ſic in militia armata quidam dicuntur ſpecialiter ordinarij, & ij quidem vel manipulares, vel in prima acie dimicantes principes. Extremum munus in officio præſidum eſt primipili functio, qua non expleta lex vetat dimitti cohortalinos. Sed & ſi nondum debita functione tranſacta, cauſaria quandoque vel ignominioſa miſſione mittantur, ex eorum bonis lex conſtituit paſtum primipili compleri. Integro peculio.] id eſt, integro patrimonio.

VIII. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EVTHYMIO VIC. ASIÆ. Speciebus primipilaribus adærandis eadem pretiorum D taxatio ſeruetur, quæ in venalibus publicis poterit reperiri. DAT. V. KAL. MAR. CP. ARCADIO IIII. ET HONORIO III. AA. COSS.

Vt in adæranda annona militari ſeruentur pretia fori rerum venalium.

VIIII. IIDEM AA. *. Per Illyricum, in quo plurima ac maxima neceſſitatum publicarum emolumenta officiis conſtat præſidalibus ex- E pediri: centeni numero ſingulis iudicibus obſecundent, nec vltra hunc modum vel ad militiam vllus adſpiret, vel conniuentia iudicum perſeueret. adhibendi autem ſunt ad huiuſmodi miniſteriorum obſequia, non illi qui vano militiæ nomine immania lucra ſectentur, ſed qui neceſſitatem officij ſolicitudinibus debitis exequantur.

Definit numerum cohortalinorum ſingulorum præſidum qui ſunt in Illyrico, veluti Theſſaliæ, F Epiri veteris, Epiri noui, Daciæ ripenſis.

X. IIDEM AA. ET THEODOS. A. ANTHEMIO PP. Quicunque ad chartas, vel tabulas, vel quodcunque aliud miniſterium cohortalis optauerit: non antè accedere permittatur, niſi eius nomen matriculis receptum primitus fuerit: pœna propoſita his, qui contra ſtatuta cæleſtia crediderint ſuſcipiendos aliquos, aut quodlibet eis officium iniungendum. DAT. XVI. KAL. APR. CP. DD. NN. HONORIO G VII. ET THEODOSIO II. AA. COSS.

Demonſtratum eſt l. 5. §. de numer. act. nonnunquam ad officia præſidum eos admitti qui cohortalinæ conditionis non ſunt. Sed hæc lex vetat prius admitti quàm cohortalinæ militiæ nomen dederint. Quicunque ad chartas.] Hi ſunt chartularij, de quibus l. 3. §. de can. larg. tit. Vel tabulas.] Hi ſunt tabularij ſiue numerarij.

XI.

XI. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ANTHEMIO PP. Si quis ex grege cohortalinorum vrgente criminis insectatione stipendiis fuerit exemptus, aut otio traditus quietis artibus immoretur, aut si ad pristina sacramenta precum miseratione maluerit repedare: indultum nostræ maiestatis oraculum amplissimæ tuæ sedi offerat allegandum. DAT. XIII. KAL. MART. CP. HONORIO X. ET THEODOSIO VI. AA. COSS.

B

De hac diximus satis l. 12. §. de suscept. Cohortalis ignominiosa missione missus restituitur per rescriptum principis insinuatum præf. prætorio.

XII. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTIN. AA. ISIDORO PP. Si cohortalis apparitor, aut obnoxius cohorti ad vllam adspirauerit dignitatem: spoliatus omnibus impetrati honoris insignibus, ad statum pristinum reuocetur, liberis etiam in tali eius conditione susceptis fortunæ patriæ mancipandis. Quòd si quis ex his ausus fuerit vllam affectare militiam: nulla præscriptione temporis muniatur, præter eam scilicet, quæ ex XL. annis colligitur. sed ad conditionem propriam retrahatur: nec ipse vel liberi eius post talem ipsius statum procreati, quod cohorti debetur, valeant declinare. Sed nec ad aliam cohortalinus vel cohortalini filius audeat aspirare fortunam, cui maiorum suorum exempla præiudicant. Sed etiam cunctos, qui diuersarum rerum negotiationibus detinentur, trapezitas scilicet, vel gemmarum, argentiq́; & vestium venditores, apothecarios etiam, ceterosq́; institores aliarum mercium quibuscunque ergasteriis adhærentes, iubemus à prouincialibus officiis remoueri: vt omnis honor atque militia contagione huiusmodi segregetur. DAT. III. NON. APR. CP. ISIDORO ET SENATORE COSS.

C

D

Cohortalinis non licet ad aliam aspirare militiam vel dignitatem, nisi, vt Marianus Scotus scribit. ex annotatione clementiæ principalis. Quod excipit de præscriptione XL. annorum, expositum in l. 55. §. de decur. In extremo additur vt à cohortalium militia summoueantur trapezitæ & alij quidam negotiatores.

E

XIII. IIDEM AA. FLORENTIO PP. Nullum ex primipilaribus, nullum ex principe cohortalis officij, vel ad aliam posse militiam aspirare, vel ministeriis sibi contra publicam vtilitatem blandiri, vel ad quamlibet aliam dignitatem ad præiudicium præteriti status accedere concedimus. Quòd si contra hanc tam saluberrimam formam vel responsa cælestia quædam militia aut dignitas audacter eliciatur: pro ingestis haberi, etiam si speciali adnotatione nostræ indulgentiæ eam obtinuisse videatur: nec assertionem ei quoquo modo patere, qui se memoratis artibus publicæ studet commoditati subtrahere: sed statim ciuitatis, vnde oriundus est, curiæ tradi præcipimus.

F

Vt ex primipilariis & ex principe cohortalis officij, qui initio cùm non essent subiecti cohorti, sicuti sunt filij cohortalium, cohortali officio nomen dederunt, emeritis stipendiis suæ ciuitati restituantur, nec ad vllam dignitatem militiam've aspirare possint, etiamsi habeant adnotationem clementiæ principalis. Aut, *præteriti status*, puta, curialis conditionis.

G

XIIII.

A XIIII. IMP. LEO A. CONSTANTINO PP. Quiſquis cohortalibus adhuc obſequiis obligatus, vel regimen prouinciæ, vel cingulum cuiuſlibet militiæ, vel dignitatis quoquo modo meruerit: ante omnia contra licitum vſurpatis impetratis've careat, etiam ſi vltronea noſtra liberalitate ius gerendæ prouinciæ, vel militiæ, ſeu dignitatis cuiuſpiam ſibi iactauerit fuiſſe delatum. dehinc vniuerſis ſolatiis conditionis, quam ſpreuerat, defraudatus, ne quid eorum omnino per ſe vel per B interpoſitam perſonam poſſit adquirere: primipili tantùm munus implere cogatur. mox curialibus ciuitatis, in qua natus eſt, in diem vitæ ſuæ functionibus inhæſurus: ita ſcilicet vt etiam hi, qui poſt impletam talem militiam quodlibet militiæ dignitatis've genus affectauerint, curiæ patriæ ſuæ reſtituantur. DAT. VI. KAL. IAN. CP. LEONE A. IIII. ET PROBIANO COSS.

C Pars repetita eſt in l.ſi quis.§.de off.rect.pro. Sententia hæc eſt, poſſe quidē cohortalinum completa militia ad aliam militiam vel dignitatem aſpirare, ſed non ante completam militiam: Aſpirantem ſolatia cohortalinæ militiæ amittere: Primipili paſtum exhibere compelli, deinde curiæ ciuitatis ſuæ tradi, etiamſi conditione naſcendi vel alia ratione curialis non fuerit. Eum qui curialis fuerit, vt lege ſuperiore dictum eſt, ne completa quidem in cohortali ſiue prouinciali officio militia, ad aliam militiam vel dignitatem aſpirare poſſe, ſed curiæ ſuæ reſtitui.

## *De apparitoribus præfecti annonæ.* Tit. 58.

D I. IMPPP. VALENS GRATIANVS ET VALENTIN. AAA. *. Apparitores vrbanæ præfecturæ annonario officio ſeſe non inſerant: ſed apparitorum æmulatione ſecreta, miniſterio ſuo annonæ præfecturæ fungantur.

Eſt quidem præf.annonæ ſub diſpoſitione præf.vrbi, & vterque annonæ ciuilis curam agit. Sed ſeparatas apparitiones habent, quas lex confundi & commiſceri vetat. l.1. C. Th. de cond. in pub. hor. Præf.annonæ apparitores, annonarij dicuntur. Præf.vrbi, vrbaniciani. Miniſterio ſuo.] id eſt, annonariis.

E

II. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. *. Præfectus annonæ canonem, qui ad officium ſuum pertinet, per compulſores ſuos exigat: & cum officio ſuo retineatur obnoxius, qui ad implendum canonem deuotionis ſuæ exactionem non oſtenderit.

Vt præf.annonæ per ſuos apparitores canonem exigat quem ſolet exigere: & niſi probauerit ſe exactionis muneri non defuiſſe, vt vnà cum ſuis apparitoribus obnoxius teneatur.

F

## *De diuerſis officijs & apparitoribus iudicum & probatorijs eorum.* Tit. 59.

De ſingulis apparitoribus ſeparatim dictum eſt ſuprà. Hic titulus eſt communis de omnibus apparitoribus.

I. IMPPP. VALENTIN. VALENS ET GRATIANVS AAA. G SEVERO MAG. MILITVM. Si quando præfectus prætorio, vel vicarius, aut rector prouinciæ ſignificauerit eum qui chartis ac ratiociniis publicis inuenitur obnoxius, ad præpoſituram caſtri ac mili-

tum transisse: retractus illi adsignetur officio, à quo ad necessitatem præstandi ratiocinij deuocatur. in reiecti verò locum is potissimum destinetur, cui meritorum adstipulantur insignia. DAT. X. KAL. IAN. GRATIANO A. II. ET PROBO COSS.

Vt præfectianus aut vicarius aut cohortalinus qui cùm esset chartis & rationibus reddendis obligatus, ad præposituram castri & militum aspirauit, retrahatur & rationes reddat, alio à magistro militum electo præposito.

II. IMPPPP. GRATIANVS VALENTIN. THEOD. ET ARCADIVS AAAA. EVSIGNIO PP. Nullus ex his, quos claruerit militia resolutos, indebita denuo sacramenta sine augusti affatibus suscipiat. si quis autem id per obreptionem forte meruerit: quinque librarum auri multetur incommodo. DAT. PRID. ID. IVL. MED. HONORIO NB. P. ET EVODIO COSS.

De hac diximus l.12. §. de suscept.

III. IIDEM AAAA. EVSIGNIO PP. Nullus apparitor amplitudinis tuæ vel de officiis Palatinis ad eam prouinciam, ex qua oriundus est, vel in qua collocauerit larem, vel qui iam in huiusmodi officio fuerit commoratus, obtentu publicæ necessitatis vel executor priuati negotij dirigatur. etenim officij tuæ celsitudinis primiscrinius tres libras auri fisci vtilitatibus sine dilatione persoluet, si statuta fuerint temerata. Apparitor verò qui huic se muneri passus est deputari, militia spoliabitur. Hæc verò pœna etiam ceteris irrogata est: vt si domesticus, aut protector, aut stator, vel agens in rebus, vel palatinus vtriusque officij, vel ad eandem prouinciam, in qua natus est, vel ad eam, in qua collocauerit larem, cum huiusmodi vsurpatione perrexerit: matriculis quidem exemptus, ipse qui se voluerit mitti, auri libram vnam fisci viribus inferre cogetur. adiutores verò officiorum, & palatinorum, ac numerarij Comitum illustrium virorum, siue actuarij, libram fisci viribus soluent, nisi statuta fuerint custodita. DAT. II. NON. DEC. MED. HONORIO NB. P. ET EVODIO COSS.

Ne præfectianus publici vel priuati negotij exequendi causa in eam prouinciam mittatur, cuius est municeps vel incola. Punitur primiscrinius qui miserit, quem Græci hoc loco primicerium vocant. Punitur & missus executor. Idemq; in domesticis & protectoribus seruandum, & stratoribus & agentibus in rebus, & palatinis vtriusque ærarij, quibus etiam eadem maiórve pœna proponitur. Puniuntur & adiutores officiorum palatinorum, qui ea in patriam suam pergere permiserint, & numerarij Comitum vtriusque ærarij, siue actuarij. Quod ait, *vel qui iam in huiusmodi officio fuerit commoratus*, quæ non sunt in Cod. Theod. Tribonianus adiecit ex l.8. §. de off. recto. pro.

IIII. IMPPP. THEODOSIVS ARC. ET HONORIVS AAA. *. Vel qui exiguam rei familiaris substantiam habent, militare in apparitorum numero non vetentur.

Inopes iudicum apparitores fieri non vetantur.

V. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. GRACCHO P. V. Quicunque apparitores ob culpam vel negligentiã fuerint iudicato discincti, ad nullam militiam habeant facultatem aspirandi:

A di: nec ex rescripto his vllus aditus reseretur, quos congruit pœnæ grauissimæ subiugari, si contra inhibita quoque sacratissimis constitutis aspirare contempserint. DAT. VIII. KAL. AVG. RAV. HONORIO X. ET THEODOSIO VI. AA. COSS.

Vt apparitores quilibet quorumlibet ob culpam re iudicata officio remoti, ad nullam militiam aspirare possint, nec si habeant adnotationem clementiæ principalis. In fine pro, *contempserint*, legendum, *præsumpserint*.

B

VI. IMPP. THEOD. ET VALENTIN. AA. HIERIO PP. In his officiis, id est, virorum spectabilium proconsulis Asiæ, comitis Orientis, præfecti Augustalis, & vicariorum (quos etiam monuimus sub xx. interminatione librarum auri) nemo aliter admittatur, nisi eum emissa sacri scrinij probatoria consecrauerit. Quòd si quis talis sub tua fuerit iudicatione conuictus: profectò irritis his, quæ vetita contrectauit, etiam congruam indignationem incurret. DAT. X. KAL. IVL. C NICOMEDIÆ DD. NN. THEOD. XII. ET VALENTIN. II. AA. COSS.

Vt nemo fiat apparitor proconsulis Asiæ; Comitis Orientis, præf. Augustalis & vicariorum sine sacra probatoria, quæ emittatur ex scrinio epistolarum. Probatoriæ in Nouellis appellantur δοκιμασίαι & σύμβολα. Coniungenda est cum l. 7. Ꝭ. de numer.

VII. IIDEM AA. ANATOLIO MIL. Ad splendidioris pri- D uilegia militiæ, posteaquàm priorem continuo labore compleuerint, eos venientes admittemus, qui ea voto adipiscendi honoris crediderint expetenda, non eos qui studio exercendę cupiditatis ambierint, vel vt in meliore fortuna positi, aut ea scelera quæ prius commisisse doceantur, occultent, aut alia deinceps possint impune committere.

Apparitores completa militia ad aliam splendidiorem secundum conditionem huius legis aspirare possunt.

E

VIII. IMPP. LEO ET ZENO AA. IOANNI MAG. OFFICIORVM. Viros spectabiles duces, eorumque apparitores, necnon limitaneos, castrorumque præpositos, tantummodo ex sublimis tui iudicij sententia conueniri, nec aliis subiacere iudicibus præcipimus: illustribus scilicet ac magnificis viris magistris militum consuetudine ac potestate, si qua ad limites aliquos Orientis, Thraciarum, & Illyrici ex F longo tempore hactenus obtinuit, reseruata.

Vt duces & eorum apparitores & limitanei & castrorum præpositi sint sub iurisdictione magistri officiorum, At duces dictum est l. vlt. Ꝭ. de re mil. esse sub magistris militum, per Orientem scilicet, quod etiam hæc lex subiungit.

VIIII. IIDEM AA. HILARIO MAG. OFFICIORVM. Probatorias memorialium, & agentium in rebus, ceterorumque nihil- G ominus apparitorum prætorianæ per Orientem amplissimæ præfecturæ, eorum etiam qui in diuersorum iudicum officiis numerantur, ex sacris probatoriis solito more militiæ sacramenta sortiri decernimus, non passim, nec licenter, solis auctoritatibus, vel sacrarum literarum

exemplaribus, sed ex authenticis tantùm sacris probatoriis manu nostra subscriptis, & nostro arbitrio præstandis: ita vt nullus his dolus aut fraus possit annecti. De his etiam qui sunt veræ & catholicæ fidei iubemus admitti. aliter verò militantes, nisi ex iis sint, quos solis auctoritatibus apparitioni aggregari vetusta consuetudo perdocuit, detecta fraude cuiuscunque accusandi studio, non solùm mendaci carere militia, sed & proscriptionis stylum subire decernimus, & bonorum omnium amissione multamus. B

Memoriales & agentes in rebus & apparitores quorumlibet iudicum non recipiuntur nisi ex sacra probatoria, & non ex probatoriæ auctoritatis solius exemplo, sed ex authentico subscripto manu principis, vt etiam cauetur Iustiniani edicto de Alexandrinis. Excipiuntur quidam qui ex sola auctoritate veteri more recipiuntur. Nota differentiam inter auctoritatem & sacras literas, qualis etiam est inter S. C. & auctoritatem senatus. Id quoque meritò hac lege constituunt ne recipiantur nisi Christiani, qua de re testari tres iuratos oportet apud acta, priusquam prolata probatoria suscipiantur ex Constitutione quadam Græca, quæ desideratur lib. 1. tit. de episc. aud. Idem de militibus armatis Constantinum constituisse Cedrinus scribit: Idem de aduocatis l. vlt. § de postul. C

X. IIDEM AA. ERITHRIO PP. Hac sanctione decernimus, vt in posterum nemini licentia sit edendi exemplaria his, qui sociandi sunt cuicunque militiæ, quam sine diuinis probatoriis adipisci non possunt: sed periculo primatum vniuscuiusque officij ipsas authenticas sacras, quæ diuinam nostræ pietatis continent adnotationem, cum subscriptione administrantium, sub quorum iurisdictione consistunt, his qui militare volunt, præstari: exemplaribus videlicet earum cum subscriptione eorumdem iudicum apud singula quoque officia, prout conuenit, reseruandis. Quamuis autem manifestum sit de huiusmodi probatoriarum obseruatione excepta esse certorum iudicum officia: tamen ne vlla ignorantiæ relinquatur occasio, omnium officiorum, quibus necesse est per sacras probatorias militiæ sociari, notitiam in sacris apicibus subdendam esse censuimus. Sub hac igitur obseruatione omnes, qui siue in hoc sacro palatio nostro, siue in aliis quibuscunque officiis deinceps militare cupiunt: qui tamen (vt dictum est) non possunt pro tenore sacrarum constitutionum, vel veteri consuetudine, nisi præcedentibus sacris probatoriis, militiæ sociari: sicut subnexa notitia demonstrat, adipisci præcipimus. his scientibus, qui ex aliqua parte præsentis nostræ serenitatis legis formam conniuentia vel negligentia quadam colludere tentauerint: non tantùm amissione bonorum omnium, sed etiam capitis periculo, vtpote criminis falsitatis obnoxios, semet esse plectendos. Et est noticia Scrinij MEMORIÆ probatoriæ agentium in rebus, palatinorum, largitionum, palatinorum, rerum, priuatarum partis Augustæ. Item, scrinij SACRARVM EPISTOLARVM sic. officij virorum illustrium prætorio Orientis & Illyrici, & vrbi, officij proconsulis Asiæ & Achaiæ, officij comitis diuinarum domorum, officij comitis Orientis, officij præfecti Augustalis, officij comitis diuinarum domorum, officij vicariorum Thraciæ, Ponti, Asiæ, Macedoniæ, & thesaurensium classis. Item scrinij SACRORVM LIBELLORVM

sic.

A ſic. officij virorum illuſtrium magiſtrorum militum vtriuſque militiæ in præſenti, Orientis & Illyrici, inuitatorum, admiſsionalium, memorialium, omniumque pædagogiorum, cellariorum, menſorum, lampadariorum eorum, qui ſacris ſcriniis deputati ſunt, decanorum partis Auguſtæ, curſorum partis Auguſtæ, officij virorum ſpectabilium ducum Palæſtinæ & Meſopotamiæ, noui limitis Phœnices, Oſdroëne, Syriæ, & Auguſtæ Euphratenſis, Arabiæ & Thebaidis, Lybiæ, Pentapoleos, vtriuſ-B que Armeniæ, vtriuſque Ponti, Scythiæ, Myſiæ primæ, ſecundæ, Daciæ, Pannoniæ, officij virorum ſpectabilium Comitis Aegypti, Pamphyliæ, Iſauriæ, Lycaoniæ & Piſidiæ.

Idem hac lege cauetur quod ſuperiori, vt exceptis certis quibuſdam officiis, alia non recipiantur niſi ex authentico adnotato manu principis, & ſubſcripto ab eo cuius iuriſdictioni ſubiectus eſt is, qui ad militiam aſpirat. Et ſubiicitur Notitia eorum quæ deſiderant ſacræ probatoriæ authenticum, quod aliàs ſumitur ex ſcrinio memoriæ, vt agentium in rebus probatoria l. 7. §. de agent. in in reb. aliàs ex ſcrinio libellorum, vt officij Comitis ſiue præſidis Lycaoniæ & Piſidiæ. No. 25. Aliàs C ex ſcrinio epiſtolarum, vt officij vicarij Thraciæ, & hodie ex No. 26. prætoris. Multa verò in Notitia emendationis indigebant, hæc maximè, *Officij virorum magiſtrorum militum vtriuſque præfecturæ Orientis & Illyrici*, pro quibus repoſui, *Officij virorum illuſtrium magiſtrorum militum vtriuſque militiæ in præſenti, Orientis & Illyrici.* Puto, *& Thraciarum*, ſubdi debuiſſe. Tum inferiùs, *Nobilis Comitis* ineptè erat ſcriptum, pro, *noui limitis Phœnices.* Notandum quod ait, *Macedoniæ & Theſaurenſium claſſis.* Vicarij Macedoniæ mentionem Marianus facit. De theſaurenſium claſſi nihil me alibi vſquam legiſſe memini. Videtur autem idem vnuſque appellatus vicarius Macedoniæ & Theſaurenſium claſſis. Qui theſaurenſes dicantur expoſui l. 2. §. de pal. ſacr. larg. Notandus locus de inuitatoribus qui erant in officio ſacri palatij, cui ſimilem neſcio: & de cellariis ſiue cellarariis, à quibus D præbetur cibus & potio. ab inuitatoribus vocantur qui vocari iubentur: & de curſoribus, id eſt, veredariis. Notandus locus de lampadariis deputatis ſacris ſcriniis, vt in eis faces ſiue lampades accendant. alij fuerunt lampadarij in officio præf. prætorio, & quæſtoris exercitus apud Iulianum Anteceſſorem Conſtit. 38. Et vicarij ponticæ ex edicto Iuſtiniani, qui ignem præferebant. De lampadariis edidit Theodoſius Nouellam quam amiſimus, ſicut & aliam de Pentapoli ad vrbem Romam reuocanda, de qua etiam in hac Notitia fit mentio. De Auguſteuphratenſis prouincia Victor in Veſpaſiano: *Commagene quam hodie Auguſteuphratenſem nominamus.* Alibi Euphratenſis ſimpliciter dicitur l. 10. §. de ædif. priu.

## E *De executoribus & exactoribus.* *Tit. 60.*

I. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. AD PROVINCIALES ET AD PROCONSVLES. Ne per diuerſas prouinciarum partes aut palatinus exactor accederet, aut illuſtrium virorum apparitor vagaretur, vel militaris terror inferret formidinem: hac lege ſancimus, vt omnes memorati intenti ſint ad prouinciæ rectorem, F cum eo agant, illo inſiſtente, diſponente, & agnoſcente ſuo periculo rem peragendam, impleant vniuerſa. DAT. XVII. KAL. IVL. MEDIOL. OLYBRIO ET PROBINO COSS.

Vt in prouincias prouincialium exigendorum cauſa miſſi palatini vel apparitores illuſtrium virorum quorumlibet vel milites, præſidibus potius quàm prouincialibus immineant. qua de re diximus ſatis l. 7. §. de exact. tribut.

II. IIDEM AA. ANDROMACHO P. V. Quicunque è pa-G latio noſtro cuiuſlibet tituli ad prouincias commeauerit compulſor, exactor, admonitor, portitorve præcepti, agens in rebus, vel palatinus, vel apparitor illuſtrium poteſtatum: hoc tantum poteſtatis arripiat, quod

mandatum curæ ſuæ ſpecialiter adprobatur: nec quod iniunctum alteri fuerit collegij iure præſumat: ne dum hoc ſibi inuicem mutui officij licentia partiuntur, agant cuncti, quod ſingulis credebatur. DAT. PRID. ID. IVL. MED. OLYBRIO ET PROBINO COSS. A

Ne palatini in prouincias miſſi ſuo cuique ſeparatim mandato negotio, mutuas ſibi operas præſtent, ne quod vni iniunctum eſt, alter quaſi collega præſumat.

III. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PALLADIO PP. Siue ex prætoriano officio, ſiue illuſtris comitiuæ ſedis largitionum, necnon & rei priuatæ noſtræ, vel ex quacunque apparitione ad quamcunque neceſſitatem profligandam quis fuerit deſtinatus, ſciat intra anni metas debere collectis ratiociniis ad proprium iudicem remeare, eique ſuam efficaciam oſtendere, & quid eius inſtantia exactum fuerit, quidve in debitis habeatur, vel penes quos reſederit, vel cuius culpa aut cauſa in eadē prouincia fuerit, derelictum. Quòd ſi exacto ſpatio anni, eius regionis viſceribus prædator inſidians deprehenſus fuerit, remorari: tunc abſolutus cingulo militiæ abiicietur, primoribus eius militiæ decem librarum auri multa propoſita. Sin redire diſſimulet, per vices officiorum ligatus ferreis nexibus, cura prouincialis officiorum ligatus ferreis nexibus, cura prouincialis officij ad debitum mittatur examen. nec ei libetum ſit, vt hoc ſe priuilegio aut occaſione defendat, quòd ſibi aliud negotium, vel aliam neceſſitatem pòſt iniunctam eſſe cauſetur: cùm iiſdem licentiam auferamus in eadem prouincia continuare exactionem. DAT. X. KAL. OCT. DN. THEODOS. A. VII. ET PALLADIO COSS. B C D

Vt præfectiani, palatini, vel alij apparitores in prouincias miſſi exigendi cauſa, intra annum peragant exactionem, & iudici ſuo qui miſit, renuncient quid egerint, quid ſit in reliquis, qui ſint reliquatores, cuius vitio reliqua contracta ſint. Poſt annum ſi non redeant, vt ligati ferreis vinculis, ſicut l. 1. C. Th. de menſ. olear. cohortalium cura ad congruum iudicem tranſmittantur, & ne eandem exactionem iterare poſſint. Hæc verba, *per vices officiorum*, non ſunt in Cod. Theodoſij, & ſanè ſunt obſcura, niſi hoc velint, ſi redire diſſimulet quaſi iterato exactionis officio. Ait, *ſuam efficaciam*, id eſt, quid effecerit. Sic No. Valent. de ſnariis: *Diligentiam & efficaciam huic operi commodabunt*. E

IIII. IIDEM AA. IOANNI PP. Nullam poſſeſſionem alterius pro alienis debitis publicis vel priuatis præcipimus conueniri. DAT. V. ID. IVL. RAVENNÆ HONORIO XIII. ET THEODOSIO X. AA. COSS. F

Hac lege prohibentur *ἐνεχυριασμοὶ*, de quibus dictum eſt lib. 11. tit. 57.

V. IMPP. THEODOS. ET VALENTIN. AA. VOLVSIANO PP. Contra noſtra præcepta ſi quidquam vetito auſu executor audebit: licebit prouinciæ moderatori eundem correptum ad ſublimitatis tuæ iudicium ſub proſecutione dirigere. & licebit prouinciali, ſi probetur obnoxius, exſecutoris contra vetitum exactionem ſibi vindicantis temeritatem legitimè repellere. G

Si quid executor contra quàm ei mandatum ſit, exigat, manu iniecta à præſide prouinciæ ſub proſecutione duci ad præf. prætorio poteſt: quin & à prouinciali manu & viribus repelli poteſt,

etiam

A etiamsi re vera à prouinciali debeatur quod is exigit sine mandato. Sic Græci legunt, *etiamsi probetur obnoxius*. Restitui legis contextum vt oportet.

VI. IMP. ZENO A. ARCADIO PP. Sancimus vt eum cui ex iudicio tui culminis quocunque modo, siue studio numerariorum, aut tractatorum, vel ipsorum iussu, qui pro tempore amplissimæ tuæ sedis administrationem suscipiunt, exactio publicarum pecuniarum iniungatur: B minimè prius liceat aliam solicitudinem gerendam suscipere, quàm reuersus iniunctæ sibi causæ responsum præbuerit. Si tamen ita sors tulerit, vt in ea prouincia, ad quam exsequendi causa publici negotij aliquis proficiscitur, alia quoque causa sit exsequenda: non prohiberi vnum eundemque exsecutorem ab hac vrbe regia proficiscentem, duorum simul, non plurium negotiorum exsecutionem suscipere: dum ipsi quoque tertij negotij non sit iniungendi licentia, antequam de superioribus C responsum portauerit. Exsecutoribus his, qui secundam, siue simul duas, vel etiam tertiam causam passi fuerint exsequendam suscipere, non solùm cinguli & bonorum suorum amissionem, verùm etiam perpetui exilij supplicium subituris. eandem hanc pœnam numerarium quoque, & eius adiutores, ad quorum curam, quod violatum est, pertinet, formidare.

Executori in prouinciam misso duarum causarum exactio committi potest. vna tantùm commissa, D non antè aliam suscipere potest, quàm prioris rationem reddiderit. Ait, *qui secundam siue simul duas*, post primam scilicet. Sequitur Græca Constitutio quæ deerat.

VII. Πᾶς ἄνθρωπος εἴτε θείαν κέλευσιν, εἴτε ἀρχικὴν πρόσταξιν ἐκβιβάζων ὀφείλει πρότερον ἐμφανίσαι τῷ ἄρχοντι, ἵνα ὁ ἄρχων ἐξετάσῃ εἰ μηδεμία πλαστοῦ αἰτία ἐστὶν ἐν αὐτοῖς, ἢ κατὰ συναρπαγὴν ἢ ἐναντιούμενον νόμοις. ὁ δὲ ἐκβιβασμὸς καὶ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως γίνεται, δηλονότι τῶν θείων λογίων προκειμένων, καὶ πάντων τῶν ῥητόρων τῶν παρόντων ἅμα αὐτῷ τὴν ἐξέτασιν ποιουμένων, καὶ εἰ συνειδοῖ παρέχειν E βοήθειαν. ἐὰν δὲ ἢ πλαστὸν εὕρῃ φανερῶς ἢ νόμῳ ἐναντιούμενον φανερῶς, δεῖ αὐτὸν μὴ ἐκβιβάζειν, ἀλλ' ἀναφέρειν εἰς βασιλέα διὰ τοῦ μαγιστριανοῦ ἢ εἰς αὐτὴν τὴν ἀρχὴν ἐξ ἧς τὸ πρᾶγμα ἐγένετο. τὸν δὲ ἐκβιβαστὴν ὑπὸ ἀσφάλειαν ποιεῖν τὴν ἐγχωροῦσαν. καὶ τὰ πρόσωπα δὲ τὰ αἰτιαθέντα ὑπὸ προσωπικὴν ἀσφάλειαν ἀζημίως. ὁ γὰρ ἐγχειρίσας αὐτῷ τὸ ἀζήμιον περιποιήσει εἴπερ εὑρεθείη μάτην αὐτῷ ἐγχειρίσας. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο γένηται ὁ μὲν ἐκβιβαζόμενος ἀποθεῖται τὸν ἐκβιβασμόν. ὁ δὲ ἄρχων εἰ πρὸς αὐτὸν ἡ κέλευσις γέγονεν. ἢ καί τις ἕτερος ἴσως πρός τινα ἕτερον ἐγένετο. ὑπὸ ἀσφάλειαν ὀφείλει ποιῆσαι F τὸν ἐκβιβαστὴν τὴν ἐγχωροῦσαν. Εἰ δὲ καὶ δυνηθείη τις ἀποθήσασθαι τὸν ἐκβιβασμὸν, ὀφείλει μανθάνων ὁ ἄρχων ἀποστῆσαι τὸν ἐκβιβαστήν. ποιεῖν δὲ ὑπὸ ἀσφάλειαν προσωπικὴν τὸν αἰτιαθέντα καὶ μηνύειν, εἰ δὲ ῥαθυμήσῃ τούτου ἢ ὁ ἄρχων ἢ ἡ τάξις αὐτοῦ ἢ πρὸς ὃν τὸ γράμμα γέγονεν. οἴκοθεν τῷ ὑπομνησθέντι ποιήσει τὸ ἀζήμιον. Καὶ ἐν ὅσῳ ἄρχει καὶ μετὰ τὸ παύσασθαι τῆς ἀρχῆς. ὑπεξαιρεῖ δὲ ἡ διάταξις τοὺς προφάσει δημοσίων ἐνοχομένους. εἰ δὲ λήμματι ἡττηθέντες οἱ ἄρχοντες μὴ ποιήσωνται τὴν ἐξέτασιν, προκειμένων τῶν ἁγίων λογίων εἰ καὶ παρίδωσι, καὶ εἰς χρήματα ζημιοῦνται καὶ ἐκβάλλονται G τῆς ἀρχῆς, καὶ εἰς σωτηρίαν κινδυνεύουσι: πᾶς δὲ νόμος ἐμφανιζόμενος ὀφείλει πρότερον γίνεσθαι τοῖς ἐπάρχοις καταφανής. τὸν δὲ διακομίζοντα αὐτὸν εἰς τὴν ἐπαρχίαν, λαμβάνειν χρυσίνους ἕξ. τὸν δὲ ἄρχοντα σπουδάζειν διὰ προστάξεων οἰκείων πάσαις ταῖς

πόλεσι ταῖς ὑφ' ἑαυτὸν φανερῶς καθιστᾶν τοὺς νόμους ἀζημίως παντελῶς μηδὲ τοῦ ἄρχοντος μηδὲ τῶν ἐκδίκων μηδὲ τοῦ διακομίζοντος. ὁ δὲ κερδάνας διπλάσιον δίδωσι. καὶ ὁ μὲν ἄρχων ἐστὶν ἐκπίπτει τῆς ἀρχῆς. ὁ δὲ ἑτέραν φροντίδα ἔχων ἐκβάλλεται τοῦ φροντίσματος. Quilibet executor diuinæ iussionis prætorianiúe præcepti id prius insinuare præsidi debet, vt is inquirat an sit in eo vitium aliquod falsi, aut legibus aduersum aliquid, & an per obreptionem impetratum sit. Executio autem fit scripto vel sine scripto propositis sacris euangeliis & præsentibus possessoribus omnibus & vnà cum præside inquirentibus, qui & opem executori ferent si res digna videatur. Sed si quid manifestò in ea falsi vel illegitimi deprehenderit, suspendet exactionem, & relationem mittet ad principem per agentem in rebus, vel ad sedem eius à quo res processit: Et interim executor quidem cautionem præstabit pro rei qualitate: reus personalem, se sisti puta, idque sine vlla impensa. Debet enim executor indemnem eum præstare quem conuenit, si temere forsitan eum conuenerit. quam cautionem nisi præstiterit, impune ab eo quem conuenit, repelletur. Præses ipse vel alius ad quem iussio dirigitur, cautionem exiget ab executore pro rei qualitate. Sed & si potuerit quis executionem repellere, & repulerit, debet præses executorem restituere, & ab reo cautionem exigere personalem, & rem deferre. quod si negligat, tam ipse quàm suum officium, isve ad quem literæ missæ sunt, de suo indemnitatem conuento præstabit durante vel deposito magistratu. Constitutio excipit eos qui nomine tributorum obligati sunt. Quòd si pretio victi præsides non inquirant qua de re superiùs diximus inquirendum esse, etiamsi negligentia hic tantùm argui videatur, & rei familiaris damnum patientur, & magistratu eiicientur, & circa salutem periclitabuntur. Omnis autem lex Præf. prætorio prius insinuari debet, deinde in prouinciam transmitti & portitori dari aureos sex, præside curante per omnes ciuitates suæ prouinciæ legem promulgari sine vlla impensa præsidis vel defensorum vel portitoris. Et si quis ex ea re quid perceperit, in duplum tenetur, & magistratus dignitatem amittit, officialis officium.

Pro ἐστὶν, lego, κατίων,

## *De lucris aduocatorum & concussionibus officiorum siue apparitorum.* *Tit. 61.*

I. IMP. CONSTANTINVS A. ÆLIANO PROC. AFRICÆ. Si quis à ducenariis, vel centenariis, vel fisci aduocatis læsum se esse cognoscit: adire iudicia, & probare iniuriam non moretur: vt in eum, qui conuictus fuerit, competenti seueritate vindicetur. DAT. VI. ID. NOV. TRIVERIS. ACC. XV. KAL. MAR. CARTHAGINE CONSTANTINO A. IIII. ET LICINIO IIII. COSS.

Coërcendos esse ducenarios & centenarios ex officio palatino, & aduocatos fisci si cui quid per iniuriam abstulerint. Coniungenda est l.5.§. de aduoc. fis.

II. IMP.

A II. IMP. CONSTANTINVS A. EVBVLIDE VICARIO AFRICÆ. Præter solemnes & canonicas pensitationes multa à prouincialibus indignissimè postulantur ab officialibus & scholasticis, non modò in ciuitatibus singulis, sed etiam mansionibus, dum ipsis & animalibus eorundem alimoniæ sine pretio ministrantur. prouinciales itaque cuncti iudices tueantur, nec iniurias multas transire permittant. DAT. III. KAL. IVL. LEONTIO ET SALVSTO COSS.

B Ne quid officiales vel scholastici præter solemnia exigant à prouincialibus, & ne eorum animalibus in itinere pabula gratuitò dentur. Scholasticos accipit pro aduocatis, de quibus amplior lex Cod. Theodosiani, *Non latet*, inquit, *scholasticos vltra modum acceptis honorarijs in defensione causarum annonas & sumptus accipere consuesse*. Et ita Sardicensis concilij c. 10. Scholasticus ex foro, id est, Zonara interprete, ὁ ἀεὶ λόγους σχολάζων. Et Carthag. concilij c. 99. δικίκως σχολαστικός. Et in Passione Dorotheæ virginis, Theophilus quidam aduocatus præsidis, Scholasticus appellatur.

III. IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. POMPEIANO PROC. AFRICÆ. C Quoties compulsor arguitur in deprædatione conuictus, etiam non consulta clementia nostra pœnam subeat legibus competentem. DAT. PRID. KAL. IAN. MED. STILICHONE ET AVRELIANO COSS.

Compulsor missus in prouinciam à principe, si in deprædatione conuincatur, etiam inscio principe à proconsule coërceri potest.

D IIII. IMPP. HONORIVS ET THEOD. AA. ADRIANO PP. Curialibus & nauiculariis, omnibúsque corporibus ita subueniri volumus: vt nihil apparitoribus vniuersorum iudicum liceat, quod ad prædam prouincialium pertinet.

Ne quid vlli apparitores deprædentur à curialibus vel nauiculariis vel ceteris corporatis. Graci adiiciunt pœnam tripli.

## De primipilo. Tit. 62.

E I. IMPP. VALERIANVS ET GALIENVS AA. DOMITIO. Commoda primipilatus post administrationem incipiunt deberi: & si is qui ea percipere debuerit, prius rebus humanis eximatur, heredibus petitio salua sit.

Quid sit primipilus suprà anteuerti dicere l. 3. §. de cohor. prin. Commoda primipilatus sunt salaria quæ ei dantur, siue vt Græci vertunt, τὰ λόγῳ παραμυθίας περιχόμενα. l. pater. D. de adim. leg. Sed F non debentur antequàm impleta sit functio primipili. Debita in heredem transmittuntur.

II. IMPP. DIOCLET. ET MAXIM. AA. ALEXANDRO. Obtentu nominis primipili ciuiles actiones ad alios iudices transferendæ non sunt.

Si quem primipilus conueniat occasione primipilatus sui, conuenire eum debet nō coram suo, sed coram proprio eius iudice, ita vt secundum regulam iuris actor forum rei sequatur.

G III. IIDEM AA. DOMNÆ. Vtilitas publica præferenda est priuatorum contractibus. & ideo si constiterit fisco satisfactum esse ob causam primipili: poteris obligatam tibi possessionem titulo dotis petere, vt satis doti fieri possit.

Caus

Causæ primipili dos non præfertur in hypothecis. Sunt & multa alia singularia, vt si debitor ex causa primipili, vel fideiussor aut nominator eius soluendo non sit, dos vxoris fisco vindicetur. l. si-tis. §. in quib. caus. pig. tac. contr. Et res etiam specialiter obligata dotis nomine & donata, licet primipili morte confirmata sit donatio. l. si non verum. § ult. de donat. inter vir. & vx. Vt fisco teneantur filij primipili etiamsi heredes non extiterint. l. si tutores. §. de compens. l. seq. Vt vrgente fisco aduersus debitores suos debitor ex causa primipili agat etiam ante diem. l. 15. de cond. ea lege.

IIII. IIDEM AA. DIONYSIO. Cùm ex sola primipili causa liberos, etiam si patribus heredes non existant, teneri Diuus Aurelianus sanxerit: si neque successistis patri vestro, nec quidquam ex bonis eius tenetis: consequens est à paternis creditoribus vos non conueniri.

De hac dictum est superiori satis.

## *Publicæ lætitiæ vel consulum nuntiatores vel insinuatores constitutionum & aliarum sacrarum vel iudicialium literarum ex descriptione vel ab inuitis ne quid accipiant immodicum.* Tit. 63.

I. IMPPP. GRATIANVS VALENTIN. ET THEODOSIVS AAA. FLORO PP. Quicquid nostrorum vnquam nuntiari cœpit prosperorum, vt bella si desinunt, si oriuntur victoriæ, fastis si honor datus fuerit regalium trabearum, compositæ vel pacis erit offerenda tranquillitas, si sacros vultus inhiantibus fortè populis inferimus: hæc sine immodico pretio nuntiari excipique sancimus: gerulum iubemus esse castissimum. indices nummarios esse prohibemus. iudices statuimus esse sollicitos, ne turpi colludio quæratur ex miseris pretium gaudiorum. Quòd si id sacrilega fuerit dissimulatione violatum; & in accipientem pudoris fortunarumque manebit excidium, & cogentem par pœna multabit, & officium triginta librarum auri vexatione quatietur. DAT. IIII. NON. FEB. CP. MEROBAVDE II. ET SATVRNINO COSS.

Duo erant potissimum in hac lege corruptissima: *Fastis si honor datus fuerit regalium vel consulum vel trabearum.* Emendaui, *Fastis si honor datus fuerit regalium trabearum*, id est, si ineunte anno nouorum consulum nomina nuntientur. Consulum ornamenta sunt trabeæ eædemque regum, quæ & τεβενοὶ No. 103. & Appiano, Artemidoro, Sudæ, Moschopulo, auctori Etymologici. *Actum esse iubemus castissimum, indigentibus non nummarius esse præbendum.* Emendaui fide Cod. Theodosiani & manuscriptorum, *Gerulum iubemus esse castissimum: indices nummarios esse prohibemus.* Nummarios, id est, lucri auidos. Hieronymus ad Oualium: *Polo in nummarios iudices sacerdotes.* Suetonius in Domitiano, *Nummarios iudices notauit.* Illa autem verba, *Si sacros vultus inhiantibus fortè populis inferimus*, Græci ita interpretantur, εἰ τὴ λαυράτα κατεγγέλλομεν quod in Nicæna synodo 2. explicant hæc verba: *Si regum laurata Græcorum vulgus apud CP. vocat imperiale signum.* & paulò pòst; *laurata & iconas missas ad ciuitates vel regiones obuij adeunt populi cum cereis & incensis, non cera perfusam tabulam, sed Imperatorem honorantes.* Summa verò Constitutionis hæc est, vt eæ omnes publicæ lætitiæ populis sine immodico pretio nuntientur. *Immodico* adiecit Tribonianus, cùm non esset in Cod. Theodosiano, propter Constitutionem Græcam, cuius sententia sequitur.

II. Ἡ διάταξις βούλεται ἓξ νομίσματα μόνον χαρίζεσθαι παρ' ἑκάστης ἐπαρχίας ὑπὲρ τῶν ἐμφανιζομένων θείων ῥημάτων ἢ γενικῶν προσφάξεων ἢ δημοσίων συμβολαίων ἢ ἀνδριάντων. τὸν δὲ πλέον λαβόντα, τετραπλάσιον ἀποδιδόναι, κωλυόντων τοῦτο ἄρχοντος καὶ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρώτων τῆς πόλεως, καὶ πάσης πολιτικῆς καὶ δημοσίας βοηθείας.

ὁ μὴ

A ὁ μὲν γὰρ ἐπίσκοπος ὑπὸ ἀγανάκτησιν ἐστὶ βασιλικήν, ὁ δὲ ἄρχων καὶ ἐκπεσεῖται τῆς ἀρ-
χῆς καὶ δημευθήσεται καὶ ἐξορισθήσεται. Καὶ ἡ τάξις δὲ κινδυνεύει μήτε διαγραφὴν
γενέσθαι προφάσει τούτων τῶν αἰτιῶν ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐξ χρυσοῦς. μήτε ὡς παρὰ ἑκόντων μηδὲν,
ἀλλὰ τὸν λαβόντα διδόναι τὸ τετραπλοῦν. καὶ ἡνίκα δὲ οἱ πολῖται βούλονται ἑαυτοὺς δια-
γράψαι τυχὸν ἢ εἰς ἔργον δημόσιον ἢ εἰς σιτώνειαν ἢ αἰτοῦσι παρὰ βασιλέως τοῦτο ἐπι-
τραπῆναι, οὐ χρὴ ζημιοῦν αὐτοὺς οὐδὲν ὑπὲρ τούτου ἵνα μὴ οἱ μὲν ἱερεῖς ἀγανακτῶνται, οἱ δὲ
ἄρχοντες καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκπίπτωσι καὶ ἐξορίζονται καὶ δημεύονται. ἡ δὲ τάξις εἰς σῶμα
B τιμωρεῖται. εἰ μὴ μηνυθῇ βασιλεῖ τὰ παρὰ τὴν διάταξιν γινόμενα. ἐξουσίαν γὰρ ἔχουσιν οἱ
διαγραφόμενοι ἀντιλέγειν τοῖς διαγράφουσιν. εἰ δὲ μὴ δύνανται τοῦτο ποιεῖν ἐπικαλεῖσθαι τὸν
ἄρχοντα καὶ βασιλεῖ μηνύειν. οὐ χρὴ δὲ οὔτε τοὺς πατέρας οὔτε τοὺς σιτώνας ἢ ἐθνικοὺς
ἀποδέκτας παρέχειν ἐκ τῶν οὐσῶν ἐν χερσὶ προσόδων, μηδὲ ποσότητα φυλάττεσθαι τῇ ἀφο-
ρισμένῃ χρείᾳ. εἰ δὲ παραβῇ ὁ ἄρχων οἴκοθεν ταῦτα καταβάλλει. χρὴ γὰρ ἀμείωτα τά τε
δημόσια καὶ τὰ πολιτικὰ φυλάττεσθαι. Constitutio vult singulas prouincias
insinuatoribus sacrarum literarum vel generalium Constitutionum vel
C publicorum commonitoriorum vel statuarum sex duntaxat solidos da-
ri,& ab eo qui amplius acceperit,quadruplum reddi,hoc inhibente præ-
side & episcopo & primoribus ciuitatis,omnique tam ciuili quàm fisca-
li adminiculo,nisi velit episcopus in principis indignationem incurrere,
Præses bonis & dignitate & ciuitate multari. Curet autem officium nec
descriptionem fieri ex iis causis vltra sex aureos, nec ab inuitis, & ab
accipiente quadruplum inferri. At cùm ciues seipsos volunt describere
D operis publici vel frumenti coëmendi causa, & hoc sibi concedi à prin-
cipe petunt, nihil oportet lædi ex hac causa, ne sacerdotes indignatio-
nem eandem incurrant, præsides dignitatem amittant & publicentur:
officium in corpus torqueatur, nisi principi detulerint quicquid contra
hanc Constitutionem fuerit admissum. Possunt enim descripti resistere
describentibus, vel si nequeant resistere, licet eis inuocare præsidem &
deferre principi. Sed non oportet patres ciuitatum vel sitonas vel susce-
E ptores ex reditibus, quos habent, in manu quidquam præbere, sed eo-
rum quantitatem destinatæ necessitati seruare debent. Quod si præses
violarit,de suo eos reditus implebit. Fiscales enim & ciuiles res immi-
nutas seruari necesse est.

Hæc Constitutio si abfuisset,quod est in titulo, *Ex descriptione, vel ab inuitis*, esset sine lege.
Hic verò sit finis, quem Deus dominusque dedit,cui soli
sit laus, honor & gloria.

F

# Errata ſic corrigito.

| *Pagina.* | *Verſu.* | |
|---|---|---|
| 4 | σπργγείλιον | ἑκατὸν. |
| 7 | quoniam | confiſcati |
| 9 | Imperat. | Sic vet.lib. |
| 13 | vt in l.1. | ἀλεκλόρος |
| 14 | Delatoris | Delator is |
| 20 | eſt patronus | ſine delatore |
| | σταθεὶς | τοῦ κώδικος |
| 21 | καὶ κάτωθεν | τὸ διὰ |
| 22 | ratione | in l.pen.§.de iu.fiſ. |
| 24 | quam | poteſtatem eſſe.] |
| 26 | onera | vti oportet, |
| | tio proconſulum | ἀνθύπατοι |
| 28 | quæ ab eo didicerunt | |
| 30 | tentaui | noxiis |
| 35 | malè | μλωνίτάς. |
| 37 | rum largitionum | munerationum |
| 39 | numerorum, | |
| 42 | πόλιν | αἰτία |
| 43 | ὑποτιμίοις | ἀντὶ |
| | λῃλαίτωσαν | λατρίτωσαν |
| 44 | Longe enim eſt | Melius enim eſt |
| 45 | ὑποτεταγμένοι | τὸ δ' στρατείας |
| 47 | cut & in | alas, |
| 48 | ὑποτιμίοις | δηλώσεις |
| 49 | καὶ μὴ | θείου |
| | προσίμων | |
| 50 | ἐν τοῖς | ἀντὶ συγκλήτου |
| 51 | ſunt annis 55. | |
| 54 | STANTINO A. VII. ET CONSTANTIO CÆS. COSS. | |
| 83 | vltra | fortunarum |
| 86 | immunitatem tribuat, | |
| 156 | molimen | Si officialis |
| 158 | lege | adſcriptitiorum |
| | καὶ τὰ | μισθωτὸς |
| 165 | ſtare | agricolis |
| 205 | nem eſſe patrimoniale | |
| 207 | id eſt,plebeios, | *habeat filios, editos quippe antequam ſuſciperet dignitatem.* Hæc ita debuerant excudi. |
| 213 | inter | cedebat |
| 218 | Notitia Ro.imperij | |
| 225 | tum certa | alij vna |
| 229 | cum | nolentibus, |
| 254 | bus & tributariis | |
| 243 | conueniantur | modo |

# IACOBI CVIACII
## I. C. COMMENTARII IN TIT. DE VERB. OBLIGATIONIBVS.

*Παράτιτλα de diuersis temporum præscriptionibus.*

*Obseruationum liber quintus.*

Ad amplissimum & doctissimum virum Michaëlem Hospitalium summum Galliæ Cancellarium.

# AMPLISSIMO ET DOCTISSIMO VIRO D. MICHAELI HOSPITALIO GALLIÆ CANCELLARIO IAC. CVIACIVS S.

*

MVLTA *forsitan plus satis eadem opera contexui, quæ ad te mitterem, quorum nihil sine rubore vix offerrem præsens. Nam siue quod de stipulationibus, vulgus cui exposui id omne in hac schola sibi vindicauit iam, siue quod de Temporibus, redditur tibi potius quàm datur, cuius intercessione Eustathij librum ea de re ex illustrissima Reginæ bibliotheca vt sumerem impetraui, siue quod ex Obseruationibus, idem fere id est, ac si quis ad aram vnam suspensa donaria in aliam transferat. Vouerim enim, vt scis,* παρατηρήσεις *omnes Domino alteri sibi coniunctissimo. Denique quidquid mittimus vel publicum iam id est, vel tuum potius, vel alienum, meum propriè nihil. Quamobrem forsitan, vt initio posui, præsentem me suppuderet. Plus audebo absens, quia maximè volo me tibi deuinctissimum declarare, & nihilominus, quòd non suppetant alia, modò si pro certa hominis nomini auctoritatiq; tua deuoti significatione apud te sit satis habens, facilè, ni fallor, consentiente schola, quæ te patronum habet, nec abnuente amico illo tuo, te etiam, si placet, libenter accipiente, id ego omne summissè inscribam & adsignabo tibi. Sola nominis tui inscriptio vicerit opus ipsum facilè omnibus rationibus, tua erga me beneficia nullum officij genus ne æquauerit quidem vnquam.*

*Vale, Biturigis* VI. *Non. Iul.*

M. D. LXII.

# Index rerum notabilium, quæ in hoc continentur opere.



CVM

Si

FINIS.

# Errata sic corrigito.

| Pagina. | Versu. | |
|---|---|---|
| 2 | Is qui non | §.pen. & tit.prox. |
| 9 | niunt. Nam & ex | |
| | sola venit, sine | |
| 22 | §.vlt. | Sed ibi |
| | huic l. lex | Si scriptum sit |
| 30 | malum | pertinebit |
| 44 | cùm seruus | vel rem sacram cum profana |
| 48 | facto sine | facto siue |
| 63 | reprehenso | Non debuit |
| | hoc loco | quod ad quæstionem propositam attinet. |
| 64 | sibile est | χέρσω |
| 67 | πολλῷ τῷ | ταύτην |
| | vocant ἀγγαρίους | |
| 68 | notauit | ornata iumenta |
| | iumenta vti optimè | |
| | quuntur diem | Georgius |
| | bus lugeri | in No.133. |
| 71 | didicimus | nauiculariorum |
| 75 | curatores | Hi fisco |
| 77 | βίας, ὄντες | ἐναγίσθω |
| 79 | sex | tres menses |
| 80 | phebum. Puberem ephebum. | |
| 85 | γὰρ ἔχει | θανατηφόρον |
| | ρίσιν οἱ καὶ | τ' ι. δ' ιγ. |
| | β ιθ'. τ' ά. κεφάλαιον ια'. θεμ. ζ. | |
| | ρῦται ὡς β ς' τ̃ κώδικος. Idem error est inferiùs sæpe. quod semel monuisse hoc loco satis erit. | |
| 86 | Ἐάν τις ἐν | |
| | καὶ τοὺς | ἀπομείνωσιν |
| | φύλακες | λύουσιν |
| 87 | Πρὸ μιᾶς | ὀφείλει |
| | Ὁ διαδεξάμενος | ὁ ἄρχων |
| | ὁ τὴν ἀρχὴν | |
| | καὶ ἴσως | μετὰ τ̃ κώδικα: quem errorem iam dixi sæpe occurrere. |
| | παρεῖναι δὲ | προφάσει |
| | ρονται | ἀλλὰ χρόνον |
| 88 | πλωιμαῖα | ἄτινα οὐκ ἔστιν εἰς |
| | τὰ βασιλικὰ. ἀναγινώσκει | |
| | εἰς μέμνηται καὶ τ' κ'. | |
| | Ἡ τ̃ ἐπάρχων | ἀντιφυλαφᾶται |
| | λιοι καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει | |
| | Ὁ αἰτιαθεὶς | |
| | Ἐὰν χρεωστῇ εὐαγὴς &c. δημοσίᾳ | |
| | κίνδυνον | πρόθυμα |
| | αὐτὴν | δίχα χρύσου λίτρας |
| 89 | Ἐὰν ὁ κατήγορος | ἐμποδισθῇ |
| | ἤτοι χαρμονὴν | ἡμέραι |
| 90 | φησὶ παρὰ | ἀπαιτούμενος |
| 91 | τῷ πρωτοτύπῳ | ἀγοράσαι |
| | Ἀφ' οὗ | ἔχει εἰς |
| | ἐγγράφως | ὅτι |
| | ὀφείλει ὑπερβαίνειν | |
| 92 | καὶ ἡ τάξις | εἰς τὰ |
| | Εἰς τὸ | ἁρμόζουσιν |

| Pagina. | Versu. | |
|---|---|---|
| 93 | πλωιμαῖα | ἐν θέλει |
| 94 | λύεσθαι | προθεσμίαν |
| | ἐπαρχίᾳ | διαπάντως |
| | Ὁ διοικητὴς | ἄπρακτος |
| 95 | θέμα | ὁ πβ'. |
| | Ὁ διὰ μέγα | οἱ ἐν τοῖς |
| 96 | φίλων | κλῆρον. |
| | καὶ ὅτι κληρονόμους | |
| 97 | ἐπισημειωθεὶς οἷον | |
| | ἀλόγῳ | τ̃ διαστάσει &c. μένη |
| | δεῖ | ἀναπολόγητος |
| 98 | εἰ δὲ μὴ | διατάξῃ |
| | δώσαι | μελλόντων |
| 99 | αὐτὸν | ἢ εἰς |
| | Μετὰ | κείρηται |
| | Πᾶς | τριῶν |
| | τρία ἔτη | παρακαταχέση |
| 100 | συναφθῇ | τριῶν |
| | Ὁ ἀκληρονόμητος | τέσσαρας |
| | Ὁ ἀεὶ | κε' χρόνων |
| | κατεῖχεν | ὁ διηγόρευται |
| | Ἡ εἰς | δωρεὰ |
| 101 | Καὶ μὴ | μοιχευθείσης |
| | Ἐάν τις | ὑπάρχειν |
| 102 | Ἐάν τις | ἐπιτελεῖν |
| | Πάντες | φροντὶς |
| | ὅπερ | ποιεῖν |
| | ἐπὶ ἐν | |
| | Ὁ ἀδύλως | διατεμνομένους |
| 103 | Ἡ αἰτίας συγγνώμην | |
| | Ὁ ἥττων τ̃ κ' ἐνιαυτῶν οὐ δύναται | |
| | Οἱ μείζους τ̃ κ' ἐνιαυτῶν | |
| | πωλοῦντες | ἱερὰ |
| | Ὁ ἥττων τ̃ κ' ἐνιαυτῶν | εἰς φροντίδα |
| | ἴδια ὡς β | |
| | Ὁ μείζων | |
| 104 | ἔστιν εἰς | αὐτῷ |
| | ἡ ἐπὶ τῇ προικὶ | ἀποχαρίζῃ |
| | Τὸ φόνευμα | τριακονταετίας |
| 105 | Ἐὰν ὁ πῦρ | |
| 106 | Οὐκ ἀπελαύνεται | ἀπαγορευμένων |
| | Μετὰ ὅ ἔτη | |
| | ὡς β ί τοῦ κώδικος τ' λβ' δ' ί ἥτις | |
| 107 | ἐκ ἐξελάσθη | προσφέρεις |
| 119 | habent. Post hoc verbum, habent, sequentia, *Differs autem dicitur dissimilis fortis*, quasi Augustini eadem literarum forma excudi debuerant qua præcedentia. | |
| 122 | sione editur | de proprietate interdum |
| 124 | Huius paginæ vltimi versus vsque ad sequentis paginæ clausulam illam, *At Tribonianus*, non alia debuerant excudi forma quàm præcedentes. Sunt namque Ciceronis omnes. | |
| 125 | res nobis erit | distabant |
| 126 | toriis | 22 |
| 127 | habent, Inter ipsos | |

# IACOBI CVIACII

## IN TIT. PANDECTARVM DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS, COMMENTARII.

A HVIVS tituli tres sunt partes. Secunda incipit à l. 48. Tertia à l. 123. Sub eo tractatur de stipulationis contractu. Ex contractibus quæ vocant συναλλάγματα alia sunt δίπλευρα, ex quibus mutua obligatio nascitur, ex quo genere est emptio, venditio, locatio, conductio: alia μονόπλευρα: Ex hoc genere est stipulatio. nam per stipulationem ex promissoris tantùm parte verborum obligatio constituitur. Instit. de oblig. ex cons. Stipulatio igitur est contractus ex quo verborum obligatio constituitur, vel stipulatio est verborum conceptio, ex qua obligatio adquiritur. l. cùm patrem. C. de iur. dot. Stipulatio fit ob
B verborum obligationem. l. 5. §. conuentionales. Ï. vt igitur quilibet alius contractus distat ab obligatione quam parit, ita stipulatio distat à verborum obligatione. Sed & verborum obligatio non tantùm stipulatione constituitur, verumetiam dictione dotis & iureiurando liberti iurantis se donum, munus, operas patrono daturum, auctore Gaio 2. Instit. & in l. 2. §. vlt. de reb. cred. exépli tantùm causa additur, veluti stipulatione. Dictione dotis tres tantùm personæ obligantur, mulier quæ nuptura est, debitor mulieris, parens mulieris virilis sexus. Stipulatione omnes. Vlp. in Frag. Tit. de dotib. & in l. promittendo. de iur. dot. Promittendo dotem ideo scribit omnes obligari, quia non item dicendo. Aedilitio edicto datur actio aduersus dictum. l. 1. l. si hominem. de ædil. edic. l. quod venditor. de
C dolo. sed hæc datur ex iis quæ in emendo dicuntur ex continenti. Illa verò de dote datur per se ex dictione solemnibus verbis facta sine interrogatione. Sunt in Cod. Th. de dictione dotis leges quædam. l. 2. de inc. nup. l. 3. de dotib. In libris Iustiniani nullæ, quia eius ætate sublata erat ea dicendæ dotis solemnitas. quinimò quibus locis prudentes vel Imperatores scripserant doti dicere (sic enim loquebantur) vel quibus scripserant dictionem, Tribonianus aut ea verba sustulit, vel pro eis reposuit, promittere & promissionem. Dixi verborum obligationem contrahi etiam ex iureiurando liberti. Aliàs ex iureiurando nulla quæritur obligatio. Id traditur in l. vt iurisiurandi. de oper. liber. l. si quis pro eo. in princ. de fideiuss. l. seruum testamento. de manu. test. Iurat autem libertus verbis conceptis, verbis solemnibus, & obligatur. Acceptilatione tollitur omnis verborum obligatio, & ideo non ea tantùm quam stipulatio, sed & quam iusiurandum liberti contra-
D xit. l. & per iusiurandum. in pr. Ï. de acceptil. Itemq; ea quæ nascitur ex dictione dotis. Quæri potest an aliis etiam modis cótrahatur verborum obligatio? An pactis legitimis ex quibus obligatio nascitur? Minime. nam vt verbis obligatio cótrahatur, verborũ solẽnitate opus est. Dictio dotis fit verbis solẽnibus. Iusiurandum item omne fit solemnibus verbis. Stipulatio fit verbis solemnibus, ciuilibus, & directis, veluti, Dabo, Faciam, quæ promissiua Palæmon vocat, & plerisque aliis, quæ tamen Constitutione Leonis remissa sunt. l. omnes. C. de contr. stipul. Et legimus antiquos contractus in cortice scriptos, in quibus ita erat sæpe perscriptũ, verbis solemnibus spopódi. Pacta non fiunt verbis solemnibus. l. si fratres. C. com. vtr. iud. sed & tacito plerũq; cósensu. l. 2. §. de pact. & ideo pactis contracta obligatio acceptilatione non tollitur. Forsitan idem dicendum de pollicitatione, quæ & ipsa verbis solemnibus non fit, & ideo quæ ex ea nascitur obligatio non est ver-
E borũ obligatio. Sunt qui dicant verba solemnia quæ interueniunt in stipulationibus esse σύμβολα quædam. Σύμβολα sunt veluti in testamentis æs & libra, quæ dicis causa adhibentur, vt adsimuletur emptio, & in testium rogationibus aurium attrectationes. Solebant enim testibus aures tangere, hoc symbolo monentes vt rei gestæ attenderent & meminissent. Auris memoriæ consecrata est, vt frons Genio, digiti Mineruæ, genua misericordiæ. Item in deferendis honoribus pro symbolis sunt χειροτονίαι, id est, manuũ porrectiones. Sic interpretor Clemen. Alex. lib. 5. στρωματέων. Inter-

pres malè fructuum perceptiones. Est hoc ei auctori peculiare, vt sæpe manum siue volam vocet καρπὸν. vt in Ped. 3. καρπὸν ἐξέτεινεν ἀλυχῷ, & in 2. fine καὶ μὴν καρποῖς τῶν χειρῶν. Solebant autem suffragia ferri manu porrecta, & inde χειροτονίας nomen, sicut & prensari. Item in manumissionibus alapæ & circumductiones erant symbola, de quibus in l. vlt. C. de emanc. lib. No. de Consul. Verba non sunt symbola, nisi sint allegorica. Stipulationum verba non sunt eiusmodi. Ergo stipulationum verba non sunt symbola. Item ex symbolis rei quæ agitur substantia non consistit. At stipulationis substãtia ex verbis consistit. Non sunt igitur stipulationis verba accipiẽda pro symbolis. Vel si ea pro symbolis acceperis, pariter licebit affirmare rem in mutuo esse symbolum, literas in obligatione literarum esse symbolum, consensum in emptione esse symbolum. **Ait l. j. Stipulatio &c. nisi vtroque loquente.**] Dictio dotis & iusiurandũ liberti vno loquente, ceteri verò contractus non tam sermone quàm re, literis, aut consensu confirmantur. Dices, Imo stipulatio contracta esse intelligitur etiam nullo loquente. Dotem repetimus actione ex stipulatu etiamsi stipulatio interposita non fuerit. Sed hoc fit κατὰ πρόληψιν Constitutionis interpretatione & potestate, sicut & iusta interpretatione sæpe constituuntur pignora, licet conuentum de eis re ipsa nihil fuerit. Sequitur in l. 1. **Et ideo neque mutus, neque surdus, neque infans stipulationẽ contrahere possunt.**] Mutus, surdus re, literis, consensu obligari possunt, verbis non item: quia verba stipulationum contrahentes loqui atque exaudire debent. qua ratione testamentum facere aut vindicta manumittere non possunt. Eadem ratione infans stipulationem contrahere non potest. l. mulier J. hoc tit. Infantem dicimus vsque ad annum septimum, & ideo Græci semper [illegible] vertunt, etiam si annum nondum compleuerit, vt in l. 23. §. si infans. ad l. Aquil. At infans loqui potest. Ceterùm non intelligit quid loquatur. Aliud est non intelligere quid loquatur, Aliud non intelligere quid agatur. Is qui non intelligit quid loquatur, stipulationem contrahere non potest. Is qui non intelligit quid agatur, si linguam norit, stipulationem contrahere potest. l. 1. §. penult. idq; benignè receptum est. namq; in contrahentibus non verborum tantùm, sed & rerum intelligentia exigenda videbatur. Infans stipulationem contrahere non potest. Malè Accur. excipit stipulationem Rem pupilli saluam fore: nam manifestum est, quod & Martinus notauit. l. seruum. J. rem pup. sal. fore. nõ de infante loqui, sed de eo qui fari possit, id est, de eo qui excessit annum septimũ. Absens item stipulationem contrahere non potest. Ceteri contractus inter absentes fieri possunt, stipulatio non item, quia verbis fit: verba autem coram nuncupata dicimus, non literas, non nuntium. Nec obstat l. ea quæ. de donat. inter vir. & vxo. quam Accur. adfert. nam in eius l. specie epistola fuit emissa cautionis loco inter præsentes, quod pro stipulatione est. l. Titia. §. penul. J. Non obstat item l. 4. S. de sponsal. quæ inter absentes sponsalia fieri ait. nam inter absentes fiunt nudo consensu, non per stipulationem. Igitur absens, mutus, surdus per se stipulationem contrahere non possunt, per seruum proprium possunt, & stipulante seruo promissor eis obligatur. Promittente autem seruo, ipsi non obligantur, nisi iussu eorum promiserit. Iubere autem possunt per epistolam. Idem Ferretus contendit non posse dici in infante. quod est falsum. nam infans per seruum à tutore adhibitum stipulationem adquiret. l. 2. l. seruum. J. rem rat. hab. Itemq; obligabitur si per tutorem seruus infantis iubeatur promittere. nam & per tutorem hereditati alligatur. l. si infanti. C. de iur. delib. l. seruo. §. si pupillo. J. ad Treb. Quod maior infante tutore auctore facit, id per se tutor infantis exequitur. atque ita cùm alios infanti, tùm infantem aliis obligat.

**Qui præsens**] Stipulatio inter absentes non valet. Præsentem interrogare oportet, & præsenti, audienti, intelligenti responderi. Si præsens interroget, & absenti respondeatur, nihil agitur. & hoc est quod ait in prima parte huius §. Sed si præsens interroget, mox discedat, & præsenti reuerso respondeatur, placet stipulationem valere. nam medium interuallum non nocet. Obstat l. continuus. in princ. J. quæ l. ait comminus esse respondendum, id est, confestim & e uestigio. Verùm adiicit nihil prodesse si post interrogationem aliud acceperit, quamuis eadem die promissor spopõdisset. Quidã Codices habent, aliud agere cœperit. Florentini & omnes scripti, aliud acceperit, id est, occeperit siue inceperit. Hic igitur est sensus, nihil esse actum si post interrogationẽ aliud inceperit, aliud adgressus fuerit, quamuis eadem die promissor spopondisset. At si aliud negotium non occeperit, dummodo eadem die respondeatur, medium tempus dicemus nihil nocere: nec videri eminus factum, quod factum est eadem die nullo interiecto extraneo negotio.

**Si quis ita.**] Interrogatus Dabis, si responderit Quidni? obligatur. & idem in l. blanditus. C. de Fideiuss. si responderit, τί μήν; quem locum Alciatus non restituit fideliter. Hoc enim videtur respondisse, Dabo. Donatus inter aduerbia promittendi ponit, Etiam, Quidni. At quæritur an is etiam obligetur qui interroganti adnuit? Consentire videtur qui adnuit. Nutus significatio est voluntatis. l. seruo. §. si pupillo. ad Treb. idq; certissimum est apud omnes, nisi si qui sint agrestes aut barbari qui hoc nesciant. Non tamen obligatur ciuiliter quasi ex stipulatione, quia stipulatio fit vtroque loquente, non vno loquente, altero adnuente. Per epistolam, per nuntium non fit, multominus nutu, manu, vel signis. Non obligatur etiam naturaliter is qui interroganti adnuit quasi ex pacto & consensu, vt in hoc §. ostenditur. quia non pacti, sed stipulationis contrahendæ animus fuit. Inutili ergo stipulationi non inest pactum, neque ei accedit fideiussor vtiliter. Eadem ratione constat inutilem stipulationem non habere vim constitutæ pecuniæ. l. 1. §. cum qui. de const. pec. Sunt tamen qui tradant stipulationem habere vim pacti. mouentur l. si vnus. §. pen. de pac. l. an inutilis. l. si accepto. de acceptil. l. cum emptor. de resc. vend. Sed illæ leges de acceptilatione loquuntur, non de stipulatione. Stipulatio obligationem parit, Acceptilatio liberationem. Propensiores

A pensiores sumus ad liberandum quàm ad obligandum. l. Arrianus. ff. tit. prox. Inutilis acceptilatio habet pactum. Inutilis stipulatio non habet pactum. Nutu solo pleraque consistunt. l. obligamur. §. vlt. ff. tit. prox. vt fideicommissa. l. nutu. de leg. 3. l. & in epistola. C. de fideic. si interrogatus an prædium relinquat, adnuerit. Item delegationes. l. delegare. 2. ff. de nouat. Putem & iussa, & cetera omnia quæ sermonem non exigunt. Igitur & pacta & contractus qui consensu contrahuntur, interroganti si quis adnuat, vtiles sunt ad agendum. Citatur in hanc rem l. si stipuler. §. vlt. ff. malè. nam de nutu in ea nihil, sed de eo qui respondet, non tamen ad interrogatum. quæ res stipulationem vitiat, emptionem similésque contractus non vitiat, dummodo in eo consentiant ambo quod respondetur. In stipulationibus congruere debet responsio interrogationi. Diximus con-
B tinuò esse respondendum. Nunc dicimus congruenter esse respondendum. Hoc vt intelligatur, transeundum est ad §. si quis simpliciter. Si purè interrogatus respondeat sub conditione vel contrà, inutilis est stipulatio. Idem dicemus si interrogatus intra kal. respondeat Idibus. Inde proponit generalem regulam, Cùm adiicit aliquid vel detrahit obligationi, semper probandum est vitiatam esse stipulationem. Ab ea excipitur hic casus, Nisi &c. & ad hanc exceptionem aptandus est qui sequitur §. si stipulanti. vt si stipulanti tibi 10. 20. respondeam, non sit contracta obligatio nisi in 10. licet illico tibi responsio placuerit, quia me de 10. non de 20. interrogasti. Et ex diuerso vt ne plus quisquam obligetur quàm responderit, veluti interrogatus 20. si respondeat 10. idq; mox stipulanti placeat, non obligatur nisi in 10. Igitur satis non est placere illico diuersitatem responsionis, nisi responsio in interrogatione vel interrogatio in responsione insit. Non obstat §. præterea.
C de inutil. stipul. Non placuit statim in eo §. diuersitas responsionis. In §. si stipulanti, placuit. nam est coniungendus exceptioni præpositæ. Malè §. præterea, quidam ita accipit, vt sit inutilis stipulatio præterquam in minori summa. nam Gaius 2. Instit. ex quo Iustinianus illa sumpsit, in integrum esse inutilem ait. Præterea in eo §. Iustinianus huic stipulationi quæ non congruit in summa parem illam facit quæ non congruit in conditione. Hæc verò in totum est inutilis, ergo & illa: nisi scilicet diuersitas responsionis illico placuerit. Non obstat etiam l. si decem. locati. Errant locator & conductor in pretii quantitate: putat locator se locasse 10. conductor se conduxisse 20. Sequimur quod locatori nocet, vt fit in dubiis. l. veteribus. ff. de pac. & ideo non pluris erit conductio quàm 10. Sed si locator 20. se locasse existimauit, conductor 10. nihil agitur. Sed id tamen ita accipiendum est, nisi contentus sit locator illis 10. Quid si interroganti purè respondeatur sub conditione
D vel contrà? Quid item si stipulanti intra kal. respondeatur Idibus? An conualescit stipulatio si illico placeat diuersitas responsionis? Non puto. quia non satis est placere diuersitatem nisi ex parte aliqua consentiant interrogatio & responsio, id est, nisi ex parte aliqua vna insit in alia. At puræ orationi non inest conditionalis vel contrà. Itemq; kal. non insunt Idus post kal. futuræ. At hîc quæritur quid sit dicendum, si roganti Stichum, Stichum & Pamphilum respondeam. Et hoc etiam casu puto in Sticho stipulationem valere, quia duæ stipulationes quodammodo sunt, vna vtilis, altera inutilis, & inutilis vtilem non vitiat: idemq; econtrario si stipulanti Stichum, & Pamphilum, Stichum respondeam. l. inter. §. item si ego. ff. & §. sed si mihi. ff. nec exigitur vt diuersitas responsionis placeat sicut in summis. In corporibus ex duabus stipulationibus vni responderi videtur, vnaq; tantùm tenet. In summis vna est stipulatio, cuius tantummodo parti responsum videtur, cùm in-
E terroganti 20. respondetur 10. Alia etiam in re distat stipulatio corporum à stipulatione summarum. d. l. inter. §. si stipulante. Stipulanti 10. aut 20. si respondeo 10. simpliciter, valet stipulatio. nam & minima tantùm summa in stipulationem deducta videtur. l. 12. ff. Stipulanti Stichum aut Pamphilum si respondero Stichum simpliciter, non valet stipulatio, quia non alter tantùm, sed vterque in stipulationem deducitur. Qui igitur alterum tantùm respondet, ad propositum non respondet. Notandum quòd ait vtilem per inutilem non vitiari. & addendum, interdum vtili inutilem corroborari. l. 1. §. 1. C. de rei vxo. act. vbi Græci vsi sunt aptissimo exemplo.

Eadem. ] Hæc sunt Sabini vsque ad vers. Sed vtrum. Stipulatio quacumq; lingua fieri potest. Videtur ergo esse iurisgentium contractus. l. an inutilis. §. 1. ff. de accept. in illo loco, Et ideo. Verius tamen est stipulationem iuris ciuilis cautionem esse. l. 1. §. penul. de contr. empt. l. 1. loc. Em-
F ptio & locatio est iurisgentium, & ideo, inquiunt, consensu peragitur, non videlicet verbis solemnibus quorum obligatio est ex iure ciuili. Inuenta est aliarum obligationum adstringendarum & confirmandarum causa, vt sicubi non esset obligatio & actio ciuilis, ex stipulatu competeret subdita stipulatione, & vt in negotiis bonæfidei stricta actio suppeteret, si quis mallet ea vti. Paul. 2. sent. Tit. de pac. inter vir. & vx. & 5. Tit. de obligat. & inde nomen. Veteres enim stipulum firmum dixerunt. Vnde & stipa & stipites auctore Festo. Nec obstat quod dixi eam fieri quacunque lingua. hoc enim necessariò ita receptum est, cùm Iurisgentium conuentionibus, quæ quacunque lingua fieri solent, stipulatio annecti soleat. De conuentionibus Iurisgentium hoc nusquam inuenitur scriptum eas quacunque lingua fieri posse, quoniam constabat satis. De stipulatione scriptum id est, quoniam dubitabatur propterea quòd est iuris ciuilis. Sed non semper ea quæ sunt iuris ciuilis, latina tantùm lingua fiunt. Testamenti factio iuris ciuilis est, nec potuit olim fieri testamentum
G nisi latinis verbis, hodie quacunq; lingua ex Constitutione Theodosij. Quòd si stipulatio est Iuris ciuilis, erit & acceptilatio. Vt consensus & dissensus eadem est origo, ita & obligationis & liberationis. Et sanè acceptilatio imago est solutionis. Ciuile igitur quiddam non naturale. At l. an inutilis. ait esse iurisgentium. Verùm adiicit, hoc iure vtimur. quod & additur in l. 4. de transact. quoniam hodie acceptilatione tollitur non tantùm verborum obligatio, sed & quæuis alia, inuento nouandi

modo per stipulationem Aquilianam. atque ita notandum fieri interdum, vt quæ iuris Ciuilis sunt, in ius Gentium quodammodo commutentur. Stipulationem esse iuris Ciuilis ex eo etiam liquet, quòd ex ea deportatus non obligetur. l. Quoties, in fi. ÿ. de Nouat. qui tamen ex aliis contractibus obligatur. l. 15. ÿ. de interd. & releg. Et quòd stipulationis obligatio naturali opponitur in l. 126. §. Chrysogonus. ÿ. hoc tit.

Et Scriptura Sabini.] Id est, illa verba **Eadem, &c.**] Et sic scriptura Sabini in l. 1. de hered. inst. & scriptura Q. Mutij l. 7. de annuis leg. & scriptura Iuliani l. si quis missum. §. si is qui vias de dam. infect.

## AD L. II.

**Et harum.**] Stipulationum aliæ sunt diuiduæ, aliæ indiuiduæ, pro ratione rerum quæ in stipulationem deductæ sunt. Rerum aliæ possunt diuidi, id est, pro parte peti, præstari, dari, solui, veluti summæ, eiusq; pro parte solutis pro parte contingit liberatio. Item species certæ, vt puta Stichus, partis diuisionem & liberationem admittunt. l. 9. §. 1. ÿ. de solut. Pars solui potest volenti stipulatori. Aliæ natura diuidi non possunt, vt prædiorum iura, via, iter, actus, aquæductus, quæ diuisionem non admittunt: Aliæ natura possunt diuidi, sed nisi totæ soluantur stipulationi satis non fit, vt si homo sit generaliter promissus. Nam nisi solidus homo soluatur, nihil agitur. Parte igitur soluta volenti, pro parte non contingit liberatio, sed conueniri adhuc promissor potest vt integrum hominem præstet, & pars soluta condici quasi indebita. Sed vtrum statim, an alio demum homine soluto? Et verius est in pendenti esse condictionem. Nam si eiusdem hominis reliquam partem soluerit, omnimodo stipulationi satisfit, & condictio cessat. Si alium hominem dederit insolidum, partis condictio competit. Ergo condictio indebiti non competit, nisi alio homine soluto. Idem est si promisero Stichum aut Pamphilum. l. in executione. §. pro parte. ÿ. l. si non sortem. §. si decem. de cond. ind. l. qui decem. in pr. ÿ. de solut. nam si soluero partem Stichi, pars stipulationis non perimitur, ita vt supersit tantùm stipulatori actio in aliam partem Stichi, aut in partem Pamphili. Sed si deinde aliam partem Stichi soluero, liberor. si Pamphilum integrum soluero, partem Stichi condicere possum. In disiunctiuis electio est promissoris, sed ita tamen vt alterutrum ab eo præstari pro solido oporteat. Homine item generaliter promisso, electio est promissoris, sed ita tamen vt necesse habeat vnum hominem dare ex solido. Obstat l. qui hominem. ÿ. de accept. Sed differentia est inter solutionem & acceptilationem. Is qui promisit hominem generaliter, vel qui promisit Stichum aut Pamphilum, non rectè partes soluit in diuersis hominibus, sed vnum hominem solidum soluere debet. Quod si Stichi tantùm partem soluerit, si dixero eum rectè soluisse, & pro parte esse liberatum, licebit ei etiam partem alterius hominis soluere & in totum liberari, atque ita in diuersis hominibus partium solutio fiet, quod fieri non debet. At si stipulator accepto tulerit partē dimidiam Stichi, non est verēdum ne in diuersis hominibus solutio fiat, ideoq; pro parte liberatio contingit, & licebit promissori soluere vel alteram partem Stichi, vel partem Pamphili. d. l. qui hominem. de accept. quæ ita est coniungenda l. qui hominem. de solut. quæ est ex eod. libro. Idemq; est si pro parte sententia iudicis absolutio fiat, vt si stipulator hominis incerti egit pro parte cum vno ex heredibus promissoris & succubuit, quo casu reliqui heredes partem soluendo cuiuslibet hominis liberantur. & ita Bart. rectissimè accepit. §. si tamen. ÿ. quem plerique omnes secuti sunt. Etenim ponit eum qui egit non vicisse, non exegisse. Regula hæc sit, Homine generaliter promisso, vel Sticho, aut Pamphilo, vel Sticho aut x. solui pro parte non potest, nec vnius hominis parte soluta liberabitur promissor alteram alterius hominis partem soluendo. Exceptiones sunt duæ. Si stipulator partem Stichi accepto tulerit. nam hoc casu promissor partem alterius hominis soluere potest. d. l. qui hominem. de accept. d. §. si tamen. Si cum vno ex heredibus promissoris egerit pro parte, nec obtinuerit, quo casu alter heres partem cuiuslibet hominis soluere potest. d. §. si tamen. **Ex his.**] Quæ dicta sunt de promissore, eadem obtinent in heredibus promissoris. Si obligatio sit diuidua, heredes promissoris tenentur pro hereditariis portionibus ex XII. tab. vt si pecunia promissa sit vel certa species, & agatur certi condictione. Defunctus potuit pro parte soluendo liberari. Heredes item eius partem hereditariam soluendo liberantur. Sed in hoc est differentia, quòd cum defuncto qui nihil soluit est actio insolidum: cum heredibus pro parte tantùm hereditaria. Diuiditur enim XII. tabulis ex persona heredum. Quòd si promissus sit homo incertus, vel Stichus aut Pamphilus, sicut promissor non liberatur nisi solido homine dato, ita nec heredes singuli. Igitur partem hereditariam dando, nihil agunt nisi eiusdem hominis partes conferant. Et ita ex persona heredum conditio obligationis non immutatur, id est, hæc obligatio non diuiditur, sicut pecuniæ aut rei certæ. Similiter si obligatio sit naturaliter indiuidua, singuli heredes insolidum tenentur, vt si promissa sit seruitus, quæ pro parte peti aut cedi non potest. l. heredes. §. contra. ÿ. famil. hercisc. l. ea quæ. ÿ. de diuer. reg. iur. Sed si vnus solidam æstimationem præstiterit (ipsam seruitutem præstare non potest. l. 2. de ser.) eam pro parte à cæteris consequetur iudicio famil. herciscundæ, vel si prius agatur fami. herciscundæ quàm heredum quisquam ex ea stipulatione conueniatur, de eo sunt interponendæ cautiones officio iudicis. Vt autem seruitute promissa heredes promissoris insolidum tenentur singuli, ita heredes stipulatoris singuli insolidum habent actionem. d. l. heredes. §. an ea stipulatio. l. si vnus in fi. ÿ. de ser. rust. Citatur in hanc rem hoc loco Pomponius. Pomponij sententia est in l. vix. ÿ. de seruit. Dices, Imo heredes stipulatoris insolidum actionem non habent. Nam extincta videtur stipulatio quæ deducta est in eum casum à

quo

A quo incipere non potest. Vnus ex dominis non potuisset stipulari vel adquirere seruitutem ad fundum communem. Non poterit etiam vnus ex heredibus, fundo, ad quem defunctus seruitutem stipulatus est, duorum heredum communi facto, ex ea stipulatione insolidum experiri. quia nec cedi seruitus insolidum potest ei qui fundi dominus non est insolidum. Ita respondeo. Non esse perpetuò verum, Ea quæ ab initio constiterunt postea euanescere, si in eum casum recidant à quo non potuissent incipere. quod ostendam propositis quatuor exemplis, duobus legatorum, & duobus stipulationum. Inutile est legatum si debitor quod purè debet creditori purè legauerit. Vtile si quod in diem debet, purè legauerit. Vtile, inquam, secundum Papinianum, etiam si viuo testatore dies venerit, atque ita in eam causam peruenerit legatum à qua incipere non poterat. §. ex contrario. de leg. Paulus contra eam regulam in hac specie admittebat. l. debitor. de leg. 2. & B sanè in hac regula admittenda vel non admittenda, variæ fuerunt & contrariæ in omnibus fere speciebus Iurisconsultorum sententiæ. Sequitur alia species, in qua ea regula locum non habet. Si à filiofam. herede instituto patri legetur, vel si à seruo domino legetur, ab initio legatum valet, quia idem heres & legatarius statim non est. Sed si postea legatarius, id est, pater vel dominus heres efficiatur per filium vel seruum iussu eius adeuntem, licet ab eo casu non potuisset ab initio consistere legatum, dicemus tamen eo casu incidente legatum non extingui, idq; in falcidiam imputari, id est, falcidiam pati, & ita potest accipi l. à filio. de leg. 1. Martianus contrà eam regulam in hac specie admittebat l. si à seruo. §. ad l. fal. Multas vsus huius regulæ dissensiones excitauit. Sed tamen in hac specie in l. à filio. hanc dissensionem alia quadam ratione excusauimus. Tractemus & alias. Vnus ex dominis fundo communi seruitutem adquirere non potest. Qui tamen fundo suo C seruitutem adquisiuit, eius parte vendita seruitutem non corrumpit, licet in eam causam peruenerit à qua incipere non potest, l. pen. §. vlt. ꝫ. hoc tit. quia licet seruitus non adquiratur pro parte, retinetur tamen & conseruatur pro parte, nec in hac specie quenquam dissensisse reperio. Similiter vnus ex dominis fundo communi seruitutem stipulari non potest. Si tamen is qui suo fundo stipulatus est seruitutem, duobus heredibus relictis decesserit, stipulatio non corrumpitur, & possunt singuli heredes agere insolidum, licet non potuisset vnus eorum per se seruitutem stipulari, nec possit singulis seruitus insolidum cedi, atque ita res in eam causam peruenerit à qua incipere non potest. Contrà quidam & in hac specie regulam admittebant, sicut & eam regulam admitti constat, si is qui suo fundo stipulatus est seruitutem, fundum vel fundi partem vendiderit. l. si sub vna. §. vlt. ꝫ. hoc tit. l. pro parte. §. de seruit. Sed hoc ideo, quia stipulatio in emptorem non transit. D At in heredes stipulatio transit, & ex ea singuli insolidum agere possunt, licet singulis solida seruitus constitui & præstari non possit. Sed difficultas præstationis, vt Paulus ait in hoc §. stipulationem non corrumpit. l. vlt. §. de act. emp. Quis igitur erit rei exitus? Aut præstabitur via omnibus heredibus, aut si non præstetur omnibus, pro parte hereditaria eius qui egit condemnatio fiet d. §. an ea stipulatio. Actio igitur erit insolidum: quia nec potest esse pro parte. Præstatio autem erit pro parte habita æstimatione partis, quia insolidum seruitus ipsa vni ex heredibus cedi & præstari & adquiri non potest. Atque ita partis condemnatione facta, victoria eius qui egit non proderit alteri. nec obstat l. loci. §. si fundus. Si ser. vind. Nos loquimur de eo qui egit actione ex stipulatu, ex qua iudex personæ non prædio sententiam dicit, Seruitutem non constituit, quia non potest vni constitui. §. si fundus, de eo qui egit confessoria, qua actione de iure quæritur, & iudex E prædio non personæ sententiam dicit, nec seruitutem constituit, sed eam quæ est declarat. & ideo vnus ex heredibus agens confessoria, vincit & vincitur omnibus. Sed aliud est in actione ex stipulatu, quod Bart. intellexit probè. Malè hæc negantes quidam adstruunt vnum ex heredibus seruitutem adquirere posse, quod per liberum hominem nobis possessio & dominium adquiratur, nam hoc ex rescripto Seueri in procuratore tantùm receptum est, vt rei possessionem nobis adquirat, & per hanc dominium, si modò & nostro nomine ei tradatur à domino, & is nostro accipiat. nam si nostro nomine ei non tradatur, sola possessio per eum adquiritur sine dominio, vel contra solum dominium sine possessione: non per eum, sed recta via. Heres autem qui suo nomine de seruitute agit insolidum, non agit quasi procurator coheredis. Ei igitur quasi procuratori ita cedi seruitus non potest, vt communiter adquiratur ei & coheredi. denique vt agit, ita con- F stitui ei & adquiri seruitus non potest. vel omnibus constituenda est simul aut separatim, vt posterior cessio confirmet priorem, vel pro parte tantùm actoris condemnatio fiet. Potest etiam accidere vt ei soli qui agit cedatur, puta fundo ei adiudicato.

**Si tamen.**] Dictum est homine incerto promisso vel Sticho aut Pamphilo nihil agere promissorem vel heredes eius soluendo hominis partem. Exceptiones duæ proponuntur in hoc §. quas exposui in §. 1. Et ad secundam pertinet l. qui hominem. ꝫ. de accept. Primam rectè interpretatur Bartolus. Additur postea, quod dictum est de heredibus promissoris, obtinere etiam in fideiussoribus promissoris. Si obligatio sit diuidua, fideiussores tenentur pro parte ex epistola Hadriani. Si indiuidua naturaliter, vel si promissus sit homo incertus, vel Stichus, aut Pamphilus, singuli tenentur insolidum.

G **Item si in facto.**] Dixit initio legis stipulationes in dando aut in faciendo consistere. Et harum omnium alias esse diuiduas, alias indiuiduas. Dixit de ijs quæ sunt in dando diuiduis & indiuiduis. nam stipulatio seruitutis in dando consistit. l. si vnus. l. vlt. §. de ser. rust. præ. l. vlt. com. præd. Dare est cedere seruitutem. Male autem Accur. in §. 1. stipulationem seruitutis in faciendo scribit consistere. Superiora enim omnia sunt de stipulationibus in dando. Ab hoc autem §. incipit tra-

ctare de stipulationibus in faciendo. Stipulationes in faciendo cùm dicimus, etiam comprehendimus quæ in non faciendo. Stipulatio ita concepta est, Per te non fieri, neque per heredem tuum, quominus mihi herediq; meo per fundum tuum ire agere liceat. Additur huic stipulationi plerunque pœna his verbis, si aduersus ea factum erit tot dari. Et addita pœna, si quid fiat aduersus ea, pœna petitur: non addita, id quod interest. Idem est si stipuler, Mihi ire licere. Stipulatus videor, Iter fieri, vt est in §. Cato. l. 4. l. 50. ⅂. Alia est stipulatio Iter dari, de qua dictum est ff. alia Iter fieri siue patefieri. Ex stipulatione Iter dari, omnes heredes promissoris tenentur, singuli insolidum. Ex hac stipulatione Per te non fieri, vno herede promissoris prohibente omnes tenentur. qunniam prohibitio illa indiuidua est, id est, dum ab vno prohibeor, non in partem prohibeor, sed in totum. Omnes igitur videntur prohibuisse, & omnes tenentur. l. 4. §. Cato. Ceterùm non tenentur insolidum, quia non tenentur vt opus aliquod faciant, sed ad id quod interest tenentur, vel ad pœnam pro parte hereditaria. Et ita Accur. rectè in ver. coheredes, Bart. malè. Quod tamen qui non prohibuerunt præstiterint, id à coherede qui prohibuit repetent iudicio famil. herciscundæ, ne eius facto damnum sentiant. l. in executione. §. quòd si stipulatus. ⅂. l. inter. §. quod ex facto. ff. famil. herc. Nec obstat quod dicitur in l. heredes. insolidum committi stipulationem. §. in illa. & §. Cato. Id enim ita accipiendum est ex eodem §. Cato. vt omnes teneantur, nnn tamen singuli insolidum, vt in §. vlt. huius l. Alia est ratio stipulationis quæ in faciendo consistit, veluti domum ædificari. Ex hac singuli heredes promissoris insolidum tenentur, nisi stipulationi subdita sit pœna. l. stipulationes non diuiduntur. l. in executione. §. secunda. ⅂. hoc tit. l. x 1. §. pen. ff. de leg. 3. Tenentur, inquam, insolidum si res integra sit, id est, si opus fieri adhuc possit, &, si velit actor, tenentur omnimodo, nec liberantur offerendo id quod interest. Sed si res non sit integra, in id quod interest fit condemnatio pro parte. l. si quis ab alio. §. vlt. ff. de re iud. l. si quando. ff. de oper. lib. l. si fundum. ⅂ hoc tit. Sed redeamus ad stipulationem quæ in non faciendo consistit, Per te non fieri, & tractemus de stipulatoris heredibus. Si stipulator decesserit pluribus relictis heredibus, & vnus ex eis prohibeatur ire agere, quæritur vtrum insolidum committatur stipulatio, ita scilicet, vt omnes heredes possint agere pro parte hereditaria, an verò ei soli pro parte sua competat actio qui prohibitus est. Paulus ita distinguit, Aut stipulationi subdita est pœna aut non. Si non est subdita, is tantùm aget ex stipulatu pro sua parte qui prohibitus est, quoniam eius solùm interest. nec potest dici ceteros videri prohibitos arg. l. si stipulatus fuero per te. ⅂. hoc tit. quam Bart. adducit. quia is qui prohibitus est, non communi, sed suo tantùm nomine ingrediens prohibitus est. Si sit subdita pœna, ipso iure singuli pœnam pro portione hereditaria petere possunt, quia pœnæ petitio datur etiam iis quorum nihil interest: sed qui non sunt prohibiti, repellentur exceptione doli mali. nec obstat l. stipulatio ista. §. alteri. ⅂. hoc tit. quæ pœnam committi ait etiam si nihil intersit, nec exceptione actorem repelli. Hoc ita procedit, si nemo sit cuius intersit qui possit agere. At si sit cuius intersit quiq; possit agere, reliqui quorum non interest, per exceptionem excluduntur à petitione pœnæ, sicut & si id quod interest consecutus fuero, pœnam petens repellor exceptione doli. l. prædia. ff. de act. empt. Ergo vno ex heredibus stipulatoris prohibito, ad id quod interest vel ad pœnam cum effectu ei tantùm prn parte competit actio qui prohibitus est, quia eius tantùm interest. At vno ex heredibus promissoris prohibente, omnes heredes promissoris stipulatori tenentur pro portione hereditaria. quia dum ab vno prohibetur, insolidum prohibetur, & ideo interest eius à nemine prohiberi. Quæ dicta sunt de stipulatione Per te non fieri quominus mihi ire agere liceat, eadem obtinent in stipulatione Per te non fieri, neque per heredem tuum quominus mihi fundum habere liceat, vel quod idem est, Mihi habere licere. Nam vno ex heredibus promissoris controuersiam faciente, omnes tenentur: vni ex heredibus stipulatoris controuersia facta, is solus habet actionem. Eadem obtinent in stipulatione, dolum malum abfuturum à te heredeq; tuo. l. 4. in pr. nam vno ex heredibus promissoris dolum faciente, omnes tenentur. l. inter. §. quod ex facto. ff. fam. herc. vni ex heredibus stipulatoris dolo admisso, is solus habet actionem. Ita proponitur in pr. l. 4. quod malè Taurellus corrigi putat in §. sed videamus. qui huius tantùm opinionis inuehendæ causa enarrationem quam vocat edidit ad §. Catn. In §. Cato separantur facta diuidua ab indiuiduis. Si in facto indiuiduo consistat stipulatio, vt si stipuler per te heredemq; tuum non fieri quominus mihi ire agere liceat, vno ex heredibus promissoris prohibente, omnes heredes tenentur: quia cùm prohibitio nō possit fieri in partem, nec minus prohibeat vnus quàm omnes, omnes quodammodo prohibuisse, fecisse, commisisse videntur, quod nisi (inquit) insolidum peccari non poterit illam stipulationem Per te non fieri. quæ verba legenda sunt sine parenthesi, & sicilico. Vt autem dicimus committi stipulationem pro committi in stipulationem, sic ait Peccari illam stipulationem, & poterit pro potuerit. Hic igitur est sensus, omnes teneri quòd omnes videantur commisisse, quia non nisi insolidum peccari in illam stipulationem potuit. Sed si in facto diuiduo stipulatio consistat, vt si stipuler amplius non agi (potest nanque agi in partem) vno ex heredibus promissoris agente pro sua parte, is solus tenetur pro sua parte. In hac stipulatinne igitur non idem est quod in stipulatione Per te non fieri, quæ factum indiuiduum continet. & hoc est quod ait, Sed videamus ne non idem hic sit. Hic, id est, in stipulatione Amplius non agi: & ita Zasius rectissimè interpretatur. Videamus est affirmantis. & ob id malè quidam ad illa verba interrogationis notam apponunt. Sic solent Iurisconsulti scribere, forsitan, plerunque, videtur, videamus, vt Aristoteles ἴσως, δοκεῖ, σκεπτέον δεῖ, φαίνεται. Non est autem idem in hac stipulatione Amplius non agi, quod in stipulatione Per te non fieri, sed magis idem quod in stipulatione, Te heredemq; tuum ratum habiturum.

A biturum. qua stipulatione is solus heres promissoris tenetur, qui ratum non habuit: & si plures sint heredes stipulatoris, is solus habet actionem à quo est petitum. l. inter §. si quis stipulatus. ff. fami. erc. l. a. §. incertam. de præt. stipul. Vtriusq; igitur stipulationis, Amplius non agi, siue, quod idem est, Amplius non peti, & Rem ratam haberi, eadem est conditio, & idem pene sensus. l. procurator cùm peteret. ff. rem rat. hab. hoc tantùm interest, quòd Amplius non agi tardiùs committitur, quàm Rem ratam. Hæc statim committitur atque ratum non habetur. l. procurator. §. vlt. eod. Illa, non nisi iudicio petitum sit, vel solutum, vel compensatum. l. amplius. eod. quod ibi Accur. notat rectè, itemq; in l. si quis vni. Sciendum autem est has stipulationes vel à procuratore interponi, vel à domino litis. De ijs quæ à procuratore, agitur in illo tit. Rem rat. hab. Dominus autem si velit ijs stipulationibus procuratorem releuari, eas ipse interponere debet, & cauere Amplius non agi, vel se B heredemq; suum ratum habiturum quod egerit procurator. atque ita confirmatur persona procuratoris. §. sin autem. de satisd. Si procurator cauerit rem ratam haberi, potest dominus litis actum procuratoris pro parte ratum habere. l. cum debitore. l. si procurator. ff. rem rat. hab. Si ipse dominus litis ita cauerit, ipse quidem in totum ex stipulatione sua ratum habere cogitur, vt dicitur in hoc §. Ex heredum tamen eius persona ratihabitio diuisionem recipit, & ideo si vnus heredum pro parte sua ratum non habeat, reliqui habeant ratum, pro parte tantùm eius stipulatio committitur qui ratum non habet. d. l. 2. §. incertam, in quo tamen dubitat, dum ait, Quamuis possit dici. Dubitat & Iulianus in stipulatione Iudicatum solui in §. vlt. Sed tamen obtinuit in partem tantùm heredes promissoris teneri, sicut & heredes stipulatoris in partem singuli duntaxat actionem habent. Puto autem hanc stipulationem, siue à procuratore siue à domino interponatur, esse prætoriam, C id est, ex edicto prætoris. Id enim verosimile est edicto fuisse compræhensum, vt vel dominus rem ratam satisdaret, vel procurator. Argumentum rei est, quòd interpositæ à domino stipulationis formula quædam fuit, vt constat ex hoc §. & ex d. l. inter. Item si Iudicatum solui, quæ à domino litis interponitur, est prætoria. l. si ad defendendum. ff. iud. sol (vbi ait, iubetur, edicto scilicet) cur & Rem ratam interposita à domino prætoria non censebitur? Non probo sententiam Taurelli, qui putat stipulationē, dolum malum abesse, committi pro parte eius heredis tantùm qui dolum fecit: & ideo vno ex heredibus promissoris dolum faciente, omnes non teneri. pugnat hoc cum initio legis, quod perperam comminiscitur emendari his verbis, Sed videamus. pugnat cum d. l. inter. §. quod ex facto. cui sine calumnia responderi non potest. pugnat cum ratione certa. nam vt vnus heres qui me prohibet ire, non minus me prohibet quàm si omnes prohiberent, ita vnus heres D qui dolo quid mihi facit, in solidum facit, nec minus quàm si omnes facerent. Non idem si vnus heres agat. nam agit tantùm in partem. Non idem si vnus improbet actum procuratoris. nam improbat quantú in se est, & pro sua parte tantùm. Vtitur Taurellus suæ sententiæ confirmandæ causa hoc argumento. Omnes prætoriæ stipulationes sunt eiusdem interpretationis, vt ex parte promissoris vno committente stipulationem, non committant & ceteri. l. pœnales. §. Iulianus. ff. ad l. falc. veluti iudicatum solui, quę vno ex heredibus promissoris victo, eum solùm tenet, non ceteros. Hæc autem, dolum abesse, est prætoria. Ergo eum tantùm heredem tenet qui dolo facit. Neganda est propositio in factis indiuiduis. l. 2. in pr. ff. de præt. stip. Vtitur & alio argumento ex l. in stipulatione. ff. Rem rat. hab. Comparat in ea stipulationi Rem ratam, clausulam de dolo malo, quæ scilicet subijci solet stipulationi ratam rem haberi, vt in l. si fine. §. si in stipulatione. eod. tit. Vtraq; parte continetur E id quod interest. Ergo sicut ex stipulatione Rem ratam solus heres tenetur pro sua parte qui ratum non habet, ita & ex clausula doli. Neganda est conclusio. nam & stipulatione Per te non fieri, continetur id quod interest: in eam tamen omnes heredes committunt vel vno faciente.

**Libro xv.**] Fortè commentariorum. Scripsit Cato commentarios iuris ciuilis, vt ex Festo constat in ver. Mundus.

**Solum pœnam committere.**] Obstat l. v. §. vlt. ff. Promisi certam pecuniam, & ni solueretur certam pœnam: vnus ex heredibus meis soluit pecuniæ partem, alter non soluit. Nihil prodest partem soluisse ad pœnam euitandam quæ promissa est, ni totum solueretur, & ideo pœnæ nomine conueniri pro parte hereditaria non tantùm is potest qui non soluit, sed & is qui soluit. Verùm quod præstiterit à coherede repetet iudicio fami. erc. l. heredes. §. idem iuris. ff. fami. erc. l. in execu- F tione. §. item si ita. ff. hoc tit. Idemq; dicemus in pœna compromissi. nam nisi omnes heredes pareant sententiæ arbitri iubentis scilicet dari aliquid, singuli tenentur pœnæ nomine pro parte hereditaria. Denique vt parte tantùm pecuniæ soluta, pignus integrum manet propter indiuisam pignoris causam. l. rem. ff. de euict. ita parte tantùm soluta, in integrum pœna committitur, ita vt omnes heredes teneantur pro portionibus hereditarijs, quod pugnat cum hoc §. Promisi Rem ratam, vel Amplius non peti, adiecta pœna. Heres qui pro sua parte rem ratam habet, euitat pœnam, & ille solus eam committit, qui ratum non habet. Rectè Ioannes animaduertit in hoc §. agi de stipulatione quæ consistit in faciendo, Ratam rem haberi, Amplius non peti. In l. v. §. vlt. de stipulatione quæ consistit in danda pecunia, vel re certa, quarum vtraq; est diuidua. vtriq; est subiecta pœna si quid aduersus eam fiat, sed in stipulatione dandi pœnam committit etiam heres, qui suam G partem soluit: quoniam (hanc rationem Ioannes non animaduertit) stipulatoris interest sibi non solui per partes. Solutio partium non minima incommoda habet. l. 3. ff. fam. erc. & eò respicit Pomp. in l. v. §. vlt. dum ait, sine iniuria stipulatoris aliter constitui non posse. At in stipulatione faciendi pœnam non committit is qui pro sua parte ratum habet, quia cùm ratihabitio explicari non possit nisi per partes, nihil interest, nisi pro parte eius qui ratum non habet. Fuit etiam stipulatio faciendi

in l.

in l.si seruus.§.1.ff.si quis caut. Itaque malè quidam inter prætorias & conuentionales differentiam statuunt. Notandum quod ait in l.v.§.vlt. Nec enim aliud in his stipulationibus, id est, in stipulationibus dandi. nam secus est in quibusdam faciendi stipulationibus.

SI is qui] Dictum est ex stipulatione quæ factum indiuiduum continet, vno ex heredibus promissoris contrà quàm cautum sit faciente, omnes teneri pro portione hereditaria, idq; demonstratum est in stipulatione Per te non fieri quominus mihi habere liceat, & in stipulatione dolum abesse. Dictum item ex stipulatione quæ factum diuiduum continet, eum teneri solum qui contrà fecerit, vt in stipulatione Amplius non agi, & Rem ratam haberi. Vtrobiq; autem siue factum sit indiuiduum, siue diuiduum, eum solùm heredem stipulatoris habere actionem cuius interest. In hoc §. proponuntur quatuor stipulationes, in quibus quid iuris sit, sigillatim quærendum est. Prima est stipulatio duplæ. De hac agitur in tit. de Euict. Hac duplum pretij stipulatur emptor euictionis nomine. Et si de re empta lite emptori vel controuersia mota, emptor auctorem, id est, venditorem laudauerit, & ei denuntiauerit vt liti subsistat, & laudatus venditor defugiat auctoritatem, id est, non suscipiat defensionem litis, vel res euincatur, tum committitur stipulatio duplæ. Finge venditorem, qui ea se stipulatione adstrinxit, plures heredes reliquisse. Emptor, cui de re empta controuersia fit, omnes laudare, denuntiare, conuenire debet. Vno defugiente, omnes defugisse videntur, quia defensio siue auctoritas scindi in partes non potest: nec emptor qui insolidum denuntiauit omnibus, videtur defensus, nisi insolidum defensus sit. Ideoq; vno defugiente, omnes tenentur pro hereditarijs portionibus. l. in executione. §. insolidum. l. cùm ex causa. ff. l. si rem quæ. §. 2. de euict. Quòd si plures sint heredes emptoris, id est, stipulatoris, singuli ob euictionem suæ partis actionem habent. vni parte sua euicta, is solus habet actionem, quoniam eius tantùm interest. & hoc est quod ait, Hæc vtilitatis causa, id est, vt vnusquisque pro sua parte consequatur quod interest, quod vtilitas dicitur sæpissime. Secunda est stipulatio fructuaria, quæ vulgaris dicitur, siue vsitata stipulatio in l. inter fructuarium. ff. de dam. infec. De hac in tit. vsusfr. quemadm. cau. Hanc cautionem præstat fructuarius proprietario, & ea promittit se rectè vsurum fruiturum, & finito vsufructu restituturũ quod inde extabit. Si fructuarius plures heredes reliquerit, vno eorum non restituente quod inde extabit, puto eum solum teneri pro sua parte, quoniam ea res diuisionem recipit. & ita Accur. censet rectè. Proprietarij item heredes pro parte quisque sua habent actionem, quanti ea res est. Tertia est stipulatio damni infecti, de qua in tit. de dam. infec. Hac vicinus vicino promittit si quod ob eam rem, quòd ædificatum factum'ue quid esset, damnum datum esset, id se redditurum. Puto autem vno ex heredibus promissoris damnum non præstante, eum solum teneri pro sua parte, quia præstatio ea diuidi potest. Stipulatoris item heredes pro parte actionem habent. l. 2. §. incertam. ff. de præt. stip. l. supra. §. officium. ff. de aqua & aquæ plu. arc. idemq; diximus in stipulatione Iudicatum solui, & Rem ratam haberi, in §. Cato. Quarta est stipulatio de noui operis nuntiatione, de qua in tit. de no. op. nuntiat. Hanc cautionem præstat is cui nouum opus nuntiatum est, eaq; promittit se restituturum, id est, demolitutum opus, si iudicatum fuerit iustam nuntiationem fuisse, vel redditurum id quod interest. quæ cautio est remissionis loco. Et si promissor plures heredes reliquerit, singuli in id quod interest tenentur pro parte, & is tantùm qui in eo præstando moram facit. Opus autem ipsum, si in id agatur, restituere singuli insolidum tenentur. l. 2. in pr. ff. de præt. stipul. l. stipulatio. §. quæsitum. ff. de no. op. nunt. Itemq; heredes stipulatoris pro parte habent actionem in id quod interest, insolidum in restitutionem operis, quia vt instructio operis pro parte fieri non potest. l. stipulationes non diuiduntur. ff. hoc tit. ita nec restitutio siue demolitio. Dum ait, Ipsi promissori, id ita accipiendum est, Ex parte promissoris. nam de heredibus tantùm est quæstio. & quod ait, Neque restitutio, id duntaxat ad stipulationem de noui operis nuntiatione referendum est, Neque defensio, ad stipulationem duplæ. Nam ex alijs stipulationibus heredibus promissoris pro parte liberatio contingit, nec vno cessante reliqui tenentur.

## L. V.

Iudicialium stipulationum auctor est iudex à Prætore datus. Prætoriarum ipse Prætor. Iudiciales sunt, veluti, de dolo cautio in actione in rem vel metus causa, vel ex stipulatu: nam iudex in restituenda re qua de agitur caueri iubet dolum malum abesse. l. præterea. l. si homo. ff. de rei vind. l. metum. 3. §. item Iulianus. §. ex hoc. ff. Quod met. cau. Iudicialis item est cautio de persequendo & reddendo seruo, quo de agitur l. seruo legato. §. vlt. ff. de leg. 1. l. si cum exceptione. §. quatenus. ff. Quod met. cau. Sunt & multæ aliæ quæ interponuntur officio iudicis fam. herciscundæ. l. & puto. l. heredes. §. contra. ff. famil. hercisc. itemq; officio iudicis addicti vindicationibus seruitutum. l. harum. l. egi. ff. si ser. vind. vel alijs actionibus. Prætoriæ sunt, quæ iubente Prætore, siue ex edicto interponuntur. Ex eis aliæ sunt iudiciales, quæ propter iudicium interponuntur. l. 1. §. 1. ff. de præt. stip. veluti iudicatum solui, quæ interponitur auctore prætore ante litem contestatam, & de noui operis nuntiatione, qua promissor se obligat sub conditione si iudicatum sit. easdem hæc stipulatio, quas iudicatum solui, causas & clausulas habet, de re iudicata, de re non defensa, de dolo malo. l. 6. l. ex clausula. ff. iud. sol. l. stipulatio. §. habet. ff. de no. op. nun. Eiusdem generis est Rem ratam haberi. quod in d. l. 1. §. 1, his verbis significari puto, vt ratum fiat. Has Iustin. vocat ἐπαγγελτικὰς in No. 1 1 2. Aliæ sunt cautionales quæ instar actionis obtinent, & vt noua actio sit intercedunt: veluti damni infecti, vt cui est actio Aquiliæ vel in factum, sit etiam ex stipulatu, & legatorum, vt cui est actio ex testamento, sit etiam ex stipulatu, & rem pupilli saluam fore, vt cui est actio tutelæ, sit etiam

ex stip

A ex stipulatu.l.1.§.cautionales.ĵ.de præt.stip. quod & iudicialibus stipulationibus agitur, veluti iudicatum solui, & de noui operis, vt cui est iudicati actio sit etiam ex stipulatu, quæ tamen illam non nouat, auctore Paul.v.Sent.Tit.de stipul.& l.si Stichum.§.idem Celsus.ĵ.de nouat.& Rem ratam, vt cui est condictio sit etiam ex stipulatu.l.vlt.in fi.ĵ.rem rat.hab. Omnes stipulationes cautionales sunt. Sed illæ specialiter cautionales dicuntur quæ instar actionis obtinent. Cur dicuntur habere instar actionis? l.non solùm.Rem rat.hab.l.actionis.de oblig.& act.l.si ambo.§.in stipulationibus, de compens. An quia vt actiones à Prætore petuntur & dantur ex edicto? & ita de stipulatione damni infecti Plinius lib.36.c.2.Satisdari sibi damni infecti egit redemptor cloacarum,& in l.quibus.ĵ.de verbor.signific. Persequi,id est,agere videtur & qui satis accipit. & actio damni infecti l.3.§.si vicinus.l.suprà.§.officium.ȝ.de aqua & aquæ plu.arc. Illæ verò quæ dicuntur iudiciales non

B petuntur.sed officio Prætoris interponuntur futuri iudicij constituendi & confirmandi causa. Cautionalibus adnumeratur stipulatio Rem ratam haberi in d.§.cautionales. quæ verba mihi suspecta sunt. Nam eandem paulò antè iudicialem dixit. & verò instar actionis non obtinet.nec enim petitur per se, sed officio Prætoris interponitur, & petitæ actioni seruit. Communes sunt quæ & propter iudicium interponuntur, & instar actionis habent, veluti iudicio sisti. nam actio ipsa quodammodo hæc est quæ à Prætore desideratur. Propter rem ipsam datur, id est, propter iudicium. l.si eum iudicio.§.qui iniuriarum.ȝ.si quis caut. Prætorijs cautionalibus adnumerari possunt stipulatio, qua institutus sub conditione petita bonorum possessione secundum tab. substituto cauet, de qua in l.inter omnes.ȝ.qui satisd.cog.l.Paulus.ĵ.de præt.stip. Paul.v.Sent.tit.de stip. Et ea quæ de collatione bonorum ab emancipato interponitur.l.2.§.iubet.& §.quamuis.ȝ.de collat.bon.&

C Paul.in supradicto loco.& stipulatio fructuaria,de qua in tit.vsusfr.quemadm.cau. Prætorijs similes sunt Aedilitiæ, veluti cautiones de morbis & vitijs vænalium rerum quæ ab ædilitio edicto veniunt. Nam & ea, inquit, ab iurisdictione veniunt, id est, ab edicto, non Prætoris, sed Aedilium. paulò pòst ait, ab ædilitio edicto. malè in Instit. quidam addiderunt Prætoris non ad Iustinianum modò,sed & ad Theophilum contra fidem Græci exemplaris. Ius ædilitium honorarium quidem dicitur.§.Prætorum.de iu.nat. Prætorium nunquam. His addi etiam possunt Tribunitiæ stipulationes,de quibus Vlp.in Frag.tit.7. Conuentionales sunt quæ neque ex iurisdictione veniunt, neque officio iudicis,sed ex conuentione reorum, id est, vtriusque partis. Acc.contrahentium. Contrahentes dicuntur in l.3.§.vlt.ȝ.de obl.& act.l.52.& l.115.ĵ. Stipulatio contractus est. l.inter stipulantem in pr.ĵ.hoc tit.l.3.§.idem scribit.De pec.l.certi.§.quoniam.ȝ.de reb.cre. Huius generis sunt

D innumeræ, sicut & innumera sunt negotia. Eæ negotijs contrahendis adhibentur, vt negotia verborum obligatione constringantur. & interdum Rem ratam, quæ communis est, ex conuentione sola venit,siue prætore aut iudice.l.interdum.ĵ.Rem ratam hab.Potest & de dolo.itemq; Prætoriæ. Communes sunt quæ iubente Prætore, vel Aedili, & interdum officio iudicis interponuntur, vt Rem pupilli saluam fore, quæ prætoria dicitur in l.1.ĵ.de præt.stip.& interdum officio iudicis interponitur,vt Th.explicat.in tit.de diuis.stipul. Item duplæ stipulatio. nam ob euictionem dupla promittitur ex edicto ædilium,si prædia,vel mancipia,vel res pretiosæ væneant.l.emptori.§.1.de euict. & ob id inter prætorias numeratur in l.1.§.stipulatio.de præt.stip.l.non solùm.ĵ.Rem rat.habe. Interdum officio iudicis interponitur.l.si quis à multis in fi.ȝ.de nox.act.l.heredes.§.penult.ȝ.famil. ercisc.l.item quamuis.§.vlt.ȝ.com.diui. Item stipulatio Rem ratam. Hæc prætoria etiam dicitur in

E d.l.1.& ex edicto venit.l.seruum.§.ait Prætor.ȝ.de procur.Non tamen petitur ipsa per se quasi actio, sed petitæ actioni subseruit,eamq; subsequitur. Interdum officio iudicis actioni addicti interponitur, vt Th.explicat in tit.de diu.stip. Non est negandum esse communem, quòd in d.l.1. Iudicialibus adnumeretur. nam iudiciales illo,aliter atque hoc loco accipiuntur. Si hoc loco fuisset numerata inter iudiciales, non esset communis. Quòd autem illo numeretur inter iudiciales, non ideo minus est communis. Addatur etiam stipulatio, Quod amplius quàm per legem falcidiam liceret ceperis,reddi. Nam ex edicto Prætoris venit, & ob id prætoria dicitur in l.pœnales.§.Iulianus.ȝ.ad l.fal.l.3.§.quamuis.ȝ.si cui plus quàm per l.fal.vbi pro propterea,legendum,Prætoriæ.Interdum tamen officio iudicis interponitur.l.ex facto.2.ȝ de her.inst. Sequitur alia diuisio stipulationum. Alia est stipulatio & promissio nuda,alia satisacceptio,siue satisdatio.l.1.§.stipulationum,ĵ.de præt.

F stip.Vtriusque definitio ponitur in hac lege,ex qua & alia stipulationum diuisio subnotatur. Stipulatio nuda sic definitur in §.stipulatio, verborum conceptio, sic in l.3.C.de contr.stip.l.cùm paterem.C.de iur.dot.l.1.§.communis,ĵ.de stip.ser.& Paul.2.Sentent.tit.de contract. Daturum facturum'ue. nam stipulatio vel in dando, vel in faciendo consistit.l.2.ȝ. Quod interrogatus est, nam congruum debet esse responsum, Se.quia de se quemque promittere oportet.l.inter stipulantem in pr.ĵ. Circa hanc definitionem quærunt, An valeat impersonaliter concepta stipulatio, Promittis?Promittuntur. Dabis? Dabuntur.& rectè Alc.2.παρέργων c.8.valere allato Plaut loco,in quo ita legitur concepta stipulatio,Dabin'? Dabuntur.namque perinde est, ac si dixisset Dabo, non minus quàm si respondisset, Quidni? At idem Alc.malè, quòd idem esse non putat in constituta pecunia ex No.115.§.vlt. Nam sicut hoc modo rectè fit stipulatio, Promittis? Promittitur: Ita constitutum si animus constituendi fuerit sic fiet rectè, Satisfacis?id est,ἀντιφωνεῖς, Satisfit. Constituis? Constituitur. Verùm sicut stipulatio inanis esset hoc modo concepta,Promittis? Promittentur. Ita & Iustin.

G constitutum ait nullum esse si fiat hoc modo, Satisfacis? Satisfiet. Ratio item differentiæ allata ab Alciato non est vera. nam pacta etiam fieri possunt per interrogationem & responsionem. l.iurisgentium.§.quod fere.ȝ.de pac. Discernitur solummodo pactum ab stipulatione animo & conclusione tractatus. Est & stipulatio non nuda quæ satisacceptio, siue satisdatio dicitur, quæ ita

b obligat

Nota.

obligat promissorem, vt adpromissores quoque ab eo accipiantur. Adpromissores, id est, fideiussores. l.in omnibus. ℨ.de solut. l.si verò. ʒ. sol. mat. quasi proximi à promissoribus, & ob id Græci ἐγγύας vocant. Adpromissio fit rectè. Adstipulatio non vtique semper. nam adstipulari est alteri stipulari. Stipulari, Instipulari, Restipulari, Repromittere de nuda stipulatione dicuntur. Exstipulari item, quo vsus est Symmachus, & expromittere. Sed ijs propriè verbis tunc duntaxat vtimur, cùm pro alio promittimus nouandi animo.l.qui libertinus in fi.de oper. lib.l. & eleganter. §.seruus.de dolo. Adpromittimus fideiubendi animo. Expromissorem qui dat, liberatur: Adpromissorem qui dat, non liberatur. His in libro de proprietate sermonum Isidorus Constipulationem adijcit, videturq; constipulationem & restipulationem accipere, pro pœnali hanc, & illam pro doli mali quæ re confecta interponuntur. Compromissio nostris auctoribus pœnalis est stipulatio vltro citroq;. Deinde additur in §.satis, sic dici satis accipere sicut satisdare, vt in l.1.ʒ.qui satisd.cog. Asconius 111. in Verrem. satisfacere est tantum facere quantum satis sit irato ad vindictam. Satisfacere latiùs patet, quàm satisdare. Sed & satisdare interdum accipitur latissimè. l. satisdationis. de verb. sig.l.solutam.ℨ.de solut, l.2. pro her.l.promissor, §.vlt. ʒ.de const.pec.l.2. ʒ.de hered.vend. §.vlt.exposuimus in §.Cato.

## L. VI.

Lex est de eo cui bonis interdictum est, an stipulando alium obliget, vel ipse promittendo an alij obligetur. Bonis interdicitur dissolutis moribus, vt mulieri quæ luxuriosè viuit. l. & mulieri. ʒ.de cur.fur.id est, mulieri diruptæ dirutæq;, profusæ libidinis, profusi sumptus. Luxuria est omnis dissolutio morum. Igitur & prodigo cuilibet interdicitur bonis. Interdicitur verò ipso iure ex XII. tab.& in curatione agnatorum esse iubetur. §.furiosi. de curat. Sed hodie per Prætorem curator datur & interdictio fit.l.1. l.Iulianus. ʒ.de cur.fur. cuius formula extat III.Senten. Pauli tit.de testa. Interdictionis hic est effectus, vt non possit alienare, obligari, testamentum vel codicillos facere. nam & inter viuos, & causa mortis prodigo bonorum suorum administratio adimitur. Sibi tamen adquirere, & ex alienis testamentis capere, & alios sibi obligare potest. Denique pupillo comparatur. l.certi. §.idem quæri. ʒ.de reb.cre. Hic rem suam augere potest sine tutore, minuere non item. Item patri comparatur, qui peculij castrensis quæsiti à filio ipso iure dominus est. Id tamen augere non minuere potest. l.ex castrensi. §.1. ℨ.de cast. pec. Similiter enim prodigus adquirendi ius habet, deminuendi ius non habet.l.3.ʒ.de adquir.hered.l.is cui lege.ʒ.qui test.fac. pos.d.l. 3.quæ omnes sunt ex eodem libro. Prodigus stipulando sibi alium obligat, Promittendo autem ipse non obligatur.& ne naturaliter quidem obligatur. qua in re comparatur furioso, non pupillo. Furiosus si promittat, naturaliter non obligatur. Pupillus ex sua promissione naturaliter obligatur. l.1.ℨ.de nouat. qua de re dicetur pleniùs commodiore loco. Prodigus ne naturaliter quidem obligatur, quia videtur mente carere. Luxus ille amentia est.l.his qui in fi.ʒ.de tut.& cur.da.l.contra.§. si curator.ʒ.de pac. l.furiosi.ℨ.de diu.reg.iu.& ob id luxuriam veteres ἀσωτίαν verbo comprehenderunt, vt Aristophanes, ὕπνου τι ἐπίχυσιν καὶ τὴν ἀσωτίαν. Desipere videtur prodigus, quòd neq; tempus, neq; finem expensarũ nouerit vllum.l.1.ʒ.de cur.fur. Ait, Neq; finem. hoc est quod dicitur, prodigalitatem non habere fundum, & quod Aristoteles prodigos excellere ἐν τῇ δόσει, sicut auaros ἐν τῇ λήψει. nam & auaritia non habet fundum. Quod autem diximus exemplo furiosi prodigum, eundemq; interdictum promittendo naturaliter non obligari, ex eo sequitur non obligari pro eo ne fideiussorem quidem.l.1.§.si quis ita.ʒ.hoc tit.& ita proditum est hac l.6. Verùm obstat l.Marcellus.ℨ.de fideiuss. Pupillus sine tutore, prodigus vel furiosus mandati obligationem non contrahunt, & ideo si eorum mandato quidam pro eis fideiubeat, & soluat, mandati actionem non habet, nec tamen quòd mãdati actionem non habeat, ideo subueniemus ei vt ex sua fideiussione non teneatur. tenebitur enim. Lex loquitur de pupillo, furioso, prodigo obligato. Ait enim, Si quis pro pupillo sine tutoris auctoritate obligato. Sequitur, prodigóue vel furioso. repetẽdum, obligato. & sic in l.si à reo. §.si à furioso.eod.tit. Si pro furioso iure obligato fideiussorem accepero, tenetur fideiussor. Iure obligatur furiosus vel prodigus ex delicto, vel quasi ex contractu. l. furiosus. ʒ.tit. prox. Non obligatur si stipulanti promiserit, nec adpromissor pro eo, vt hac l.6. sicut si mandet non obligatur, vt eadem l.Marcellus indicat, ideoq; in eam mandati causam si fideiussor intercedat, non tenebitur. Dictum est ʒ.prodigum non posse testamentum facere, non posse alienare. quod ita simpliciter legibus proditum interpretationem accepit No. Leonis 39. qua cauetur valere alienationem factam à prodigo si ex re ejus sit, vt si inutile prædium magno vendiderit, & pretium in rem vtilem conuerterit: Valere item testamentum si prudenter posteritati suæ & cognatis & egenis consuluerit. Quod si temere hæc & imprudenter administrauerit, tum nihil agi.

## L. VII.

Quæstio legis hæc est, an impossibilis conditio vitiet stipulationem. qua de re ita distinguitur, Aut ea conditio in faciendo consistit, aut in non faciendo. Si in faciendo, inutilis stipulatio est, veluti si cœlum ascenderis, dare spondes.l.certi.§.idem quæri.ʒ.de reb.cre. Idemq; iuris est in ceteris contractibus, quos tamen impossibilis modus non vitiat.l.5.6.ʒ.C.de cond.ob cau.dat. An idem sit in testamentis dubitatum fuit. Et obtinuit non idem esse.l.3.de con, & demo. mendi puta colore. l.1.ʒ.de cond. inst. quo probabiliter in contractibus vti non possumus. cùm enim res geratur inter duos, non videtur vni mendũ excidisse quod non alter animaduerterit, & confestim corrigere potuerit.

A tuerit. Obtinuit, post multas controuersias scilicet, vt in l. cum ex vno. ff. tit. prox. l. vlt. ff. pro leg. Si in non faciendo, vtilis est stipulatio, veluti si cœlum non ascenderis. quia hæc conditio non impossibilis, sed necessaria est. Acc. rectè; Cùm eius contraria sit impossibilis, consequens est eam esse necessariam. quod sumpsit ex philosophia. Id enim est impossibile cuius contrarium est necessariò verum. Aristot. III. τῶν μετὰ τὰ φυσικά. cap. 12. ἀδύνατον οὗ τὸ ἐναντίον ἐξ ἀνάγκης ἀληθές, veluti sedere & stare aliquem simul, impossibile est. Contrà non sedere & stare aliquem simul, necessariò verum est. Et διάμετρον σύμμετρον esse, impossibile est. Contrà διάμετρον ἀσύμμετρον esse, est necessariò verum. Et ideo rectè Vlpianus hanc stipulationem, Si in cœlum non ascenderis, vtilem esse & præsentem, id est, puram, & pecuniam creditam continere. Quorsum ait pecuniam creditam? nempe vt ostendat creditum hac stipulatione contrahi, verbis etiam credimus. l. 2. ff. de reb. cred. Quintil.
B lib. IIII. cap. II. Certam creditam pecuniam peto ex stipulatione. Idemq; in testamentis obtinuit secundum omnium sententiam. l. seruum. §. si in non faciendo. ff. de her. inst. nisi pœnæ causa ita legetur. §. vlt. de legatis. In conditione in faciendo, non eadem fuit omnium sententia, vt diximus ff.

## L. VIII.

Stipulatio ita concepta est, Si Kal. Stichum non dederis, x. dabis. Stipulatio est in diem & sub conditione. Igitur vt decem peti possint, non conditionem modò, sed & diem extitisse oportet. arg. l. si Titio. ff. quando dies leg. ce. Proinde mortuo Sticho culpa promissoris ante Kal. statim decem peti non possunt. quia licet, inquit, ad conditionem committi videatur, dies tamen superest.
C vbi quodam loco ostendi pro Ad, legendum esse, ante diem, errore creato ex notis à Triboniano non perceptis. Sic apud Liuium lib. XXVII. fecitq; ad III. Nonas Quintiles, & lib. XXXIX. ad IIII. Idus decembres, rectè Sigonius emendauit, ante diem. Conditionem autem committi dicimus, vt & pœnam, multam, stipulationem, legem, actionem, edictum. At contra hanc huius l. sententiam est l. 10. j. eod. Si Titius Kal. in Italiam non venerit, x. dari. Mortuo Titio ante Kal. statim x. peti possunt. Cur ergo & si ita concepta sit stipulatio, si Kal. Stichum non dederis x. dabis, mortuo Sticho ante Kal. decem statim peti non possunt? Puto, quia hac conditione id tacitè agitur vt Stichus soluatur, & perinde est fere ac si ita stipulatus essem, Stichum Kal. dabis, & si non dederis, x. dabis. Stichus est in exsolutione. l. obligationum fere. §. pen. & vlt. ff tit. prox. Porrò solutioni Stichi adscriptus est dies promissoris gratia. Quare ante eum diem non committetur stipulatio. &
D hac in re diuersæ scholæ auctores consenserunt Sabinus & Proculus, vt traditur in l. 8. licet stipulatione concepta sine die, hoc modo, si Stichum non dederis, x. dabis, ea in specie dissenserint, vt constat ex l. ita stipulatus. j. Idem verò dicemus & si id stipulatione agatur vt aliquid fiat. l. stipulationes non diuiduntur. §. pen. l. insulam. j. hoc tit. l. si eum. §. 1. ff. si quis caut. Neque obstat l. cum stipulatus. j. quoniam ait, propemodum. Cùm verò ita stipulor, Si Titius Kal. Italiam non venerit x. dabis, non id agitur vt Titius in Italiam veniat, vt'ue id promissor curet & præstet, sed stipulationi x. quasi quælibet alia conditio, ita hæc apponitur: quamobrem eius duntaxat casus spectatur, non dies, nam & dies conditioni est appositus non solutioni, hac scilicet mente, vt si quo die ante Kal. conditio extiterit, x. dentur. Dies non est appositus promissoris, siue differendæ solutionis gratia. Itaque illa stipulatio sub conditione tantùm est, non in diem. l. 10. Eadem ratio est si ita stipuler, Si
E Kal. cœlum digito non tetigeris x. dabis. namque non expectatis Kal. decem statim petentur. quia statim ab initio conditio illa habetur pro pura, nec dies adscriptus est solutionis gratia. Itaque hæc stipulatio in diem non confertur. l. 8. Eius l. duæ sunt partes, siue duæ in ea stipulationum conceptiones. Qua re autem in ea ostenditur distare primam à secunda, quaq; ratione distat prima à secunda, eadem distat prima à tertia, quæ proponitur in l. 10. Verùm adhuc l. 10. obstat l. 4. §. vlt. ff. de con. & demo. quæ l. 10. est coniungenda, quia ex eodem libro, & quia ex ea l. 10. exceptio quædam applicanda est. Si intra quinquennium Titio filius natus non erit, tum heres Seiæ x. dato. Idem poni in stipulatione nihil prohibet. Si intra quinquennium Titio filius natus non erit, tum decem dabis. Dies est conditioni appositus, non solutioni, non dationi aut præstationi promissoris. Mortuo Titio x. statim non petentur. Hoc verò exigit articulus TVM, qui extremum quinquen-
F nij diem significat. Opponi etiam potest l. veluti. §. vlt. & l. quidquid. §. vlt. j. hoc tit. Si intra biennium capitolium non ascenderis, x. dari. Conditioni dies additur non solutioni. Ait tamen non nisi præterito biennio x. peti posse. Ergo etiam si ante biennium promissor moriatur, x. peti statim non possunt. Neganda est consequentia. Nam in eis legibus hæc tantùm quæstio vertitur, quemadmodum illa verba, Si intra biennium non ascenderis decem dari, accipi debeant. namq; ambigua sunt. Vel enim hoc significant, vt si vel vno die intra biennium non ascenderis, statim committatur stipulatio, & vt si integrum biennium ascenderis, tum non committatur. Vel vt si nullo die ascenderis intra biennium, id est, si integrum biennium abstinueris Capitolio, tum demum stipulatio committatur. & hæc interpretatio verior est. Igitur non nisi præterito biennio decem peti possunt, quia si vel extremo die biennij ascenderit, conditio defecta intelligitur. Cete-
G rùm si ante biennium moriatur promissor non ascenso Capitolio, non est dubium quin stipulatio committatur statim non expectato biennij fine. Notandum in hoc proposito nihil interesse siue quis stipulatus sit Kal. siue intra Kal. siue ante Kal. Hæc tria idem significant. l. 12. l. eum qui ita. §. qui ita. j. hoc tit. & quod dicitur in l. 8. de stipulatione si Kal. idem traditur de stipulatione Si ante Kal. in l. stipulationes non diuiduntur. §. pen. j.

## L. IX.

In l. prox. tractauimus de hac stipulatione, Si Kal. Stichum non dederis x. dabis. Nunc tractabimus de eadem stipulatione detracta die, puta si Stichum non dederis x. dabis, non tamen omnia quæ dici de illa possunt, sed ea tantum quæ ad hunc locum pertinent. De illa disputatur in l. ita stipulatus. ʒ. & ostenditur in ea dissensisse Sabinianos à Proculianis. Pegasus, qui ex Proculianis fuit, hanc stipulationem tunc demum committi dicebat, cùm desierat Stichus posse dari, vt puta Sticho mortuo. Contrà Sabinus aiebat non esse expectandum vt Stichus dari non posset, sed ex mora stipulationem committi, id est, Sticho cùm potuit dari minimè dato. Vtebatur exemplo penus legatæ, Si quis ita legauerit, Dato penum, Si penum non dederis, dato x. Non est expectandum vt penus non possit dari: sed statim post moram ab herede commissam in dando penore decem peti possunt. l. cum fine. l. si penum. ʒ. quando dies leg. ced. Sabini sententia vera est cùm duæ sunt stipulationes, vna Stichi pura, altera pecuniæ conditionalis, veluti Stichum dabis, Si Stichum non dederis, decem dabis, sicut in exemplo quo vtitur duo sunt legata, alterum penus purum, alterum pecuniæ conditionale. Sed si vna sit stipulatio quæ incipiat à conditione, qualis initio proposita est, Si Stichum non dederis decem dabis, sequemur sententiam Pegasi, & dicemus eam stipulationem committi ex difficultate, siue impossibilitate dandi Stichi, non ex mora. quia nec mora fieri intelligitur in eo dando quod neque peti potest, neque dari contrahentes nominatim voluerunt. Idem dicemus si penu non legata ita legauerit, Si penum non dederis x. dato. Ergo neutro casu decem petentur, nisi Stichus vel penus desierit posse dari. quod accidit Sticho vel penore perempto. Idem Ferretus negat esse dicendum in fundo. quod pugnat cum d. l. si penum. quæ penori fundum comparat. Igitur si ita stipuler, Si fundum non dederis, decem dabis, non petentur x. nisi desierit fundus posse dari. Desinit posse dari si pereat. Perire potest chasmate, terræ motu, inundatione aquarum, vel quo alio casu maiore. l. si in venditione. in fi. ʒ. de pet. & com. rei vend. l. quod tamen. §. agri l. si ager. ʒ. quib. mod. vsusfr. amit. At, inquit, hæc fiunt rarò. Imo frequenter, præsertim in Italia & locis maritimis. auctores Aristoteles & Plinius, Aristoteles ait πολλάκις, Plinius Maximè. Non quæ rarò, sed quæ plerumq; fiunt spectant iuris prudentes. Chasmata similesq; fundorum casus spectant infinitis locis. Non rarò igitur, sed frequenter hæc fiunt. Verùm sententiæ Pegasi atque adeò l. ita stipulatus. creditur aduersari hæc l. IX. Quinimo distinctè explicata consentiet. Si ita stipulor, Si primo fundum non dederis, eum fundum mihi dabis. Nōn committitur stipulatio antequam desierit Primo fundus dari posse, nec tamen quoquo modo desierit dari posse. Mortuo Primo committitur. Perempto fundo non committitur, quia interitu rei in stipulationem deductæ promissor liberatur. l. si ex legati. ʒ. At nunc finge, Promisi Primo fundum sub conditione si eum Secundo non darem, Rursus eundem fundum Secundo promisi sub conditione si eum Primo non darem. Quæritur quando committatur conditio illa siue stipulatio? An si desierit alteri fundus dari posse, tum demum dicemus petere alterum posse? Quidni? atque ita idem constituemus in hac stipulatione, quod in ea de qua tractatur in l. ita stipulatus. Ceterùm desinit alteri posse dari morte alterius. Desinit item, & hoc propriè ostenditur in hac l. alteri dari posse ab altero occupata actione. vt Secundo desinit dari posse à Primo occupata actione. Itaque si quis dicat Primum qui occupat agere, ante conditionem agere, quòd non desierit Secundo dari posse, hoc negandum est. nam finis Secundo dandi est cùm Primus agit. Itaque simul eodem momento & ex stipulatu agitur, & stipulationis conditio committitur, vt & in l. cùm quærebatur. ʒ. iud. sol. nec potest Secundo dari post actionem Primi, sicut & correo vel adiecto solutionis gratia, placet dari non posse post actionem alterius. l. 5. §. vlt. l. fideiussor obligari. in pr. ʒ. de fideius. Non quæritur hoc loco quis videatur occupasse, sed dicitur eius esse actionem, eiq; dari oportere qui occupauit actionem. id est, qui agere præfestinauit. Conditio igitur huius stipulationis non est ἄπορος cùm existere possit. Si esset ἄπορος, inutilis foret sicut institutio. l. si Titius ʒ. de cond. inst. Impossibilis conditio non vitiat institutionem, ἄπορος vitiat, veluti si Primus heres erit, Secundus heres esto: Si Secundus heres erit, Primus heres esto. nam non potest heres Secundus existere, nisi Primus heres extiterit, Rursus Primus non potest heres existere, nisi Secundus heres extiterit. Denique huius institutionis ratio vel exitus reperiri nullus potest.

Nota discrimen inter condicionem impossibilem et ἄπορον.

## L. XI.

Patre capto ab hostibus si quid filius qui in ciuitate remansit stipuletur, reuerso patri adquiritur actio. quia postliminium fingit filium sui iuris nunquam fuisse. Non idem dicemus si patre deportato filius stipuletur. namq; restituto non adquiretur actio. l. vlt. C. de sent. pas. cessat enim hoc casu illa fictio, & sine capitis deminutione filius in potestatem reuertitur.

## L. XII.

In summis id quod minus est sponderi videtur. l. inter stipulantem. §. si stipulante. ʒ. l. si ita stipulatus fuero decem aut x v. ʒ. cui est coniungenda l. si ita relictum. §. vlt. ʒ. de leg. 2. quæ est ex eodem libro. & ideo si stipulanti x. aut v. respondeam simpliciter, Spondeo, quinque sola debentur. In diebus etiam longiorem accipimus, vt si quis stipuletur Kal. Ian. aut Februarijs. Hæc igitur stipulatio simplex est, non alternata. nec vlla electio hic est, cùm promissor sit minorem summam longioremq; diem semper electurus. Diuersum esse tradunt si stipuler Romæ decem, aut Lugduni quinque.

A quinque.rectè. Id tamen probant malè allata l.qui res.§.mihi.ʒ.de solut. Item mala ratione, quòd promissoris intersit forsitan maiorem summam Romæ soluere, quàm minorem Lugduni, quasi scilicet electio sit promissoris. quod est falsum. nam quoties rerum alternatio mista est alternationi locorum, electio & locorum & rerum stipulatoris est.l.2.§.proinde.ʒ.de eo quod cer.loc.

## L. XIII.

Kalendis & ante Kalendas.vtraque oratione idem dies significatur, vt diximus in l.8.Ante diem III.Kal.& III.Kal.vtroque sermone idem dies significatur, idq; est perpetuum. Liuius 45. Latinæ edictæ à Cos. sunt in ante IIII.& III.& prid.Id.Nouemb. Ex ordine dierum his verbis palàm est significari IIII. & III.Id.No. Et sic πρὸ δεκαεπτὰ καλανδῶν, id est, XVII.Kal. Alciatus in l. Anniculus.de ver.sig.& alij quidam his verbis, Ante diem x.Kal. nonum diem significari putant. quin-B imo decimus significatur. mouentur locis falsis & adulteratis. In v. & vltima Philipp. Ante diem XIIII.Kal. cùm sit legendum XIII. vt Ferrarius quidam notauit. In oratione pro Quintio, Ante diem III.Kal. cùm sit legendum, Ante diem II. Kal. quod est pridie, vt in subscriptione l.2. C.in quib.cau.in int.rest. non est nec. & l.1. Ad leg.Iul. de amb. Similiter idem dies significatur his verbis, Hoc anno & Ante hunc annum, puta extremus. l.qui hoc anno.ʒ. Hoc mense & Ante hunc mensem. Idem quoque dies significabitur his verbis, Anno x. & Ante annum x. anni scilicet initium non finis.l.si ita fuerit.2.de manu.test. Annos decem natus, Ante annos x.natus. vterque sermò idem potest. Quærunt an & is qui stipulatur post Kal. similis sit ei qui stipulatur Kal. vel Ante Kal. Quidam similem aiunt. quod non est admittendum. Qui Kal.stipulatus est, actionem habet C statim postridie Kal.§.omnis.Inst.de verb.obligat. Qui post Kal. stipulatus est, non postridie, sed sequenti altero die actionem habet. Similiter post diem x.Kal. & x.Kal. vel Ante diem x.Kalendas idem dies non significatur. Vtroque sermone decimus dies, Neutro vndecimus significatur. l.anniculus.1.ʒ.de ver.sig. Sed his verbis x.Kal.vel Ante diem x.Kal. dies decimus ante Kalendas significatur, ipsis Kalendis computatis, illis verò Post diem x.Kalen: significatur dies x.post Kalendas, vt etiam ipsæ Kalendæ computentur. Ergo post diem x.Kal.Ianuarij, id est, IIII. Idus Ianuarij: sicut in l.si caluitur.§.1.ʒ.de verb.sig.Post diem III Kal.Ianuarij non est III.Kal. Ianuarias, sed III. Non. siue Ianuarij die III. vt ex Plutarcho in Cicerone Ant. Augustinus exposuit rectissimè Emend. lib. IIII. Rursus quærunt an is qui stipulatur intra Kal.sit similis ei qui stipulatur Kal. Quidam similem putant.verius est his verbis ipsas Kal. contineri. l.1. §.si intra.ʒ.de suc.edic. Qui iussus est iudicare D intra Kal.ipsis Kal.pronuntiare potest. Qui promisit se daturum intra Kal ipsis Kal.si dederit, stipulationi satisfacit. Non tamen est idem intra Kal. & Kalendis. Kalendis liber esse iussus, non fit liber ante Kal.Intra Kal.liber esse iussus, statim fit liber, quia intra Kal.significat etiam citra Kal.l.si ita fuerit.2.§.vlt.de manu.test.

## L. XIIII. ET XV.

Stipulatus sum domum ædificari, non adiecto die, quando committitur stipulatio? Et placet Celso non antè eam committi quàm præterierit tempus quo domus ædificari potuit. Idemq; in legatis. Obstat l. stipulationes non diuiduntur. §. vlt.ʒ. quæ non esse expectandum ait, vt tantum temporis prætereat, sed ex mora statim stipulationem committi. Diximus in l. 9. In stipulatione Stichum dari, dissensisse Sabinianos à Proculianis ex l.ita stipulatus. Pari ratione dissenserunt in stipulatione domum fieri. Celsus, qui ex Proculianis fuit, expectandum putat esse, vt tantum temporis transeat quo potuerit fieri domus. Vlp. in d.l. stipulationes moram sufficere scribit ex Sabini sententia, id est, si cùm primùm potuit opus inchoare non inchoarit. Ioannes distinctione adhibita hæc ita in concordiam adducit. Ex Vlp. sententia confestim agi posse in id quanti interest domum inchoari, ex Celsi confestim agi non posse in id quanti interest domum perfectam esse. Atqui Vlp. ait diem obligationis cedere. Non cedit igitur pro parte sed tota. proinde confestim agi potest vt fiat. Quòd si vt fiat insolidum confestim agi potest, poterit & id quod interest vel pœna insolidum peti. Nec pro Ioanne quidquam facit l.continuus.§.item qui insulam.ʒ. Si non inchoetur opus, id tantùm æstimetur quod in illo interuallo effici potuit. Nam sic ea verba accipienda F sunt, vt æstimet iudex quanto interuallo quanto'ue tempore opus consummari oportuerit, exemplo eorum quæ dicta sunt in §.cùm ita: qui præcedit: non quòd statim à non cœpto opere in id agatur quanti interest opus inchoari vel promoueri. At, sicut diximus, cùm ex sententia Celsi expectandum sit, vt tantum tempus præterierit quo domus consummari posset, quæritur an parte domus ædificata, deinde combusta, ex integro tantum temporis expectandum sit. quòd verius est. l. 15. Opponit Acc. l. Martius.ʒ.loc. In l.15. hoc quæritur, combusta parte ædificij quantum temporis redemptori detur ad instaurandum ædificium. in l.Martius. & l.vlt. longe aliud, cuius puta sumptu ea pars instauretur, si domum faciendam conduxerit. Et aut vitio operis siue conductoris culpa, & tunc sumptu conductoris: aut vi naturali & repentina, & tunc sumptu locatoris. ad hæc pertinet constitutio l.7.C. de oper.pub. quæ præsumit intra XV. annum opus publicum quod corruit culpa G conductoris corruisse, nisi quæ vis maior appareat.

## L. XVI.

Sumpta est ex Pomponij lib. VI. ad Sab. quo tractauit de legatis. & sanè duæ quæstiones quæ hac l.tractantur, poni solent tam de legatis quàm de stipulationibus. Prior est de stipulatione rei

 suæ.

suæ. in qua legati idem ius est. Posterior de stipulatione in annos singulos. in qua legati diuersum ius est. & huius quidem ratione coniungenda est hæc l. cum l. 2. ff. de an. leg. & consequenter illi l. 3. ff. de op. lib. Sed de priore primùm dicamus. Si quis rem suam sibi restitui vel tradi stipuletur, vel rei suæ æstimationem dari, stipulatio vtilis est. l. nemo rem suam. ff. hoc tit. l. 4. §. Labeo. ff. de do. exc. & ita rem nostram stipulamur stipulatione Aquiliana. l. vt responsum. C. de transf. At si quis purè stipuletur rem suam dari, statim ab initio inutilis stipulatio est, nec conualescit ex postfacto si res stipulatoris esse desierit. §. 1. de inut. stip. atque ita Catoniana regula non tantùm in legatis, sed & in stipulationibus locum habet. Quæ ab initio inutilis est stipulatio, ex postfacto non conualescit. Sed & stipulationis primus status, id est, causa & conditio prima ex postfacto non mutatur. l. insulam. ff. Ceterùm vt in legatis conditionalibus cessat regula Catoniana, ita & in stipulationibus. Si quis rem suam sub conditione stipuletur, stipulatio valet si modò existentis conditionis tempore res stipulatoris non sit. l. 31. l. existimo. ff. hoc tit. l. existimo. ff. de act. emp. Legata cùm dicimus, omnes actus morientium dicimus. Stipulationes, omnes contractus. Legatum est [illegible]. Stipulatio est [illegible]. Legati verbum admittit omnia iudicia defunctorum, Stipulationis, omnes contractus. & ideo rei promittendi dicuntur ex omnibus contractibus. l. eandem. ff. de duo. reis. Vt in legatis, ita in stipulationibus conditionalibus cessat regula Catoniana. Igitur in stipulationibus conditionalibus non contractus, sed conditionis tempus spectatur sicut in legatis. ac sanè ita est in casu regulæ Catonianæ. In alijs multùm distant legata conditionalia ab stipulationibus. In his tempus contractus spectatur, in legatis tempus cessionis, atque adeò conditionis. quæ exposui in notis Institut. tit. de verb. oblig. Videamus quid sit dicendum è contrario si rem alienam stipuler, quæ postea fiat mea. Aut purè rem alienam stipulor, aut sub conditione. Si purè, quæ postea fiat mea, stipulatio extinguitur ex alia regula, quæ dictat, ea quæ initio constiterunt postea extingui, si in eam causam recidant à qua incipere non potuissent. §. item contra. De inut. stip. quæ regula fuit controuersa, nec omnium consensu admissa semper, vt IIII. exemplis ostendimus in l. 2. §. ex his. ff. fuit & prior Catoniana, vt Th. indicat in §. an seruo. de leg. & in hac ipsa specie pugnat l. 1. de reg. Caton. cum l. cetera. §. 1. de leg. 1. Sed si rem alienam stipuler sub conditione, licet postea ea res mea efficiatur, stipulatio non perimitur, quia cessat illa secunda regula, cùm potuerim etiam initio rem meam sub conditione stipulari, & ideo si rursus existentis conditionis tempore ea res mea non sit, stipulatio effectum habebit. d. l. existimo. l. quoties. §. 1. ff. de vsufr. Et hoc argumento Marcellus vtitur in l. existimo, vt ostendat posse me rem meam stipulari sub conditione. Stipulatio rei alienæ sub conditione, dominio eius postea quæsito, non extinguitur. Hoc si concedas, & regulam illam admittas, extingui ea quæ in eam causam reciderunt à qua incipere non poterant, consequens est, cùm illa non extinguatur dominio quæsito, potuisse etiam me ab initio rem meam stipulari sub conditione. Sed si illam regulam non admittas, consequentia non erit necessaria. Idemq; accidit in hac specie, vt ostendit l. existimo. Ad fundum alienum purè si stipuler seruitutem, stipulatio non valet, Sub conditione, valet, si existentis conditionis tempore fundus meus sit. Quòd si ad meum fundum purè seruitutem stipuler, quia postea fiat alienus, ex eadem regula stipulatio extinguitur. l. si sub vna. §. vlt. ff. Sed si ad meum fundum sub conditione stipuler seruitutem (stipulor rectè sub conditione, impono vel constituo non rectè. l. 4. ff. de seruit.) stipulatio non extinguitur, licet postea fundus meus esse desierit, quia fieri potest vt ante conditionem rursus meus fiat, nec si ab initio sub conditione stipulatus fuissem seruitutem ad fundum alienum, inutilis stipulatio foret. d. l. existimo. Sed vt ad priorem speciem redeamus, eadem poni potest in stipulatione alternata. Si stipuler Stichum aut Pamphilum, & Stichus meus sit, solus Pamphilus est in obligatione, nec conualescit stipulatio Stichi eo postea alienato. l. qui decem. §. Stichum. ff. de solut. Si sub conditione stipuler, valet in vtroque. Quòd si purè stipuler Stichum aut Pamphilum dari cùm alieni essent, vterque est in obligatione. Sed si Stichus meus fiat, in Sticho obligatio extinguitur, quia in eum casum recidit à quo incipere non potest, in Pamphilo manet. vt in hac l. & l. non quocumque. §. vlt. l. huiusmodi. §. si Titio Stichus. ff. de leg. 1. Quòd si stipuler Stichum aut Pamphilum sub conditione, & Stichus meus fiat, in vtroque manebit obligatio. quia fieri potest, vt ante conditionem meus esse desinat. d. l. existimo. Ait lex, **Et alter ex his meus factus sit ex aliqua causa.** ] vbi Acc. lucratiua vel non lucratiua. malè. Nam ponendum est stipulationem interpositam ex causa lucratiua, Stichum item meum factum ex causa lucratiua, vt in l. inter stipulantem. §. si rem. l. existimo. ff. Nam si stipulatio interponatur ex causa lucratiua, Stichus adquiratur ex non lucratiua, æstimatio Stichi, vel Pamphilus sunt in obligatione, atque ita agendum erit. Idem è contrario si interponatur stipulatio ex causa non lucratiua, Stichus adquiratur ex lucratiua. l. si is qui Stichum. ff. tit. prox. Idem si vtrinque sit causa non lucratiua. At si ex causa lucratiua stipuler Stichum aut Pamphilum, & Stichus meus fiat ex aliqua causa lucratiua, reliquum duntaxat mancipium est in obligatione, isq; solus petetur absolutè. arg. l. Stichum aut Pamphilum. ff. ad l. Aquil. Poterit tamen oblata æstimatione Stichi promissor liberari arg. l. cum res. §. sed si Stichus. ff. de leg. 1. quod ibi latiùs exposui. & Acc. ita sensit hoc loco rectissime. Altera quæstio est de stipulatione in annos singulos, quæ multùm distat à legato. Hæc stipulatio pura est, & ideo confestim agi ex ea potest. l. cum qui ita. §. qui ita. ff. §. at si ita. Instit. de verb. oblig. & sic deinceps initio cuiusque anni, siue vna siue multiplex censeatur. Legatum item initio cuiusque anni, sed quod ad transmissionem attinet, primi anni est purum. l. 4. ff. de annuis leg. Ceterorum non est purum, vt dicetur inferiùs, sed conditionale vi ipsa. Nihil autem interest annua, an quotannis, vel in annos singulos legetur, aut promittatur. l. nec semel.

§. nouis

A §.nouissimè.§.quando dies leg.ced.l.cum ij.§.si in singulos.& §.seq.§.De transf.Non tamen est pura stipulatio, purúmue legatum, quod ita fit, Hoc anno, vel in hûc annum, vel in annos x. namq; ex ea confestim agi non potest, sed post annum vel decennium.l.qui hoc anno.j.l.si in annos.§.de con.& dem.vbi malè Haloander legit, Si intra annos.nã qui intra x.annos liber esse iubetur, statim liber fit.l.si ita fuerit.§.vlt.§.de manu.test. Quod si in annos x.nouissimus decennij dies expectatur. Secunda differentia hæc est: Vnam esse stipulationem plurium pensionum, non plures. Legatum autem in annos singulos est multiplex. & ideo in stipulatione semel, in legato quotannis ius capiendi inspicitur. In stipulatore initio capacitatẽ fuisse sat est. In legatario singulis annis capacitatem exigimus.l.Senatus.§.vlt.§.de don.cau.mor.l.4.l.cum in annos.de an. leg.l.1.§.si in annos.§. ad l.fal.l.cùm in annos.1.& 2.§. quando dies leg.ced. Diximus stipulationem esse vnam. Obstat l.pen.§.1.j.
B Sed ibi certa tempora & singulæ summæ expressæ sunt: Nos tractamus de stipulatione facta infinitè, in annos singulos x.dabis. Obstat l.sancimus. §.pen.& §.vlt. C. de don.quæ plures donationes esse ait si quis stipuletur annuam quantitatem. Nos vnam esse dicimus, eam scilicet quæ est infinita & perpetua, quod & Iusti.admittit in §.vlt.& tunc duntaxat plures esse ait in §.pen.cùm temporales sunt. Verùm in eo §.vlt.corruptè legitur, Vel adijciatur tempus vitæ, quo modo si legas, pugnabit ex diametro §. vlt.cum penult. Legendum, vel non adijciatur, vt Isidorus 47. βασιλικῶν. Obstat l. si seruus communis. §.cum seruus.j.de stip.ser. Sed ibi quoque non fuit infinita stipulatio, sed in annos quinque. Tertia differentia: incerta est stipulatio, vt dicitur hac l. quia infinitum tempus, atque adeò infinitam quantitatem continet: & ideo ex ea non est certi condictio. At singula legata certa sunt. Quarta: Stipulatio est perpetua, legatum finitur morte, l. 4.l.in singulos.§.
C de an. leg. Et ideo eleganter Martialis ait, eum cui legata sunt annua morientem ea debitori legare videri, id est eorum liberationem. Versus ij sunt lib.IX.

*Non puto Fabio fuisse à Bithinico legata annua. Sed Bithinicum ex [illegible] soli him, cum eum captaret.*

*Nil tibi legauit Fabius Bithinice, cui tu*
*Annua, si memini, millia sena dabas.*
*Plus nulli dedit ille, queri Bithinice noli,*
*Annua legauit millia sena tibi.*

Id est eorum liberationem. Et ob id cùm legantur annua vel in annos singulos, primi quidem anni iam cœpti purum est legatum, & si moriatur legatarius post mortem testatoris, legatum illius
D anni transmittit in heredem. Sequentium annorum legata sunt conditionalia, puta si legatarius viuet. nam eius tantùm anni legatum legatarius transmittit quo vixit. l. 4.l.in singulos. eod.d.l.1.§. si in annos. Ratio differentiarum hæc est, quia annua legata personæ relinquuntur alimentorum, habitationis, disciplinæ, vestiarij causa, vt scilicet legatario consulatur. & ob id inest eis hæc conditio, Si legatarius viuet, & morte eius finiuntur, infinitumq; tempus non habent, & singulis annis excutitur legatarij persona an superfit, an capax sit. qua ratione etiam fit vt de legato annuo transigere legatarius non possit sine decreto, de stipulatione possit. l. cum ij. §. de trans. In stipulatione annua alimentorum, aut similis rei, id est, personæ stipulatoris ratio non habetur, sed ita promittendo sibi potius promissor diuisis pensionibus consulit quàm stipulatori. Et ideo si ea fini quis annua stipuletur, qua solent legari à testatoribus, dicemus plures esse stipulatiooes certas, quæ he-
E redem non sequantur. Hæc plerumq; est contrahennum finis, cùm legati ita relicti nomine stipulatio ex edicto interponitur.l.1. §. si quis. §.vt leg.no.cau. Contrà si ea fini testator legarit, qua solent annua in stipulationem deduci, puta vt debitori, id est heredi consulatur, vnum erit legatum, purum, incertum, perpetuum. l. nec semel.l.si cum præfinitione. l. Firmio. §.vlt.j.qu.dies leg.ced. Idem dicemus si nominatim adiecerit testator, & heredibus.l.in annalibus. C. de leg. & ad heredes legatum pertinebit in infinitum. quod tamen in vsufructu legato, verbi gratia Titio & heredibus, non obtinet: nam proximi tantùm heredes vocantur, ne inutilis penitus reddatur proprietas. l. antiquitas. C. de vsuf. Idem dicemus si annuum legetur Reip.vel templo.l.6.l.annua.§.vlt.l.pen. §. de an.leg. & habeo ea de re Græcam Constitutionem Iustiniani ad Io. præf.præt. περὶ καταλιμπανομένων ἀναλλοίων σιτηρέσεων ἢ ξενῶσιν ἢ ἄλλοις τισὶν εὐαγέσι συστήμασιν. quod tamen eadem ratione non ob-
F tinet in vsufructu.nam vsusfructus Reip.relictus, vel templo, centum annis finitur.l. si vsusfructus. de vsufr. leg. Rationem differentiarum quam attuli attingunt plures, sed aptant eam solummodo postremæ differentiæ: aliarum alias inquirunt perperam. Ipse aptaui illam omnibus. Et sanè cùm alia differentia nectatur ex alia, omnium vt idem sit principium necesse est. Vna cur sit stipulatio quærentes, alij hac ratione vtuntur, quia vna verborum conceptione constet. quod refellitur. nam eadem ratione legatum erit vnum. eadem ratione hæc stipulatio, Stichum & Pamphilum dari, erit vna. Alij quia vna actio. hæc etiam vitiosa est. Vnam esse actionem, audio. Cur vna sit, adhuc requiro. Petitur hac ratione principium, & idem per idem declaratur. Alij, quia semel stipulatoris persona spectatur. Hæc etiam ratio rationem petit. Potior illa est ratio eademq; generalis, vnam esse stipulationem, quòd cùm diuisio pensionum stipulatoris gratia non fiat, eius personæ non co-
G hæreat stipulatio, sed sit perpetua, continua, infinita, indiuisa temporibus. In l. si à colono. j. de fideiuss. stipulatio quæ non est perpetua, puta adpromissio pro colono, vna dicitur plurium pensionum stipulatio, quòd ea contineantur omnes pensiones, his verbis, Quidquid colonum dare facere oportet, nullo tempore expresso,

L. XVII.

## L. XVII.

Sumpta est ex l. 7. ff. de cont. empt. quæ est ex eodem libro. Stipulatio inutilis est, si interrogatus quis respondeat, si voluero. l. à Titio. in fi. ff. hoc tit. Idem putat esse Accurs. si ita respódeat, Si volam. quod non admitto. nam verbum volam est extensiuum in futurum, Voluero non item. Voluero, significat semel, Volam identidem. Hoc voluntatis mutationem admittit, illud non item. Si hæc sit conditio, Si voluero, vbi semel nolui, stipulatio nec me nec heredem meum adficit si postea voluero. l. centesimis in fi. ff. At hæc, Si volam, & me & heredem meum adficit si postea voluero, vt apertè indicat l. sub hac. ff. tit. prox. Idem prorsus est in legato. Legatum non valet quod confertur in merum & plenum arbitrium heredis. l. senatus, §. legatum. de leg. 1. Legatum valet quod confertur in arbitrium heredis quasi boni viri. l. si sic legatum. de le. 1. l. x 1. §. sic fideicommissum. de leg. 3. Putem etiam stipulationem valere collata conditione in arbitrium promissoris quasi boni viri, veluti si æquum existimaueris opus restitues. neque obstat l. quod sæpe. §. 1. ff. de cont. emp. quæ imperfectam esse venditionem ait ita factam, Quanti æquum putaueris, tanti emptum habebis. Quæ de venditione, eadem & de stipulatione dici possunt. nam stipulatio est pandectæ contractuum. Sed id de pretio emptionis traditur. quod vsq; adeò certum esse oportet, vt dubitatum etiam fuerit, an posset in arbitrium extranei conferri. §. pretium. Instit. de emp. & ven. Similiter legatum valet ita relictum, Cùm voluerit heres. d. l. x 1. §. sic fideicommissum. Itemq; stipulatio, Cùm volueris. l. centesimis. §. vlt. ff. videlicet si viuus heres vel promissor dixerit se velle dare, etiam si eo non dato decesserit. quod si antequam vellet, decesserit, heres eius non tenetur. His verbis, Cùm volueris, id palàm in eius arbitrio non ponitur an debeat, sed quando debeat. Idemq; si dixerit, Nisi noluero: nam post perfectam obligationem hæc conditio inseritur. l. obligationum fere. §. conditio. ff. tit. prox. d. §. sic fideicommissum. Est tamen quædam differentia inter hæc duo, Cùm volueris, & Nisi nolueris, vt in eo §. ostenditur. Nam Nisi nolueris, primam voluntatem exigit, & vbi semel voluit, postea non potest nolle. At hæc verba, Cùm volueris, vel Cùm voluero, tractum temporis habent, id est extensiua & paratatica sunt, nec primam voluntatem exigunt, ideoq; ante mortem quandocumq; mutare voluntatem potest, nec nisi extremo vitæ spiritu voluerit, effectum habebit stipulatio. Idem dicendum est si dixero, Cùm volam. & malè inter hæc duo differentiam statuit Acc. in l. 7. ff. de cont. emp. nam vterq; sermo profertur παρατατικῶς in futurum tempus. nec quidquam huc pertinet l. si quis stipulatus sit. ff. vbi ponit differentiam inter Quem voluero, & Quem volam, Si voluero, & Si volam, quam & posui suprà. Non tamen eadem erit differentia si dixeris, Cùm: quandoquidem articulus, Cùm, extensionem significat in futurum tempus, quoad viuet. Est & aliud in quo conueniunt legata & stipulationes. Legatum valet in arbitrium legatarij collata conditione. l. si ita expressum. ff. de con. & dem. Valebit & stipulatio, veluti, Mihi si voluero dabis. & ob id hæc l. de reo promittendi tantùm loquitur, itemq; l. centesimis. & l. à Titio, non de reo stipulandi. nam & legatum & stipulatio sunt μονόπλευρα, id est, ex vna tantùm parte obligationem constituunt. Qua ex parte obligatio constituitur, in eam totius rei arbitrium non confertur rectè: Qua ex parte non constituitur, in eam confertur rectè.

## L. XVIII.

Rectè Flo. Ideo iure, hoc sensu, non ideo quòd bis eandem rem promiserit iure amplius quàm semel tenetur. namq; & rei & æstimationis petitio ideo non erit. & sic in legatis quòd bis eandem rem testator legauerit, non ideo amplius quàm semel peti potest. l. planè. §. si eadem. de leg. 1. fieri quidem potest vt eiusdem rei nomine duæ sint obligationes, veluti vna pura, altera in diem, vna ex stipulatione, altera mandati, vna propria, altera hereditaria, vna efficax, altera inefficax: At res ea quæ varijs obligationibus debetur, amplius quàm semel non præstabitur. Dum ait, Non tenetur, non negat esse duas stipulationes, sed duas præstationes siue exactiones. Igitur vtraq; stipulatio valet, nisi posterior fiat nouandi animo, sed res non potest præstari nisi semel. Dum ait, Idem, significat rem siue corpus. Nam si bis eadem quantitas promittatur, voluntatis est quæstio. d. l. planè. §. sed si non corpus. & ideo sæpius debetur stipulatore probante hanc mentem contrahentium fuisse. Re eadem bis promissa non admittitur voluntatis quæstio. Citatur l. 25. ff. Duplex fuit stipulatio, Vtraq; valet. Sed prior exceptione eliditur, & quasi nulla est, vt ait lex, vt & l. & eleganter. §. seruus, de do. l. lecta. §. pen. ff. de re. cre. l. Stichum. §. aditio. ff. de solut. l. quamuis, §. Marcellus. Ad Vell. Posterior efficax est, eaq; rem actor consequetur.

## L. XIX.

Stipulatio pœnalis non adstringit omnes contractus omniáue pacta. Matrimonium est contractus, Diuortium est contractus, Nec tamen possunt adstringi pœnali stipulatione. & ideo inutilis est stipulatio ita concepta inter virum & vxorem, Si diuortium feceris tot dabis. Libera debent esse matrimonia, Libera diuortia, l. 2. C. de inut. stip. & contenti esse debemus pœnis dissidij legibus comprehensis Iulia & Papia vel Constitutionibus, veluti amissione dotis aut donationis propter nuptias. quibus locus est si cuius culpa diuortium fiat, non si bona gratia. & has quidem in stipulatum deducere possumus. Supra legitimas pœnas nihil stipulari possumus in casum diuortij. Opponit Acc. l. ea quæ. ff. de don. inter vir. & vx. Verùm in ea specie non fuit pœna, sed pecuniæ donatæ in casum diuortij reddendæ conuentio, quam & omissa conuentione tali, reddi

oporteret

A oporteret donatario ex ea facto locupletiore. Similiter verò sponsalia pœnæ vinculo obstringi non possunt. Possunt tamen sponsæ in casum repudij stipulari arras, sponsi pœnam legitimam quæ nunc est, puta duplum arrarum, vel eam quæ fuit olim, puta quadruplum. l.vlt. §.vlt.C.de spons. Nihil præterea stipulari possunt. & hoc quidem non de sponso & sponsa dicimus, sed & de parentibus qui inter se despondent natos, quod propriè ostendit l. Titia. ff. hoc tit. Ait, Si quis eorum &c. Eorum, id est, parentum, Si quis eorum cessasset in nuptijs perficiendis. De suo facto parentes promiserunt, non de facto filiorum vel extraneorum. At No. Leonis, περὶ τῷ ἀναγκάζειν τὸ γαμικὸν πρόστιμον secus est. qua puto restitutum ius antiquum, quo stipulari veteres solebant vxores futuras, & agere ex stipulatu in id quod interest, auctore Gellio lib.IIII.cap.IIII. Quod si in id quod interest, & in pœnam. nam stipulatio quæ quanti interest promissionem habet, pœnam

B quoq; admittit. l.vlt.ff.de præt.stip. Ait, Nulla.] Imo quasi nulla. d.l. Titia. vtrumq; dici potest. Sed non est necessaria exceptio.

## L. XX.

Sicut ita rectè stipulamur, Quod tibi Titius debet, si nauis ex Asia venerit dabis, sic & hoc modo, Quod tibi Titius debet, cùm debitor esse desierit, dabis. nam ex præsenti vires accipit stipulatio, si hoc tempore Titius debuit, sed non committitur antequam debere desierit. Valet igitur hæc stipulatio licet quod nunc est, in casum quo esse desierit in stipulationem deducatur. Similiter & hæ valebunt, Tignum quod iunctum est ædibus cùm solutum erit dabis. Rem meam cùm mea esse desierit dabis. Stichum cùm mortuus fuerit dabis. l. non moriturum. C. de contr. stip.

C

## L. XXI.

Post diuortium quæ nihil habet in dote stipulata est c. sibi reddi dotis nomine. Centum sunt in obligatione, nec falsa demonstratio quicquam obest. l. 2. §. creditum. De reb. cre. Pro demonstratione hæc verba accipio, Dotis nomine. & ita in l.vlt. C. de. fal. cau. l. si sic legatum. §. si mihi. de leg.1. Quidam malè pro causa. Causa est ratio promittendi. Qui promittit dotis nomine, quid promittat non cur promittat ostendit, demonstrationem igitur non causam. Superiori sententiæ locus est, si sciens maritus promiserit. nam si per errorem, indebiti promissi condictio est. l. pen. §. mulier. ff. Sol. mat. l.3. C. de con. ind. sicut si per errorem soluerit. l. maritus. ff. sol. mat. Idem verò dicendum in legato. Si pater filiæ quæ indotata, & nuptias nunquam experta est, leget c. dotis no-

D mine quasi debitæ à patre iam defuncto. Idem si frater sorori, quæ nullam dotem habet. idem si vir vxori. §. sed si vxori. de leg. l. quibus. §. qui dotalem. ff. de con. & dem. vel si quis alius alij cuilibet mulieri. nam falsa demonstratio non vitiat legatum. Sed vt ad stipulationem redeamus, si quæ habet c. duntaxat in dote, post diuortium cc. stipularetur dotis nomine, c. quæ sunt in dote actione de dote repetentur, vel etiam ex stipulatu, nisi nouandæ actionis de dote animus fuerit, alia c. quæ non sunt in dote, petentur tantùm actione ex stipulatu eadem ratione, quia scilicet falsa demonstratio stipulationem non vitiat. Ait, Diuortio facto.] id est, post diuortium. nam si hæc stipulatio fiat manente matrimonio, speciem donationis habet.

## L. XXII.

E Error in materia non vitiat stipulationem, dummodo contrahentes consentiant in corpore. Materia est causa ex qua aliquid fit, vt æs vel aurum vasis est materia. Si igitur stipulator putarit vas aureum esse quod erat æneum, nihilominus in æneo consistit obligatio. & hoc est quod ait, Teneberis mihi huius æris nomine, id est, in hoc ære obligatio consistet. Ferretus qui hoc loco ob errorem in materia tentat stipulationem vitiari, factiosus esse mauult, quàm sincerus Iurisconsultus. Materia porrò substantia etiam dicitur, & οὐσία in l. in venditionibus. ff. de cont. emp. rectè, & secundum Aristotelem. Substantia est τὸ ὑποκείμενον. Id verò aut materia est vt æs, aut forma, aut compositum ex vtroque, vt vas integrum. Error in materia non vitiat stipulationem, similiter error in forma non vitiat stipulationem: At error in ea substantia quæ ex materia & forma conficitur, id est, error in corpore, vitiat stipulationem. l. continuus. §.1. ff. hoc tit. Non sic in em-

F ptione venditione. nam & error in materia venditionem vitiat. l. in venditionibus. l. quid tamen. ff. de contrahend. emp. l. si sterilis. §. quamuis. ff. de action. emp. Materiam dicit l. in venditionibus. Qualitatem §. quamuis. Vtrumque coniungit l. quid tamen. rectè. Qualitas enim sumitur pro differentia substantiæ, vt puta materiæ vel formæ atque ita scyphus æneus & scyphus aureus differunt substantia, materia, qualitate. Id quoque notádum ad §. quamuis. vulgò ita rectè legi, Cùm in corpore consentiamus, de qualitate autem dissentiamus, emptionem non esse. In Florentinis negatio deest librarij mendo potius quàm mendacio auctoris, nam si tollatur, hoc §. dicit, Licet emptio valeat cùm erratum est in qualitate rei, tamen ex empto est actio. Aequè prudenter ac si diceret, licet vtile sit mutuum quod dedi, tamen mihi competit actio ex mutuo, Licet homo sit ratione præditus, rationem tamen habet. Quis nescit si vtilis est emptio, vtilitatem continere actionemq; pare-

G re? Addita igitur negatione ita potius scripsit, Licet emptio non sit, tamen est actio ex empto. quod prima specie falsum videbatur. nos tamen hoc admittimus sæpe. Præterea refert se in eo §. ad ea quæ suprà dicta sunt. Quamuis, inquit, suprà diximus. Suprà autem dictum est emptionem non esse, non emptionem esse. Non est igitur affirmatè legendum, emptionem esse. Dices, emptionem non esse suprà non idem I. C. dixit, sed alius in l. in venditionibus. & l. quid tamen. Dicam, Triboia-

num sæpe introducere vnum dicentem se superius scripsisse, quod tamen ex alio relatum est superius, vt in l. si in emptione. §. liberum. de contr. emp. quæ referenda est ad l. nec emptio. eod. tit. & in l. impuberem. §. item non continetur. ℸ. ad l. Cor. de fal. quæ referenda est ad l. diuus. §. item senatus. eod. tit. Notandi sunt duo casus, quibus tradunt emptionem valere, etiam si erratum sit in materia. Vnus est si inargentata vel argentosa væneant pro argenteis. quia non omnino erratur in materia. est enim in eis argenti aliquid. rectè. d. l. quid tamen. Opponunt l. cùm ab eo. §. vlt. eod. tit. quæ non valere venditionem ait, si mensa argento cooperta væneat pro argenteâ. Respondet Acc. Id actum in ea specie fuisse, vt solida mensa esset ex argento. nam l. ait, Pro solida. Non placet responsio. nam & vas inargentatum dum vænit, pro solido vænit, idq; pro cauro habetur semper. Ego inargentata vel argentosa censeo separanda esse ab iis, quæ argento cooperta sunt. Mensæ æneæ inargentatæ vel argentosæ argentum inest, eiusq; materia duplex, æs & argentum. Argento coopertæ argentum non inest, eiusq; materia æs, non argentum, sicut vestis materia non est hominis. Lamina argentea quasi vestis est mensæ. Plinius x I I I. Mensam cuius materia erat tuber operimento laminæ vestitam. Alter casus hic est, Si, inquiunt, emptoris intersit venditionem seruari. rectè. Ceterùm id probant minus rectè allata l. Labeo. de contr. emp. Lex ait, si erratum sit materia, emptori competere actionem ex empto. Ergo emptio valet. Neganda est consequentia. l. qui officij. §. I. eod. tit. Hidem illi hoc proposito emptionem valere hoc casu, subijciunt, non tamen ad rem ipsam emptorem agere, sed ad id quod interest. Aliud igitur quasi præstigiatores proponunt, aliud ostendunt. nam si non est actio ad rem, certè emptio non valet. Ad id quod interest actio ex empto esse potest etiam si nulla sit emptio. d. §. quamuis. d. l. qui officij. Verum tamen esse quod proponunt reor, idq; subiecta ratio differentiæ inter stipulationem & venditionem mox indicabit. Cur error in materia venditionem vitiat, stipulationem non item? An quia stipulatio stricta est, venditio bonæfidei? Minimè. nam pignus est bonæfidei, de quo idem est proditum quod de stipulatione l. I. §. de pig. act. & l. cùm æs. ℸ. de furt. Verior ratio hæc est, quia si per errorem pignori accepto, vel in stipulationem deducto ære pro auro, pignus & stipulationem nullam esse dixeris, nihil superfuerit in obligatione. At creditoris & stipulatoris interest, vt æs saltem sit in obligatione. Alia est ratio emptionis. nam in ea interest emptoris potiùs ne vllo modo in ære emptio consistat quod venditum est pro auro. Eadem est condino stipulationis ex causa emptionis interpositæ. nam sicut stipulatio legati, naturam legati sequitur. l. I. §. si quis. §. vt leg. no. cau. ita stipulatio emptionis, naturam emptionis sequitur. l. si stipulatus. §. de vsur. Contrà si emptoris intersit emptionem in eo corpore, cuius in materia erratum est, consistere, fatebor consistere, & ad eam rem agi posse, vt si stannum sit quod putabat emptor plumbum esse, aliter quàm si væneat æs pro auro, plumbum pro argento, acetum pro vino. Verumenimuero his casibus licet non valeat venditio, eo tamen nomine venditor tenetur ex empto. De dolo non tenetur, etiam si sciens fefellerit emptorem, quia est actio ex empto, est & condictio pretij. Is etiam qui sciens pignori dedit æs pro auro non tenetur de dolo, quia est pigneratitia. Is item qui promisit, non tenetur de dolo, quia est ex stipulatu ex doli clausula, Dolum malum abesse, quæ subijci plerumque stipulationibus solet, vt hæc lex iudicat, & l. doli. & l. Lex ea parte. & l. si ita quis. §. vlt. ℸ. hoc tit. & aliæ complures. Ceterùm omissa illa clausula necessariò decurrendum erit ad actionem de dolo. quia stricto iudicio dolus non vindicatur. l. ita demum. §. vlt. §. de recep. arb.

## L. XXIII.

Qui hominem certum debet ex testamento vel ex stipulatu, mortuo homine liberatur, nisi mortuus sit post moram. Mora rei obligationem producit atque perpetuat. l. is qui. §. tit. prox. l. 82. §. vlt. l. 33. ℸ. l. cùm seruus. §. ipsius. de leg. I. Mora est soluendi vel accipiendi crediti frustratoria dilatio. Tam creditor in accipiendo, quàm debitor in soluendo moram facere potest. vtrumq; definitio complectitur. Dilatio. l. sciendum. §. de vsur. Eccl. 29. παρελκύειν χρόνον. Et ob id à Græcis ὑπερθέσις dicitur. Ea plerumq; fit in personam creditoris per oblationem pecuniæ debitæ. & in personam debitoris per litis contestationem, vel per aliam interpellationem, denuntiationem, admonitionem creditoris factam opportuno loco & tempore, puta si interpellatus opportunè debitor moretur & frustretur. Paulus in fi. r I I. Sent. Mora fieri videtur cùm postulanti non datur. Dixi, Plerumq;, quoniam an mora facta sit, quæstio facti potius est quàm iuris, de qua absolutè responderi non potest. itaque eius definitio ad iudicem potius spectat & virum bonum, quàm ad iurisconsultum. l. mora. §. de vsur. & rectè in d. l. quod te. §. de reb. cre. Animaduerti. & in l. sed & si Reipublicæ in fi. §. de vsur. Decerni. Interdum moram re ipsa debitor facit sine interpellatione. d. l. sed & si Reip. l. 49. §. pen. ℸ. l. vlt. C. de cond. ob tur. cau. l. 3. C. in quib. cau. in integ. rest. Interdum ex die solo. l. traiectitiæ. §. tit. prox. l. magnam. C. de cont. stip. l. ad diem. ℸ. hoc tit. Aliàs res ipsa interpellat, aliàs dies, aliàs persona, aliàs nec res nec dies, ac ne persona quidem, vt indicat d. l. mora. & l. I. quis solutioni. eod. quamobrem constitui hac de re perpetuò & generaliter nihil potest. Sanè pupillus interpellatus moram non facit, nisi interpelletur tutore auctore, vel nisi ipse tutor interpelletur. l. prox. ℸ. cui opponi solet l. si dictum. §. vlt. §. de euict. quæ non loquitur de interpellatione, sed de laudatione auctoris. Laudari pupillus auctor potest sine tutoris auctoritate, si tutor non compareat. idq; benignè receptum est, ne in fraudem emptores incidant. Sumpta est l. prox. ex Pauli Lib. I x. ad Sabinum. Ex eodem est l. 22. Eo libro tractauit de furtis. Lex 22. quatenus coaptari possit ad quæstionem de furtis, coniuncta l. cum æs. ℸ. de furt. intelligetur. Hæc verò ita illi quæstioni aptabitur

Mora quid.

Quando plerumq. fiat.

Mora interdu sine interpellatione.

A bitur si dicamus, Pupillum furtum facere, damnum iniuria dare, & ex ijs causis obligari sine tutore. l.impuberem. l.prox.de furt. Moram tamen non facere sine tutore. Ceterùm, vt supra diximus, si res debita post moram debitoris interierit, debitor non liberatur. Id ita Martinus accipit, nisi omnimodo ea res fuerit peritura apud creditorem. quod verissimum esse arbitror. Id probat l. si plures. §.vlt. ff. depos. Lex ponit rem debitam ex causa depositi ante rem iudicatam interijsse post litis contestationem, atque adeò post moram tamen. Quinimò ideo ponit ante rem iudicatam interijsse, quòd post rem iudicatam intra tempora iudicati cesset ac interquiescat mora, & eius temporis periculum non pertineat ad debitorem. Re autem post moram ante rem iudicatam extincta, quæritur an depositarius liberetur. Lex significat ita distinguendum esse ex Sabinianorum sententia. Aut peritura erat res apud actorem, etsi confestim restituta esset, & tunc liberatur, aut non erat

B peritura, vt quia actor eam distraxisset & pretium redegisset, & tunc non liberatur. Eandem distinctionem adhibendam esse in actione ex testamento indicat l.cùm res. §.vlt. ff.de leg.1. Ait enim re legata post moram extincta ideo heredem teneri legatario, quòd si eam maturiùs præstitisset, potuisset eam legatarius distrahere, & sibi pretium seruare. Ex contrario igitur si non erat eam distracturus, si omnino erat apud eum peritura, absolui heredem oportet. Cur non & eadem vtemur in actione ex stipulatu? Eadem vtimur in rei vindicatione, siue agatur cum bonæfidei possessore improbè litigante, siue cum malæfidei possessore. l.item si verberatum. §.vlt. ff. de rei vindicat. Eadem distinctione vtimur non tantùm cùm de debitoris, sed & cùm de creditoris mora disputatur, vt in specie l.si is qui Stichum. ff. de iur.dot. Pro Martino citatur l.si cum exceptione. §.quatenus. ff. Quod met.cau. malè. Est enim potius contra Martinum. nam re metu extorta perempta post moram, id

C est, post tempora iudicati, lex ait indistinctè teneri eum qui metum intulit, siue æquè fuerit res apud actorem peritura, siue non, idq; fit odio eius qui malo more metum intulit, quod in alijs moratoribus locum non habet. nam & eius odio hoc comparatum est, vt non liberetur re perempta ante moram, id est, intra tempora iudicati, si peritura non fuisset metu non illato, quod & ad eum qui vim fecit porrigitur in interdicto Vnde vi, vel Quod vi aut clàm. Alij verò debitores puta ex testamento vel ex stipulatu ante moram re perempta indistinctè liberantur, siue fuerit ea interitura apud creditorem, siue non. Porrigo idem illud etiam ad furem in condictione furtiua, non in rei vindicatione, qua tenetur vt quilibet possessor. l.12.C.de fur. non vt fur, & ob id maximè furi grauis est condictio, quia ex tres actiones De vi, De metu, De furto non admittunt illam distinctionem, fuerit res peritura nec ne, quæ an esset in alijs etiam actionibus admittenda, fuit olim controuer-

D sum: In ijs nunquam fuit controuersum. Rursus eandem distinctionem illæ tres admittunt re perempta ante moram, quam aliæ reijciunt. Alius casus ponitur in hac lege quo re perempta debitor non liberatur, Si ipsemet debitor hominem debitum occiderit. Tale factum interpretes moram appellant malè. Separatur à mora in l.si seruum. §.sequitur. ff. l.mora. §.vlt. ff. de vsur. Mora est dilatio, cessatio, frustratio, tarditas, procrastinatio. Occisio serui, nihil est tale. Mora emendari potest. Occisio serui non item. Vtrumque tamen culpæ nomine continetur: & vt hæc lex significat, per debitorem stat quominus det, hoc est, debitor est in culpa dupliciter, si moratus solutionem fuerit, & si occiderit. & hoc vtique si immerentem occiderit. nam si merentem occiderit, culpa vacat, nec vtilis actio in eum constituenda est. l.qui seruum. ff.hoc tit. vbi fortasse vtilis actio dicitur quòd detur vtilitatis, id est, eius quod interest nomine, vt in l.stipulatio. §. si quis insulam. ff. Est tamen di-

E recta. Ait hæc, **Hominem certum**] vt & l.37. ff. l.3. C.de vsur.leg. nam incerto homine, id est, generaliter & ἀορίστως homine promisso, quod debetur perire non potest. L.25. exposui in l.18.

## L. XXVI.

Aliæ sunt stipulationes natura turpes, ex quibus nec ciuili nec prætorio iure datur actio, veluti Homicidium, Sacrilegium, Furtum, Lenocinium fieri. l.5. C.de cond.ob tur.cau. Si homicidium fecero tot dari. Vel si furto facto à pluribus alter ab altero ita stipuletur, Ex furto partem dari. l.si flagitij. ff.hoc tit. vel si ita stipuler, Si homicidium non fecero tot dari. l.iurisgentium. §.si vt maleficium. ff.de pac. Ait l.prox. **Actionem denegari.**] Data scilicet exceptione. l.pen. ff.de cond. ob tur. cau. l.1. C.eod. & ita s.c. Macedoniano denegari dicitur actio, quæ tamen sine exceptione

F non infirmatur. l.sed & si. §.hoc. D.ad s.c. Macedon. l.7. §.non solùm. eod.tit. Pessimè illi, qui in ea l.penul. turpem causam non generaliter, sed angustè accipiunt. Nam & cùm ex vtraque parte turpitudo versatur, vt in hac stipulatione, Si homicidium fecero tot dari, lex ea significat agenti exceptionem obstare, & soluenti condictionem non competere. Et quod ait, Porrò, exemplum est præcedentis sententiæ. Porrò significat planè aut proinde. Aliæ sunt turpes ciuiliter, ex quibus etiam actio non datur, vel si datur sub ambiguo, non est defutura exceptio, vt si ita de muliere stipuler, Si mihi non nupseris tot dari. quo de genere stipulationis diximus in l.19. vel si quis sororem nupturam sibi stipuletur. l.35. ff. quod iure ciuili non natura probrum est. Vel si ita stipuler, Si me heredem non feceris, tot dari, quæ quidem est etiam contra bonos mores pop. Romani. l.61. ff.hoc tit. de quo genere stipulationis, deq; illa l.61. hoc loco dicere constitui. Successiones stipulationibus

G vel pactis obstringi non possunt, vt si stipuler, me heredem scribi, vel nisi scripseris tot dari. l.4. C. de inut. stip. l.cum donationis. C.de trans. vel si dotali instrumento conuenerit vt vir vxori succedat. l.hereditas. C.de pac. con. vel si conuenerit vt filia quæ nuptui collocatur, vel filius cui vxor datur, patri succedat ex æquo vel ex besse. Hæc conuentio est contra leges. l.pactum quod dotali. C.de pac. Moribus tamen nostris recepta est & probata. No. Leonis 19. qua abrogatur dic. l.pactum quod

dotali. Est etiam contra leges hæc conuentio, ne succedat nobis ab intestato is, ad quem lege hereditas redit, vel vt filius aut filia contenta sit certis rebus, nec agat querela. l.si quando. §.illud C. de inoff.test. vel vt filia contenta sit dote, & renuntiet ceteris. l.vlt.ff.de suis & legit. hered. l.3.C.de collat. hæc conuentio non valet, nisi dos sufficiat legitimæ portioni arg.l.1. §.si parens. ff.si quis à par.man.fuc. At moribus nostris hæc etiam conuentio recepta est, præsertim si iurata renuntiet ex C.quamuis. de pac. Illa quoque recepta est, ne ex matrimonio quod contrahitur suscepti filij patri succedant, qua de re conuenire plerumque solent viri nobiles, qui habentes liberos ex nobili vxore, ea defuncta ducunt plebeiam, vt est relatum in libris feudorum tit. Si de feudo def.cont. sit. §. filij. in quo deest negatio, & in titul. de filijs naturalibus ex mat. ad morganaticam contr. Id illi faciunt consulentes liberis ex priore matrimonio, quanquam vtrique nobiles censeantur, nam & plebeia vxor per matrimonium nobilitatem adipiscitur, sicut econtrario nobilis si nubat plebeio eam amittit, & transit ad plebem, & filij nascuntur plebeij. Liuius lib.x. Virginia patricia desijt esse, quòd nupsisset Volumnio plebeio. Verbum illud, Morganaticam, quod est in illo tit. de filijs nat. ex mat. &c. reperi & in alio auctore satis vetusto Alberto Argentinensi in Chronico. Tanquam, inquit, matri suæ per Rodolphum regem olim morganatico iure donatum. Id ius est ex lege Salica, Longobarda, Ripuaria. Eo verbo significatur quidquid nuptiali conuentione siue instrumento dotali conceditur vxori vel liberis nascituris ex eo matrimonio, quod genus omne conuentionis leges illæ comprobant, ideoq; in illo tit. Ad morganaticam, id est, legibus illis. In antiquis legibus Francorum, Mariage à Mortguage. Non valet etiam conuentio inter duos facta de mutua successione, nisi inter commilitones. l.licet. C. de pac. Harmenopulus 1. Epit.tit. περὶ ἀλληλοκληρονομίας. Non valet item conuentio si duo vel plures, qui sperant alterius successionem, eo viuo nec consentiente præmaturè de eius diuisione inter se paciscantur. l.vlt.C.de pac. Est enim quasi coruina conuentio. Valet conuentio ne me vel filium exheredes. l.quidam. ff.hoc tit. Exposui §.vlt.in l.8.

## L. XXVIII.

Qui rem dari stipulatur, proprietatem stipulatur. l.vbi autem. §. vlt.ff. l.non videntur data. ff.de reg.iur. l.2.C.de cont.stip. Qui rem tradi, possessionem tantùm stipulatur non proprietatem. itaque ex ea stipulatione non est certi condictio, sed actio ex stipulatu. itemq; eo modo rem meam rectè stipulabor. l.nemo rem suam. ff. l.4. §. Labeo. ff.de do.excep. l.si aliquam rem. ff. de adquir.poss. & dixi in l.16. Interdum dari accipitur pro tradi. l.4. ff.de vsur. Quidam differentiam esse tradunt inter stipulationem Rem tradi, & stipulationem Vacuam possessionem tradi, & hanc continere fructus postea perceptos, illam non item, quod an verum sit, tractemus. Si stipulatus sit rem dari vel tradi, fructus & partus non veniunt nisi post litem contestatam. l.si filiusfamilias. §.vlt.ff. l.4. §.videamus. §.si actionem. ff.de vsur. Neque obstat l.si fundum. ff. nam in ea l. id quod interest significat rei pretium, & si quid pluris circa rem intersit, non fructus. At si stipulatus sit, Vacuam possessionem tradi, hæc vacui appellatio exigit vt causa etiam bonorum, id est, fructus & partus præstentur. Sic Vlp. in l.in conuentionalibus. §. vlt. ff. Causa bonorum est omne id quod habiturus esset stipulator si res tradita fuisset. porrò habiturus fuisset fructus & partus. ergo ij veniunt. Idem probat Pap. l.4. ff. de vsur. nam licet idem videatur stipulator ingeminasse his verbis, Rem dari, vacuamq; possessionem tradi, non tamen propter illam ingeminationem eo loci Pap. ait fructus & partus venire, sed propter illam vacui appellationem. Vberior igitur hæc stipulatio est Vacuam possessionem tradi, quàm illa Rem tradi. Verùm obstat Pomp. in l.3. quæ incipere debet Traditio, non vt Flor. ratio, vel vt in alijs datio, §.1.de act.emp. quæ lex apertè ait fructus non venire. Ei vti respondendum sit ingenui fatentur se nescire, ambitiosi dissimulant. Ingenuè fateamur quod res est, perspicuum esse Pomponium dissentire à ceteris, quandoquidem & vellicat ceteros satis apertè. Hæc enim est sententia Pomponij. Ceteri admittunt emptore stipulante fundum dari siue tradi fructus non venire. Hidem admittunt huius stipulationis eundem esse sensum, qui est illius Vacuam possessionem tradi. hanc compressiùs dicere quod illa latiùs, hanc pugno, illam palmæ similem esse. Cur ergo faciunt vnam vberiorem altera? & sanè Pomponij sententia verior est. ac contrariam sententiam ceteri forsitan non valde probarunt, quandoquidem eam retulerunt disputationum & quæstionum libris, quibus sæpe tractantur non tam vera quàm verosimilia. & Pap. ait in d.l.4. posse dici, id est, posse tentari.

## L. XXIX.

Illud est δημῶδες, Tot esse stipulationes, quot sunt species vel summæ: veluti Stichum & Pamphilum dari, duæ stipulationes sunt. item decem & quinque, vel sortem & vsuras dari, duæ sunt stipulationes. l.vbi autem. §. pen. ff.hoc tit, Fugitiuum non esse, Furem non esse, Erronem non esse, Vispellionem non esse, quatuor stipulationes sunt. Idemq; est si pluribus rebus nominatim pactis, generalis stipulatio subijciatur. habebitur enim pro multiplici. l.Titia. §.vlt. l.penult.in pr. ff.hoc tit. Item si stipuler, Annua bima trima die x. quaque die dari, tres sunt trium summarum stipulationes. d.l.penult. §.1. Effectus huius sententiæ hic est, vt sæpius ex stipulatu agi possit. l.quia dicitur. ff. de euict. quæ huic coniungenda est, cùm sit ex eodem lib. l.cùm plures. eod. & vt non fiat nouatio, quemadmodum traditur hoc loco in hac specie: Promisisti mihi Stichum, deinde promisisti mihi Stichum & Pamphilum, duorum seruorum duæ stipulationes sunt, nec quod Stichus bis promissus sit, amplius quàm semel debetur. l.18. ff. nec ideo minus separatim petetur ex priori stipulatione.

Item

A Item vt quoties singulis summis certa tempora adscripta sunt. vt in exemplo l. pen. §. 1. ȷ̄. singulis temporibus ius capiendi inspiciatur. quod non fieret si vna esset stipulatio, vt diximus in l. 16. Item vt pluribus rebus in stipulationē deductis, vna promissa, vel è contrario, obligatio contrahatur, etiam si interrogationi responsio non congruat, vt diximus in l. 1. §. si quis ita. ff. cùm tamen, si vna sit stipulatio, congruere responsum oporteat omnimodo. Eidem sententiæ locus est in legatis, & hic etiam effectus, vt sæpius agi possit, & vt alterum sperni aut peti aut vindicari possit. l. 5. & 6. ff. de leg. 2. quod non fieret si vnum esset legatum. Ibi autem locum habet, vbi specialiter in legato, vel in stipulatione plures res exprimuntur. Cæterùm si non exprimantur, vnum est legatum, vna stipulatio. l. 2. ff. de leg. 2. l. quod dicitur. 1. ȷ̄. hoc tit. vt si stipuler pecuniā quæ est in conspectu, vel aceruum pecuniæ, vna est stipulatio, licet plura sint corpora nummorum. Est item vna stipulatio si stipuler familiam, chorum, gregem, armentum, poliam, peculium, supellectilem, vestem, aurum, argentum, instrumentum, dotem, lecticarios, tragœdos, comœdos, bigam, trigam, quadrigam. nec monere

B nos debet l. si chorus. ff. de leg. 3. quæ choro aut familia legata ait perinde esse, quasi singuli homines legati essent. quibus verbis significatur plura esse legata, sicut in l. Titia. §. vlt. ȷ̄. Sed nihil prohibet idem dici vnum & plura diuersa ratione. Aristoteles t. περὶ φυσικῶν ἀρχῶν. c. 2. Plato in Parmenide. Obligatione & iure vnum est legatum, diuisione capitū plura. Additur in hac lege stipulationem legatorum vnam esse, licet sint legata plura. Vbi statim quæritur, cur etiam stipulatio pactorum non sit vna. d. l. Titia. §. vlt. Stipulatio legatorum vna est, quia in ea singulæ res, vel singula legata non exprimuntur, nec vsquam inueniuntur expressa à contrahentibus. Stipulatio pactorum est multiplex, quia licet in ea singulæ res non exprimantur à contrahentibus, fuere tamen ab eisdem

C in pactis expressæ, quorum astringendorum causa facta est stipulatio. Si à fure. Si stipuler mihi rem meam dari, inutilis est stipulatio secundum ea quæ tradita sunt in l. 16. ff. eademq́; ratione si agam rem meam mihi dari oportere, id est, si condicam, inanis est actio. §. sic itaque. Instit. de actio. quo fit vt domino non detur seruus sui nomine actio noxalis. l. si seruus communis. §. vlt. ff. de nox. act. At odio furum & prædonum comparatum est, vt condicere eis rem suam dominus possit. d. §. sic itaque. An igitur & stipulari? Minimè, nisi ita stipuletur, Quod ex causa condictionis dare facere oportet. Duplex est stipulatio. Vulgaris quæ fit simpliciter, velut Rem dari, vt rectè Thalelæus scribit 29. βασιλικῶν ad l. 1. C. de rei vxo. act. Hanc de fure inutiliter stipulamur. Est & alia specialis quæ fit adiecta causa, Quod actione rei vxoriæ dare facere oportet dari, vel, Quod ex causa condictionis dare facere oportet. Hanc de fure vtiliter stipulamur. Solemnia sunt hæc verba condictionum:

D Dare facere. quibus vtimur etsi de dando agatur tantùm. l. vlt. ff. com. præd. l. sæpe. de ver. sig. Cùm verò à fure ita stipulatus sum, Quod ex causa condictionis dare facere oportet, re furtiua perempta antequam fiat stipulationi mora, fur à re omnimodo liberatur, qui, si stipulatio illa nō interuenisset, nullo modo liberaretur. sed hæc stipulatio quodammodo emendat & suspendit moram. & ita is qui furtum vel metum fecit si condemnatus sit, à rei præstatione liberatur re perempta antequam mora iudicato fieret, id est, intra tempora iudicati actionis, qui nulla facta condemnatione non liberaretur. l. item si cum exceptione. §. quatenus. ff. Quod met. cau. Hæc condemnatio aut stipulatio illa condictionem non nouat, nisi id actum sit, nam condici adhuc res si extat potest, & ex stipulatu peti, sed à periculo liberat, & vt mora paulisper interquiescat facit, ideoq́; interim re perempta vtraque actio euanescit. l. qui decem. §. idem responsum. ȷ̄. de solut. cui solet opponi l. parui. ff. de

E cond. fur. in eo quod rei præsentiam exigit l. qui x. quam non exigit l. parui. Sed l. parui. loquitur de stipulatione pura quæ statim nouat, quo casu mora finitur quasi delegatione, siue præsens res fuerit siue non. Lex qui decem loquitur de stipulatione conditionali nihil nouante statim. quo casu mora finitur quasi oblatione, si modò res præsens fuerit. Sanè in l. parui, transferre in aliud nomen & in alium statum, nouare est.

## L. XXX.

Vlpianus XLVII. ad Sabinum de fideiussoribus scripsit, inter cetera græcè fideiussorem accipi, & vt est scriptum in l. græcè. ȷ̄. de fideius. Sciendum est fideiussorem omni obligationi adhiberi posse. Sciendum est pro eo etiam qui iure honorario obligatus est, fideiussorem accipi posse. Item

F sciendum est &c. Vt in hac l. id est solemnem videri stipulationem intercessisse. Fideiussio non fit nisi per stipulationem, his verbis, Fideiubes, Fideiubeo. Qui dicit Fideiubeo, fideiussor est. Qui dicit Fidepromitto, fidepromissor. Qui Spondeo, sponsor. Inde tit. 1. Sent. Pauli de fid. & spons. & in tit. VIII. Mitior in his quæ fideiussit vel fidepromisit vel spopondit. Sed & fideiussor dicitur quocumq́; verbo intercesserit, sicut & sponsor licet non dixerit Spondeo, vel Fideiubeo vel Fidepromitto. l. 7. de ver. sig. Cùm igitur scriptum est fideiussisse aliquem, solemnis stipulatio interuenisse intelligitur, & quod scriptum est quasi actum, videtur etiam actum. §. vlt. de fideiussor. sicut si scriptum sit promisisse aliquem, videtur solemnis stipulatio interuenisse, vt Paulus scribit v. Sent. tit. VII. & §. si scriptum. de inut. stip. l. Titia. §. pen. ȷ̄. l. 1. C. de contr. stip. & tanti momenti est ea scriptura, vt aduersus eam testes non admittantur si de fide eius nihil dicatur, secundum Pauli senten-

G tiam lib. v. tit. de testib. & Græcorum 21. βασιλικῶν tit. 1. ἔγγραφος μαρτυρία κατ' ἐγγράφου μαρτυρίας ἰσχύειν οὐ δύναται. & ideo rectè constituitur in l. pen. C. de contr. stip. vt si scriptum sit seruum fecisse stipulationem, aduersus eam scripturam testes non admittantur. nam & plerumque honestiores viri licet ipsi contrahant, seruorum malunt quàm sua nomina instrumentis publicis inscribi. l. pupillus. §. sanè si quidem. ff. de auct. tut. nec enim volunt contractus suos δημοσιεύεσθαι, vt Iustin. ait edicto VII. Quasi

igitur serui illi non adfuerint quos adfuisse scriptum est, vel quasi serui non fuerint eius cui stipulati sunt, testibus prolatis scriptura non infirmabitur. Item si scriptum sit rem gestam inter præsentes, aduersus scripturam testes non admittuntur, si modò tempore contractus contrahentes in ea ciuitate fuerint. quòd si testibus probetur eos alibi fuisse, ἀνάγκη ἐστὶ ἐκ τῶν αὐτῶν φάναι ἀδύνατον, vt Aristot. scribit ad Alexandrum cap. x i i i i. quo subruetur scriptura. d. l. pen. §. item verborum. de inut. stip. Cic. 1. de Inuent. Si vos me istud eo tempore fecisse dicitis, ego autem eo ipso tempore trans mare fui, relinquitur vt id quod dicitis non modò non fecerim, sed ne potuerim facere. Hic est vnus casus quo testes contra scripturam admittuntur: alioquin non admittuntur. In contrarium tamen Acc. adfert l. iuris gentium. §. quod fere. ff. de pac. Negandum ibi testes admitti contra scripturam, sed admittuntur pro scripti ambigui interpretatione, vt cùm vnus promittendi verbum pro pacto, alter pro stipulatione accipit. Pro pacto accipitur quandoque. l. sciendum. §. dictum. de ædil. edic. l. nuda. C. de cont. stip. l. si pacto quo pœnam. C. de pac. Adfertur & l. cùm de indebito. §. vlt. ff. de probat. Sed ibi non testes sed scriptum contra scriptum profertur, quæ probationum collisio fit sæpe. l. 1. C. si minor se maio. dix. l. generaliter. C. de non num. pec. No. 90. Obijcitur etiam huic l. lex quæcumque. §. vlt. ff. de publ. in rem act. Si scriptum pupillum vendidisse, non ideo videtur vendidisse tutore auctore, rectè. quia id verbum non significat. At fideiussisse & promisisse stipulationem significat, quæ nulla est nisi solemnis sit, id est, nisi præcesserit interrogatio & secuta fuerit responsio. ac si scriptum sit promisisse pupillum, videbitur quidem stipulatio solemnis interuenisse, non tamen auctoritas tutoris. L. 31. exposui in l. 16.

## L. XXXII.

Error in nomine proprio serui non vitiat stipulationem. non adijcit, cognomine, prænomine, agnomine. quoniam ijs serui carent. id verò perpetuum est in omni parte iuris, vt error in nomine non noceat, neque verò mirum si stipulationi non noceat. nam si error in substantia stipulationi non nocet. l. 22. ff. qui lógè grauior est, multominus nocebit error in nomine. L. 33. exposui in l. 25.

## L. XXXIIII.

Constat rei cuius commercium non est, id est cuius dominium vel possessionem nemo adquirere potest, inutilem esse stipulationem, vt puta rei sacræ. qua de re multi sunt loci. De vno tantùm sum dicturus, quòd malè Græci quidam acceperunt, in l. qui vniuersas. §. 1. ff. de adq. poss. Amittimus possessionem si locus quem possidemus fiat sacer. Additur, & si contemnamus religionem, & pro priuato eum teneamus. Hoc non additur in libris Βασιλικῶν, in quibus simpliciter ita est scriptum, ἀπόλλυμαι νομὴν τὸ ἱερὸν γινόμενον. Quærit Theodorus Balsamon in Nomocanonis tit. 11. cur non fuerit additum: & hanc rationem reddit, quia cùm possessio bonæfidei non interrumpatur, quòd postea cognouerit possessor rem alienam esse. l. bonæfidei. ff. de adquirendo rerum dominio. visum est iniquum interrumpi eam non derelictam, quòd postea res sacra effecta fuerit. malè argumentatur ab opinione possessoris ad ius & qualitatem rei possessæ. Scientia possessoris cœptam bona fide possessionem nec intermissam non interrumpit. ergo religio rei accedens noua non dimissam possessionem non interrumpit. Plus enim est cœpta possessione bona fide, postea mutari ius & qualitatem rei, & ex profana sacram eam fieri, quàm si non mutata conditione rei, quod initio putarat possessor esse proprium, postea cognouerit alienum esse. Multa omittuntur in libris Βασιλικῶν, quorum omittendorum nulla alia est causa quàm breuitatis studium. Nunc tractemus de re cuius est commercium, id est, vt Acc. loquitur, quæ in communi esse potest, quo modo & Græci ἀπράσια accipiunt, quidam tamen eius commercium non habent, vt Christiani serui est commercium, Iudæus tamen eius commercium non habet: Prædij prouincialis cum alijs est commercium, cum præside non item. Si quis stipuletur rem cuius commercium non habet, inutilis est stipulatio. Acc. aliud putat esse dicendum in legato. quod improbo. nam etsi legetur res cuius commercium legatarius non habet, sine distinctione inutile est legatum, nec debetur æstimatio. l. mortuo. §. pen. ff. de lég. 2. nec obstat l. si filiusfamilias. §. si quid. ff. de leg. 1. nam ibi proponitur legatum licitè, id est, capaci, & extrinsecus accidisse propter corporis vitium, vel legati qualitatem, vt id legatarius habere non posset, quo casu æstimatio debetur. Non obstat l. x 1. §. si seruo. de leg. 3. nam ibi proponitur legata militia seruo. Est quidem eius incapax seruus. Sed tamen ideo debetur æstimatio, si sciens seruo eam legauerit, quoniam tale legatum in quantitate potius, cuius non est incapax, quàm in corpore consistit. l. mortuo. §. 1. l. Titia Seio. de leg. 2. Non obstat l. sed si res aliena. ff. de leg. 1. in qua, vt aliàs ostendimus, ita legendum, ei cui ius possidendi est, & hic est sensus vtile esse fideicommissum si res, cuius commercium legatarius non habet, ab eo per fideicommissum relinquatur ei, qui eius rei commercium habet. quod verissimum est. nam & vtile est legatum si legatarius rei commercium habeat, licet heres non habeat. d. l. mortuo. §. pen. & vtilis stipulatio, si stipulator rei commercium habeat, licet promissor non habeat, vt hoc loco ostenditur. Ergo qui rei commercium non habet, cùm vtiliter promittit, inutiliter stipulatur. Huic sententiæ quidam tradunt simile esse quod est alibi scriptum, Eum qui prædium non habet, seruitutem vtiliter promittere, inutiliter stipulari. Alibi scriptum dicunt esse quod nusquam est scriptum. quinimo sicut seruitutem vtiliter promittit qui prædium non habet, ita & eam sibi vtiliter stipulatur. & l. 1. ff. com. præd. de adquisitione loquitur non de stipulatione. Seruitus adquiri vel cedi ab eo qui prædium non habet non potest, in stipulationem deduci potest, sicut

& sub

606

A & sub conditione adquiri vel cedi non potest, in stipulatum deduci sub conditione potest. l.existimo.ʒ. hoc tit. Non tamen potest quis ad fundum alienum purè nominatim seruitutem stipulari vel promittere.

## L. XXXV.

Hæc lex est initio de obligationibus impossibilibus quæ in faciendo consistunt. Sicut si stipuler rem dari quæ dari non potest, inutilis est stipulatio, vt legis proximæ initio diximus, nisi per promissorem steterit quominus dare possit. l.si seruum. §.1.ʒ.ita si stipuler fieri quod fieri non potest, inutilis est stipulatio, nisi per promissorem steterit quominus facere id possit. Dupliciter fieri quid non potest, Natura & lege. Natura vno die peruenire Romam non potest. Lege connobio iungi B nobis soror naturalis vel adoptiua non potest. Naturalis, nunquam: Adoptiua, quandiu adoptio durat. Alia sunt impossibilia natura, alia lege. l.continuus. §.cùm quis.ʒ.neque verò hæc, neque illa in stipulationem deducuntur vtiliter. Inutilis est stipulatio si stipuler insulam hodie ædificari, quod natura est impossibile, vel si stipuler mihi sororem nupturam, quod lege est impossibile & turpe. Quod de sorore est scriptum, Acc. trahit etiam ad mulierem extraneam. malè. nam extraneam mihi nupturam rectè stipulabor, quo genere qualibet sponsalia olim contrahebantur. & inde Arnobius IIII. contra gentes, Habent interpositis stipulationibus sponsas. non tamen potest huic stipulationi subijci pœna grauior ea, quæ lege definita est, vt diximus in l.19.ʒ. De §.vlt.dixi in l.1.§.si quis ita.ʒ.

## L. XXXVI.

C Regula est certissima, dolum vel metum dantem causam contractui bonæfidei vitiare contractum ipso iure, quia nihil est tam contrarium bonæfidei, quàm dolus aut metus. l.& eleganter.ʒ.de dolo.ad quam legem Græci interpretes, simul & ad l.si mulier.§.si dos.ʒ. Quod met.cau.eleganter eandem his verbis regulam statuunt: δόλος ἢ φόβος ἐπιδοθεὶς τῇ ἀρχῇ τῶν καλῇ πίστει συναλλαγμάτων ἀνίσχυρα καὶ ἄκυρα ταῦτα ποιεῖ. de qua & nos scripsimus aliquid in d.l.& eleganter. Diuersum est in contractu stricti iuris. Necessaria enim est exceptio doli. l.pen. C.de inut. stip.vel actio de dolo, vt in exemplo Cannij & Pythij apud M. Tull. III. Offic. quo fuit contracta stricta obligatio, puta nominum. neque obstat d.l.si mulier. §.si dos. quæ de dote promissa tantùm loquitur, cui fauere solent impensè. Additur in hac l.doli exceptionem obstare, non tantùm si dolus inter initia à con-D trahentibus adhibitus sit, sed & si in re ipsa sit fraus: vt si fortè quis sine causa minimè circunscriptus calliditate stipulatoris promittat quod ei maximè fraudi futurum sit. nam licet stipulator dolo ei hanc promissionem non extorserit, facit tamen dolo si ex ea pergat agere, nisi talis sit in eo ignorantia & supinitas vt dolo careat. l.2.§.circa.& §.& generaliter.ʒ.de do.exc.quo casu non doli, sed in factum obstabit exceptio. In contractibus bonæfidei si euidens & intolerabilis fraus fuerit in re ipsa, verissimum est etiam ipso iure nihil agi, quia exceptio doli iudicio bonæfidei inest. l. huiusmodi.§.qui seruum.de leg.1. Non omnis fraus infirmat contractum bonæfidei. Fraus in pretio emptionem non infirmat. Hæc fit ἐμπορικῶς, vt Iustinianus ait No.97. qua de re fusiùs diximus in l.in causæ.ʒ.de minor. **Dolum habet.**] Nota dolum pro fraude dici. De l.37.dixi in l.23.

## L. XXXVIII.

E Vlp.lib.XLIX.ad Sabinum tractauit potissimùm de stipulationibus, quæ ex causa emptionis & venditionis interponuntur, vt de stipulatione emptæ & venditæ hereditatis. Quanta pecunia ex hereditate illa peruenerit &c. ad quam pertinet l.2.ʒ.de hered.vend. & l.pecuniæ.ʒ.de ver. sig. & de stipulatione facta ob euictionem his verbis, Habere rectè licere, de qua in l.3.ʒ.& in hac lege. Actione ex empto venditor tenetur, vt præstet habere licere. l.8.ʒ.de euict. & vt emptori interposita stipulatione caueat habere licere.l.ex empto. §.venditorem. ʒ.de act.empt. quæ stipulatio tum committitur cùm res iudicio euincitur & aufertur emptori, vel æstimatio eius. l.si seruus. §.1.d.habere. ʒ.de euict.nec solùm si ab ipso venditore, vel herede eius per iudicem auferatur, sed & si ab alio quolibet. nam Habere licere sic accipiendum est, Per me & per heredem meum, & per omnes F habere licere: vel, Per me aut per quemquam non fieri quominus habere liceat. Qua de me promitto vel herede meo, vtilis stipulatio est. Videor autem de herede meo, vel quo alio ceterorum successorum promittere, dum de me promitto, vt hæc lex significat. Ceterorum successorum Acc. interpretatur, Bonorum possessoris vel fideicommissarij. malo sic interpretari ex §. sed quatenus. Ceterorum successorum, id est, reliquorum heredum per successionem, vt puta herede heredis, & deinceps.ac similiter ex parte stipulatoris heredes ceteriq; successores continentur, siue ita stipulatus fuero Habere licere, siue Mihi habere licere, vel Mihi heredíq; meo habere licere. nam heredis appellatio complectitur heredis heredem, & deinceps ceteros. §.sicut.ʒ. At qua promitto per omnes habere licere, vel per alium non fieri quominus habere liceat, inutilis videtur esse stipulatio.quoniam alienum factum promitto, cuius obligatio nulla est, nisi adijciatur pœna. Adiecta pœ-G na ni dederit, vel fecerit, alterum daturum vel facturum promittimus rectè. §.versa.Instit.de inut. stip.sicut & adiecta pœna adstipulamur rectè alteri dari vel fieri. §.alteri.ʒ. Ea non adiecta, inutilis est stipulatio promissioq;. Verumenimuero etsi huic stipulationi, Habere licere, non sit subiecta pœna, verius est ex ea agi posse altero emptori rem euincente & abducente. quoniam qui Habere licere promittit, non simplex abnutiuum promittit, puta, non fieri quominus habere liceat, (Abnutiuum,

nutiuum,id est, ἀποφατικὸν siue negans, sicut Fl. Caper scripsit duplicem abnutiuam pro affirmatione accipi) sed hoc promittit acturum & curaturum se, vt per omnes habere liceat. l.inter stipulantem.§.1.ℨ.atque ita illa stipulatio accipienda est, maximè si nulla fuerit pœnæ, vel quanti ea res est promissio subiecta. Rursus ita accipienda est, si fuerit concepta generaliter. Nam si specialiter promiserit, Per se & per heredem suum habere licere, curare non debet vt & per alios omnes habere liceat. itaque alio euincente non tenetur. l.ex empto.§.qui autem. ℨ.de act.empt. Igitur generalis stipulatio Habere licere, non tantùm hoc continet, Per se heredemq; suum non fieri quominus habere liceat, sed & per omnes, quod de facto alieno accipietur adiecta pœna: vel non adiecta pœna ita accipietur, Se daturum operam vt & per omnes habere liceat. Non est credendum scribentibus re euicta ab extraneo promissorem non teneri ex hac generali stipulatione, sed ex empto teneri. Quinimo tenebitur etiam ex hac stipulatione, quia non curauit ne alius euinceret. d.§.qui autem.vbi Polliceatur, id est, stipulanti promittat, vt in l.ea quæ. ℨ.de contr.emp. & dum ex stipulatione speciali negat venditorem teneri re euicta ab extraneo, significat ex generali eum teneri manifestò.namque ita proponit, Multùm interesse vtrum generaliter an specialiter facta stipulatio fuerit. Eisdem est deroganda fides scribentibus venditorem re euicta ex stipulatu non teneri, si in eo diligentiam adhibuerit summam ne euinceretur, vtuntur ratione falsa, quoniam diligentiam tantùm adhibere debet, non facere, qua ratione qui promisit se curaturum vt Titius x.daret, si frustra fuerit diligens in monendo & rogando Titio, non tenebitur. quod sanè sanus dixerit nemo. §.si quis alium.Instit.de inut.stip.eadem ratione si x.curari, vel decem dari curari promiserit quis, si frustra fuerit diligens, non tenebitur.quod falsum est.l.vl.§.vlt.ℨ.de reb.cred. Curare effectum significat vt apud M.Tullium sæpe, Curare pecuniam vel nummos, id est, præstare & adnumerare. Venditor igitur qui curare debet ne res euincatur, non satagere, sed agere id & perficere debet. alioquin de euictione tenetur ex empto vel ex stipulatu. Non sunt etiam audiendi, qui quærentes cur dationis facti'ue alieni inutilis sit stipulatio, respondent quòd sit temeraria.malè.nam temeritas quò magis potius, quàm quò minùs obligetur quis facit.l.Iulianus.§.quod autem. ℨ.de act.empt. Tum verò si vera est ratio illa, eadem dicam non teneri illum qui temere ad promissionem accedit, vt pauperem qui temere promittit mille, quæ nulla ratione parare & conficere potest. quod est falsum. Inconsulta temeritas, id est, impetus ille & motus animi sine ratione certa, stipulationem non vitiat. Contenti simus ratione.l.intor stipulantem.ℨ.hoc tit.quia negotium contrahitur inter stipulantem & promittentem. Debet igitur quis sibi stipulari non alteri, & de se promittere non de altero. sicut in alia specie, dum quæritur cur legatarius testis testamento adhiberi possit, heres non item, hæc sufficit ratio, quia negotium geritur inter testatorem & heredem. Sibi autem quis testis esse non potest.§.sed neque.Instit.de test.ord.

**Si quis forte.**] Dixi suprà hanc stipulationem Habere licere committi re euicta vel æstimatione eius. Committitur & euicta parte. Euincitur vindicatione. Addendum ex hoc §.eandem committi euicta possessione, euicto vsu vel vsufructu, vel quo alio iure, vt puta pignoris, vel emphyteuseos. Euincitur vsusfructus & vsus vindicatione, itemq; pignus & emphyteusis. Possessionis propriè vindicatio non est, sed itur ad interdictum, quo perinde ac si vindicatione ageretur, suam esse possessionem actor intendit.l.3.§.sed & vsumfructum.§.si mecum.§.Pomponius.Ad exhib.Festus. In legitimis actionibus nemo ex ijs qui possident, possessionem suam vocare audet, sed ad interdictum venit. Est etiam seruitutis vindicatio. sed hæc seruitutis vindicatio emptori ex stipulatu, vel ex empto de euictione actionem non parit.l.cùm venderes.ℨ.de cont.emp.l.pen.ℨ.de euict. Neque obstat l.quoties. ℨ.de ædil.edic. quoniam non loquitur de actione ob euictionem in duplam, vel in id quod interest, sed de actione æstimatoria Quanto minoris. Hæc euicta seruitute semper competit. l. sed & si quid. ℨ.de euict. Malè quidam eam legem ad duos casus pertinere putant, Si fundum liberum vendiderit, quo casu de euictione actio competit, non Quanto minoris. l.cùm fundus.l.pen.eod. Et si sciens dolo malo vendiderit ignoranti, quo casu est etiam actio in id quod interest ratione doli.l.si cùm fundum.§.1. ℨ.de cont.emp. l.1.ℨ. de rer.per. Regulariter ergo duobus illis casibus exceptis vindicatio seruitutis de euictione actionem non parit. ceterùm Quanto minoris parit. Vindicatio proprietatis, possessionis, vsus, vsusfructus, pignoris, emphyteuseos, superficij, de euictione emptori actionem parit. Notandum quod de vsu traditur hoc loco: est enim hanc in rem singularis, vt intelligatur non vsumfructum modò, sed & vsum portionis instar obtinere. Notandum item euictionis siue auctoritatis actionem non parari, nisi cùm vindicationis genere emptor conuentus & superatus est. Sed neque quamlibet vindicationem sufficere, puta seruitutis, Item ob alia onera realia, quorum nomine non vindicatio, sed persecutio extraordinaria competit, non dabitur actio de euictione, vt si quid fundus venditus debeat pro aquæ forma. Et quod est in l.in venditione. ℨ. de act. emp. accipiendum est de exoneratione pretij, siue ex empto Quanto minoris, quod illa, quæ sequuntur, verba indicant. Itaque si conueniatur ad pretium, nec enim eo nomine agetur ex empto in id omne quod interest, nisi ratione doli. Notanda etiam sunt hæc huius §.verba, Quod distractum est, quibus perspicuum fit hanc stipulationem Habere licere ad emptionis & venditionis causam pertinere. Notandum etiam huic §. malè opponi l. habere licere. ℨ.de euict.nam hic §.secundum illam legem interpretandus est, vt, quemadmodum Acc.scripsit, controuersiam facere accipiamus cum effectu. nec enim controuersia aut lis, sed rei vel partis ablatio de euictione actionem parit.quod & Cumanus docuit.

**Quæsitum.**] Hæc stipulatio committitur vendita re propria, si eam venditor euincat, vel heres eius

A res eius fortè non traditam.nam euicta re vendita nec tradita, de euictione competit actio. Vendita re aliena videtur committi non poſſe. quoniam quatenus factum venditoris vel heredis continet,vtilis tantùm ſtipulatio eſt,quatenus factũ alienum,inutilis. Per vẽditorem autem heredem'ue eius,cùm ſit res aliena,non fiet quominus eam habere liceat. igitur re aliena vendita non committetur hæc ſtipulatio , niſi fortè poſtea quodam iure fuerit propria venditoris effecta. quo caſu committetur vindicante venditore. item & alio caſu vindicante extraneo , ſi fuerit ſubiecta pœna. nam pœna ſubiecta facti alieni promiſſionem confirmat. Sed & pœna non adiecta generaliter vindicante extraneo ſtipulatio committetur,ita accepta,Curaturum ſe vt per omnes habere liceat.quod ſuppleri debet & ad initium huius legis,& ad hunc §.ex l.inter ſtipulantem.§.1.ĵ.hoc tit.

**Hi qui ſunt.**] Certum eſt ſeruum vel filiumfamilias ſtipulari poſſe domino vel patri habere B licere. Dubium tamen eſt , an filiusfam. vel ſeruus poſſit ſtipulari ſibi habere licere , ita vt perſona tantùm ſtipulantis ſtipulatione cõtineatur,vel etiam an poſſit promittere ſpecialiter Per ſe habere licere : nam verbum Habere,ius ſignificat,puta vt iure dominij habere liceat. Inde habeto verbum eſt legati per vindicationem. conſtat verò tenere ſeruum poſſe , Habere & poſſidere iure dominij non poſſe.l.poſſeſſio quoque.§.1.ẞ.de adquir.poſſ.Ideoq; ſi ſtipuletur, Sibi tenere licere, vtilis erit ſtipulatio in perſonam ſerui,& ipſe ſolus tenere poterit,non dominus eius.quia tenere corporis eſt ſiue facti potius quàm iuris. Similiter ſi ſtipuletur ſibi dari vel ſibi ire agere licere,ipſe ſolus ire agere poteſt, ei ſoli dari poteſt : quia quæ facti ſunt , non tranſeunt ad dominum.§.ſed cùm factum.de ſtip.ſer.l.qui heredi.ẞ.de con.& dem. At ſi ſtipuletur Sibi habere, Sibi poſſidere licere, quæ verba ius ſignificant , non conſiſtet ſtipulatio in perſonam ſerui , ſed perinde erit ac ſi domino ſtipulatus C fuiſſet. §.1.de ſtip.ſer. l.quod dicitur. 2. in fi.ĵ. Verùm placet eam quoque ſtipulationem in perſonam ſerui conſiſtere,ita acceptam,vt habere vel poſſidere non ius demonſtret,ſed ſumatur pro tenere. Hæc tria plerumque ſeparantur , vt in formula ſtipulationis Aquilianæ , Quod tu meum habes,tenes,poſſides. Tenere eſt proprium naturalis poſſeſſionis,Habere & poſſidere ciuilis.& ideo habere & poſſidere ita plerumque iunguntur , Sibi habere & poſſidere. l.pater. §. quindecim. de leg.3.& in l.Gaius. §.Titius.de leg.2. Habuit & poſſedit pro eodem. Cornelius Fronto alter hæc diſtinguit,& Habere ad naturalem refert,Poſſidere ad ciuilem. Sed non ſatis ſunt emendata Frontonis verba. Legendum, aut teſtamento relictæ, vſus pro onus, ius pro vſus. Sed interdum tenere accipitur pro poſſidere,vt in l.iuſto.§.vlt.ẞ.de vſur.& vſuc.& habere vel poſſidere pro tenere, vt illam ſtipulationem ſtipulante ſeruo , Sibi habere licere, Sibi poſſidere licere. & generaliter in cauſa D emptionis habere & poſſidere ita accipiemus,cùm venditor non teneatur rem accipientis facere.l. habere.ĵ.de ver.ſig.

**Si quis ita.**] Quod diximus de interpretatione ſtipulationis Habere licere,idem dici poteſt de ſtipulatione vti frui licere , vendito vſufructu : vel de ſtipulatione ire agere licere , vendito itinere vel actu. id enim promiſſor cauere intelligitur, ſe effecturum vt per omnes vti frui , ire agere liceat. l.50.l.inter ſtipulantem.§.1.ĵ. Idem & ex locationis cauſa in ſtipulatione Perfrui conductione licere. l.ſi fundus.ẞ. loc. Eſt tamen inter eas differentia quædam. nam ſtipulatio Habere licere heredem ſtipulatoris complectitur.itemq; ſtipulatio Frui licere.§.vlt.de loc.l.ſed addes.§.pen.ẞ.loc.& ſtipulatio Ire, vel Sibi ire agere licere , niſi manifeſtò appareat vſum tranſeundi perſonæ tantùm datum, non plenam ſeruitutem , vt in l.pater filiæ.ẞ.de ſer.leg. non tamen ſtipulatio vti frui , quia vſusfru-E ctus cum perſona extingui ſolet. At ſi fuerit nominatim comprehenſum , Sibi herediq; ſuo vti frui licere,valet ſtipulatio : non tamen idem eſt vſusfructus qui heredi competit,ſed alius. §.ſed ſi quis. ĵ.ſicut in ſpecie l.4.ĵ.de nonat. diuerſi ſunt vſusfructus, & ideo morte prioris fructuarij non finitur vſusfructus conſtitutus per delegationem in perſonam creditoris eius. Eodemq; modo ſi quis ſtipulatus ſit in perſonam non in rem,Sibi herediq; ſuo ire agere licere, diuerſa ſunt iura perſonalia: vnum in perſona heredis, alterum in perſona defuncti. §.ſed ſi quis. vbi diuerſi fructus, id eſt, diuerſi vſusfructus. Ex eo colligunt aliam cautionem fructuariam ab herede interponendam. quod verum eſſe non arbitror. nam in eiuſdem perſona repetito vſufructu, diuerſi ſunt fructus, vna cautio ſufficit.l.3.§.ſi vſusfructus.ẞ.vſufruct.quemad.cau.nec vſufructu amiſſo ſemel interpoſita cautio cum effectu committitur,ſed expectatur quoad iterum pereat vſusfructus. Sufficiet igitur vna cau-F tio in defuncti & heredis perſonam conſtituto vſufructu , cùm eadem perſona intelligatur heres defuncto. Hidem illi diuerſos eſſe vſusfructus cùm admiſiſſent & propoſuiſſent , quærunt parum aptè,an heredi detur actio ex ſtipulatu & vindicatio vſusfructus. hoc perinde eſt ac ſi illo conceſſo duos eſſe vſusfructus , rurſus quærerent apertè , an duo ſint vſusfructus. itaque dum reſpondent quæſtionem illam eſſe facti,incertum reddunt quod antè quaſi certum admiſerant. quod & certiſſimum eſt. Ferreti hac in parte tot fere ſunt errata , quot verſus. Negat fructum accipi pro vſufructu.qua voce eo ſenſu nulla eſt frequentior. Negat diuerſos eſſe vſusfructus, ſi ſtipuler Mihi & heredi meo vti frui licere contra hunc §. & l.repeti. in pr. ẞ.quib. mo.vſusfr. Negat repetitum vſumfructum alium vſumfructum eſſe.perperam.nam ſi prior amiſſus & finitus dicitur,hunc qui repetitur proculdubio alium eſſe oportet. Negat vnam cautionem ſufficere , ſi legatarius rogatus ſit G vſumfructum alteri reſtituere,contra l.ſi vſusfructus mihi legatus.ẞ.vſufr.quemad.cau.

**Si quis dolum.**] Quod dictum eſt de interpretatione ſtipulationis Habere licere , idem dicendum de clauſula doli oſtenditur hoc §. quod & ad contractum venditionis referri oportet. nam venditor non tantùm Habere licere cauet,ſed & dolum abeſſe abfuturumq; eſſe.l.ſi cùm fundum.ẞ.de cont.emp. quibus verbis quatenus ſe intelligit heredemq; ſuum, vtiliter obligatio contrahitur,

trahitur, quatenus de aliorum dolo intelligit, inutilis videtur esse stipulatio, nisi subiecta sit pœna. l.nouissima. ʒ. iud. sol. vel nisi ita accipiatur, Curaturum se ne quis ea in re quid dolo malo faciat. quod & ad hunc §.supplendum est ex l.inter stipulantem. §.1.ʒ. Hæc interpretatio potest admitti. An verò sit admittenda, iudex æstimabit.

Suæ personæ.] Potest ijs stipulationibus emptor adijcere heredis personam, Mihi heredíq; meo Habere licere. l.3. ʒ. Potest stipulari sibi & heredi suo dolum malum abesse. Potest & personam adrogatoris. nam & hic iuris successor est. quin & si non fuerit adiuncta, nisi aliud actum sit, semper intelligetur.l.5.ʒ.vsufr.quemad.cau.l.sed & si quid.§.si operas.ʒ.de vsufr.

Inter incertam.] Hactenus cohærent omnia rectè. Quod subijcitur de die certa & incerta, extra rem esse videtur, totumq; desumptum est ex Celsi lib. x x v I. Digestorum. Prima pars ex l. quod certa.ʒ.de solut. Secunda ex l.qui promisit. ʒ.de cond.ind.cuius tamen inscriptio emendanda est, vt pro v I. legatur x x v I. quod animaduertit Petrus Faber Senator optimus, Iurisconsultus optimus. Ex prima parte notandum, id quod certa die promissum est, ante diem dari & repræsentari posse.l.continuus.§.cùm ita.ʒ.hoc rit.atque ideo solutum non repetitur, quia certum est deberi.l.in diem. ʒ.de cond. ind. Ex secunda notandum, id quod die incerta promissum est, veluti Si nauis ex Asia venerit, ante diem non solui rectè, & ideo condicitur, quia debitum iri non est certum.l.qui promisit.l.sufficit.ʒ.de cond.ind. Pertinet igitur hæc differentia inter diem certam & incertam ad condictionem indebiti. Quòd si quæratur, an inuito creditori ante diem solui possit, non distinguam inter diem certam & incertam. Sed dicam generaliter inuito ante diem non solui, nec moram facere creditorem qui ante diem oblato debito id recusat accipere. Mora enim non fit nisi ex parte promissoris oblatio, ex parte stipulatoris interpellatio fiat opportuno loco & tempore.& ob id licet actor ante diem constituti non venerit, nihilominus reus tenetur. l.item illa in pr.ʒ.de const.pec. Ante diem igitur certam vel incertam non soluitur nisi volenti. Malè Accur. vtitur hac exceptione, Nisi dies adiectus sit stipulatoris gratia, qua vti non possumus quasi eo casu volenti solui ante diem non possit.nam si promissor, cuius gratia dies adiectus est, potest eo beneficio non vti & ante diem soluere, cur etiam id contemnere non licebit stipulatori, & ante diem accipere, cùm eius gratia dies adiectus est? Ea quoque vti non possumus quasi eo casu soluendo ante diem debitor non liberetur. Cur enim non liberabitur si soluerit volenti & scienti? In legatis id ita quidem dicitur rectè.l.eum qui.ʒ de an.legat. ne quid fiat contra prouidentiam testatoris. At contra suam ipse prouidentiam stipulator facere non vetatur, vt si stipulatus sit alimenta, rectè de eis transiget, qui de legatis transigeret non rectè.l.cùm ij.§.planè.ʒ.de trans. Nihil ad hanc exceptionem confirmandam pertinet l. qui Romæ in pr.ʒ. nam neque probat ante diem volenti solui non posse, neque soluentem ante diem non liberari, nec de die adiecto stipulatoris gratia loquitur. Bona esset exceptio, si regula esset talis, Inuito ante diem solui posse. At cùm regula sit diuersa, relinquitur exceptionem illam vbi consistat non habere.

Alteri.] Vt alius pro alio promittens daturum eum vel facturum non obligatur, nisi sit subiecta pœna, quemadmodum dictum est in §.1. & § si quis dolum. ʒ.ita alius pro alio stipulans ei dari vel fieri, nullam sibi adquirit obligationem, nisi sit subiecta pœna.& hoc ostenditur in hoc §.Ratio vtriusque sententiæ communis hæc est, quia inter stipulantem & promittentem negotium contrahitur, quæ cessat subiecta pœna: nam neque stipulator alij quàm sibi pœnam quam subijcit stipulatur, neque promissor alium quàm se eam illaturum promittit: & ideo siue priori stipulatione pro se stipuletur quis & promittat, siue pro alio, pœnæ subiectæ obligatio solummodo contrahitur, quasi si sub alia quauis conditione certa summa fuisset in stipulationem deducta.nec agenti ad pœnam obstat exceptio, vt ostendimus in l.3.ʒ. Idemq; est si non pœnæ, sed quanti ea res est stipulatio subijciatur, siue pro alio quis promittat. §.1.ʒ.siue alij stipuletur.l.3. C.de inut.stip. Ait, Quæque conditio.] nam omnis stipulatio pœnalis conditionalis est. Subijcit, In stipulationibus.] quod videtur esse extra rem, vt & §.inter, & est etiam sumptum ex Celsi lib. x x v I. Digestorum l. cùm quæritur.ʒ.de reb.dub. nisi dicamus rationem hanc esse sequentis hypotheseos. Ambiguitas stipulationis contra stipulatorem est. Si stipuler Mihi & Titio x. in personam meam consistit obligatio, in personam Titij non item, quia alteri inutiliter stipulamur. & ideo mihi quinque duntaxat debentur, neque vlla subest ambiguitas.l.si mihi & Titio. l.eum qui ita in pr.ʒ. l.si quis testamento. de leg.I. At si ita stipuler vno contextu, Mihi decem & Titio x.ambigitur vtrùm eadem decem, an alia dicam. Ambiguitas erit contra me: & ideo eadem decem dixisse videbor, mihiq; duntaxat quinque debebuntur. malè Erasmus in epistola quadam ad Dorpium, ausus etiam adyta nostra temerare, legit hoc loco, Mihi & Titio x. nam si ita fiat stipulatio, nulla subest ambiguitas. Tum ostenditur stipulationem alteri factam valere, si stipulantis intersit in §. si stipuler & seqq. nimirum quia stipulando, cùm sua intersit, stipulator sibi negotium contrahit, potius quàm alteri: vt si tutor cessa administratione de contutore stipuletur rem pupilli saluam fore, vel si quis procuratori suo, aut creditori suo dari stipuletur. ac similiter is qui de Titio conduxit domum faciendam, rectè eam alteri faciendam Titio locabit, habebitq; vtilem ex locato actionem. Cur dicatur vtilis dixi in l.23. & hæc traduntur ex Marcello, libro, vt opinor, v I I.Digestorum, ex quo, eorum quæ hoc loco referuntur, pars quædam relata est in tit.loc.l.si cui locauero. Conclusio hæc sit, Qui alteri stipulatur, non adquirit sibi obligationem, nisi pœnam vel quanti ea res est stipulatus sit: itemq; nisi intersit eius alteri dari vel fieri, etiam si quanti ea res est stipulatus non sit. At quæres an adquirat alteri obligationem? dicam directò non adquirere, nisi potestatis iure, vt si seruus domino vel filiusfamilias

patri

A patri stipuletur, vel patris seruo aut fratri. l. 40. ꝟ. l. 45. in princ. ꝟ. Per liberam personam alteri non adquiritur obligatio vel actio directa; nisi certi condictio ex mutuo vel ex promutuo, & pigneratitia ex ea causa, propter necessarium vsum creditæ pecuniæ; qua necessarij vsus ratione etiam receptum est, vt per procuratorem possessio adquiratur. l. 1. C. de adq. poss. non quòd longè minores sint lites ex possessione, quàm ex obligatione. §. retinendæ. de interd. Vtilis tamen plerisque casibus datur, vt si tabularius stipuletur Rem pupilli saluam fore. l. 2. 3. 4. ꝟ. rem pup. sal. fore. quod fauor pupillorum extorsit. si auus stipuletur nepti diuortio facto dotem reddi. l. Gaius. ꝟ. sol. mat. si pater filio post mortem suam, vel post emancipationem dari. l. 45. §. si ita quis. ꝟ. l. si ita. l. pater. de pac. dot; quod tribuitur summis affectionibus parentum erga filios; vt in l. Publia in pr. ꝟ. depos. l. pater. l. pactum. C. de pac. con. & malè §. si ita quis, opponitur l. cùm dos. §. si filia. ꝟ. de pac. dot. quoniam in
B ea lege pater filiæ nominatim pactus non est, & hoc tantùm quæritur, an quod sibi pater pactus est, filiæ etiam prosit. Quærunt, an si emancipato stipuletur, ei detur actio vtilis? Quid ni verò? atque ita censent rectè. At l. si genero. C. de iur. dot. respondent non rectè. Dicunt enim eam loqui de directa actione non de vtili. Dicere debuerunt eam loqui de extraneo non de filio, vt & l. cùm patrem. eod. tit. Extraneo neque directa adquiritur neque vtilis datur, Filio vtilis datur. Hæc de stipulante. De promittente hæc est conclusio: Promittens alium daturum vel facturum, eum nullo casu obligat: sed neque se obligat, nisi subiecta sit pœna, vel nisi se curaturum vt alius daret vel faceret promiserit, aut promisisse interpretemur. atque ita promisisse intelliginir non tantùm qui Habere licere, vel Dolum malum abesse promisit, sed & qui alium iudicio sisti promisit. §. pen. l. 81. ꝟ. Additur in extremo huius legis vnus casus, quo licet alteri stipulari videamur, tamen stipulatio va-
C let, & nobis adquiritur obligatio, vt si stipulemur ædem sacram, vel locum religiosum ædificari. item si locemus ædem faciendam, locatio valet. Adijcit Theodorus Balsamon Nomocanonis tit. 2. ædem sacram conduci faciendam posse, non habitandam. quinetiam puniri eum qui ædem sacram conduxerit.

## L. XXXIX.

Dominus qui seruo, vel pater qui filiofamilias stipulatur, sibi stipulari videtur. Hoc ita, si ius in stipulatione versetur, non factum. Ius in ea versatur, si stipuletur filio dari. l. 2. C. de contr. stip. l. eum qui ita. §. qui sibi. ꝟ. l. Stichum. §. quæsitum. ꝟ. de solut. nam eo verbo dominium significatur, quod iuris est, non facti. Significatur & interdum factum, siue traditio. l. 4. ꝟ. de vsur. l. qui heredi.
D l. in facto. ꝟ. de cond. & dem. quo sensu si pater filio stipuletur, persona filij sola stipulatione comprehenditur, & inutilis est stipulatio. Pater filio emancipato adquirit vtilem actionem; Filiofamilias nullam adquirit, quia nec proprium quidquam habere potest. Ex ea tamen causa qua filiusfamilias sibi adquirit, non est dubium quin filiofamilias vtilem actionem adquisiturus sit. Idem verò est si stipuletur filio tenere licere, quod est facti & corporis; vel si stipuletur filio ire agere licere, quod factum significat, nisi appareat aliud actum esse. l. quod dicitur. 2. ꝟ. Atque ita etiam multum interest, vtrùm dari pro iure, an pro facto accipies filio sibi stipulante. si pro iure, patri dari oportet: si pro facto, filio. Factum in personam suam filiusfam. conferre potest, ius non item. Multùm item interest inter patrem & filium. nam siue ius siue factum patri filius stipuletur, vtilis stipulatio est. Sed si pater filio stipuletur, vtilis stipulatio non est, nisi ius stipuletur. & hanc distinctionem inter factum
E & ius putant significari ijs verbis, Secundum quod leges permittunt. quod non probo. nam eam distinctionem introduxit iurisprudentum interpretatio, non leges. Puto hæc verba esse Triboniani, eisq; significari Constitutiones Iustiniani. Secundum eas si pater filio ex causa peculij profectitij dari stipuletur, sibi stipulari intelligitur. si ex causa aduentitij, non sibi sed filio adquiret vtilem. atq; ita etiam in §. ei verò. Instit. de inut. stip. hæc verba accipienda sunt, In ijs rebus quæ tibi adquiri possunt. In d. l. quod dicitur, hæc etiam puto esse Triboniani, Quæq; adquiri patri possunt.

## L. XLI.

Kalendarum Ianuariarum appellatione primæ intelliguntur, nisi aliud actum sit. Res quidem dubia est, sed non fiet statim interpretatio contra stipulatorem, vt intelligantur Kalendæ promis-
F soris arbitrio. alioquin vix vllum hæc stipulatio effectum haberet, & in primis accipienda est ea interpretatio quæ stipulationem conseruat. l. 80. ꝟ. tum ea quæ contra stipulatorem est. & ita Acc. rectè. Similiter verò Iduum aut Nonarum appellatione primæ intelliguntur. Die non adiecta, præsenti die debetur. §. quoties; nisi locus, conditio, modus, vel res ipsa extrahat diem. Debitum differtur ex tempore, conditione, modo, loco, re ipsa. l. 19. l. nemo potest. ꝟ. de leg. 1. l. interdum. ꝟ. Ceterùm ijs detractis, præsenti die debetur. Puto hæc verba, Quoties in obligationibus dies non ponitur, præsenti die pecunia debetur, esse Sabini. nam & à Pomponio eadem libris ad Sabinum referuntur. l. 14. ꝟ. de diu. reg. iu. & ideo subijcit, Ex quo apparet, id est, ex eis Sabini verbis. Præsenti die deberi, id est, præsenti die esse soluendum. Agi ergo confestim potest, nec vllum lege laxamentum datur. qua in re differt stipulatio à constituto, nam si constitutum fiat sine die, in decimum diem
G collatum videtur. l. promissor. §. 1. ꝟ. Omne enim constitutum est ad diem. idq; constituendi verbum significat. Die adiecta licet præsens sit obligatio, non tamen præsenti die soluendum est. l. centesimis in pr. ꝟ. vbi quod de in centesimas Kalendas collata stipulatione exemplum ponit, notandum est in eam diem, stipulationem frustra non fieri. nam cùm centesima esset vsura legitima, & æquaret sortem centesimis Kalendis, qua adæquata vsurarum ratio finitur. l. si non sortem. §. supra

duplum.ff.de con.ind.qui stipulabatur centesimis Kalendis, extremum vsuræ legitimæ finem, quem vltra progredi non licet, spectabat. & quod dicitur vtiliter stipulatum; eo ostenditur etiam ante centesimum mensem rectè solui. l. qui res. §.mihi decem.ff. de solut. Idem verò quod in l.centesimis, etiam ostenditur in l.cedere.ff. de ver.sign.& l.certi.§.2.ff.de reb.cred.& l.1.C.de cond.ex lege, & in hac lege, quæ inde colligit diei adiectionem pro promissore esse.vbi notat Acc.interdum eam esse pro stipulatore, quod non inficior, cuius rei exemplum tradidit in l.38.§.inter, in primitijs agnorum, quas si nono die offerri oporteat, dies ille adiectus videtur accipientis gratia, vt scilicet tantisper alantur vbere matris. Primitiæ illæ in concilijs appellantur ἀπαρχαὶ τῶν ὡρίων καρπῶν, à D. Paulo ἀκροθίνια, & in Aurea bulla Nicephori, [illegible]. quod ita Græci explicant [illegible]. De l.42.dixi in l.13. & 16.

## L. XLIIII.

Si quis stipuletur rem sibi restitui vel tradi arbitrio Lucij Titij, quæritur quis sit huius stipulationis sensus. Duplex enim est arbitrium. Merum quod strictè accipitur, & arbitrium boni viri. Arbitrium dicunt & arbitratum pro eodem, vt Græci [illegible] & [illegible]. Merum in personam certam cōfertur. Arbitrium boni viri modò in certam, modò in incertam. Illo adstringuntur etiam iniquo qui se illi subiecerūt, hoc non item.l.societatem.ff. pro soc. Illius iniquitas non corrigitur nisi dolus aduersarij interuenerit.l.3.C.de rec.arb.l.ita demum.ff.eod.tit. Huius iniquitas quælibet corrigitur. Illud personam non egreditur. l.in compromissis.ff.de rec.arb. Hoc egredi personam potest, quia etsi certæ personæ nomen inseratur, non tam personæ quàm ipsius æquitatis arbitrium inseri videtur. Aequitas porrò certis personis non circunscribitur. igitur si hic, cuius nomen insertum est, æquum non statuerit, alium adire licet.& hoc significatur in l.vlt.C.de contr.stip.& l.vlt. §. sed & si quis.C.com.leg. Placet autem in stipulationibus strictis arbitrium etiam accipi strictè.& ideo si promittam tradi arbitrio Lucij Titij, Titio non arbitrante non teneor, non facio moram, non committo in pœnam.nec cogor alterius, quàm Titij arbitrio restituere.quod hæc lex significat. Eo autem arbitrante, si eius arbitrio quali quali non paruero, Incido in pœnam. In contractibus bonæfidei arbitrium latiùs accipiemus pro boni viri arbitrio. hanc enim interpretationē bona fides exigit.l.si societatem.1.l.societatem.l.in proposita. l. prox.ff.pro socio.l.7.ff.de cont.emp.l.23.ff.de div. reg.iu.l.si in lege.ff.loc.& ideo si eius qui electus est arbitrium prauum & iniquum fuerit, corrigetur iudicio bonæfidei, iudice ipso pro æquitate rei statuente quod videbitur, vel alio arbitro sumpto.item eo qui nominatus est moram faciente, non ideo minus perficietur negotium. d. l. 7. vel enim alterius arbitri vel iudicis interuentu res peragetur. Verùm hoc ita procedit, nisi id specialiter actum sit vt ne quid agatur, nisi is ipse qui nominatus est arbitratus fuerit. Sic puto accipiendum quod Celsus ait l.si coita. ff. pro soc. Ait enim, Nam id ipsum actum est. alioquin eodem auctore boni viri arbitrium sequendum est. l. si filiæ pater. ff. de leg. 3. quæ illi coniungenda est, tum quia ex eodem est libro, tum quia in testamentis idem receptum est hac in re quod in iudicijs bonæfidei.l.1.ff.de leg.2.& ita qui per alium insulam facit quam se facturum promisit, liberatur: nisi id ipsum actum sit ne aliter liberetur, quàm si ipse fecerit. l. inter artifices. ff. de solut. Addenda est & alia exceptio ex Constitutione Iustiniani.l.vlt.C.de cont.emp.si quanti Titius arbitratus fuerit vendidero vel locauero. Venditio vel locatio sine pretio certo nulla est. Certum est, cuius quantitas certa verbis exprimitur, puta c. itemq; cuius quantitas in re ipsa est certa, veluti Quanti eum emi, quanti est in arca.l.7.§.pen.& vlt.ff.de cont.emp. Dubitatur an sit certum si ita dixero, Quanti Titius arbitratus fuerit. Alij certum esse dixerunt, verba illa accipientes pro boni viri arbitrio, quod semper est certum, & emptionem valere etiam pretium non definiente Titio. l. 1. ff. de leg.2. Alijs aliud iudicium est. Boni viri arbitrium est certum, quia & ipsa æquitas. At taxatio pretij certè non apparet antequam definierit eam aliquis. porrò taxari eam in emptione & venditione exigimus omnimodo. & ob id videtur irritam emptionem esse pretium non definiente Titio. quod Iustin. probat magis d.l. vlt.l.quod sæpe. §.1.ff.de cont. emp.l.si merces in pr. ff. Loc. vbi sub nomine Gaij Tribonianus vsus est Iustiniani verbis. Est & in testamentis, quæ paria fecimus contractibus bonæfidei, alius casus, quo arbitrium strictè accipimus, Si pœna testamento adscripta sit. Pœnæ testamentis scriptæ strictiùs accipiuntur. & ideo legata, fideicommissa, libertates, hereditates pœnæ causa relictæ non valent. quod ante Iustinianum obtinuit. Potuit tamen heredi vel legatario pœna siue multa indici, ni monumentū faceret, quam scilicet Pontifices exigerent, vt in l.27.ff.de con.& dem. Sed si multa dicta iussus sit monumentum facere arbitrio Lucij Titij, id accipiemus strictè, nec personam egrediemur.l. 6.in pr.ff.eod.tit. Quod item diximus de stipulationibus, vt in eis arbitrium non accipiatur pro boni viri arbitrio, ita procedit, si extranei arbitrium eligatur, non si promissoris vel stipulatoris. alioquin inutilis vel immodica esset obligatio: idemq; dicendum de ceteris verborum obligationibus, puta dictione dotis, aut iureiurando liberti. l. 3. C. de dot. prom. l.si libertus.ff.de op.lib.l.17.ff.qua coniuncta cum l.7.ff.de cont.emp.apparebit nihil hac sola in specie distare contractum bonæfidei à contractu stricto, cùm electum est arbitrium contrahentium.

## L. XLV.

Filiusfamilias patri adquirit siue sibi, siue patri, siue seruo patris, aut fratri qui in eiusdem sit potestate, siue impersonaliter stipulatus sit.idemq; iuris est in seruo.§.1.Instit.de stip.ser.si modò ea quæ

sunt

A funeraris stipulatus sit. Potest & filiusfamilias stipulari. Cùm ipse morietur vel si morietur, sicut & quilibet stipulator, & adquirit patri. Potest & ita, Cùm morietur pater. Non tamen potest stipulari post mortem patris. §. post mortem. Instit. de inut. stip. quia nec pater ipse sibi post mortem suam stipulari posset. Momentum moriendi à morte distinguitur. & hoc cùm Vlp. scripsisset hoc loco, prætermissum est à Triboniano, quia sublatum fuerat Constitutione Iustiniani. At post mortem suam filiusfamilias stipulari potuit, & adquirebat patri, sicut & pater ipse post mortem filij sui sibi vel filio dari stipulatur rectè. §. si ita quis: de quo diximus in l. 38. Similiter promissor licet post mortem suam non promittat rectè ante Iustinianum, cùm tamen morietur promittit rectè se daturum, non tamen se facturum, puta se Alexandriam iturum. hæc enim est impossibilis. l. prox. §. 1. Item se domum ædificaturum. Sed in hac Iustinianus constituit, vt ab herede promissoris implea-
B tur. l. vlt. C. de cont. stip. Falsum est quod dicunt ea lege d. §. 1. abrogari. Hoc enim factum ab herede expleri potest. l. 1. §. ne autem. C. de cad. tol. Illud non item. Illud nullum opus relinquit. Hoc relinquit. porrò præstat opus factione ipsa, præstant τὰ ἔργα τῶν ἐνεργειῶν, vt ait Aristoteles. Quamobrem quis faciat nihil interest, dummodo opus fiat. Et qui stipulatur, opus potius spectat quàm artificem, nisi dixerit specialiter vt faceret suis operis vel suis manibus. Hæc facta id quod faciunt dum faciunt fit, non est, posteaquam factum est, est. De initio l. prox. dixi in l. 41. De fine in l. 17.

## L. XLVII.

Ita stipulatus sum, Quod te mihi Kalendis Ianuarijs dare oportet, id dare spondes. Hanc stipulationem interpretes pro nouatione accipiunt. malè. potest enim nouandi animo non fieri. Nec
C enim dies detractus intelligitur, nisi dixero specialiter, Id hodie dare spondes. ac similiter repetitis legatis, dies detrahi non intelligitur eodem Sabino auctore. l. in repetendis. ℨ. de leg. 3. nec vllam hæc res ambiguitatem recipit.

## L. XLVIII.

Ab hac l. in P. Florentinis incipit secunda pars huius tituli. Si ita stipuler, Decem cùm voluero, defecisse condirio intelligitur si antequam constituero decessero, arg. l. centesimis. §. vlt. ℨ. Idem iuris non est si ita stipuler, Decem cùm petiero, cùm poposcero. nam hæc stipulatio condinonalis non est. hæc enim verba, Cùm petiero, non conditionem in se habent, sed admonitionem, vt promissor ea decem soluat sine mora. idemq; dicendum puto, licet repugnante Accursio, si dixero, Si
D petiero, vt alia in specie hæc verba, Si satisdederis, Vlp. ait admonitionem in se habere potius quàm conditionem. l. muto. §. sub condinione. ℨ. de tutel. Hæc igitur stipulatio præsens est, nisi aliud actum probetur. l. 135. in pr. ℑ. hoc tit. l. Titia. ℨ. de cond. & demonst. Non est idem in operarum stipulatione si ita stipuler à liberto, Tot operas dari cùm petiero. l. cùm patronus. ℨ. de op. lib. Hæc l. 48. sumpta est ex libro XXVI. ad edictum, quo tractauit Vlp. de condictione indebiti, & inter cetera an operæ solutæ condici possint, vt in l. si non sortem. §. libertus. ℨ. de cond. ind. ac deinde hanc differentiam inter operas officiales & res alias: vt operæ non antè cedant, quàm petitæ fuerint: res aliæ vt cedant ex tempore interpositæ stipulationis, etiamsi dictum sit Cùm petiero: quoniam hæc verba admonitoria sunt, non conditionalia, vt hac l. Adiecit operas quoque seruorum legatas non antè cedere, quàm petitæ fuerint. l. 7. ℨ. de vsufr. leg. Quod & de operis seruorum in stipulatio-
E nem deductis dici potest.

## L. XLIX.

Pertinet hæc lex ad quæstionem moræ. Ex contractibus filij vel quasi contractibus pater tenetur de peculio, ceterisq; honorarijs actionibus. Igitur si filius hominem certum promiserit, isq; homo post moram filij decesserit, pater tenetur de peculio. Quatenus, inquit, maneret filius ex stipulatu obligatus. Rectè Quatenus, id est, quia, vt in l. Antæus. ℨ. de aqua & aquæ pl. arc. l. certum. ℨ. de reb. cred. qua significatione quidam malunt scribere quatinus. Tenetur & fideiussor post moram rei homine mortuo. l. si quis solutioni. §. 1. ℨ. de vsur. quæ est ex eodem libro; nisi ipse iam antè eum hominem obtulerat, quo casu succurretur data exceptione. l. mora. ℑ. At post moram patris
F homine mortuo, filius liberatur, & per consequentiam pater. est enim pater veluti accessio quædam, filius est reus principalis. Tenetur tamen pater vtili actione ex stipulatu de peculio, quod ostenditur hoc loco, & l. mora. § in bonæfidei. ℨ. de vsur. Similiter post moram fideiussoris homine mortuo, vel eo homine à fideiussore occiso, reus liberatur, & consequenter fideiussor. Tenetur tamen fideiussor vtili actione ex stipulatu. l. mora. ℑ. hoc tit. l. mora. §. vlt. ℨ. de vsur. Obstat l. si fideiussor. ℨ. de dolo. quæ non vtilem, sed dolo actionem dat in fideiussorem. Respondeo dubitanter fideiussorem teneri de dolo, qua arbitrio iudicis restituetur actio ex stipulatu in fideiussorem. Restitui ait l. cùm quis. §. pen. ℑ. de fideiuss. Restituitur ex edicto de dolo malo, & ob id dicitur vtilis, quia restitutoria, vt & in l. quamuis. §. si conuenerit. ℨ. ad Velle. Notandum moram siue factum fideiussoris interdum nec reo nec fideiussori nocere, vt si stipuler Per te non fieri quominus mihi ire
G agere liceat, nam personam tuam duntaxat stipulatione complector, non fideiussoris tui: & ideo te prohibente, tenetur etiam fideiussor: fideiussore prohibente, neuter tenetur ex stipulatu. §. 1. ℑ. l. inter artifices in fi. ℑ. de solut. Herede tuo prohibente aut moram faciente in præstanda patientia, tradendoq; itinere, stipulatio committitur, etiam si heres absit & ignoret. §. pen. ℑ. nam absentes & ignorantes plerumque moram faciunt re ipsa. l. sed & si Reip. §. vlt. ℨ. de vsur. Aliud est dicendum

si heres pupillus fuerit. nam pupillus moram facere non intelligitur sine tutore. l. 24. ff. Ex mora iam facta à defuncto, certissimum est pupillum heredem teneri, non ex sua. In extremo legis ostenditur moram non fieri ex persona debitoris, nisi tempestiua sit & opportuna interpellatio, sicut econtrario mora non fit ex persona creditoris, nisi opportuno tempore fiat oblatio. l. si soluturus. ff. de solut. Hæc est huius tit. secunda lex, quæ ad quæstionem moræ pertinet.

## L. L.

Si ita stipuler, Per te non fieri quominus mihi ire agere liceat, non tantùm stipulor te non facturum, sed & te facturum, id est, te curaturum vt ire agere possim. & ideò in facto dicitur consistere in l. 2. §. item si in facto. ff. & cõtractiori oratione ita exprimitur in l. 4. §. Cato, Iter fieri. idq; confirmat l. interstipulantem. §. 1. ff. Eadem est interpretatio stipulationis, Habere licere, Dolum malum abesse, Iudicio sisti, vt ostendimus in l. 38. Malo autem hoc loco Possim, quàm Possis. Tum transit ad stipulationem emptæ & venditæ hereditatis, quam de venditore emptor stipulatur, his verbis, Quanta pecunia &c. quibus non hoc tantùm stipulatur venditorem nihil ex hereditate deminuturum, sed & occasionem adquirendi non prætermissurum. l. 2. §. sed & si quid. ff. de her. vend. quæ tota lex est de hoc genere stipulationis, vt ostendimus Obseruat. 11. Scripsit hæc Vlp. libro L. ad Edictum, non abs re, edictum exponens Si quis omissa causa testamenti, quo videtur dolo fecisse quominus possideat non is tantùm qui possessionem quam habuit dimisit, sed & is qui quam potuit adquirere non adquisijt. l. 2. §. pen. ff. si quis omiss. cau. test. nam & sic in stipulatione emptæ hereditatis dolo videtur fecisse quominus perueniat, & is qui alienauit, & is qui non adquisijt. In summa id hæc l. ostendit, stipulationem quæ in non faciendo concipitur, factum etiam continere, & contrà, eam quæ in faciendo concipitur, non factum.

## L. LI.

Manumissio morti comparatur. Vt homine mortuo ante moram promissor liberatur, ita & manumisso, videlicet si alienus homo promissus sit. l. si mihi alienum. ff. de solut. l. si heres alienum. ff. de leg. 1. Secus si quis seruum suum promiserit & postea manumiserit, nisi & is decesserit post manumissionem ante moram. l. is qui ex stipulatu. ff. tit. prox.

## L. LII.

Multùm interest vtrum stipulationes ex conuentione reorum veniant, an ex iurisdictione prætoris. Conuentionales, quæ à Græcis συναλλακτικαί dicuntur, certam formam siue legem non habent. mutatur namque earum forma reorum arbitrio. Formam & legem dicit pro eodem, quod Græci νόμον. Legem locationis dicit in l. si in lege. ff. loc. formam in l. fructus. §. ex contrario. ff. sol. mat. & lib. 50. Βασιλικῶν tit. 4. περὶ τῶν κομμισσορίων νόμων ἐπιφέρει. & 58. προσεχομένων νόμων: quod alibi legem commissoriam. Contractuum certa forma non est, vt emptionis non est certa forma. variatur namque & mutatur pactionibus, quarum hæc est vis, vt contractum forment, reforment, transforment, & quasi deforment. l. nec ex prætorio. ff. de diu. reg. iur. Prætoriæ stipulationes, sicut & actiones, certam & immutabilem formam habent, veluti Damni infecti, Iudicatum solui, & his similes, quæ edictis proponuntur vt actiones. Priuatorum pactiones nihil eis addere vel detrahere possunt. d. l. nec ex prætorio. l. 1. §. vlt. ff. de præt. stip. In conuentionalibus si ambiguus sermo acciderit, contra stipulatorem fit interpretatio. In prætorijs non item, quia non ipse stipulator eis formam dat sed prætor. itaque earum interpretatio pertinet ad prætorem. l. in prætorijs. ff. de præt. stip. Interdum & ipsæ prætoriæ sine prætore ex conuentione sola interponuntur, vt diximus in l. 5. ff. & tum non est dubium eas conuentionalium naturam imitari. De §. vlt. dixi in l. 28.

## L. LIII.

Doli clausula subijci stipulationibus solet. l. 22. ff. I. doli. l. ex ea parte. l. si ita quis. §. vlt. l. 3. C. de rec. arb. Melius autem est stipulationibus specialiter comprehendere quæcumque comprehendi possunt: vt in emptione mancipij, Sanum esse, furtis noxisq; solutum, Fugitiuum non esse, Erronem non esse, Vispellionem non esse, Habere rectè licere: Tum subijcere generalem clausulam, dolum malum abesse abfuturumq; esse. quæ non pertinebat ad ea quæ specialiter comprehensa sunt, sed ad casus incertos qui contrahentibus se in præsentia ostendere & animo occurrere non potuerunt. quid enim si seruo promisso venenum dedit & sic eum tradidit? Hic casus stipulatione nominatim comprehensus non est. Sed ad eum pertinebit generalis clausula doli. l. & eleganter. §. non solùm. ff. de dolo. Quid si in ipsa stipulatione componenda peccatum sit? Hic error corrigetur clausula doli, & agetur incerti, id est, ex ea clausula, ex stipulatu. l. ex ea parte in pr. ff. hoc tit. Quid si heredum personæ omissæ sint? Et hoc etiam supplebit clausula doli. l. si fine. § si in stipulatione. ff. rem rat. hab. Sic verò in legibus & in edictis plerumque specialiter comprehenduntur quæcumque comprehendi possunt, ac in extremo subijcitur generalis clausula, vt in edicto de restitutionibus absentium.

## L. LIIII.

Multùm interest vtrum genera, an species in stipulationem deducantur. Genera dicimus quæ communi quadam ratione comprehenduntur, veluti Homo est genus singulorum hominum.

Singuli

A singuli autem homines sunt species, quæ sub eo genere continentur, veluti Stichus & Pamphilus. has ipse enim Aristoteles vocat ἔσχατα εἴδη : illa autem πλειστάκις γένη ἐπὶ τοῖς ἀτόμοις. Genus non diuiditur nisi numero, veluti cùm generaliter dicimus decem homines, centum homines. Species, velut Stichus, diuiditur in partes pro indiuiso, non pro diuiso. nam Stichum si diuidas in partes pro diuiso, perdas. Partes illæ pro indiuiso intellectu iuris constituuntur. Partes pro diuiso corpore & facto ipso. l.5.ff.de stip. ser. Species etiam diuidi potest numero, veluti Stichus in duos Stichos, vel Pamphilus in duos Pamphilos, cùm sint plures Stichi vel Pamphili: Sed & tum Stichus pro genere habetur. Si species ex stipulatione debeantur, veluti Stichus & Pamphilus, & duo sint heredes stipulatoris ex æquo, diuisio fiet in partes non numero, id est, singulis heredibus singulorum dabimus partes dimidias, non vni Stichum, alteri Pamphilum. idemq; est si seruus communis duobus dominis stipuletur Stichum & Pamphilum: nec vllam ambiguitatem recipit. quod B hac lege ostenditur. Aliud dicendum est si genera debeantur, puta duo homines, & duo sint heredes stipulatoris. quo casu numero tantùm fiet diuisio, & singulis heredibus singuli homines dabuntur: vel si promissi sunt decem homines, singulis dabuntur quinque: si centum, singulis quinquaginta. l.si centum. ff. hoc tit. Aliud item dicendum est si operæ, puta x. debeantur, & duo sint heredes stipulatoris. nam vt genera, ita & operæ non possunt nisi numero diuidi. Aliter si diuidas operas, corrumpas. l.stipulationes non diuiduntur. ff. Opera imperfecta pro nihilo computatur. Itaq; si x. operæ sint promissæ, singulis heredibus quinque operæ debebuntur. §. operarum. & l.15. ff.de oper. lib. Aliud item dicendum est, si ea debeantur quæ pondere, numero, mensura continentur, quæ vno verbo quantitates dicuntur: hæc quoque multum ab speciebus distant. Species C communi genere continentur, vt Stichi & Pamphili commune genus est homo, diuersa species. & ideo qui pro Sticho dat Pamphilum, Stichum dare non videtur, quia aliam speciem dat. Quantitates communi specie quodammodo continentur. l. cùm Stichus. ff. de solut. & ideo qui pro aureo dat aureum, eundem aureum, eandemq; speciem videtur dare: quinimò reddere potius quàm dare. nam vtriusque aurei eadem est potestas, quantitas, ἀξία. similiter pro vino qui vinum dat eadem mensura & bonitate, idem vinum reddere videtur. denique in iis rebus quod genere est idem, & specie videtur idem. At Stichus Pamphilo genere est idem, specie non videtur idem. l.2. §.mutui. ff.de reb.cred. Singulæ species propriam speciem habent. Quantitates propriam speciem non habent. Species non diuiduntur numero, nisi adiiciatur numerus nominatim, vt inferiùs dicam. Quantitates solo numero diuiduntur. Quantitas enim sola in eis rebus spectatur, non corpus D ipsum. l. nam & si fur. §.vlt. l.si socius. ff. de reb.cred. l.si is cui nummos. ff. de solut. & ideo si stipulatori decem aurei debeantur, & duos heredes reliquerit, non ipsa corpora nummorum diuidentur in partes, sed numero fiet diuisio, & singulis dabuntur quinque. Aliud item dicendum est si speciebus addatur numerus, vt si duo Stichi promittantur. Si Stichus & Pamphilus promittantur, inter dominos & heredes specie fiet diuisio, non numero. neque vlla hîc subest ambiguitas, quin dimidium singulorum singulis debeatur. At cùm duo Stichi promittuntur, adiectione numeri res in ambiguitatem incidit, numerone illo debeant Stichi diuidi, an specie. Numeri diuisio commodior & expeditior est promissori & stipulatoribus. Hanc igitur amplectemur in ambiguo. nam & eandem amplectimur cùm decem aurei sunt promissi: quo casu eadem existit ambiguitas, singulane corpora nummorum, an numerus debeat diuidi. & ita puto scripsisse Vlpianum in l.cùm Sti- E chus. ff. de solut. Principio si seruus communis duobus dominis stipulatus sit Stichum & Pamphilum, Vlp. ait non alteri Stichum, alteri Pamphilum solui posse, sed singulis dominis singulorum partes dimidias deberi. Perperam Flo. iterata negatione legitur, non alteri Stichus, alteri Pamphilus solui non potest. legendum, non alteri Stichus, alteri Pamphilus solui potest. At hæc secunda negatio quam tollo, non penitus reiicienda, sed in suum locum transferenda est. Desideratur enim iis verbis quæ sequuntur, idemq; est, quibus & restituenda fuerat loco mota & transposita. Constat enim idem non esse, si duos Stichos, vel decem homines communis seruus stipulatus sit. Tum enim numero fit diuisio non specie, vt supra ostendimus. quod Vlpianus comprobat hac ratione: Qui duos Stichos stipulatur vel x. homines, ambiguè loquitur, sicut & qui decem denarios. At in denariis decem, numero fit diuisio. Ergo & in hominibus decem, vel in Stichis duobus. Subau- F dienda tamen hæc conclusio, sicut & in l. qui vsumfructum. ff. hoc tit. Sensisse hoc ita & scripsisse Vlpianum in l.cùm Stichus, argumento est l.15. ff. de op. lib. quæ est ex eodem lib. in qua idem Vlp. scripsit de operis, vt numero tantùm diuidantur, quod Iulianus in hac lege. Per omnia itaque videtur Iuliano consensisse, & simul eadem tractasse quæ Iulianus tractauerat, maximè cùm dissentiendi nulla fuerit ratio, nullus color. Malè Acc. in l. cùm Stichus, homines decem, certos interpretatur. Homines enim cùm dicimus, genera dicimus, non species. Nihilo feliciùs alii separant dominos ab heredibus, & inter heredes si genera promissa sint, numero aiunt diuisionem fieri, vt in hac lege: inter dominos in partes corporum, vt in l.cùm Stichus. nam hæc lex idem initio proponit de heredibus & dominis promiscuè, deinde subiicit, Inter eos, dominos igitur & heredes, secundum id quod initio propositum est. tum stipulationem operarum, quam comparat stipula- G tioni generum, palàm ait inter dominos numero diuidi. Alii hoc ἐναντιοφανὲς dissimulant non sine dolo, monitii præsertim ab Accursio. Illud quærendum modò, quid sit si vnum debeatur, non plura? Aut species debetur, aut genus, aut opera vna. Si species, certum est diuiduam obligationem esse. Si genus, indiuiduam, vt diximus in l.2. ff. itemq; si opera vna. itaque vni ex heredibus vel dominis homo generaliter promissus, vel opera vna, pro parte solui non potest. Genera &

operæ

operæ non nisi numero diuisionem recipiunt, quam diuisionem vnitas non admittit. quis igitur erit rei exitus? Aestimatio hominis vel operæ diuidi poterit. Itemq; eadem opera simul duobus consentientibus communiter edi, Sicut & idem homo communiter dari. §. vlt.

## L. LV.

Obligatio in eius tantùm persona consistere potest, qui stipulatur: solutio etiam in alterius. vt si stipuler mihi aut Titio, obligatio in me consistit, solutio in me & in Titio, qui adiectus dicitur. Ius in meam personam confertur, Factum in personam Titij. Posset accipi conditionaliter ac si dixissem, Si Titio non solueris mihi dari. Verùm non ita accipitur, nisi id specialiter actum sit, sed eo modo quo diximus. l. qui res. §. qui stipulatur. ff. de solut. Itaque ex ea stipulatione mihi soli debetur purè, Titio non debetur: solui tamen ei potest etiam me prohibente, nec enim semel promissori datam soluendi electionem ei eripere possum. Non erit adiectus si ita dixero, Mihi & Titio. Tum enim obligationis causa adijcitur, quod fit inutiliter, Vt videatur adiectus ita concipere debeo stipulationem, Mihi aut Titio. De adiecto hæc sit regula. Qui ei soluit adiecto vtiliter, perinde liberatur, ac si soluisset stipulatori. §. planè. de inut. stip. Huic sententiæ non rectè addetur exceptio in hunc modum, Nisi quid iuri rei, quæ adiecto soluta est, desit. l. Iulianus. §. 1. ff. hoc tit. nam idem accidit, si rei stipulatori solutæ aliquid desit. l. etiam. ff. de solut. Non rectè item hæc, Nisi alio loco adiecto soluatur, quàm quo conuenit, inuito scilicet stipulatore. quo casu promissor non liberatur omnimodo. l. 2. § item Iulianus. C. de eo quod cer. loc. nam & inuito stipulatori alio loco non rectè soluitur. Non item hæc, Nisi alia res in personam stipulatoris, alia in personam adiecti designata sit: vt si quis stipulatus sit Sibi decem, aut Titio hominem. quo casu si promissor mihi soluat hominem pro decem, proculdubio liberatur ipso iure. in princ. Inst. quib. mo. tol. obl. Si adiecto soluat hominem, ipso iure non liberatur, per exceptionem liberatur. l. obligationum fere. §. accessio. C. tit. prox. l. vlt. §. cùm mihi. ff. hoc tit. & ita verbum, Liberatur, accipiendum est in l. qui res. §. mihi Romæ. ff. de solut. & in l. qui hominem. §. stipulatus, eod. tit. Sed ideo ipso iure non liberatur, quia adiectio iure non consistit, nisi fiat eiusdem rei soluendæ causa. neque enim ius patitur, vt alia sit obligationis, alia adiectionis substantia. Per exceptionem liberatur, quia quodcumque soluitur adiecto, stipulatori solui videtur. l. qui hominem. in pr. l. si ita stipulatus sim, ff. de solut. ad eum namque redit id omne quod soluitur actione mandati. Plerumque enim non adijcitur nisi cui stipulator mandarit vt acciperet, & ob id teneri mandati adiectus stipulatori dicitur vbiq;. d. §. planè. l. Iulianus. §. 1. ff. l. qui res. §. qui stipulatur. ff. de solut. Interdum adijcitur Titius quasi donatarius. sed & tum res videtur stipulatori soluta, & ab eo in Titium translata. Exceptione igitur defendetur adiectio, etiam si diuersa res in ea sit, idemq; est multomagis si τὰ κύκλῳ diuersa sint, veluti diuersus locus, Mihi Romæ aut Titio Ephesi dari. d. §. mihi Romæ. aut diuersa dies. d. l. qui res. §. mihi decem. l. vlt. §. vlt. ff. hoc tit. Adiectionem eæ diuersitates non vitiant, dummodo in mea persona consistat obligatio. At si in mea persona non consistat, vel si deficiat, deficit & adiectio. vt si stipuler mihi sub conditione quæ deficiat, aut Titio purè. Inutilis obligationis inutilis est adiectio, non tamen econtra. nam inutilis adiectio vtilem obligationem non vitiat: vt si stipuler mihi purè, aut Titio sub conditione quæ deficiat, sicut nec obligatio inutilis vtilem: vt cùm stipulor Mihi & Titio dari. d. §. vlt. De adiecto sit & hæc regula. Adiectionem nec facti causam, nec adiecti personam egredi. Factum quod in adiectum confertur, solutio est. Solutum accipere potest solummodo, petere, nouare, acceptum facere, pignora aut fideiussores accipere, constitutum contrahere non item. l. si mihi, ff. de fideius. l. is qui promisit. C. de pig. l. 10. ff. de solut. l. sed & si filiofa. in fin. C. de const. pec. Sed neque post litem contestatam ei solui potest, quia præualet causa stipulatoris. l. fideiussor obligari in pr. ff. de fideius. l. 57. ff. de solut. Rursus ei soli solui potest ante litem contestatam non heredi eius, vt in hac lege ostenditur, & l. 81. ff. de solut. non domino. l. qui heredi. C. de cond. & dem. l. 9. ff. de solut. Ac ne ipsi quidem capite minuto. quoniam alius videtur esse. l. cùm quis in princ. ff. de solut. Obstat l. Stichum. §. vsumfructum. ff. de solut. & l. prox. §. qui sibi. Ratio §. vsumfructum. hæc videtur esse. Sic stipulari possum, Mihi aut Titio cùm capite minutus erit. Ergo si stipuler Mihi aut Titio, capitis deminutione Titij facultas soluendi Titio non intercidit. quod perinde est, ac si ita diceres: In tempus quo Titius capite minutus erit conferri solutio potest. Ergo & si in id tempus non fuerit collata, eo tempore solui ei potest. Falsa & vitiosa collectio est. alioquin licebit etiam mihi ita colligere. Potest constitui tibi vsusfructus ita, cùm capite minutus eris. l. 1. C. quib. mo. vsusfr. amitt. Ergo & si ita non fuerit constitutus, te postea capite deminuto non finietur vsusfructus. At recta erit illa ratio, si sic constituas: Etiam si Titius stipulationis tempore capite deminutus fuerit, ius ei soluendi non perit. quia & in eum casum solutioni applicari potuit. Si in eum casum potuit adijci, potuit & in ipso casu, eodemq; modo accipiendus est §. qui sibi, vt filio adiecto rectè soluatur, siue is contractus tempore emancipatus, siue in potestate stipulatoris fuerit. At si post stipulationem adiectus patiatur capitis deminutionem, facultas ei soluendi intercidit, nec solùm adrogatione, sed & emancipatione, cùm vtroque modo persona mutetur, & in imaginariam seruitutis formam deducatur. quod dico vt eos vellicem qui emancipationem separant à ceteris minutionibus.

## L. LVI.

Initium exposui in l. 38. Sequitur §. 1. Stipulanti promisisti te & Titium heredem tuum daturum, Tres tibi heredes extiterunt, inter quos & Titius. Non solùm Titius, sed & alij omnes tenentur

A tenentur ex stipulatu pro hereditarijs portionibus. Atqui de Titio tantùm cauisti, non de omnibus? Verùm sicut qui extraneum daturum promittit, nullomodo eum obligat, ita qui Titium heredem daturum promittit, hac stipulatione eum non obligat vltra portionem hereditariam, in qua sola defuncti vicem sustinet: nisi vel citra speciem legati testamento id oneris Titio nominatim iniungat, quo casu à Titio ceteros coheredes indemnes seruari oportet. l. si filia. §. Papinianus ait. ff. fam. erc. vel nisi à Titio solo stipulatori quod debet, leget: quod quidem legatum valere constat. l. si creditori. ff. de leg. 1. quo casu solus Titius tenetur. Rursus dicet quis, At huic stipulationi tacitè inesse videtur hæc pactio, ne à ceteris heredibus petatur. Dari ergo ceteris heredibus debet exceptio pacti. quod confirmat l. auus. ff. de pac. quæ opponi solet huic §. Iulianus tamen hoc loco eam exceptionem ceteris dari negat. Ratio hæc est. quoniam principaliter actum est de constituen-
B da obligatione in vnum ex heredibus, quod fieri ex XII. tab. non potest. Necesse enim est vt obligatio quæ in defunctum cœpit, in omnes competat pro hereditarijs portionibus. Si constitui in vnum posset obligatio, ceteris vtile esset pactum. At quia non potest in vnum constitui, relinquitur ceteris exceptionem taciti pacti non prodesse. Quæ ducitur ex stipulatione inutili pactio, & ipsa inutilis est. l. in persona. §. vlt. ff. de pac. Si tamen cùm id non ageretur, vni vel quibusdam heredibus pactus sit, non est dubium eis prodesse exceptionem pacti. His hunc ipso libro puro Iulianum addidisse quod ex eo refertur in l. Iulianus in pr. J. hoc tit. Hic §. est de stipulatione quæ in dando consistit. Lex illa de stipulatione in faciendo ita concepta, Neque per te, neque per Titium heredem tuum fieri (legendum fieri non fieret vel fiat) quominus mihi ire liceat. idem verò in vtraque iuris esse videtur. nam & ex hac stipulatione quæ in facto consistit, omnes tenentur in id
C quod interest pro portione hereditaria Titio prohibente. quod verissimum est. At alia in re inter ea genera stipulationum differentia est. Si in dando consistat, quod dederint coheredes pro sua parte, id à Titio coherede non recipient iudicio familiæ erciscundæ, nisi id oneris ei testamento nominatim iniunctum sit. Si in faciendo, recipient. quia facto Titij in fraudem inciderunt. l. 2. §. item si in facto. ff. Rursus si in dando consistat, Titio dante pro sua parte, nihilominus ceteri tenentur. Si in faciendo, Titio non prohibente, ceteri etiam si prohibeant non tenentur, vt l. Iulianus indicat atq; innuit. Hoc tantùm vtriusque stipulationis commune est, quòd fallente Titio, stipulatori non ipse tantùm, sed & ceteri tenentur. De §. qui sibi, dixi partim l. prox. partim in l. 39. ff.

**Qui ita stipulatur.**] Differri potest obligatio ex die, veluti Kal. Ianuarijs dari. Ex die finiri non potest, vt si stipuler dari vsque in Kal. Ianuarias, vel decem annua quoad viuam. Finitur acce-
D ptilatione, solutione, nouatione, Certo tantùm iure, vt ait l. 7. C. de sent. & int. Die non finitur. Dies ἐν ἀρχῇ vtiliter adijcitur, εἰς πέρας inutiliter. idem de loco & conditione iuris est. l. obligationum fere. §. placet. §. conditio. ff. tit. prox. §. at si ita. Instit. de verb. obl. l. nemo potest. ff. de leg. 1. Sic & aliàs multùm interest, vtrum dies vel conditio inseratur initio, an fini. Si volueris dari, & dari nisi nolueris, diuersa sunt, vt dixi in l. 17. Si Titio non solueris, mihi dari: & Mihi dari, nisi Titio solueris, hæc item longè diuersa sunt, vt ex ijs quæ dicta sunt de adiecto in l. prox. colligi potest. Cùm erit annorum XIIII. centum lego, & Lego centum, quæ accipiat cùm erit annorum XIIII. hæc item diuersa iure sunt. l. si Titio. ff. quan. dies leg. ced. l. pen. C. eod. Similiter multùm interest, vtrum conditio, vel dies, vel locus initio obligationis inseratur, an fini: hoc fit inutiliter, illud vtiliter. Sed tamen & cùm fini inseritur, licet ipso iure non finiatur obligatio, agenti tamen post diem,
E vel post conditionem, obstat exceptio pacti vel doli: vt in hoc §. ostenditur, & d. §. placet, & §. conditio. l. 4. ff. de seruit. De §. prox. dixi in l. 8. & 13.

**Qui proprietatem.**] Nemo rem suam stipulatur rectè. At vsumfructum rei suæ stipulatur rectè si alienus sit, nimirum vt proprietati consolidetur. **Si à te.**] Si quis fundum stipuletur, plenam proprietatem stipulatur: & nuda proprietate ei præstita, adhuc peti vsusfructus, qui deest, potest. Vsufructu item præstito nec amisso, proprietas nuda, vel eo amisso, proprietas plena peti potest. l. 126. §. 1. J. hoc tit. Qui igitur promisit fundum, nudam proprietatem vel vsumfructum soluendo non liberatur. Similiter si quis de alio fundum, de alio stipuletur nudam proprietatem, promissor fundi quasi nouatione facta non liberatur, nam & si is qui promisit nudam proprietatem, eam præstiterit, promissor fundi non liberatur. Si tamen promissor fundi fundum præstite-
F rit ex causa lucratiua, alter liberatur.

**Si hominem.**] Nouatio fit si id actum sit, ex Constitutione Iustiniani si id expressum sit. Purè fit statim. Sub conditione nouatio non fit statim, sed existente demum conditione. Si existat, ex noua obligatione debetur. Si deficiat, ex antiqua. l. si Stichum. §. 1. J. de nouat. Imo interdum & existente conditione nouatio non fit, vt si hominem quem mihi Titius debet purè, tu promiseris sub conditione nouandi animo, & is decesserit post moram Titij, ante moram tuam, puta antequam existeret conditio, deinde conditio extiterit. quia tu non teneris, antiqua obligatio manet. & hoc ostenditur in §. vlt. huius l. neque obstat l. quoties. §. 1. J. de nouat. quoniam loquitur de mora iam facta à Titio ante stipulationem conditionalem. Stipulatione conditionali mora iam antè facta purgatur & finitur. Itaque si post moram Titij de te stipuler hominem quem mihi debet, deinde
G moriatur homo pendente conditione, tum existat conditio, nec ipse tenetur, quia moram suam purgauit: nec tu teneris, quia homo promissus decessit antequam esses in mora, d. l. quoties. idemq; est, si post moram Titij de eodem Titio stipuler sub conditione. nam si ea pendente homo moriatur, tum existat conditio, Titius nec ex priore, nec ex posteriore stipulatione tenetur. l. qui decem. §. si cùm mihi Stichum. J. de solut. Hoc ita, si tempore posterioris stipulationis res præsens fuerit.

d.l.qui decem.§.idem responsum.aliud enim est,si absens fuerit.& ita accipienda l.si rem. ÿ. de nouat.Quòd si ante stipulationem conditionalem prior promissor moram non fecerit,postea fecerit, sequens mora non videtur præcedenti stipulatione purgata. & hoc est quod dicitur in hoc §. idq; verum est, etiam si tempore stipulationis conditionalis res præsens fuerit. nam & oblatio præcedens sequentem moram non purgat. Negat Acc.accidere posse, vt post illam stipulationem conditionalem prior promissor moram faciat. quoniam, inquit, sub contraria conditione tenetur, pendente autem conditione mora non contrahitur, Nego eum teneri sub contraria conditione. & l. pecuniam.ff.de reb.cred.non loquitur de eo, qui pro eo quod debuit purè, expromissorem dedit sub conditione, sed de eo, qui quod debuit purè, delegante creditore alij promisit. Hunc fateor debere priori creditori sub contraria conditione, & ideo si interim soluat, condictio ei competit. Illum nego, & ideo si interim soluat, non condicit.l.Iulianus.ff.de cond.ind.

## L. LVII.

Quemadmodum actio ex stipulatu heredi stipulatoris datur pendente conditione defuncti, ita & in heredem promissoris. Idem non est in actione ex testamento, quæ non datur heredi legatarij pendente conditione defuncti, in heredem heredis datur. Conditio spem facit. Hanc mors heredis legatario non eripit, sicut nec mors promissoris stipulatori. At mors legatarij eam spem infringit, mors stipulatoris non item. quia quæ apud defunctum cesserunt, ad heredem transeunt: quæ non cesserunt, non transeunt. Legatum conditionale non cedit antequam conditio existat. Stipulatio conditionalis cedit statim, l. vsusfructus.ÿ.de stipul. ser. Stipulator conditionalis est creditor: Legatarius non item. l. is cui sub conditione. ff. tit.prox. Actio igitur ex stipulatu datur heredi stipulatoris, si post mortem eius conditio stipulationis extiterit. Huic definitioni addenda exceptio est talis, Nisi id actum sit inter contrahentes, vt ita demum stipulationi locus sit, si conditio existat viuo stipulatore vel quo alio.cuius rei argumentum est in l.qui Romæ.§.Agerius.ÿ. Tibi stipulanti ita promisi, Quidquid patrem meum tibi debere constiterit,dabo. Hæc verba conditionem casualem faciunt, Si constiterit, Id ponitur pro certo me promisisse sub conditione in futurum collata, Si constiterit quid quantumq; debeat pater, neque de eo ambigitur quicquam. Ambigitur de eo tamen, vtrum hic sit stipulationis sensus, Si viuo patre lite cum eo mota constiterit: an verò, Si quandoque constiterit. & ob id si viuo patre non constiterit de debito, mortuo patre constiterit lite mota cum herede eius, quæritur an promissor teneatur. Respondet si conditio non extitisset non teneri, id est, si id fuit actum, vt conditio impleretur viuo patre, nec fuerit impleta, stipulatio non committitur, etiam si post mortem patris impleatur. Serò namque impletur & frustra. Dum respondet Scæuola per Si,vel id sumit quod propositum est quasi certum,vt in l.vlt.§.vlt.ff.de resc. ven.l.pater in pr.ff.de do.exc.vel quod est præsumptum & probabile, vt in l. vxori. §. vlt. de leg. 3. vel quod est incertum,& in æstimatione iudicis, vt in l.libertis.§.1.ff.de alim.leg. Puto in eo §.eum sumere quod est probabilius. Id enim verosimile est actum, vt promissor teneatur, non si quocumque tempore, sed si viuo tantùm patre de debito constiterit. & ita in l. fideiussor obligari. §. vlt.ÿ.fideius.hæc conditio imposita fideiussori, Si reus non soluerit, ita accipitur, Si viuus non soluerit,quæ conditio est casualis, cùm nec in stipulatoris, nec in promissoris, id est, fideiussoris,inter quos negotium contrahitur, potestate sit posita.itaque disputantes de conditione potestatiua malè interpretes eius legis testimonio vtuntur, Duo sunt genera conditionum. Potestatiua & Casualis, vel,vt Græci loquuntur, ἐξουσιαστικὴ & αἰτιατικὴ. Hactenus de casuali diximus. Quærunt an quod de casuali dictum est,possit etiam dici de potestatiua. Puto idem dici posse sub exceptione eadem, Nisi aliud actum sit. & ideo si ita stipuler, Si decem dedero mihi fundum dari, vel Si domum ædificauero mihi centum dari, mortuo promissore si hanc conditionem impleuero, agam cum herede promissoris. quod est certissimum. Sed & me mortuo si eam heres meus impleuerit, heredi meo in promissorem dabitur actio. quod sic probo. Quod in hac causa ius est in legatario, idem non est in stipulatore. Legatario adscripta conditione dandi, heres legatarij eam implere, & legatum adipisci non potest.l.à testatore. ff.de con.& dem, Ergo stipulatori adscripta conditione dandi, heres eius eam implere, & agere ex stipulatu potest. Quod si heres stipulatoris conditionem potestatiuam implere potest, consequenter & heres promissoris, si ei sit imposita conditio, ei parere potest: vt si promiserit sub hac conditione, Si fundum non daret,Si domum non ædificaret,quo genere pœna plerumque promittitur, nec committitur promissore mortuo, si heres paratus sit conditioni satisfacere.l.diem. §.1.ff.de rec.arb. Verùm huic definitioni addenda est exceptio talis, Nisi aliud actum sit. Aliud agitur si ita stipuler, Cùm voluero dari. l. centesimis. §. vlt. ff. vel si sub hac conditione, Si Alexandriam iero, Si Capitolium ascendero. Hæc facta tantisper dum fiunt sunt, postquam facta sunt, non sunt amplius, sicut saltatio cùm perfecta est, non est amplius. deniq; hæc facta nullum opus relinquunt, sicut & si dixero me velle, hæc oris pronuntiatio nullum opus relinquit. Qui igitur has conditiones adscribit, personam solam facientis spectat, opus non spectat, quia nullum inde opus extat. Non recedemus igitur à persona. l. centesimis. §. 1.ff.l.1.§.ne autem. C.de cad.tol. At qui id agit vt detur, vel vt domus ædificetur, non tam personam dantis vel facientis spectat, quàm opus quod ex eo remanet: veluti dominij aut possessionis translationem vel fabricam.itaque nihil refert à quo detur vel fiat. l.vlt.C.de cont. stip. finis huius stipulationis opere cernitur, non opera, Alij dicunt conditionem potestatiuam heredem stipulatoris implere non posse, vel heredem promissoris ei parere non posse: Alij dicunt posse, neutri sunt reprehendendi.

Suas

A Suas enim quique species habent, quibus id quod proponunt verum esse euincant, sub illa exceptione, nisi aliud actum sit. At qui dicunt nominatim conditionem dandi heredem implere non posse, errant maximè. Id ita probant. Si talis sit conditio, Si Titio x. dederis, non potest alij quàm Titio dari, Ergo nec alius potest dare. Vitiosa est consequentia. multùm enim refert cui detur, nihil refert quis det, dummodo ei detur qui designatus est. alioquin si ita heres institutus sim, Si Titio decem dedero, alio dante meo nomine non perueniam ad hereditatem. quod falsum est. ac similiter multùm refert quid fiat, nauis an insula, quis faciat nihil refert, dummodo id fiat quod fieri conuenit. Opus quærimus, De artifice non curamus. Alia etiam adferunt suæ sententiæ comprobandæ causa, quibus ex ijs quæ suprà dicta sunt intelligetur esse responsum.

## B L. LVIII.

Vt proprietas duplex est, nuda & plena, quæ & solida, & inde consolidationis nomen, ita vsusfructus duplex, nudus, quæ seruitus est in personam, & alter qui proprietati cohæret. l. 126. §. 1. ff. hoc tit. l. si cum testamento. §. penult. ff. de exc. rei iud. hic noster est proprietatis iure, ille seruitutis iure. Hic seruitus non est, sed pars plenæ proprietatis. Fundi appellatione plena proprietas significatur. l. 56. §. si à te. ff. fundus est nomen iuris. l. cogi. §. inde quæritur. ff. ad Trebel. Vt ergo plenæ proprietatis, ita & fundi vsusfructus pars dici potest. Sunt loci qui negant vsumfructum fundi partem esse. Sed ij omnes loci sunt de vsufructu nudo. Hic fundi ius, id est, seruitus est, non pars. quod in tit. de pactis exposui latiùs: instar tamen est partis. l. cùm filius. §. dominus. ff. de leg. 2. Similis parti, vt dicitur hoc loco. Et ob id qui vsumfructum fundi stipulatur, deinde fundum, similis est C ei qui partem stipulatur, deinde totum. Et posterior stipulatio vtilis est, vt si quis stipuletur iter, deinde actum, vel primùm quinque, deinde x. vel primùm vsum, deinde vsumfructum. l. si pupillus. §. vlt. ff. de nouat. Vtilis inquam est, etiam si non fiat nouandi animo, id est, proficit, quia plus in ea continetur. l. 29. ff. Non idem est è contrario, vtputa si is qui stipulatus est fundum, deinde stipuletur vsumfructum. nam & hic similis est ei qui totum, deinde partem stipulatur. At qui totum, deinde partem stipulatur, nihil agit: vt qui actum, deinde iter: vel decem, deinde quinque: vel vsumfructum, deinde vsum. Ergo & is qui fundum, deinde vsumfructum stipulatur, nihil agit. Propositio & assumptio ponitur in hac lege, conclusio subintelligenda est, vt in l. cùm Stichus. ff. de solut. Dico eum nihil agere, nihil promouere, quia minus stipulatur. nam & qui idem bis stipulatur nihil agit. l. 18. ff. Et hæc quidem ita procedunt, si ab eodem stipuletur. nam si à reo vsumfructum stipu- D letur, à fideiussore fundum, fideiussor non tenetur. l. græcè. §. illud. ff. de fideiuss. E contrario si à reo fundum, à fideiussore vsumfructum, fideiussor tenetur. l. si à reo. §. si reo. ff. eod. Item quod diximus nihil agere eum qui ab eodem stipulatur totum, deinde partem, ita procedit, nisi nouandi animo stipuletur, vt proditum est in hac lege: sed id specialiter exprimi exigit his verbis, Hoc facere specialiter expresserit, quæ Triboniani sunt ex Constitutione Iustiniani. l. vlt. C. de nouat. eadem Triboniani manus agnoscitur in l. etiam. & l. si rem aliquam. §. si duo. ff. de nouat. Ante Iustinianum id agi satis erat, nec specialiter exprimi oportebat, & ideo cùm de nouatione tractant Iurisconsulti, adijciunt sæpe, si hoc actum sit, vt in l. si vnus. §. pactus. ff. de pac. l. 2. l. 6. l. si Stichum. ff. de nouat. l. si seruum in fi. ff. hoc tit. Non addunt specialiter, vel sicubi additum id est, à Triboniano additum est.

## E L. LIX.

Differtur obligatio ex die, conditione, loco. Ante diem vel conditionem, vel antequam in locum peruentum sit, aut tantum temporis præterierit quo in locum perueniri possit, agi non potest. Plerumque qui vinum, oleum, frumentum debet nec soluit, quanti vinum est damnatur. Aestimatio fit à iudice. Cicero in frumentaria. Petiuit vt sibi pro frumento, quanti frumentum esset, dare liceret. ex huiuscemodi principio, atque ex liberalitate, atque accommodatione magistratuum, consuetudo æstimationis introducta est. Sic potest dici officio & accommodatione iudicis, frumenti aut vini peti æstimationem fieri, frumentum peti: æstimationem peti non posse, cùm non sit in obligatione. At æstimatio harum rerum varia est locis temporibusq; varietatem adferentibus. l. pretia. §. vlt. ff. ad leg. fal. l. ideoq;. ff. de eo quod cer. loc. Plinius lib. 33. c. vlt. Pretia rerum non F ignoramus alia in alijs locis esse, & omnibus pene annis mutari, prout nauigationes constiterint, aut vt quisque mercatus sit, vt aliquis præualens manceps annonam flagellet. Hinc existit quæstio si quis stipulatus sit vinum vel oleum, cuius temporis æstimatio fieri debeat. Aut stipulatus est purè, aut cum adiectione diei, vel conditionis, vel loci. Si cum adiectione diei, sumetur æstimatio eius diei quo scilicet dari debuit, quoq; agi potuit. nam die apposito, id videtur agi inter contrahentes, vt is solus dies spectetur. igitur non quanti fuit vinum ante diem reus damnabitur, sed quanti en die est, eoq; anno. alioquin hoc plerumque fraudi reo erit, si æstimatio referatur ad id tempus, quo nondum agi cum eo potuit. Alioquin, inquit, aliàs rei captio erit, id est, alioquin alio tempore ex ea re promissor damnum patietur. Alias, id est, alio tempore. Rei, id est, promissoris. Sed neque ad sequentem annum æstimatio refertur. quo iure vtimur. Annis, vt Plinius ait, mutantur G pretia harum rerum. Similiter conditione adiecta, sumetur eius temporis æstimatio quo conditio extiterit. Loco adiecto, eius quo in eum locum perueniri potuerit. Sed & eius loci tantùm æstimatio, id est, quanti sit vinum in eius loci foro quo dari debuit, spectabitur: nec est hac in re differentia inter iudicia stricta & bonæfidei. l. vlt. ff. de cond. trit. l. vinum. ff. de reb. cred. l. qui autem. ff. si quis caut. l. si Kalendis. ff. de re iud. l. 3. in fi. ff. de act. emp. l. hominem. ff. mand. Finge frumentum

mutuo accepi, & promisi me id redditurum Kalen. Iulijs. Si frumentum pluris sit Kal.Iulijs, quàm tempore contractus, nisi frumentum solnero, quanti fuerit Kal.Iulijs condemnabor. æquè si minoris fuerit, eius temporis æstimationem præstando liberabor, nec amplius crescet obligatio. Idem & in ceteris rebus iuris est, vt si homo debeatur vel equus, quarum rerum æstimatio plerumque casibus mutatur, quibus aut meliores fiunt, aut deteriores. Obstat l.cùm quis. ℥.tit.prox. Puto distinguendum: aut fideiussor intercessit initio obligationis, aut post diem. Si initio, & reus & fideiussor debitores sunt in diem. Vtrumque dies interpellat. vtriusque obligatio est in eadem causa. Cur ergo non fiet par in vtroque æstimatio? Cur in fideiussore æstimationem referemus ad tempus contractus, in reo ad tempus quo dari debuit? Non potest illa specie posita probabilis differentia constitui inter reum & fideiussorem, quam tamen Acc. tentat probare. Melius erit si ponamus fideiussorem interuenisse cùm iam dies venisset, quo reus soluere debuit. quo genere qui non habet in manu quod soluat, interdum creditori satisfacit. l.si rem. §.omnis. ℥.de pig.act. Vt autem si reus damnatus fuisset, eius diei æstimatio fuisset obseruata, ita & qui eo die fideiussor accessit, in æstimationem quæ eo die fuit damnabitur. quod rationem summam habet. atque ita eam legem videtur Azo accepisse: nec erit differentia inter fideiussorem & reum. At quid fiet, si nec dies nec locus obligationi additus sit? Pugnat hac in re l.vinum, & d.l.vlt.cum l.penult.℥.de cond.trit. Illæ spectandam censent æstimationem eius temporis, quo agitur & lis contestatur. Lex pen. diem quo res iudicatur. Omnes sunt de iudicijs strictis. In iudicijs bonæfidei constat rei iudicatæ tempus spectari.l.3. §.in hac.℥. Commod. vt si vinum quod venditum est, pluris siue minoris sit rei iudicatæ, quàm contestatæ tempore, sequemur æstimationem temporis rei iudicatæ. In strictis petitionis tempus spectatur, vt quanti fuerit litis contestatæ tempore, tanti damnetur promissor. Iudex adstringitur formulæ petitionis. Petitur res vt nunc est. Iudicio bonæfidei non ita, sed quod iudex æstimauerit ex fide bona dari oportere, & ideo totum refertur ad rem iudicatam. d. l.3. §.in hac.l. hominem.℥. Mand. At locus in omnibus is spectatur quo agitur. nec enim alio loco res iudicatur quàm quo agitur. l. vbi. ℥. de iud. Sed an est hoc perpetuum in iudicijs bonæfidei spectari tempus rei iudicatæ? Minimè. Addenda est exceptio, nisi moram fecerit venditor vini in tradendo vino. quo casu, si vinum pluris fuerit contractus tempore, quo & moram fecit, quàm rei iudicatæ, reducenda erit æstimatio ad tempus contractus siue moræ; sin minoris, rei iudicatæ tempus erit intuendum.l.3.§.vlt.l.si sterilis.§.cùm per venditorem. ℥.de act.empt. & in summa, spectandum erit tempus quo res vnquam plurimi fuit. Addatur & alia, Nisi emptor moram fecerit in accipiendo vino. quo casu si agat ex empto, à iudice eius temporis & eius loci fiet æstimatio, quo minoris fuerit. d.§. vlt. Addatur & alia, Nisi fideiussor pro reo hominem soluit, & agat mandati. namque eo iudicio id consequetur, quanti fuit homo cùm solutus est, & ideo si postea depretiatus fuerit, non ideo minus consequetur. quod rationem magnam habet. l.hominem.℥.Mand. Quid verò de strictis iudicijs statuendum? An verò etiam perpetuum est quod diximus, in eis spectari tempus litis contestatæ? Minimè. Eadem exceptio addenda quæ est addita iudicijs bonæfidei, Nisi ante litem contestatam debitor moram fecerit, quo casu debitor condemnabitur, vtro tempore res pluris fuerit, vel quo moram fecit, vel quo res iudicata est. & ita accipienda l.pen. Species enim quæ ponitur in fine pertinet ad totam legem. Ponit moram debitorem fecisse, & ad tempus moræ æstimationem referri, si post moram res depretiata fuerit: vel ad tempus rei iudicatæ, si post moram fuerit pretiosior facta: vel ad tempus mortis, si post moram interierit ante rem iudicatam. idemq; confirmat l. in re furtiua.§.1.l.ex argento.℥.de cond.fur.l.pen.℥.rer.amo. quibus ostenditur in condictione furtiua, quæ aduersus furem datur, qui semper moram facere intelligitur, tempus spectari quo res vnquam plurimi fuerit, nec obstat l.2. §.quæsitum. de priua.del. quæ spectat tempus litis contestatæ, quoniam, vt Stephanus interpretatur XXII. Βασιλικῶν. tit.VI. id ita procedit, si post furtum rei furtiuæ æstimatio mutata non fuerit. quod & notant l. X. Βασιλικῶν, tit.X. & XI. Quæritur quid iuris sit in nummis. Si aurei sint crediti, & aurei augmentum vel deminutionem receperint? De hac quæstione nullam scio legem præter l. 2. C. de vet. num. pot. quia constantior tum erat nummorum æstimatio. At quid fiet hac ætate, qua tot mutationes in pretio nummorum experimur? Iure hoc vtimur, vt aureis creditis, aurei reddantur, siue creuerint siue decreuerint, nisi in credendo æstimati fuerint. Vt enim creditor non cogitur in aliam formam nummos accipere, si ex ea re damnum aliquod passurus est, vt si nummi hodie pluris sint.l.99.℥. de solut. vbi Flor. videtur malè legi, debitorem, pro creditorem, sicut & in l.patronus.℥.de tutelis. ita nec debitor dare etiam si hodie minoris sint. arg.l.pen.C.de solut. Legem 61. exposui in l.26.

## L. LXII.

Inuito non adquiritur hereditas nisi suo vel necessario, nec bonorum possessio, nec legatum, nec adsignatio liberti, quæ quodammodo quasi legatum est liberti, de qua accipi posse l.inuito. ℥. de reg.iur. inscriptio monet. Defertur tamen inuito ipso iure. Inuito etiam non adquiritur donatio. quia nec iure fit μονομερῶς, id est, non fit nisi inter duos consentientes. Res inuito non adquiritur, Actio inuito adquiritur, veluti res legata inuito non adquiritur, Actio ex testamento inuito & ignoranti adquiritur. l. si à furioso. ℥. tit. prox. Per eos tamen qui in nostra potestate sunt non tantùm actio, vt in hac lege ostenditur, sed & dominium ex omnibus causis inuitis nobis & ignorantibus adquiritur, excepta hereditate, l.etiam. ℥.de adquir.rer.do. An & possessio? Rectè sentiunt qui negant eam per seruos, aut filios adquiri ignorantibus. Per eos qui in nostra potestate sunt dominium

A nium ignorantibus nobis adquiritur. Possessio non item. quia dominium est iuris, possessio facti. Igitur quod seruus apprehendit, non videor ipse apprehendisse nisi sciero. Causam peculiarem excipias. l. peregre. §. quæsitum. ꝟ. de adq. poss. Nec obstat quod dicitur, ignoranti per procuratorem possessionem adquiri. l. 1. C. de adq. poss. nam hoc ideo fit, quòd procurator habeat voluntatem siue mandatum eius cui adquirit. alioquin non nisi volenti possessio quæritur. l. ea quæ. ꝟ. de adq. rer. do. At liberatio etiam inuito contingit, nec tamen quouis modo. nec enim acceptilatione aut pacto contingit, quia hæc etiam non fiunt μονομερῶς, nouatione cum alio facta, vel solutione ab alio facta, liberatio etiam inuito contingit. l. 53. & 91. ꝟ. de solut. Inuito etiam seruo libertas datur. l. vlt. C. de test. man. Dices, quasi possit vnquam accidere, vt quisquam oblatam libertatem recuset. Imo verò sunt eiusmodi ingenia quædam. In Comœdia Querulo siue Aulularia Plauti cuius-

B dam adoptitij antiqui auctoris, seruus ita loquitur: Nobis cotidie nuptiæ, natales, debacchationes, ancillarum feriæ. propter hoc quidam nec manumitti volunt. Inuito autem filio libertas non datur. No. 89. l. Iubemus. C. de emanc. lib. & Paulus 2. Sent. tit. 25. quia in iure sui est commodum aliquod, quod eriperetur filio si inuitus emanciparetur.

## L. LXIII.

Si stipulatio fiat sub duabus disiunctiuis conditionibus, vna existente, stipulatio committitur, nec ex vna semel commissa, rursus committi potest ex alia. l. 129. ꝟ. quod sicut Vlpianus tradidit, tractans de stipulatione Iudicatum solui in l. cùm quærebatur. ꝟ. iud. sol. ita & Africanum lib. v 1. quæstionum, quo tractauit de eadem stipulatione, vt constat ex l. hæc stipulatio. ꝟ. eod. tit. & l. vlt. ꝟ. de

C proc. hoc scripsisse puto, vt quemadmodum stipulatio facta sub duabus disiunctiuis conditionibus, ex vna conditione semel commissa, ex alia committi non potest, ita ostenderet stipulationem Iudicatum solui, cuius tres sunt clausulę disiunctiuo modo acceptæ ex vna commissam, amplius committi ex alia non posse. l. 5. §. in hac. ꝟ. Iud. sol. De disiunctiuis loquimur, quarum eæ sunt notæ, Aut, Vel, Siue. quæ tamen sunt interdum παραδιαζευκτικῇ, id est, figura διαζευκτικῇ, potestate συμπλεκτικαί.

## L. LXIIII.

Præpostera stipulatio non valet, Si Titius consul factus fuerit, hodie dare spondes? Datio prior est conditione. quod est ὕστερον πρότερον. idq; ante Iustinianum obtinuit. §. item si quis. de inut. stip. Quod si quis ita stipulatus sit, Si Titius consul factus fuerit, tum ex hac die decem annua dare spon-

D des? quia dixit ex hac die, videtur præpostera stipulatio. At non esse præposteram articulus Tum, indicat, qui refertur ad tempus existentis conditionis. Datio igitur conditionem sequitur, licet retro habita ratione præteriti temporis tum dari oporteat. l. 126. in pr. ꝟ. Solet opponi l. cùm quidam. ꝟ. de vsur. quæ rectiùs opponeretur l. lecta. §. vlt. ꝟ. de reb. cred. Vtriusque conciliatio hæc est. Ob sortem non solutam, ex die contractus grauiores vsuræ infligi possunt. l. lecta. Ob vsuras non solutas, vsuræ grauiores non possunt infligi ex die contractus, sed ex die cessationis. l. cùm quidam.

## L. LXV.

Προδύσερον vitiat stipulationem. Περίεργον non item. Sed & si alios nummos ipse stipuler, alios tu promittas, stipulatio non vitiatur, dummodo congruat quantitas: vt si denarios stipuler, qui

E erant argentei auctore Volusio Mætiano, tu aureos promittas eiusdem quantitatis. Quantitas, potestas, æstimatio, ἀξία idem. Aristoteles initio 111 I. ἠθικῶν. ὧν ἡ ἀξία νομίσματι μετρεῖται. & I. ῥητορικῆς. ἡ τιμὴ ὑπὲρ ἀξία τις ἐςί. Inde Græcorum exemplo rem dignam tot nummis dicimus. l. si dignum. ꝟ. ad l. fal. l. si cui fundus. ꝟ. de leg. 2. Ac similiter qui debet argenteos, rectè soluit aureos, vel è contrà: quia quantitas sola spectatur non species. l. si ei cui. ꝟ. de solut. nisi aliquod ex ea commutatione damnum creditor patiatur, vt diximus in l. 59. Item non est inutilis stipulatio, etiam si in personæ nomine variatum sit, dummodo in persona variatum non sit. l. 136. ꝟ.

## L. LXVI.

Minorem x x. annis manumittere vetat lex Aelia Sentia alio modo quàm vindicta causa pro-

F bata apud consilium. quod & Senatusconsulto comprobatum fuisse indicat l. 1. ꝟ. de off. cons. & l. 4. C. qui manu. non pos. Lex Aelia de minore loquitur, non de maiore. l. 1. ꝟ. de manumiss. Et ideo qui est ipsorum annorum x x. id est, qui iam iam agit supremum diem anni vicesimi, non vetatur manumittere. nec enim eum qui manumittit maiorem esse x x. annorum, sed minorem non esse lex vult. Iam autem minor non est, qui diem vicesimi anni supremum agit. Vt autem minor x x. annis non potest manumittere seruum suum, ita nec in fraudem legis stipulari à debitore vt seruum quem debet, manumittat. Huius, inquit, stipulationis danda executio non est, id est, ex ea petitio vel præstatio non est. Sic executionem accipit in l. in executione. ꝟ. Huic capiti legis Aeliæ Sentiæ Iustinianus derogauit. nam ex constitutione Iustiniani minor x x. annis testamento potest manumittere, quod per legem Sentiam non potuit,

G

## L. LXVII.

Non quibuslibet verbis olim contrahebatur stipulatio. His tamen, Decem milia salua fore, rectè contrahebatur. quo modo adolescens stipulabitur rectè de curatore certæ rei, vel summæ dato, veluti x. milibus quæ adolescens in numerato, vel in nominibus habet administrandis.

Eodem quoque modo de fideiussore eandem summam stipulabimur rectè, qui & ijs verbis acci- A
pitur, Indemnem me præstabis. l.quæro.§. l.oc. Sed & his verbis rectè contrahitur obligatio, De-
cem curari. quo casu promissor vel x. vel reum idoneum dare debet. & citatur in hanc rem Celsus,
id est, l. vlt. §. de reb. cred. Reum dicit, id est, expromissorem non fideiussorem. Fideiussorem
dando non satisfacit stipulationi, nec liberatur. Expromissorem dando liberatur, quasi satisfecerit.
Reum dare cùm dicunt, expromissorem semper intelligunt. Est igitur eorum error supinus, qui
hoc loco reum fideiussorem interpretantur. Legi si heres. §. de leg.1. Accursius respondet rectis-
simè. Curare non tantùm adnumerare est, sed & delegare alium qui adnumeret. Facere dandi si-
gnificationem habet.

## L. LXVIII. B

Stipulatio aut certa est, aut incerta. Ex certa datur certi condictio. Ex incerta actio ex stipulatu.
Certa est stipulatio pœnæ, veluti Si mihi pecuniam non credideris, x. dabis. Est & vtilis, quia ni-
hil vetat credita pœnæ vinculo constringi, quo & ceteri contractus constringi possunt. Incerta est
si simpliciter stipuler, te mihi pecuniam crediturum. quia hac stipulatione continetur id quod in-
terest, quod incertum est. l. vlt.§ si quis in ius voc. non ierit. Id est, id hac stipulatione agitur, vt nisi
promissor crediderit, præstet mihi in id quod interest, quod an futurum sit vllum, & quantum fu-
turum sit, incertum est. Idemq; est in specie l. diem proferre. §. vlt. §. de rec. qui arb. rec. & in spe-
cie l.112.§.vlt.J. Stipulatus sum te mihi pro centum aureis satisdaturum, & reum dedi qui mihi de-
bet centum aureos, vt pro eo satisdares in eam summam. Cum reo agam certi. Tecum incerti in C
id quod interest, hoc est insolidum, si reus non sit soluendo: vel in minus, si in aliquid sit soluen-
do: vel in nihilum, si omnino sit soluendo: nisi fortè veterator sit quidam magnus difficilis con-
uentu. eadem prorsus est species l. si quis ab alio in pr. §. de re iud.

## L. LXIX.

Hominem iam mortuum dare vel sisti promisisti, & si non dares vel sisteres, pœnam. Duplex
est stipulatio, pura & conditionalis. Pura non valet, quia impossibilis est. Ergo nec conditionalis
siue pœnalis, quæ illi applicatur. Sed & si homo sisti, vel dari promissus interierit ante moram sine
dolo & culpa promissoris, promissor ab vtraque liberatur. l. 4. §. qui satisd. cog. nec debetur æstima-
tio. l. si mihi alienum. J. de solut. Eadem ratione si stipuler cœlum ascendi, & si non ascenderis pœ-
nam, nihil agitur. Ceterùm si vna tantùm sit stipulatio sub conditione impossibili in non faciendo D
concepta, veluti Si Stichum, qui iam mortuus est non dederis, vel si cœlum non ascenderis, x.
dari, stipulatio valet. l. 7. & 8. §. Valet etiam stipulatio mortui, si debebatur, & post moram interie-
rit. l. inter stipulantem. §. pen. l. si seruum. §. vlt. J. Valet item stipulatio viui ea lege facta, vt & post
mortem præstetur. & ita accipio l. non moriturum. C. de cont. stip. arg. l. 20. §. Rectè ait Rei im-
possibilis. nam rei possibilis, etiam si ea sit in stipulatum inutiliter deducta, pœna committitur.
l. 38. §. De l. 70. dixi in l. c.

## L. LXXI.

Ostenditur hac lege quemadmodum concipienda sit stipulatio pœnalis, vel id agitur vt fiat ali-
quid, vel vt ne fiat. Si vt fiat, ita concipietur stipulatio pœnalis, Si ita factum non erit, tunc pœnæ E
nomine tot aureos dari. Si vt ne fiat, ita, Si aduersus id factum erit &c. l. continuus. §. pen. J. §. vlt.
Instit. de ver. obl. ex quibus locis intelligitur, hanc legem ita esse punctis distinguendam, Cùm quid
vt fiat stipulemur, pœnam sic rectè concipiemus. & secundum has formulas, actiones quoque &
exceptiones concipiuntur, vt in l. apud Celsum. §. Labeo & si ex stipulatu. §. de do. exc. Aduersus
exceptionem doli non datur replicatio doli. d. l. apud. §. Marcellus: quia æquum est communem
malitiam actori nocere potiùs quàm reo. quamobrem & aduersus actionem ex stipulatu de dolo,
rectè datur exceptio doli, Si, inquit, aduersus ea factum erit. quæ verba sunt clausulæ doli pœna-
lis. l. ita demum. §. de rec. qui arb. rec. Tractauit hoc libro XIII. Vlpianus de pœna compromissi,
quæ ita concipitur, Sententiæ arbitri stari, Si ita factum non erit, tot dari. & ob id generaliter tra- F
didit vti sint concipiendæ stipulationes pœnales.

## L. LXXII.

Initio legis ostenditur seruitutes prædiorum esse indiuiduas. quod exposuimus in l. 2. §. quapro-
pter peti, cedi, adquiri, remitti, in stipulatum deduci pro parte non possunt, licet retineri possint
pro parte. Libertas item pro parte adquiri non potest. In l. viæ. §. de seruit. vsum earum indiuiduum
esse Pomponius ait, rectè. Prædium cui cohæret seruitus, diuidi potest. Vsus seruitutis non item.
Dum vtor seruitute, pro solido ea vtor, & si plures vtantur ea, singuli eam vsurpant pro solido.
quamobrem vsus etiam, quæ seruitus est personalis non prædialis, non potest pro parte constitui.
l. vsus. §. de vsu & habit. At vsusfructus diuidi potest. Frui fundo possum pro parte, id est, fructuum
partem capere naturaliter possum, partem non capere. d. l. vsus. l. 1. §. si vsusfructus. §. ad l. fal. deniq; G
fructus potest diuidi, vsus non item. Additur etiam in hac lege factum non posse diuidi, vt si sti-
puler vacuam possessionem tradi, vel domum ædificari, vel operas, qua de re diximus in d. l. 2. &
l. 54. Aestimatio tamen facti, & id quod interest diuidi potest: itemq; pœna, si qua subdita sit stipu-
lationi facti. quod de æstimatione hoc loco traditur ex Celso, & in l. si quis ab alio. §. vlt. §. de re iud.

A Aestimationis quanti ea res est petitionem esse hoc loco ait apertè. Sed an missa aestimatione, si factum adhuc praestari possit, agere liceat praecisè in hoc vt promissor faciat, quaeritur. Respondi licere in d.l.2. Cuius sententiae qui idem sentiunt, nec argumentum satis firmum sumunt ex l.stipulatio.§.siue.ff.de no.op.nunt.nam quod ibi dicitur in cautione, ita exprimitur d.l.stipulatio. §.pen. nec ex l.sed & ex.§.penul.ff.de procur.cui aduersatur l.non cogendum.eod.tit.quae de procuratore rei loquitur, qui non cogitur absentem defendere, etiam si satisdederit iudicatum solui. illa de procuratore actoris, qui cum cuius nomine agit, cogitur defendere iudicio accepto, nec liberatur praestando quanti ea res est. At similiter certi condictione, vel arbitrio iudicis addicti iudicio bonaefidei, venditor praecisè cogi potest vt rem venditam tradat, auctore Paulo lib.1. Sent.tit.XIII. & hoc est quod ait Iustin.in tit.de donat.venditionem necessitatem traditionis in se habere. §.si quis B ita, exposui quaestionem in l. 8. Quaestionem autem §. vlt.in l. 14. Illud solum addendum, malè ei opponi l. existimo. §. vlt.j. cùm idem prorsus in ea tradatur, si quis stipulatus sit insulam fulciri, non esse expectandum vt insula ruat, & sic deinde agatur. Agi namque potest ex ea stipulatione antequam insula ruat. quia non modò cùm ruit stipulatoris interest quòd fulta non fuerit, sed & si nondum ruit stipulatoris interest eam fulciri, ne ruat. Additur in d.l.existimo. non tamen antè agi ex ea stipulatione posse, quàm tantum temporis praeterierit, quo conductor idemq; promissor fulcire potuerit. quod non negatur in hoc §.

## L. LXXIII.

Aliquando accidit vt pura stipulatio in tempus differatur, re ipsa & mente contrahentium dila- C tionem inducente: vt si quis stipuletur domum aedificari. Nec enim agi statim ex ea potest, sed vel tunc agetur, cùm tantum temporis praeterierit, quo potuerit domus aedificari secundum Celsum in l.14.ff.cuius sententiam videtur Paulus hoc loco probare & l.si insulam. j.vel vbi iam coeperit mora in aedificando fieri secundum Vlp.in l.prox.§.vlt. Idem est si quis stipuletur quod ex ancilla praegnante natum erit, vel fructus qui ex fundo percepti fuerint. nec enim agi ex ea potest, antequam partus editus, vel fructus percepti sint. Non verbis tantùm, sed & mente tempus obligationibus praestituitur. l.1. ff.de penu leg. l.inter. §.vini autem.j. Item si quis stipuletur Carthagine dari cùm Romae sit, tacitè inest tempus quo Carthaginem perueniri potest. §.loca.Instit.de verb.oblig. Item si patronus stipuletur operas officiales, non antè debentur, quàm indictae fuerint. nam ex commodo patroni edendae sunt.l.si quis hac lege.§.iudicium.l.cùm patronus.l.quoties.ff.de op.lib. Si quis D alius non patronus operas stipuletur, debentur statim. d.l.quoties. Item si seruus hereditarius stipuletur, ea stipulatione actio non est antè quàm aliquis heres extiterit, qui agere possit. Stipulatur autem interim rectè, & paciscitur sibi, vel hereditati, vel heredi futuro nomine proprio non expresso, quia adita hereditate retro videtur ex die mortis heres fuisse, non tamen nominatim. l.16.l.si ex re.§.vlt.l.seruus alienus.j.de stip.ser.l.si vnus.§.vlt.ff.de pac. Item si capto domino ab hostibus seruus ei stipuletur, non aliter erit actio ex stipulatu, quàm si dominus postliminio redierit. l.18. §.seruus.j.de stip.ser. sicut etsi seruus captus ab hostibus promittatur. l. qui res. §.vlt.j. de solut. His omnibus casibus stipulatio purae speciem habet, effectum non item. Ex stipulatione pura quae nulla re differtur, confestim agi potest, nec vllum lege laxamentum datur. In §.vlt.ostenditur purgari, emendari, finiri, extingui moram oblatione, puta si promissor id offerat in quo praestando vel dan- E do moratus est, & in eo accipiendo moretur stipulator. Vt enim communis dolus stipulatori nocet potius quàm reo. l.apud. §.Marcellus. ff.de do.exc. ita & communis mora. l.seruum. §.sequitur.j. Sed reum oportet in offerendo perseuerare.l.3. §.vlt.ff.de act.emp.l.qui Romae.§.Seia.l.135. §.Seia. j.hoc tit. Ait in d.§.sequitur, hanc quaestionem esse de bono & aequo, non de iure. Morae emendationem iure non esse. In quaestionibus quae pendent ex aequi boni interpretatione, plerumque sub auctoritate iuris perniciosè errari, dum scilicet callidè ius interpretamur, dum aequitatem ipsam non attingimus. Aequitas est medium quiddam. Medij difficilis inuestigatio. Ab eo recedere possumus multis modis, id ferire vno tantùm modo. Purgationis morae hic est effectus, vt debitorem liberet periculo. & ideo si mora purgata res debita interierit, debitor liberatur quasi interierit ante moram, vel ipso iure si iudicium sit bonaefidei, vel per exceptionem si sit strictum. l.17. ff.de const. F pec.l.qui decem.j.de solut.l.huiusmodi. §.si cui homo. ff.de leg.1. Imo & ipso iure si sit strictum ex Sabini sententia. l.105.j. Si non interierit non liberatur, iudicio tamen res non tanti aestimabitur, quanti fuisset aestimata, si moratus actor non fuisset. l.3. §.vlt. ff.de act.emp. Et haec ita procedunt, siue pura, siue in diem fuerit obligatio.d.l.17. Inter quas tamen distinguimus cùm quaeritur an morae purgatio liberet à poena. qua de re in l. si insulam. j.dicturi sumus. Oblationis nudae ij tantùm sunt effectus, vt liberet periculo, collatione publicarum functionum, grauioribus vsuris leuioribus oblatis, vt soluat ἀντίχρησιν, aliàs verò à sorte, vsuris, poena iam commissa non liberat. sed neque pignus soluit.

## L. LXXIIII.

G Stipulationes quaedam certae sunt, quaedam incertae, vel vt est scriptum in l.6. C. de cont. stip. quaedam certi, quaedam incerti. Ex stipulatione certi vel certa datur certi condictio, ex incerta actio ex stipulatu, vt traditur in pr.tit.de verb. oblig.l.si quis certum. ff. de reb. cred. quae & incerti & incerta actio dicitur.l.si stipulatus ff.de vsur.l.3.C.de inut.stip.l.diem proferre. §.vlt. ff.de rec. qui arb.cuius haec est formula, Quod mihi ex stipulatu dari fieri oportet. Certi condictionis, quae ex stipul

ſtipulatione certa datur, hæc eſt formula, Quod mihi c. ex ſtipulatione dari oportet, quæ etiam di- A citur ex ſtipulatu in l. inter. §. ſi rem quam. ꝫ. & alibi ſæpe, & actio ſtipulationis l. cùm pater. §. pater. ꝫ. de leg. 2. Itaque eò res redit, vt ſit concludendum actionem ex ſtipulatu aliam eſſe certi, aliam incerti. quod & de quibuſlibet alijs actionibus ſtrictis dici poteſt. Actio ex teſtamento alia eſt certi, alia incerti. l. 1. ꝫ. de vſufruct. leg. l. non ſolùm. §. penul. de lib. leg. l. ſi ſic legatum. §. vlt. de leg. 1. Actiones bonæfidei omnes ſunt incerti, vel incertæ pecuniæ, vt Cicero ait pro Comœdo. Indicio eſt formula, Quod te mihi ex bona fide dare facere oportet. Licet tamen ex contractibus bonæfidei ſtricta certi condictione vti. l. in duobus. §. exceptio. ꝫ. de iureiur. l. ſi fideiuſſor. 2. ꝫ. Mand. l. de eadem re. ꝫ. de exc. rei iud. & ita emptor fundi miſſa actione ex empto, ſi volet, præcisè fundum petet certi condictione. Ex actione certa quæ ſequitur condemnatio, petitioni congruit. Ex incerta non item. nam condemnatio ſemper eſt certa, etiam ſi incerta ſit actio. §. curare. de actio. In actio- B ne certa tempus litis conteſtatæ ſpectatur, in incerta tempus rei iudicatæ. l. 3. §. in hac. ꝫ. Com. Neceſſariò itaque definiendum eſt nobis quid ſit certum, quid incertum. Certum eſt id cuius apparet ſubſtantia, qualitas, quantitas, vt ſi ſtipuleris decem aureos. Cùm dicis aureos, ſubſtantiam & qualitatem certam dicis, adiecto numero, quantitatem certam. niſi ſtipuleris in annos ſingulos. Tum enim quantitatem incertam ſtipularis. l. 16. ꝫ. hoc titul. ſicut & ſi vſurarum nomine ſtipuleris ſingulos aureos ſingulis menſibus. l. prox. §. penult. quia earum penſionum certus non eſt finis. Sed ſi ſtipuleris, vini Campani amphoras centum, ſubſtantiam & quantitatem certam dicis, qualitatem non item. Vt igitur certa ſit obligatio, qualitatem etiam exprimi oportet certam, veluti optimi. Quòd ſi adijcias boni, qualitas non eſt certa, eſt enim aliud alio melius. Optimi qualitas non recipit maius & minus. Boni qualitas recipit maius & minus. Rurſus ſi ſtipuleris hominem Stichum C vel fundum Tuſculanum, certum ſtipularis. Rebus ſingulis, id eſt, corporibus, proprium nomen aut demonſtrationem, quæ vice nominis fungatur, adijci oportet. l. certum. ꝫ. de reb. cred. Res ſingulæ ſenſibus aut demonſtrationibus percipiuntur, cogitatione non item. Senſus cognitio ante ſenſum non eſt. Contrà res vniuerſæ cogitatione percipiuntur, non ſenſibus. & ob id qui genus ſtipulatur, incertum ſtipulatur. Certum non eſt extra res ſingulas, nec certum in obligatione verſatur, niſi ſit res certa. Res autem propriè non videtur eſſe, niſi ſit ſubſtantia. Accidentia propriè non ſunt. Ex quo efficitur eum qui ſeruitutes ſtipulatur, incertum ſtipulari. De vſufructu dubitatur, propterea quòd vſuſfructus in fructibus conſiſtit, quorum eſt ſubſtantia certa. Sed cùm eorum prouentus incertus ſit, placet eum qui vſumfructum ſtipulatur, etiam incertum ſtipulari. Eadem ratione incertis adnumeramus obligationes, liberationes, poſſeſſiones, quia res certæ non ſunt. Item D fructus vel partus futuros, ob id ipſum quia non ſunt. Item facta, quia non ſunt niſi cùm fiunt, vel poſteaquam facta ſunt. factis adiungimus non facta. nam & qui non facit, hoc facit vt nolit facere. Priuatio actionis actio eſt. alioquin non eſt vera Stoicorum ſententia, Omne peccatum eſſe actionem. nam quædam peccata in non faciendo conſiſtunt. Notandum in l. prox. non proponi exemplum niſi ſtipulationis vtilis. cuius rei coniecturam præbet, quòd eius ponit exemplum qui ſtipulatus eſt certam tritici quantitatem ſine qualitate, quod valet: non eius qui ſtipulatus eſt triticum ſine quantitate, quod non valet. l. triticum. ꝫ. Itaque dum in ea lege ponit exemplum eius qui generaliter fundum ſtipulatus eſt ſine nomine, dicendum eſt eam ſtipulationem valere. quod vtique verum eſt, ſi promiſſor fundos habuerit, non ſi non habuerit. l. cùm poſt. §. gener. ꝫ. de iur. dot. l. ſi domus. ꝫ. de leg. 1. l. ita ſtipulatus. ꝫ. & ita Græci rectè lib. XXIX. Βασιλικῶν. Notandum etiam ex l. E prox. vſusfructus ſtipulationem incertam eſſe. cui ſententiæ opponitur l. tribus. ꝫ. de vſufruct. ear. ret. quæ legatum vſusfructus pecuniæ veluti certum eſſe ait. malè Ferretus, quem & alij quidam ſequuntur, reſpondet, Veluti, id eſt, minus propriè certum dici. Veluti plerumque verum exprimit. l. precibus. C. de impub. & ſanè veriſſimum, vſufructu pecuniæ legato, certum eſſe legatum, cùm videatur proprietas legata. l. 6. & 7. eod. tit. legatum autem cautionis eſſe incertum. l. 5. §. 1. eod. Notandum ſtipulationem eſſe incertam ſi quis ſtipuletur fructus futuros. quo loco fructibus captis quidam notant ſtipulatorem certi acturum, quòd iam ſint fructus certi. quorum ſententia explodenda eſt. nam ſi incerta eſt ſtipulatio, debet & actio eſſe incerta. & verò Vlp. exempla hæc incertarum ſtipulationum ponit non alia fini, quàm vt eis omnibus intelligatur incerti actionem eſſe. & ita Ferretus ſenſit rectè, nec obſtat l. certi condictio. ꝫ. de reb. cred. qua vtuntur qui ab eo diſſen- F tiunt, quæ dicit certi condictionem dari ex incerto contractu. nam incertum contractum vocat ἀνώνυμον, quia nomine vacat, vt in l. 1. §. debitum. de conſt. pec. l. & vno. de accept. Ex eo datur etiam actio incerta, id eſt, quæ nomine vacat: Si tamen eo debeatur res certa, poterit hac ratione dici certus, & dari ex eo certi condictio. At ex contractu quo incertum in obligationem deducitur, certi condictio nunquam datur. eadem eſt actionis & contractus formula, & idem nomen; & ſi nullum nomen contractus, nullum etiam actionis. Hidem illi malè reſpondent l. ſi ſtipulatus. De vſur. quæ fructus poſtea captos incerti peti ait, eam reſtringentes ad fructus quorum modum neſciat actor. nimia reſtrictio. Nimia denique cæcitas hæc eſt, in quo oportet, Ferretum non ſequi, in quo non oportet, ſequi. Notandum ex eadem lege certam eſſe ſtipulationem ſi quis frumentum, vinum, aut pecuniam ſtipuletur ita, Quod eſt in horreo, in apotheca, in arca. hæc enim ſtipulatio compara- G tur ſtipulationi hominis Stichi aut fundi Tuſculani. Qui hominem dicit, incertum dicit, quia ſpeciem certam non demonſtrat, licet qualitatem quantitatemq; demonſtret. qua ratione valere dicitur legatum promiſſioq; hominis indiſtinctè, ſiue habuerit promiſſor familiam ſiue non, cùm tamen fundi legatum promiſſio'ue non valeat indiſtinctè, propterea quòd non vt hominis, ita & fundi

A fundi certus modus, certaq; finitio est. nam vel glebula vna fundus dici potest. Qui verò hominem Stichum dicit, planè speciem certam dicit. Qui item vinum quod est in apotheca, hoc sermone & speciem & qualitatem & quantitatem demonstrat satis. Dicit enim vinum quale quantumq; est illo loco. At qui vini dicit amphoras x. qualitatem non dicit, & ob id incertam rem dicit. Minus rectè Theophilus tit. de verb. oblig. qui incertam esse stipulationem ait, si quis stipuletur τὰ ἐν τῷ γένει. est enim natura certa etiam si contrahentibus forsitan sit incerta. sicut & si stipuler, Quod mihi Seius debet, vel Quod mihi debes, si modò Seius certum debeat, vel si tu certum debeas. nam hic sermo refertur ad ea quæ iam sunt certa. In futurum collato sermone, vt si stipuler fructus futuros, etiam si postea percepti fructus certi sint, incerta est stipulatio. nam & ea quæ futura sunt, ex Chrysippi & aliorum multorum sententia, natura incerta sunt, quia fieri potest vt non eueniant.
B At si collato sermone in præsens tempus stipuler, Quod mihi Seius debet, isq; certum debeat, certa est stipulatio, sicut si stipuler, Quod est in arca, & ideo Ioan. rectissimè notat in §. qui verò, particulam Quamuis, corrigere, vt in l. 2. §. incertam. ff. de præt. stipul. & l. tigni. §. si quis cum. ff. ad exhib. quod & hoc argumento confirmatur, si ita fideiussor interueniat, Id fide tua esse iubes? Id autem sit certum, certa erit stipulatio non incerta. Erit ergo ex his stipulationibus actio certi non incerti. Postremò notandum ex eadem lege incertam esse stipulationem si quis stipuletur illud aut illud, incertam actionem, veluti Quod mihi ex stipulatione dari oportet, vel Quod mihi illud aut illud ex stipulatione dari oportet. Certum si quis ex ea condicat, plus petat. §. huic autem. Institut. de act. Incerta est stipulatio, quoniam incertum est quid promissor sit electurus. §. qui illud. eademq; ratione si quis stipuletur ex pluribus fundis eiusdem nominis vnum, vel ex pluribus Stichis vnum,
C incerta est stipulatio. l. qui ex pluribus. ff. Si tamen sibi stipulator reseruarit electionem, certa est stipulatio, & alterutrum vel vnum ex eis quem volet, condicet promissori.

## L. LXXVI.

Si qui stipulatus est Illud aut illud, sibi electionem reseruarit, heredi etiam eius, si viuus ipse non elegerit, licebit eligere & certum condicere, itemq; ei cui stipulator cesserit vel legarit actionem suam. l. si sic. §. vlt. ff. de leg. 1. itaque & in specie l. 93. ff. heredi dabitur electio, non tamen patri vel domino in cuius potestate est. l. vlt. in pr. ff. Quærunt quæ sit ratio differentiæ. Idem quæri potest de stipulatione Ire agere licere, qua fretus heres stipulatoris ire agere potest, non pater vel dominus. Faciliùs quod per stipulationem in meam personam contuli, in alium successionis vel cessio-
D nis vel legati iure transmitto, quàm iure potestatis alteri adquiro. quod tamen non ita est in legatis. nam legatum quod in heredem transmitto, patri etiam adquiro. & ita accipienda l. quæ legata. ff. de diu. reg. iur. Quod enim ait in ea lege, Nam & sub conditione, alia est differentia. Sed si electionem in extranei personam contuli, vt si stipulatus sim Illud aut illud mihi dari vtrum Titius elegerit, soli Titio electio permittitur, non heredi eius, sicut si Titij persona adijciatur solutionis vel alterius arbitrij gratia.

**Cùm stipulamur.**] Hæc formula, Quod te mihi dare facere oportet, actionum & stipulationum communis est. At latiùs in actionibus accipitur, quàm in stipulationibus, nam stipulationibus præsens duntaxat tempus continetur, & ideo adijci solet, oportebit'ue, præsens in diem'ue, vt in stipulatione Aquiliana l. & vno. ff. de accept. l. 89. l. 125. ff. hoc tit. Excipienda est stipulatio quæ le-
E gatorum nomine interponitur. l. 1. §. bellissimè. ff. vt leg. no. cau. quoniam instar actionis obtinet. l. 1. ff. de præt. stip. quod & de alijs cautionalibus dici potest. Actionibus porrò etiam futurum tempus continetur quoad res iudicetur, vt si cum conductore qui debet trium annorum pensiones egero ex locato, & lis in biennium proferatur, totius quinquennij nomine iudex condemnationem faciet. Constat item iudicia incrementum accipere ex vsuris & fructibus. Neque obstat l. non quemadmodum. ff. de iudic. De re futura nulla est actio. Hæc etiam actio ex locato, de qua exemplum posui, non est de re futura principaliter, sed de præsenti, cui tamen accedunt medij temporis quoad res iudicetur, pensiones & incrementa. Non obstat l. non potest. ff. de iudic. Si alia res post litem contestatam contingat, ea nihil ad iudicem pertinet, vt in l. Antæus in fi. ff. de aqua & aquæ plu. arc. At in exemplo proposito eadem res est, ad quam quæcumque pertinent iudex arbitratur, etiam si
F post litem contestatam contigerint. l. quòd si nolit. §. si mancipium. ff. de ædil. ed. **In iudicijs.**] id est, in actionibus, vt in l. inter. §. 1. ff.

## L. LXXVII.

Ex die solo pœna committitur etiam si debitor non interpelletur. Harm. eleganter 111. Epit. ὁ ἀπὸ ἡμέρας ὀφείλων ἑαυτὸν ὑπομιμνήσκειν ὀφείλει. Item si nullus sit ex parte debitoris qui interpellari possit. l. vlt. ff. de nau. fœ. l. traiectitiæ. ff. tit. prox. Sed si debitor sit, & paratus sit eo die soluere, nec fuerit cui solueret, pœna non committitur. l. pen. ff. de nau. fœ. l. vlt. de lege com. l. pecuniæ. §. 1. ff. de vsur.

## L. LXXVIII.

G Multùm distant legata conditionalia ab stipulationibus, vt dixi in l. 16. & 57. & hoc quidem inter cetera, quòd stipulatio conditionalis adquiritur patri, etiam si conditio existat post emancipationem filij, legatum non item. cuius differentiæ, vt & aliarum, hæc statim occurrit ratio, quia in legatis spectatur tempus quo conditio existit, in stipulationibus tempus contractus. Conditio existens

retrotrahitur ad tempus contractus.l.potior est. §.1. ℥.qui pot.in pig.hab. Conditio existens retro non trahitur ad mortis vel testamenti tempus. Sed huius rationis adhuc si quis rationem requirat, hanc adferam: Contrahere nos siue purè siue sub condinnne, non tantùm vt nobis, sed etiam vt rei,& posteritati & successioni nostræ consulamus.l.si pactum.℥.de probat. At sub conditione habito contractu, hoc non adsequemur morientes ea pendente, id est, heredibus nostris non proficiet ille contractus,nisi statuamus eius vires statim ab initio existere, etiam si nódum extiterit conditio.quod semel admissum hoc casu,fuit & generaliter admissum omnibus.l.vsusfructus.ʒ.de stip. ser. At is qui legat,solum legatarium non legatarij posteritatem spectat,ideoq; pendente conditione mortuo legatario,legatum extinguitur.denique vt hoc casu, sic & alio quolibet non accipiet legatum vires nisi ex futuro conditionis euentu. Aliam rationem Acc. adfert in l. si vxorem. C. de cond.inser. quia in stipulatione conditionali factum intercedit filij, tinn in legato. Adquirit ergo stipulationem non legatum. Eadem ratione ipse contendam ex pura stipulatione filijfamilias patri adquiri,ex legato non item.falsò.nam & ex legato puro vel conditinnali, cuius conditio existat manente iure patrio, patri adquiritur. Eam rationem dum comunt quidam, multa peccant. Aiunt stricto iure in stipulatione conditionali spectari tempus quo existit conditio. Dicere debuerunt stricto iure non spectari, nam hoc proditum ita est pro regula, & repetitum in tit.de diu.reg. iu.l. non omne quod licet. Regulæ sunt stricti iuris regulæ. Rursus aiunt, ea quæ contrahit filius, ex re patris haberi.falsò.alioquin quidquid ex contractibus adquirit filius,in profectitio peculio est.hoc autem est falsum.ergo & illud.Operam fateor ex re patris videri,vt si aret,fodiat, ædificet,quoniam iure operas suas debet exhibere patri,quas & pater locare potest. Contractus non est opera. Puto etiam malè ab omnibus accipi l.quæ legata.ʒ.de diu.reg.iu. quæ in hac quæstione vulgò citari solet. nec enim animaduertunt duas in ea proponi differentias inter legata & stipulationes. Legata quæ in heredem transmittuntur, patri etiam & domino adquiruntur. Stipulationes quæ in heredem transmittuntur, non semper patri etiam & domino adquiruntur, veluti ire agere, & qua sibi stipulator recipit electionem, vt dixi in l.76. & ne videatur hæc noua, subijcitur alia ijs verbis, Nam & sub conditione,quæ talis est. Stipulationem conditionalem patri adquiri,etiam si conditio extiterit post emancipationem:Eandem transmitti in heredem constat,etiam si post mortem stipulatoris conditio extiterit: Legatum tamen neque in heredem transmittitur si conditio extiterit post mortem legatarij, neque patri adquiritur, si extiterit post emancipationem. Adhæc notandus est vnus casus, quo per filiumfamilias facta stipulatio patri non quæritur, sed filio postea emancipato, qui proponitur in l.quidam.§.vlt.ʒ.hoc tit.l.si debitor.§.vlt.ʒ.de fideiuss.futuræ obligationis fideiussor accipi potest. l.non quemadmodum. ℥.de iudic. Cui non est quæsita obligatio rei principalis, nec fideiussoris potest adquiri. & ideo si filiusfamilias ita fideiussorem acceperat, Quantam pecuniam Titio credidero fide tua esse iubes?& post emancipationem crediderit, patri fideiussor ex stipulatu non tenebitur, quia nec reus tenetur. Hæc stipulatio ex præsenti vires non accipit, quia nec potest antequam principalis obligatio consistat. Tenetur tamen vterque filio: reus directò, cum quo contraxit post emancipationem: Fideiussor vtiliter,cum quo contraxit in familia patris. Aliàs verò ex stipulatione conditionali facta per filium patri datur actio, non filio postea emancipato. idemq; est si dolo malo stipulationem vel aliud negotium filius conferat in tempus emancipationis. l.vlt.ʒ. de stip.ser. Mandatum bona fide collatum est in tempus emancipationis, & ideo filio datur ex eo vtilis actio mandati in specie l.qui filium. ℥.de her.instit. Legatum tamen indistinctè conferri posse in tempus emancipationis exploratissimum est. De §.vlt.dixi in l.28,

## L. LXXIX.

Per liberam personam nonnunquam vtiles actiones parantur nobis, vt si quid sibi procurator præsentis stipuletur. quod ita intelligendum est, si ex re & negotio domini stipuletur. alioquin si quid extra rem domini sibi stipuletur domino præsente, proculdubio ttullam ei parabit actionem. nec enim res procuratoris quidquam habet commune cum re domini. & ob id rectè mihi videtur à quibusdam accepta de procuratore præsentis l. quod procurator. ℥. de procur. Igitur ne dixeris duobus casibus domino vtilem competere, Si eo præsente stipulatus sit, & Si ex re eius stipulatus sit: sed ijs commistis vno, Si ex re eius eo præsente stipulatus sit. alioquin semper per procuratorem domino pararetur actio vtilis, & frustra diceret hoc loco, Præsentis. Addi potest & alius casus,Si aliter rem suam dominus seruare non possit.l.Iulianus. §.si procurator. ℥. de act.emp.exemplo institoris.l.2.℥.de instit.act.l.in omnibus.ʒ.de prat.stip.cui est coniungenda l.18.§.vlt.℥.de dam. infect.Item alius, Si procurator militis suo nomine pecuniam eius crediderit & stipulatus sit. dabitur enim militi vtilis certi condictio.l.si pecuniam.℥.de reb.cred.

## L. LXXX.

Dixi de hac lege aliquid in 41. Accursius ὁμωνυμίαν, ἀμφιβολίαν, σύνθεσιν exemplis philosophorum definit rectè. Compositionem dixit cum Boëtio quod illi σύνθεσιν, Iulianus coniunctionem in l.si is qui ducenta.℥ de reb.dub.

## L. LXXXI.

De initio dixi in l.38. Finis est veluti σύνοψις quædam l.penult. ℥.si quis caut. De l.82.dixi in 16.& 23.

L. LXXXIII.

## L. LXXXIII.

Initium exposui in l. 38. & 50. In §. 1. ostenditur, si in corpore dissensum sit vitiari stipulationem, vt si de alio homine senserit promissor, de alio stipulator. l. continuus. §. 1. ℨ. hoc tit. Idem in iudicijs locum non habet. nam si de alio sentiat actor, de alio reus, nihilominus iudicium consistit. Ea res in iudicium venit, de qua actor sensit. Ea res in stipulationem venit, de qua vterque sensit. Cum inuito non contrahimus, & ideo vtriusque consensus exigitur. Cum inuito agimus. itaque multùm distant hac in re iudicia ab stipulationibus. & hæc est sententia huius §. cui opponitur l. si in emptione in pr. ℨ. de cont. emp. quæ emptionem fundi valere ait cui venditor dixit accessurum Stichum, etiam si de alio emptor, de alio venditor senserit. quod si hoc dissensu non vitiatur emptio, nec stipulatio. faciliùs dissensu emptio vitiatur, quàm stipulatio. Dissensus in materia vitiat emptionem non stipulationem, vt diximus in l. 22. Rectè Acc. senserit, id est, sensisse dicatur. nam si omnino constet eos dissensisse, nihil actum videtur. At si de dissensu non constet, & ambigua sit oratio, interpretatio fiet aduersus venditorem siue conueniatur siue agat, videturq́; in ea lege pro venditor, legendum, emptor, vt in Obseruationibus indicaui, & contrario mendo in l. 5. C. qui man. non pos. venditori pro emptori, Græci τῷ πράτῃ χ᾽ ϰ ν ι ι ι. Βασιλικῶν. Interpretatio fiet aduersus stipulatorem agentem ex stipulatu. l. 38. §. in stipulationibus. ℨ. l. quidquid. §. vlt. ℨ. hoc tit. l. cum quæritur. ℨ. de reb. dub. l. Labeo. l. cùm in lege. ℨ. de cont. emp. At in ambigua actione interpretatio fiet aduersus reum quo cum agitur. l. in contrahenda. ℨ. de diu. reg. iu. & hæc est alia differentia inter iudicia & stipulationes. Quòd si contractuum sermo ambiguus non sit, eius sensum sequemur, etiam si contendat promissor se aliud sensisse. l. quidquid in pr. l. si mihi & Titio. §. vlt. ℨ. hoc tit. Stipulatus sum de te vestem omnem muliebrē quam habes. An ea etiam debebitur vestis muliebris qua abuti soles, etiam si neges de ea te sensisse? Sic videtur. nam vestis muliebris appellatione ea etiam continetur, qua viri indecorè vtuntur. quod tamen in legatis locum non habet, vt Accursius notauit rectè ex l. inter vestem. ℨ. de au. & arg. leg. In legatis solius testatoris mens spectatur. In stipulationibus mens vtriusque, quam si constet fuisse diuersam, id est, si constet certò eos dissensisse in ea re quæ in stipulationem deducta est, nihil actum videtur: si non constet & ambigua sit oratio, mens promissoris spectatur: si non sit ambigua, mens stipulatoris cui suffragantur verba. De §. si stipulante, dixi in l. 1.

**Sacram.**] Inutilis est stipulatio si quis stipuletur rem sacram, vel religiosam, vel publicam, vel liberum hominem. Publicam dicimus, quæ vsibus publicis in perpetuum destinata est, veluti forum. nam serui publici stipulatio valet. Est autem vsque adeò inutilis stipulatio, vt nec ex postfacto conualescat, si res sacra profana, vel si publica priuata, vel si liber seruus fiat. Regula enim Catoniana & in stipulationibus locum habet, vt diximus in l. 16. Est & alia regula, Ea quæ initio constiterunt postea extingui, si in eum casum recidant à quo incipere non potuerunt, de qua diximus in l. 2. & l. 16. cui est etiam locus in stipulationibus, & ideo si res profana, quam stipulatus sum, sine facto promissoris ante moram consecrata sit, vel si res priuata quam stipulatus sum publicata sit, vel si seruus quem stipulatus sum manumissus sit, euanescit stipulatio. nam vna eademq́; est causa obligandi & liberandi. obligamur, quia dare possumus. liberamur, quia dare non possumus. Contrariorum vna eademq́; causa est contraria scilicet, vt Acc. rectè. & ita Aristoteles 2. Rhet. c. 19. ἡ γὰρ αὐτὴ δύναμις τῶν ἐναντίων, ᾗ ἐναντία. qua ratione semel in perpetuum extincta obligatio etiam resuscitari potest, vt si seruus liber factus, rursus seruus fiat. & ita Celsus sentit. sic enim argumentatur. Si promissor liberari potest cùm dare iam amplius nequit homine manumisso vel re consecrata, obligari etiam potest si rursus dandi facultatem recipiat. contrariorum enim eadem est δύναμις. Ab eo Paulus & ceteri dissentiunt, & reprehenditur nominatim à Paulo Celsus in l. qui res. §. aream. ℨ. de solut. Celsi sententia extat in l. si chorus. §. vlt. ℨ. de leg. 3. quam vt concilient cum §. aream, & hoc §. quidam differentiam faciunt inter legatum & stipulationem. malè, vt docet l. si seruus legatus. §. vlt. ℨ. de adim. legat. qua idem Paulus tradit de legato contra Celsum, quod de stipulatione in §. aream. Celsi sententia argumento à simili confirmari potest. Si nauis quam stipulatus sum sine facto promissoris dissoluta sit, extinguitur obligatio. Rursus si restituta sit nauis & eisdem tabulis compacta, obligatio restituitur. Negandum hoc esse simile. Negandum extingui obligationem naue dissoluta ea mente vt reficeretur. Cessat veriùs quam extinguitur, quia eadem nauis restitui potest eisdem tabulis. imo nec intercidisse nauis videtur. Expectatur ergo donec eadem nauis reficiatur, quia & ea mente dissoluta est. Non obstat item prior ratio, quæ in extinctis rebus locum non habet. vt enim homo mortuus vitæ restitui non potest, sic nec in perpetuum extincta obligatio. In perpetuum extinguitur seruo manumisso, quia ea mente manumittitur vt perpetuò sit liber, planeq́; is seruus manumissus mortuo comparatur, nec rursus si fiat seruus is videtur esse qui fuit antè, sed nouus homo. Cessat quod quasi consopitum non extinctum est, & quod pendet, vt in l. continuus. §. illud. ℨ. Potest & alio argumento confirmari sententia Celsi, Si stipuler ex fundo vini amphoras c. quæ stipulatio tacitum diem habet. l. 73. ℨ. & natum ex eo fundo, perceptumq́; vinum sine facto promissoris consumptum sit, obligatio extinguitur, restituitur sequenti anno vino percepto, cui eodem modo respondendum est non extingui, sed cessare obligationem. Expectatur enim quoad denuo vinum ex eodem fundo nascatur, quia non corpus vini quoddam certum, sed genus & quantitas debetur. At fas non est expectari donec liber homo fiat seruus, vel res sacra profana. quamobrem & ab initio rectè hominem liberum non stipulor, Cùm

ſeruus erit.l.ſi in emptione. §.1.ff.de cont.emp.nec rem ſacram, Cùm profana erit. Si tamen nauis A ea mente diſſoluta ſit vt in alios vſus conuertatur, extincta videtur: & ideo licet poſtea eiſdem tabulis compacta ſit, alia nauis videtur eſſe, nec reſtituitur obligatio ſemel extincta. Summa hæc, obligationem extingui re conſecrata vel publicata, vel ſeruo manumiſſo, vel naue diſſoluta, ſi modò ea mente diſſoluta ſit, vt in alios vſus conuerteretur. Ceſſare, naue diſſoluta reficiendi cauſa. Nauem diſſolutam ea mente & refectam eandem eſſe. Diſſolutam illa, eandem non eſſe. Sic definiri poſſe quæſtionem philoſophorum an refecta nauis eadem ſit nauis, quam refert Plutarchus in Theſeo. Eademq; de domo diſtinctio admittenda eſt, reſtitutam eandem eſſe, ſi ea mente depoſita ſit vt reſtitueretur, Sin minus, eandem non eſſe. Ceſſare item obligationem vino, quod ex fundo dari promiſſum eſt, conſumpto. Extinctam obligationem non poſſe reſuſcitari: Ceſſantem expergefieri poſſe. Extingui in perpetuum, Ceſſare ad tempus. Ceſſare obligationem dupliciter, B vel poſteaquam nata eſt, vt ſi nauis promiſſa diſſoluatur reficiendi cauſa, vel ſtatim ab initio ſi diem habeat expreſſum vel tacitum, vt ſi vinum vel oleum ex fundo ſtipuler. expectare enim debeo vindemiam aut oliuitatem, vel ſi ſeruum captum ab hoſtibus. d.§.aream. Igitur obligatio ſuſpenditur non tantùm ab initio, ſed etiam ex poſtfacto. At quid ſi areæ promiſſæ impoſitum ſit ædificium, quæro vtrum obligatio areæ extinguatur an ceſſet? Dico nec ceſſare eam nec extingui, ſed vigere eandem, ideoq; quocumq; tempore peti poſſe æſtimationem, quia area extat. quanquam & in hac ſpecie diſſentiat Celſus à ceteris, l.ſi chorus.§.pen.ff.de le.3.l.ſeruum filij.§.ſi areæ.de leg.1.l.ſi areæ. de leg.2. Idemq; eſt ſi tignum iniunctum ſit ædibus. nam & ſi ex XII. tab. non poſſit ſolui, peti tamen poteſt, & eius æſtimatio præſtari. d.l.qui res.§.vlt. Lex, inquit, vindicare poſſe ſcit. Sic No.38. νόμος ἐπίγεται, & in l.ſtatuliberos.ff.de ſtatul.lex putat. Senſus hic eſt, Cùm ſcirent Decemuiri tigna C vindicari poſſe, ideo ſolui ea prohibuerunt. Et hæc omnia quæ hactenus expoſita ſunt ex hoc §. & §.aream, ſunt de ſtipulationibus conuentionalibus quæ in dando conſiſtunt, quæ tamen vſus quoque poſſunt eſſe in prætorijs ſtipulationibus, quibus de reſtituenda re cauetur. Prætoriæ ſtipulationes aut rei reſtitutionem continent, aut incertam quantitatem. l.2.J.de præt.ſtip. Reſtitutio rei accipitur dupliciter, vel vt opus quod factum eſt in priſtinum ſtatum reſtituatur, vel vt res præſtetur. Stipulatio noui operis rei reſtitutionem continet, id eſt, vt opus reſtituatur. Sed & quanti ea res eſt in incertam quantitatem concipi poteſt. l.ſtipulatio.§.vlt.ff.de no.oper.nunt. Iudicatum ſolui incertam quantitatem continet. Sed & de reſtituenda re, id eſt, præſtanda concipi poteſt. quo caſu an eadem res ſit inſpicitur. Stipulatione item fideicommiſſorum de reſtituenda re caueri poteſt. l.1.§.item quæritur.ff.vt leg.no.cau.ijs verbis, Eam rem rectè reſtitui.l.73.J.de verb. ſig. Itemq; fru- D ctuaria.l.inter fructuarium.ff.de dam. infec. Circa hunc §.quæritur de re mea, cur eam rectè ſtipuler ſub conditione Cùm mea eſſe deſierit, cùm tamen liberum hominem ita rectè non ſtipuler Cùm ſeruus erit, vel rem ſacram. Cùm profana eſſe cœperit? Ratio autem non eſt obſcura. Nihil vetat expectari quoad res mea eſſe deſinat, quæ vix vnquam comparatur ea animi deſtinatione vt perpetuò mea ſit. At liberi hominis ſeruitutem, vel rei ſacræ deteſtationem expectari dirum eſt. Impoſſibilis hæc conditio videtur eſſe in libero homine & re ſacra. Poſſibilis in re mea. & huc pertinet l.cononuus.§.pen.J. At ſicut inutilis redditur ſtipulatio re profana, quam ſtipulatus ſum, conſecrata, ita & re aliena mihi adquiſita.§.ſi rem.J.l.ſi ſeruus legatus.§.Stichum.ff.de leg.1.quod expoſui ff.l.16. Stipulatio rei alienæ dominij adquiſitione extinguitur, vt ſi de te eam ſtipulatus ſim ex donationis cauſa, ac deinde hereditatis vel legati iure eam adquiſiero, niſi eam teſtator à me per E legatum aut fideicommiſſum reliquerit purè vel ſub conditione, dominij adquiſitio, cuius cauſa duratura non eſt, non perimit ſtipulationem. l.non quocumq;. ff.de leg.1.l.qui res in pr.J.de ſolut. His etiam addamus quod de libero homine traditur l.103. Inutiliter eum in ſtipulatum deduci, quia nec dari poteſt nec æſtimari. ac generaliter rei cuius commercium non eſt, æſtimatio non debetur. l. cùm ſeruus. §. vlt. ff.de leg.1. ſicut nec hominis mortui vel manumiſſi.l. 35. eod.tit.l.ſi mihi alienum.J.de ſolut. Hominis mortui ſtipulatio inutilis eſt. quod etiam in hunc tractatum Vlp. conieciſſe indicio eſt §. pen, quo exponit caſus, quibus valet ſtipulatio hominis mortui. qua de re diximus in l.69, & vt ſuperioribus caſibus dedicatione, publicatione, manumiſſione, diſſolutione, dominij adquiſitione, ita & morte obligatio extinguitur, nec poſtea reſtituitur. Additur in eadem l.103. fundum hoſtium inutiliter promitti, quia dari non poteſt, ideoq; nec æſtimatio eius debetur. F quod & in legatis obtinet. l.ab omnibus.§.etiam.ff.de leg.1. **Si quis ancillam.**] Ancilla precario rogata id etiam agitur, vt partus ſit precario. l.10.ff.de preca. Non idem agitur ancilla iudicio vel alio loco ſiſti promiſſa. Non idem muliere tincta vt eſt in concilio Cæſarienſi, Εγκύω φωτιζομένης τὸ κυοφορούμενον ὁ φωτίζεται.

## L. LXXXIIII.

Certum eſt moram purgari oblatione, nouatione, conditionali ſtipulatione, ac multò etiam magis præſtatione, vt ſi inſulam fieri promiſero, & poſt moram inſulam fecero. Licebit autem facere quoad lis conteſtata non fuerit, Poſt litem conteſtatam cùm iam cœpit ſtipulator agere in id quod intereſt, res non eſt integra. itaque faciendo non liberabor condemnatione quanti ea res eſt. G quod probat non ſolùm hæc lex, ſed & l.17. ff. de conſt.pec. nam illa verba, Vſque ad tempus iudicij, in ea lege hoc ſignificant, vſque ad litem conteſtatam, vt in l.17. §. vlt.ff.de dam.inf. ante iudicium, id eſt, ante litem conteſtatam. Hoc etiam amplius habet ea lex, non tantùm ſi faciat, Sed & ſi facere paratus ſit ante litem conteſtatam, debitorem liberari à præſtatione eius quod intereſt.

At ſi

A At si lite contestata non sit aliud petitum, quàm quod nunc offertur post litem, vt si dari aliquid oportere petatur, & post litem contestatam reus det idipsum, aut dare paratus sit, vel si destrictè agatur fieri oportere, & reus faciat quod petitur, vel facere paratus sit, notı est dubium iudicium solui. Omnia enim iudicia absolutoria sunt. Quæstionis est, sicut à damnatione quanti ea res est, liberatur is qui dat vel facit quod debet, vel paratus est dare facere post moram ante litem contestatam, an ita etiam liberetur à pœna. Non vtique indistinctè. A damnatione quanti ea res est indistinctè liberatur, itemq; à periculo siue obligatio sit pura siue in diem, vt diximus in l.79. A pœna autem liberatur si pura sit obligatio, & ante litem contestatam offerat. l. si cùm dies. §. vlt. ff. de rec.qui arb.recep. qui Romæ. §.Flauius.ff. Vbi iam cœpit agi de pœna, tarda nimis seraq; oblatio est. Quòd si obligatio sit in diem, ex die statim pœna committitur, nec is qui offert post diem euitat

B pœnam.quod id inter contrahentes agi intelligitur. l.traiectitiæ. ff.tit. prox.l. Celsus in pr. ff.de rec. qui arb.l.si fundus. §.vlt. ff. de leg.Com.idq; Acc.supplet rectè ad l.Lucius.ff.de act.emp.in ver.exhibuerit. Sed huic sententiæ opponitur l.& si post tres.ff.si quis caut. Si reus promiserit se iudicio sisti certa die, & ni steterit pœnam, ex die pœna committitur statim, resoluitur tamen si post diem sistat se. Sunt qui respondeant stipulationem iudicio sisti esse prætoriam, prætorias benigniùs accipi quàm conuentionales, quorum sententiam aliàs probaui, nunc probare non possum. Nam & stipulationes prætoriæ semel commissæ resolui non possunt, veluti stipulatio duplæ. l.habere. ff.de euict.& iudicatum solui, vt apparebit ex interpretatione l.3.§.vlt.ff.iud.sol. quam inferiùs traditurus sum. Præterea eo suffugio nihil est opus, cùm, vt ex veteribus rectè Bulgarus notauit in specie l.& si post tres, non fuerit subiecta pœna. Fateor à præstatione eius quod interest liberari eum qui se

C sistit post diem, ante litem contestatam tamen, id est, antequam petitum sit id quod interest.& hæc est sententia l.& si post tres. Nego à pœna semel commissa eum liberari si se sistat post diem, & hoc nimirum fideiussori eius tantùm dedit Iustinianus, vt reum sistendo post diem euitet pœnam. l.sancimus. C.de fideiuss. Aliàs igitur id notı obtinet. Ergo generaliter hac in quæstione constituenda est differentia inter stipulationem pœnalem & quanti ea res est, non inter prætoriam & conuentionalem, cuius ratio hæc est. Stipulatio pœnalis post diem statim committitur ipso iure, vt dixi in l.77.& ideo oblatione postea facta non resoluitur. Stipulatio quanti ea res est non intelligitur committi, nisi ex ea lis fuerit contestata, vt in l.cùm quærebatur. §.proinde.ff.iud.sol. & ideo oblatione facta ante litem contestatam, ea stipulatio resoluitur.l.15.ff.eod.tit. quod ita procedit, nisi propter moram actor iam ante litem contestatam damni aliquid senserit, quo casu nec ante litem con-

D testatam, posteaquam ex mora damnum actor sensit, offerendo euitari potest præstatio quanti ea res est.& hoc est quod ait l.& si post tres, Nec actoris ius ex mora deterius factum sit. Itemq; l.135. §. Seia ff. cuius speciem ponam inferiùs, Si mulieris propter moram non interesset. ac similiter ita demum is qui purè pœnam promisit, offerendo ante litem contestatam pœna liberatur, si nulla in ea re captio actoris sit.l.si cùm dies.§.vlt.& l.prox. ff.de rec.qui arb.rec. Post litem autem contestatam, petitumq; id quod interest, petitam'ue pœnam purè promissam, nihil agit is qui offert quod debet euitandæ grauioris condemnationis causa. Huic tamen extremæ sententiæ opponitur l.3.§. vlt.& l.4.ff.iud.sol, quæ lex ait absolui fideiussorem iudicatum solui, cum quo actum est quanti ea res est ob rem non defensam, si post litem contestatam reus defensionem suscipere paratus sit. Non dicit si ipse fideiussor defensionem suscipere paratus sit. nihil enim ageret se defensioni post litem

E contestatam offerendo. Sed quod per se non potest, per reum consequitur.quod sæpe ita fit. l.3.ff. quæ res pign.obl.& ita Duarenus etiam respondit, qui in hanc legem scripsit feliciter. Obstat etiam l.fideiussor.ff. de dol.exc. in cuius specie offertur rectè post condemnationem, & euitatur actio iudicati.quidni verò? Offertur enim non res solùm, sed etiam omne quod interest. ac similiter postea quam actum est quanti ea res est, si reus offerat omne quod interest, non est dubium absolui eum debere. quòd si offerat tantùm se daturum facturum'ue quod debet principaliter, sera & intempestiua oblatio est. Obstat item l.hoc edicto. ff. de public. vbi post litem contestatam restituta re, euitatur pœna edicti. Sed id fit ex edicti sententia, quod pœnam infligit sub hac conditione, ni restitutum sit. His pro coronide addenda est species l.135. §.Seia.ff. Seia ortos emit mandato Titij, ac deinde stipulanti Titio promisit se ortos ei tradituram, cùm is pretium & vsuras soluisset: stipu-

F lationi mox subditum est pactum vt Titius solueret intra Kal. Apr. & ortos reciperet. Titius ad diem notı omne pretium soluit, moratus est in soluenda pretij parte, eam offert post diem, Seia detrectat accipere, an hæc oblatio facta post diem eum excusat, eiq; præbet actionem ex stipulatu qua ortos condicat? Sic videtur, dummodo damnis Seiæ, si quæ senserit ob moram, etiam satisfaciat. Ergo debitor moram suam purgat post diem, & ea re quatenus alio ex latere creditor est, sibi agendi facultatem parat perinde ac si soluisset. quod ijs quæ diximus omnino congruit. nec enim fuit in ea specie subiecta pœna, malè autem Acc. notat in ea specie pactum ex incontinenti additum stipulationi inesse ex parte actoris. hoc enim in bonæfidei tantùm iudicijs receptum est. l.iurisgentium. §.quinimo. ff.de pac. Notı parit igitur actionem, sed hanc tantùm vim habet, vt notı possit Titius ante diem ortos, nec Seia pecuniam petere, Inest enim ex parte reorum. l. lecta. ff. de reb.

G cre. Item hanc vim non habet, vt impediat emendationem moræ, cùm conditio stipulationis initio diem certum non habuerit: & ob id quandocumque expleta purgat moram.

## L. LXXXV.

Executionem obligationis vocat petitionem & solutionem, quam Græci ἐκβιβασμὸν, Quatuor

autem proponit rationes exequendæ obligationis, ſiue executionis ſpecies quatuor ſumma arte collectas. Prima hæc eſt, Peti pro parte & ſolui pro parte, quod fit ex diuidua obligatione, veluti certæ pecuniæ vel certi corporis, & ideo ſinguli heredes promiſſoris conueniuntur pro hereditaria parte ex XII. tab. & ſoluunt pro hereditaria parte. quod certiſſimum eſt. Secunda hæc eſt, Peti ſolidum & ſolui ſolidum, vt ſi teſtator opus Reip. fieri, vel ſtatuam poni iuſſerit, ſinguli heredes tenentur inſolidum, nec liberantur niſi præſtent ſolidum ex reſcripto fratrum Imperatorum. idemq́ eſt ſi quis fieri promiſerit. quia indiuidua obligatio eſt, & operis effectus, id eſt, ἀποτέλεσμα ſcindi in partes non poteſt. l. 11. §. penult. ff. de leg. 3. Idemq; eſt in ſeruitute excepto vſufructu, vt dixi in l. 2. & 72. excipienda eſt etiam ſeruitus oneris ferundi. l. & ſi fortè. §. ſi ædes. ff. ſi ſer. vind. Hic enim eſt verior ſenſus eius §. & rectè libro LVIII. Βασιλικῶν. tit. v. coniunctim excipitur vſusfructus & ſeruitus oneris ferendi, his verbis πλὴν τῆς ἀεὶ τοῦ φέρειν τὰ βάρη τοῦ γείτονος, καὶ τῆς χρήσεως τῶν καρπῶν. Ratio non eſt obſcura. Ceteræ ſeruitutes in vſu conſiſtunt. Vſusfructus in fructu. Oneris ferendi in onere poſito ſuprà parietem vicini. Vti non poſſum pro parte. Fructus capere poſſum pro parte. Adgrauare parietem & adleuare poſſum pro parte, non pariete ſed onere diuiſo, vt ſi eius tantùm quod ferre paries poteſt, partem parieti toto imponam. Et hæc quidem ijs ſepoſitis dicuntur de ſtipulatione, Seruitutem dari, veluti Iter dari. Stipulationis Iter fieri alia eſt ratio; quæ poſtremo executionis genere continetur. Tertia ratio exequendæ obligationis hæc eſt, Peti pro parte, & ſolui ſolidum, vt ſi homo ſit generaliter promiſſus, & plures ſint heredes promiſſoris, ſinguli conueniuntur pro parte hereditaria vt quiſque pro parte ſua hominem quendam præſtent, liberatio tamen non contingit niſi eundem ſolidumq; hominem omnes præſtent. nam ſi velit vnus partem Stichi, alter partem Pamphili ſoluere, ſtipulationi ſatis non fit, nec poteſt promiſſor pluribus heredibus relictis efficere, ne integrum hominem vnum ſtipulator conſequatur. alioqnin ei iniuria fieret. eademq́ eſt conditio ſtipulationis Stichum aut Pamphilum dari, vel decem aut Stichum dari. quod expoſuimus in l. 2. ff. Quarta forma executionis hæc eſt, Peti inſolidum & ſolui pro parte, vt ſi venditor qui duplam promiſit ob euictionem, plures heredes reliquerit, re emptori euicta inſolidum committitur ſtipulatio, id eſt, vno defugiente auctoritatem, omnes tenentur, quia non videtur res defenſa quæ non fuit inſolidum defenſa. l. ex clauſula. ff. iud. ſol. non tamen damnantur ſupra partem hereditariam. quod etiam expoſui in l. 4. §. vlt. ff. Similiter hæc ſtipulatio, Per te non fieri quominus mihi ire agere liceat, quæ compendio dicitur, Iter fieri, inſolidum committitur, id eſt, vno ex heredibus promiſſoris prohibente omnes tenentur, quia & qui ab vno tantùm prohibetur, inſolidum videtur prohiberi: ſingulis autem pro parte hereditaria præſtatio incumbit. Ceterùm id quod præſliterint qui non defugerunt auctoritatem vel qui non prohibuerunt, à coherede qui defugit vel qui prohibuit recipient iudicio familiæ erciſcundæ: vt diximus in l. 2. & 4. & 50. & 56. Similiter ſi ita ſit ſtipulatio concepta, Fundum illum vel ſortem illam dari, Si fundus datus non erit, tot pœnæ nomine dari, hæc ſtipulatio inſolidum committitur, id eſt, vno ex heredibus promiſſoris non dante fundi partem ſuam omnes tenentur, quia non videtur datus niſi inſolidum ſit datus, non tamen pœnæ nomine ſinguli præſtant vltra partem hereditariam: id item quod præſtiterint pœnæ nomine qui ſoluerant partes fundi, à coherede qui non ſoluit recipient iudicio fam. erciſcundæ. §. penult. l. heredes. §. idem iuris. ff. fam. erciſc. Duplex fuit in hac ſpecie ſtipulatio, fundi pura, pœnæ conditionalis. Vno ſoluente fundi partem, à pura ſtipulatione liberatio contingit pro parte, à pœnali non item. Pœnæ cauſa indiuiſa eſt. nam & ob minimam partem non ſolutam, ſolida pœna committitur. Sic & pignoris cauſa indiuiſa dicitur. l. rem. ff. de euict. l. heredes. §. idem obſeruatur. ff. fam. erciſc. nam & ſi vnus ſoluerit pro parte ſua, nullo modo ſoluitur pignus, antequam ſors vniuerſa perſoluta fuerit. & hac de re etiam diximus ſatis in l. 4. §. Cato. His igitur caſibus etiam ſi inſolidum committatur ſtipulatio, & agatur aduerſus eos qui bonam fidem agnouerunt quaſi ſolido non præſtito, tamen in ſolutione admittit ſecutionem, id eſt, ſectionem ſiue diuiſionem. In §. vlt. hoc oſtenditur, promiſſorem ſub conditione, per quem fit ne conditio exiſtat, perinde teneri ac ſi conditio extitiſſet. quod non tantùm in conditione poteſtatiua locum habet, ſed & in caſuali, & non ſolùm in ſtipulationibus, ſed & in legatis ſi per heredem fiat quominus conditio exiſtat. l. iure. l. Iulianus. ff. de cond. & demonſt. Quid ſi per alium fiat quominus conditio exiſtat? Et quidem ſi per eum ſtat in cuius perſona impleri conditio debuit, vt ſi ab herede mihi legatum eſt ſub conditione Si Gaio x. dediſſem, & Gaius nolit decem accipere, videtur etiam impleta. l. in omnibus cauſis. ff. de diu. reg. iur. At quid ſi per extraneum? Non videtur impleta, ſiue adhuc poſſit impleri ſiue non. l. inde Neratius. §. idem Iulianus. ff. ad l. Aquil. cui tamen obſtat l. quæ ſub conditione. §. quoties. ff. de cond. inſtit. & l. turpia. §. penult. ff. de leg. 1. Reſpondeo in ſpecie l. inde Neratius, ſeruum occiſum fuiſſe poſt mortem teſtatoris, quo tempore debuerat manumitti. In alijs legibus viuo teſtatore. Vel, vt Græci tradunt l. x. Βασιλικῶν. in l. inde Neratius, occiſus fuit ab alio, à quo heres indemnitatem conſequi poteſt. In alijs fato functus eſt: quo caſu non poteſt heres ab alio indemnitatem conſequi. quam tollendi contrarij rationem Latini etiam retulerunt. prior placet magis: cùm alijs legibus quibus mortui mentio fit, etiam occiſus comprehendatur. Porrò huic legi quidam malè cenſent coniungendam l. 43. ff. tit. prox. cùm ſit ex alio libro. Leg. 86. expoſui in l. 29. L. 87. in 16. L. 88. in 49. L. 89. in 76.

## L. XC.

Sorte petita non ideo minus currunt vſuræ. Duplex autem eſt vſura. Alia propter quæſtum infligitur

A ſtigitur quæ fœnus appellatur, & cedit ſtatim ex die interpoſitæ ſtipulationis. Alia propter moram, quæ pœna dicitur, & cedit ex tempore tardæ ſolutionis. l. lecta. ff. de reb. cred. Vtraque est menſtrua. Vtraque currit lite conteſtata, id eſt, non ceſſat. Rurſus pœna alia eſt quæ ſemel duntaxat infertur ob moram. Hæc non eſt vſura. Finge me ſtipulatum fœnus vel pœnam in menſes ſingulos ſi ſors ſua die ſoluta non eſſet, & egiſſe ex ſtipulatu de ſorte, An poſt litem conteſtatam creſcent vſuræ, an creſcet pœna? quod non videtur. nam lite conteſtata nouari res videtur. Nouatione autem facta vſuræ non currunt. l. nouatione. ff. de nouat. Coniungatur ea lex cum l. lite. ff. de vſur. cùm ſint ambæ ex eodem libro. Coniunctio indicabit conſtituendam eſſe differentiam inter litis conteſtationem & nouationem. Nouatione facta vſuræ non currunt. Lite conteſtata vſuræ procurrunt. Citatur in hanc rem ab Acc. l. 1. C. de iudic. quæ probat lite conteſtata de ſorte, non ideo perimi ſti-

B pulationem vſurarum. ſupereſſe enim petitionem vſurarum quæ in iudicium deductæ non ſunt. quia duæ ſtipulationes ſunt, vna certi, altera incerti. l. centum. ff. de eo quod cer. lo. l. vbi autem. §. penul. ff. hoc tit. Si vna actum ſit, ſupereſt altera. Adſertur verò & alia differentia inter nouationem & litis conteſtationem à Paulo in l. aliam. ff. de nouat. Nouatione facta perit prioris actionis priuilegium ſi priuilegiaria fuerit, ſicut pereunt vſuræ ſi vſuraria fuerit: Lite conteſtata neque priuilegium neque vſura perit.

## L. XCI.

Species eſt de ſeruo promiſſo & mortuo ante moram, quo caſu promiſſor non tenetur, niſi ipſe eum occiderit immerentem, vt diximus in l. 23. ff. Quid ſi ægrotum neglexerit, vt ſi medicum ei

C non adhibuerit, atque ita diem ſuum obierit? an tenetur promiſſor? Minimè. At ceſſatio à faciendo culpa eſt, fateor. Verùm promiſſor non omnem culpam præſtat. Alia conſiſtit in faciendo, alia in non faciendo. Illam præſtat, hanc non item. Cur ita? Poſſeſſor cum quo actum eſt vindicatione negligentiam præſtat. cur negligentiam quoque promiſſor non præſtat? In re aliena cuſtodienda, cuius vindicatio alteri competit, debemus eſſe diligentiſſimi. In ea quæ non niſi noſtro facto alteri quæri poteſt, licet nobis verſari negligenter quaſi in re noſtra, modò abſit dolus aut lata culpa. quæ ratio etiam differentiam induxit inter legata & fideicommiſſa. l. cùm res. §. pen. ff. de leg. 1. l. mulier. §. ſed enim. ff. ad Trebel. Morti comparatur conſecratio & manumiſſio. Si igitur facto promiſſoris hæc ante moram contigerint, tenetur ex ſtipulatu. feciſſe videtur ſi ipſe ſeruum promiſſum manumiſerit, vel rem promiſſam dedicauerit, vel ſi eum ſeruum eam've rem poſt interpoſitam ſtipu-

D lationem vendiderit, & emptor manumiſerit vel dedicauerit. Proinde feciſſe etiam videtur ipſe ſi poſt ſtipulationem ſeruum vendiderit & emptor occiderit. Sed ſi alienum ſeruum promiſerit, isque à domino ante moram promiſſoris manumiſſus ſit vel occiſus, vel res conſecrata, promiſſor non tenetur. quia nihil fecit. quinimo extinguitur obligatio. qua de re in l. 51. in l. inter. §. ſacram. ff. Idemque eſt ſi ſeruum ſuum promiſerit, & is ſine facto eius ad libertatem peruenerit, puta ex caſu ſtatuliberi tatis à defuncto relictæ, quia nihil fecit. Si fecerit, tenetur. Si nihil fecerit, vel ſi ceſſauerit à faciendo & res interierit, non tenetur. Quæritur an & promiſſor qui neſciens ſe debere occiderit aut manumiſerit aut dedicauerit teneatur: quod magis eſt, exemplo heredis qui ſeruum hereditarium cùm eſſet rogatus reſtituere hereditatem ignorans occidit, vel manumiſit. Citatur in hanc rem Iulianus in §. de illo. Locus Iuliani eſt in l. quidam. §. pen. ff. ad Treb. & ideo quod ait in §. de illo, Vt

E reſtitueret, ſic eſt accipiendum, vt reſtitueret hereditatem in qua erat & ſeruus quem manumiſit. Citatur & in ſimili ſpecie Iulianus in §. ſi res. Inſtit. de legat. Verùm huic ſententiæ obſtat l. in ſumma. §. pen. ff. de cond. ind. & l. ſi is cui. ff. de do. cau. mor. quæ tamen ſunt ex eodem libro. quibus ſignificatur ignorantem excuſari. Puto à dati repetitione excuſari ignorantem, non à petitione. Repetitiones ſunt ex bono & æquo, vt oſtendi in l. cùm ij ff. de tranſ. Actio ex ſtipulatu ſtrictior eſt & præciſior. Fit obiter mentio in hac lege ſerui promiſſi, & poſtea capti ab hoſtibus ante moram. Captiuitas non comparatur morti. l. qui res. §. vlt. ff. de ſolut. l. vlt. ff. de act. emp. ideoque ſine facto promiſſoris ſeruo capto ab hoſtibus, ceſſare obligationem dicimus non extingui: facto autem eius ſeruo capto, ſtatim tenebitur ad pretium. Ex ſuperioribus conſtituenda eſt hæc regula talis, Culpam debitoris perpetuare obligationem. Culpa duplex eſt, Mors & occiſio eiue ſimilis manumiſ-

F ſio aut dedicatio. Mora perpetuat, ſed purgari poteſt. itaque planè non perpetuat. §. ſequitur, quem expoſuimus in l. 73. §. vlt. ff. Occiſio omnimodo perpetuat producitque obligationem. nec enim purgari & circunduci poteſt. Conſtitutio veterum dicitur hac l. id eſt, regula iuris antiqui, vt in l. 1. ff. de priu. del. conſtitutio ciuilis. Ea autem de debitore loquitur. At trahenda etiam eſt ad acceſſiones. quod proponitur in §. nunc videamus, in quo acceſſiones dicit, vt in No. CXII. παρασῖσαι pro perſonis quæ principali obligationi accedunt, quales ſunt adpromiſſores, mandatores, pecuniæ conſtitutæ rei. Eademque forma M. Tullius acceſſiones pro miniſtris & aſſeclis in lib. de iure dicundo. Is, inquit, ſuo labore, ſuisque acceſſionibus, huius negotij atque operis moleſtia conſequebatur, vt ad illum ſine vlla ſolicitudine ſumma pecuniæ referretur. Valerius lib. v. cap. v II. Nec acceſſio glorioſæ illius pompæ, ſed auctor ſpectatus eſt. Vulgò malè acceſſor, vt & in Pand. vulgari-

G bus. Porrò acceſſionum culpa obligationem perpetuat. Obligationem, inquam, eorum non rei principalis. Culpa acceſſionis non nocet reo. Imo verò poſt moram acceſſionis, id eſt, fideiuſſoris, mortuo ſeruo promiſſo vel eo ſeruo occiſo à fideiuſſore, reus liberatur, ipſe fideiuſſor non liberatur. l. mora. ff. hoc tit. nec enim æquum eſt vt ſuo facto ſuam obligationem tollat, quamuis directo iure reo liberato & ipſe per conſequentiam liberetur. Culpa itaque fideiuſſoris eius obliga-

tionem

tionem perpetuat. itemq; successoris eius non rei. E contrario culpa rei non eius tantùm vel successoris, sed & accessionis siue fideiussoris obligationem perpetuat. Culpa rei fideiussori nocet. d. l. mora. l. si à colono. §. vlt. ℔. de fideius. nam fideiussor quantum ad eam rem attinet quæ in obligationem deducta est, accedit in omnem causam quæ reum principalem tenet, etiam si simpliciter acceptus sit, non tamen crescit obligatio fideiussoris ex mora rei, nisi nominatim in quamlibet causam accipiatur. l. centum. ℥. de eo quod cer. lo. l. quæro. ℥. Loc. Citatur & in hanc rem l. vlt. ℔. de fideius. malè. nec enim loquitur de facto siue culpa rei principalis pro quo fideiussor intercessit, sed de culpa eius apud quem intercessit. Malè item Acc. hæc verba §. nunc videamus, Accessionibus quoque suis, id est, fideiussoribus, accipit de fideiussoribus secundis. manifestum enim est de fideiussoribus reorum agi, non de fideiussoribus fideiussorum, quanquam & in eis idem dici possit, ac de ceteris consequenter, cùm possint plures gradus fideiussorum esse. Id etiam addendum superioribus, factum filijfamilias rei principalis perpetuare obligationem patris si iussu eius promiserit. quia pater qui iussit accessio & quasi mandator intelligitur. Accessio est qui iussit vel qui fideiussit. Sed & de peculio obligationem, quo casu potest esse perpetua, factum filij producit atq; perpetuat, vt diximus in l. 49. Huius regulæ effectus ij sunt: Vt homo qui facto promissoris perijt, adhuc peti possit. Fiet autem in æstimationem condemnatio. l. promissor hominis. ℥. de const. pec. l. 82. in fi. ℥. Aestimatio peti non potest, quia æstimatio propriè non debetur, vt in fine legis ait, Neque in pecuniam quæ non debetur, sed officio iudicis æstimatio venit & quasi debetur. l. promissor Stichi. ℥. de const. pec. Vt ei obligationi quasi facto promissoris productæ nec extinctæ fideiussor applicari possit, qui accessionis nomine hominem promittat. Vt acceptilatio hominis promissi & mortui, quasi sit adhuc in rebus humanis, valeat. Vt si ex alia causa is homo debeatur, etiam eo perempto nouari possit obligatio & transferri in verborum obligationem. Valet igitur petitio, fideiussio, nouatio, acceptilatio hominis mortui. l. inter. §. pen. ℥. hoc tit. quando scilicet facto sine culpa promissoris mortuus est. alioquin non valet.

## L. XCII.

Vt vindemiam tollere liceat, ius est personale non reale. vsusfructus ius est personale. De vsufructu dubitatur si stipuler, Mihi heredíq; meo vti frui licere, an heres meus agere possit ex stipulatu. l. 38. §. sed & si quis. ℥. hoc tit. Idem dubitatum est eadem ratione de hac stipulatione, Per te non fieri quominus mihi heredíq; meo vindemiam tollere liceat. Respondetur tamen ex vtraque stipulatione heredem acturum, licet diuersa sint iura personalia in mea & heredis persona.

## L. XCIII.

Electio mea est. Ergo & heredis mei secundum ea quæ diximus in l. 93. Ideo autem electio mea est, quia dixi, Sumam, quo verbo & in legatis legatario vindicatio & optio datur, auctore Vlpiano in Frag. Inde Seruius rectè v. Aeneid. Sume, inquit, verbum est Iurisconsultorum, quo vtuntur quotiens legatum non ab herede datur, sed est in accipientis arbitrio.

## L. XCIIII.

Non valet stipulatio tritici sine certa quantitate. l. ita stipulatus. ℔. Quantitatem exprimi non est necesse. Satis est si intelligatur. At si neque exprimatur, neque intelligatur, inutilis stipulatio est. Adiecta autem quantitate valet, etiam si adiecta qualitas non sit, vt diximus in l. 74. ℥. l. fideiussorem. ℥. mand. l. 4. ℥. de trit. vino & oleo. Qualitatem hoc loco genus vocat. Id sumitur ex gente aut bonitate, veluti Aphricum vel optimum. Accursius tritici nomen generale esse dicit. debuit dicere frumenti. l. frugem. ℔. de verb. sig. Continetur enim eo nomine hordeum, auena, triticum, siligo siue Zea, quæ Langobardico vocabulo spelta ab Accursio vocatur sæpe, secale siue tipha, milium, panicum, milium Indicum, quod melecam Accursius hoc loco sua lingua vernacula, alij Surgum vocant, quòd proceritate suas cognatas fruges superet milium & panicum. Interdum pro tritico tantùm per eminentiam, vt in l. si is qui negotia. §. vlt. ℥. Mand. quo modo frumentum Galli accipiunt vulgò, non generaliter. Hidem blattum dicunt à blatteo colore, quo modo & Græcis τίφη commune est nomen vermis, coloris, frumenti, receptumq; est eum qui blattum debet, secale præstando liberari, nisi dictum sit, blattum frumentum. Vt autem non valet stipulatio tritici non demonstrata quantitate, ita nec stipulatio Insulam fieri non demonstrato loco quo fieri velit. l. prox. l. ita stipulatus. ℔. l. 3. § si quis Insulam. ℥. de eo quod cer. lo. Cur locum demonstrari sit necesse, causa illa est, quòd qui Insulam fieri stipulatur, vt superficies ponatur stipulatur, at nisi in solo poni non potest. L. 96. exposui in 23.

## L. XCVII.

In specie initio proposita duæ sunt stipulationes, Te sisti & ni steteris hippocentaurum dari, vna vtilis altera inutilis, nec vtilis vitiatur per inutilem. l. 126. §. vlt. ℔. hoc tit. Inutilis accessio non vitiat principalem obligationem. Pœnalis stipulatio quasi accessio est. idemq; de vsuraria dicendum ℥. de vsur. l. vsuras. At econtrario si stipuler hippocentaurum dari & ni dederis decem, duæ sunt stipulationes inutiles, quia non potest inutilis obligationis vtilis accessio esse. l. 69. ℥. & sic l. 55. demonstratum est inutilem adiectionem non vitiare vtilem obligationem, inutilis tamen obligationis inutilem adiectionem esse. Adiectio accessio est. l. obligationum fere. §. accessio. ℥. tit. prox. Cùm

verò

A verò duæ stipulationes pares sunt, nec altera alterius accessio, constat vtilem per inutilem non corrumpi. l.1.§.sed si mihi.ff.hoc titulo. Ad §. possum, qui sequitur, hæc pertinent. Si qui de te stipuletur, Titium daturum, inutilis stipulatio est. l. sicut. j. de fideiussor. Si nomine Titij te soluturum, vtilis stipulatio est. An autem ijs verbis videris fideiussisse pro Titio? quod & si verum non sit, tentari potest hac ratione. Accessio es. ergo fideiussor aut mandator aut reus constitutæ pecuniæ. mandatorem te non esse liquet. Constitutæ pecuniæ reum non esse liquet. Restat ergo te esse fideiussorem. Fateor plerumque fideiussorem ita interuenire vt suo nomine se daturum vel facturum promittat. d.l.sicut. Non tamen quod ita plerumque interueniat, non potest non aliter interuenire. Certa non est fideiussionis forma, sicut nec ceterorum contractuum. variatur namque pactionibus. Plerumque fideiussor in id se obligat quod reus principalis debet. quo casu etiam si reus B fuerit locuples, fideiussor tenetur, hocq; iure prior conueniri potest inexcusso reo. At si ita interueniat, Quanto minus à debitore seruari poterit, non ideo minus fideiussor dicitur. quo tamen casu si reus sit locuples, non tenetur: si in aliquid sit locuples, in reliquum tenetur: si planè inops, insolidum. l. decem. j. Id enim agitur manifestò eis verbis, vt in id tantùm teneatur, quod à reo principali seruari non poterit. quod etiam videtur agi in specie proposita si promittat nomine Titij debitoris principalis se soluturum. & ideo insolidum tenetur, si nulla ex parte Titius soluendo sit: aliàs in minus, si in aliquid soluendo sit: aliàs in nihilum, si locuples Titius sit arg.l.112.§.vlt.j. Cur autem id agi in hac specie videatur, satis difficile est ratione demonstrare. Si de Titio stipuler vt det, de te vt soluas nomine Titij, comparanda nobis est hæc stipulatio stipulationi Mihi aut Titio vtrum ego velim dari. Hac stipulatione ius siue obligatio in meam personam confertur, facti C siue solutio in personam Titij, vt Titio soluatur siquidem ego malim ei solui. Illa quoque stipulatione ius confertur in personam Titij vt det, factum in personam tuam, vt mihi quod Titius debet, soluas nomine Titij. Dare est iuris, Soluere facti. In hac stipulatione Mihi aut Titio dari, Titius non est reus stipulandi, sed adiectus solutionis gratia. In illa quoque, Nomine Titij te soluturum, tu non es reus promittendi, sed adiectus solutionis gratia. Conreus promittendi vel fideiussor non es, quia aliud promittis quàm quod est in obligatione Titij. Titius se daturum promisit, Tu te facturum. Quòd si es adiectus, & accessio arg.l.obligationum fere.§.accessio.ff.tit.prox. Non omnis ergo accessio ex debitoris parte aut fideiussor, aut mandator est, aut reus constitutæ pecuniæ. Est enim quartus, Adiectus. Rursus ex hac stipulatione Mihi aut Titio dari, vt mihi detur ago certi, vt Titio soluatur ago incerti in id quod interest. l.118. §. vlt. j. Ergo & ex illa stipulatione pariter D agam cum Titio certi vt det, tecum vt soluas incerti in id quod interest. Titio locuplete nihil mea interest. Ergo Titio locuplete tecum non agam. Eadem ratio versatur in specie l. si quis ab alio in pr.ff.de re iud. De Primo decem dari stipulatus sum, de Secundo satisdari nomine Primi, Secundus non est conreus promittendi, non fideiussor, sed adiectus satisdationis gratia. Cum primo est actio certi, Cum Secũdo incerti in id quod interest.l.112.§.vlt.l.113.§.vlt.j. Id enim hac stipulatione agitur, vt nisi satisdederit Secũdus, præstet id quod interest. quod etiam exposuimus in l.68.ff. Itaq; si Primus sit locuples, cum Secundo nulla mihi est actio, vel si in partem Primus sufficiat, cum Secundo in reliquam tantùm partem est actio, vel si Primus nihil facere possit, insolidum. At, vt ad speciem huius §. redeamus, tentari posset hac ratione inutilem esse hanc stipulationem, Nomine Titij te soluturum. Quod soluitur nomine Titij, ipse Titius soluere videtur, cuius rei argumentum E est, quòd si fuerit debitum, Titius liberatur etiam inuitus: si indebitum, condictio Titio competit non ei qui soluit. Dum ergo te soluturum nomine Titij promittis, Titium daturum promittis; hoc autem promittitur inutiliter. ergo & illud. Negandum hæc esse similia, Titium daturum & nomine Titij te soluturum. Illo modo de alio promittis non de te. Hoc modo de te promittis, vel etiam Titium soluturum per te, quod idem est. itaque hæc valet, illa non valet. In fine legis tractatur de hoc genere stipulationis, Si tibi nupsero, vel Si te vxorem duxero tot dari. Ex ea ait causa cognita actionem denegari. Confertur ea stipulatio in casum matrimonij. Videndum est igitur vtrùm donationis, an alia ex causa fiat. Si fiat donationis causa, ex ea denegatur actio, quia collata est in tempus matrimonij, quo quidquid geritur inter virum & vxorem donationis causa nullius momenti est.l.3.§.& si stipulanti.l.cùm hic status. §. si sponsus. ff.de donat.inter vir. & vxo. nec con- F firmatur morte.l.Papinianus.eod. tit. Si ex alia causa, valere constat. Item si donationis causa fuerit probabilis, valet. Quid enim si hoc quasi præmio inuitarint se ad nuptias? Pœna quidem nuptiæ constringi non possunt.l.Titia.j. At nihil vetat præmijs, muneribus, promissis eas allici. L.98. exposui partim in 16.partim in 72. L.99.partim in 83.partim in 8.

L. C.

Conditiones quæ in præsens vel præteritum tempus referuntur, statim aut perimunt obligationem, aut omnino non differunt. Periment, si ita non sit. Non differunt, si ita sit. veluti si Titius Consul est, Si Titius Consul fuit. Quod est vel fuit, necesse est esse vel fuisse. Quod non est, necesse est non esse. Conditiones eæ necessariæ sunt. At conditiones relatæ in futurum tempus non G sunt necessariæ. Quod futurum est necesse non est euenire, cùm possit non euenire. hæc est sententia Aristotelis, Chrysippi, Stoicorum omnium, quam nostri Iurisconsulti sequuntur, qui fere omnes ab Stoicis instituti sunt, & ideo fructus vel partus futuri stipulationem censent esse incertam.l.vbi autem, ff.itemq; rumpi testamentum posteriore, in quo sit scriptus heres sub conditione quæ postea non existat, quod tunc cùm fiebat testamentum id nondum fuerit certum, & quod

existere potuerit quę defecit. l. cùm in secundo. ff. de iniust. rup. test. Videtur tamē Paulus ad Diodori sententiam inclinare in l. sed & si restituatur. §. vlt. ff. de iudic. dum ea quæ futura sunt scribit antequam fiant iam vera esse aut falsa, cùm alij incerta esse ea dicant, vel nec vera nec falsa. quorum sententia frequentior est. Quamobrem si stipulationi applicetur conditio in futurum, nec extinguitur nec existit obligatio statim, sed cessat & in suspenso est. Et hæc propriè conditio est. l. 120. ff. hoc tit. l. respiciendum. ff. de reb. cred. l. institutio. §. vlt. de con. instit. §. conditiones, de ver. obl. l. 3. §. si patronus. ff. de bo. liber. Interdum ea etiam conditio quæ in futurum tempus collata est, necessaria est ratione rei, veluti si sol cras oriatur, quæ conditionis effectum non habet. l. si pupillus. §. 1. ff. de nouat.

A

## L. CI.

B Pessimè hæc lex est ab interpretibus accepta de puberibus qui curatores non habent, cùm dicat, Suis, & hoc tantùm de impuberibus sit proditum innumeris locis non obligari eos sine tutoris auctoritate, quasi scilicet non idem sit in puberibus. Puberes igitur sine curatoris auctoritate obligantur. Nec mouere eos debuit l. 3. C. de in integ. rest. quæ de rerum alienatione, velut de rerum venditione iam perfecta impletaq; loquitur, non de obligatione. fateor res suas puberem non alienare sine curatoris auctoritate, nam curatori rerum administratio commissa est. At in personam puberis curator potestatem non habet, pubes enim est suæ tutelæ, ideoq; de sua persona promittere potest sine curatore suo. Itemq; nubere. l. sciendum. ff. de rit. nup. Similiter puberi soluitur rectè sine curatoris auctoritate, quanquam non cogatur debitor ei soli soluere ob metum restitutionis in integrum. l. ait prætor. ff. de minor. Idem ergo etiam in iudicio quòd non instituitur sine curatore, iusiurandum quod pro solutione est, defert rectè sine curatore. l. nam postea. §. si minor. D. de iureiur. Imo & mulieri puberi tutorem habenti sine tutore soluitur rectè auctore M. Tullio in Top. cùm tamen impuberi non soluatur rectè sine tutoris auctoritate. Rursus pubes soluit, & restituit rectè sine curatore suo, Impubes non item. l. 1. §. fuit. ff. ad Trebel. Pubes adit hereditatem sine curatore, impubes non item. l. cùm in vna. §. vlt. ff. de appel. Puto eadem ratione in l. 24. ff. scribi pupilli obligationem non perpetuari nisi interpelletur tutore auctore πρὸς ἀντιδιαστολὴν puberis. Et in l. 1. §. exercitorem. D. de exer. act. si pupillus nauem exerceat, exigi tutoris auctoritatem. Denique ea quæ personam suam spectant, is solus administrat rectè sine curatoris sui auctoritate, Res suas, veluti prædia aut mancipia aut mobilia, non item.

C

## L. CII.

D Venditor emptori de euictione ita cauit, Quanti ea res erit, & specialiter se agniturum sumptus quos lite mota emptor fecisset. Mortuo emptore, venditor egit ex vendito cum herede emptoris ad pretium, heres id solutum esse probauit & absolutus est, an sumptus in eam litem factos condicet venditori ex stipulatione illa qua se agniturum sumptus venditor cauit? Minimè. nam de sumptibus cauit quos in lite proprietatis emptor faceret, non in alia lite. Quidquid adstringendæ obligationis, id est, vt Græci vertunt, τὸ συμβαλλόμενον τῇ συστάσει τῆς ἐνοχῆς, id nisi palam pronunciетur omissum intelligendum est. l. 99. ff. Eos ergo sumptus non repetet, quia nec in eos fuit venditor victori condemnatus, quos & aliàs victo iudex remittit habenti iustam causam litigandi. Verùm id necesse est exprimi sententia ex No. 82. At quærit Acc. an & si non cauisset venditor emptori se agniturum sumptus quos in lite proprietatis emptor fecisset, eos agnoscere debet iudicio ex empto. Victo emptore, constat esse agnoscendos & refundendos emptori. l. si cùm quæstio. C. de euict. l. fideiussor. ff. de do. exc. Vincente emptore secus est, nisi cauerit venditor se eos agniturum, & ita Acc. rectè in l. 1. C. de euict. L. 103. exposui in 83.

E

## L. CIIII.

Cum domino seruus pactionem pro capite fecit aureorum decem, eiusq; pactionis reum, id est, expromissorem dedit, vt in specie l. & eleganter. §. seruus. ff. de dolo. Expromissor tenetur seruo manumisso etiam si ab ipso stipulatore manumissus non sit, dummodo eius beneficio ab alio manumissus sit. Quòd si alieno beneficio fiat liber, puto expromissorem non teneri. Non dato expromissore seruus ex ea pactione post manumissionem tenetur in factum. l. 4. C. an ser. ex suo fac. Interdum non paciscitur seruus, sed prorogat pretium libertatis. quo casu querela ei datur aduersus dominum qui non manumittit. l. 5. ff. de manumis. l. vix. ff. de iudic.

F

## L. CV.

Si Stichus aut Pamphilus debeatur ex stipulatione, vno mortuo, qui viuit dandus est, nisi malit promissor mortui æstimationem præstare. l. cùm res. §. sed si Stichus. ff. de leg. 1. videlicet si sine facto eius mortuus sit, alioquin æstimationem offerens non audietur. l. Stichum aut Pamphilum. §. 1. ff. de solut. Item nisi in eo qui mortuus est accipiendo iam stipulator moram fecerit. Homine enim oblato postea mortuo, continuò debitor liberatur. Oblatione sola non liberatur. Interitu postea secuto liberatur continuò ex sententia Sabini. Continuò, id est, αὐτομάτως, quod est ipso iure. Proculiani exceptionem putant esse necessariam. l. interdum. §. vlt. ff. quorum sententia obtinuit. Oblatione item sola aliquando ipso iure quodammodo promissor liberatur: vt si offerat pecuniam petenti apud prætorem, eamq; qui poterat noluerit accipere, & in actione à prætore petenda perseuerauerit. Denegabit enim prætor actionem etiam si eadem pecunia extet. l. si debitor offerret.

G

ff. de

A ℥.de solut. Vltro oblatum dum non peteret, si stipulator noluerit accipere, non ideo ei denegatur actio, nisi post oblationem interierit ex sententia Sabini. L.106.exposui in 75.

## L. CVII.

Pater naturalis filium quem Titius habebat in adoptionem heredem instituit sub hac conditione, Si à patre adoptiuo emancipatus esset. Pater adoptiuus nolebat eum emancipare, nisi pro pretio emancipationis sibi filius certæ pecuniæ expromissorem daret. Filius expromissorem dedit, & sic deinde emancipatus est, & patris naturalis hereditatem adiuit. Quæritur an pater adoptiuus cum expromissore possit agere ex stipulatu. Videtur enim inhonesta esse stipulatio, vt filius manu emittatur. Seruus quidem pro capite suo paciscitur & expromissorem dat & argentum pro mu-B tuo licite.l.104.§. Liberum hominem pro capite suo quidquam præstare illiberale, inhonestum, & illicitum videtur. nam & imponi ei donum, munus, operæ emancipationis causa non possunt, quæ imponuntur rectè seruo manumissionis causa.l.penul.§.de obs.par.præs.l.pen.§.si à par. quis man. Hoc tamen loco definitur eum expromissorem accipi rectè. Ergo & pecuniam accipiet honestè emancipationis gratia.l.1.§.si parens.§. si à par. quis man. fuer. Plerumque autem parentes expromissorem certæ pecuniæ pro pretio emancipationis sibi dari desiderant, non quasi protinus exacturi post emancipationem, sed vt huius exactionis metu contineant filium emancipatum in officio, & vt magis curentur à filio quemadmodum Iauolenus ait hoc loco, quomodo & Plautus in Sticho, Nunquam, inquit, nimis curare possunt parentem suum filiæ. At operæ, donum, munus emancipatis imponi non possunt. Hæc solis libertis imponuntur. Non potest autem cogi parens C vt filios emancipet ne extra ordinem quidem. Id filij officijs emereri debent. l. vlt. in fi. C. de sent. pas. vel quasi redimere, vt in hac specie, pecunia vel reo dato.

## L. CVIII.

Valet stipulatio confecta sub conditione, quæ pendet ex facto incertæ personæ: veluti si quis Capitolium ascenderit, si quis à me x.petierit, cuius tamen aliquam esse causam oportet, veluti donationem. nam stipulatio sine causa non valet. falsum est conditionem esse pro causa. Itaque sic quoque vtiliter stipulabor, Si qua mihi nupserit, dotis eius nomine tot dari. cuius causa dos est non conditio. In lege præcedenti stipulationis causa est remuneratio emancipationis. De §. vlt. dixi in l.17. De l.109.in l.12.

D

## L. CX.

Si stipulet Mihi & Titio decem, duæ sunt stipulationes, vna vtilis, altera inutilis, & mihi quinque sola debentur. quod diximus in l.38.§.in stipulationibus.§. Obstat l.fundus.§.de cont.empt.& l.5.§.Com.præd. quæ sunt ex eodem libro. Si emam fundum mihi & Titio, totus fundus, tota seruitus ad me pertinet. Separanda est pecunia à ceteris rebus. Pecuniæ obligatio facilè numero diuiditur. fundi aut seruitutis non æquè. Pecuniæ duæ sunt stipulationes. fundi emptio vna, seruitutis impositio vna.§.vlt.exposui in l.83.

## L. CXI.

E Sumpta est ex Pomponij libro v. ad Q.Mutium. Certum est vsu domus marito concesso, cum eo vxorem habitare posse. At contrà dubitatur vsu vxori concesso, an cum ea maritus habitare possit. Et primus Q. Mutius admisit posse.l.4.§.de vsu & habit. Subsequitur itaque hoc loco Pomponius Q.Mutij sententiam, dum vsu in stipulationem ab vxore deducto, prohibito viro stipulationem committi scribit. & in hac quæstione dum in d.l.4.& l.8.eod.tit.citatur Pomponius lib.v. puto librum v. ad Q.Mutium intelligi. Adijcit hoc loco committi stipulationem iter fieri non solùm si me, sed & si alium meo nomine ingredientem prohibeas. nam & per alium hæc seruitus vsurpatur.l.vsu.§.quemad.ser.amit. Ait, Latius.] πλατύτερον, Latitudo voluntatis contrahentium exigit hæc verba sic accipi. Latitudo opponitur subtilitati siue stricto iuri, vt in l.1. C. vt actio. ab her. & contra hered. Ne propter nimiam subtilitatem verborum latitudo voluntatis contrahentium F impediatur.

## L. CXII.

Quæstio est an is cui datur electio possit variare. In disiunctiuis electio est debitoris, cui & variare licet quoad soluerit, nisi fuerit ei nominatim electio data.l.eum qui.§.vlt.℥.l.huiusmodi.§.Stichum.§.de leg.1. Vtraque est de debitore. & ideo neutra opponitur rectè huic l.quæ est de creditore. In debitore non distinguimus quo verbo ei sit electio adscripta, Volet, an alio. nam vbi semel de aliquo constituit, ei se dando obstringit, & ius statim stipulatori vel legatario adquiritur. Nunc de creditore dicamus. Creditor non potest variare si ei electio nominatim data sit. l. 5. §. de leg.1. quod tamen distinctionem recipit ex hac lege. nam si quis ita stipulatus sit, Stichum aut Pamphi-G lum quem voluero, semel tantùm eligere nec variare potest. Quòd si ita, Quem volam, variare potest vsque ad litem contestatam. nam Volam est extensiuum siue parataticum in futurum, vt Volebam in præteritum. Idemq; opinor dicendum in legatario si ei data sit electio per damnationem, ijs verbis, Stichum aut Pamphilum vtrum Titius volet illi dato. Volet est extensiuum. l. filij. §. ad Tertyl. ideoq; si Titius semel Stichum optarit, potest variare, quia & si eum optarit, notidum ta-

men adquisiuit ante traditionem. Itaque res est integra. At si per vindicationem ei legatum sit, secus esse arbitror. quia opnione ipso iure dominium ei adquiritur, quod nuda voluntate rursus non amittitur. His addenda sunt quæ dixi in l.17. §. vbi ostendi esse etiam differentiam inter Si volam, & Si voluero, non tamen inter Cùm volam & Cùm voluero. §.vlt. exposui in l.68. & 97.

## L. CXIII.

Stipulatus sum pœnam si opus arbitratu meo Kal. Iunijs effectum non esset, Acc. adijcit, tam in qualitate operis quàm in opere perficiendo prorogando propter l.si in lege. §. loca. deinde operi faciendo laxiorem diem dedi. quæritur an Kal. Iunijs opere non facto pœna committatur? quod non videtur, cùm mea voluntate prolata sit dies operi faciundo. At Proculus ita distinguendum censet. Vel quo tempore protuli diem, moratus nondum erat promissor operis effectionem, satisq; adhuc temporis habebat ad id perficiendum ante Kalen. & hoc casu pœna non committitur, quia per me stetit quominus opus fieret ante Kalendas. l.si creditor. ℱ. de nouat. Vel quo tempore ego protuli iam certum erat opus Kal. Iunijs fieri non posse, moratumq; nimis esse promissorem, & hoc casu pœna committitur etiam si diem protulero. Pœna non committitur si ipse opus fieri arbitratus non sim. Ponendum est igitur me arbitratum. At cùm tantum temporis præterijsset, vt iam non posset opus effici ante Kal. Iunias, destiti arbitrari & diem protuli. Non ideo minus pœna committetur, quòd aliquo tempore ante Kal. Iunias destiterim arbitrari & desiderare vt opus fieret. alioquin me pridie Kal. defuncto & nequeunte arbitrari, pœna eadem ratione non committeretur. quod nequaquam dicendum est. Non committitur tamen pœna vel peti potest, antequam venerint Kalendæ Iuniæ, vt ostendimus in l.8. §. Post Kalendas peti potest. sed an actori obstet exceptio, quæritur. Et putem non obstare, si id actum sit inter contrahentes vt vtrumque præstaretur, opus & pœna. Ceterùm si id non sit actum, altero contentus esse stipulator debet, & iden si opus elegerit (eligere videtur si diem proferat operi faciundo) per exceptionem à petitione pœnæ summouebitur. l.rescriptum. §.1. §. de pac. l.ita stipulatus in fi. ℱ. Est etiam exceptioni locus aduersus pœnæ petitionem in specie l. 2. §. si quis caut. Promisi iudicio sisti certo die adiecta pœna. Ante diem transegi. pœna non committitur. Post diem transegi. pœna commissa est, sed quia videtur etiam de ea postea transactum, agenti obstat exceptio pacti vel doli. abundat in ea lege negatio in Pan. Flor. & legendum, si prius id negotium &c. In fi. huius legis & l. 114. ostenditur, incerti ex stipulatu eum teneri, qui promisit se satisdaturum vel se fundum liberaturum aut præstaturum, sicut si promittat, vt ostendimus in l.68. & 97. se crediturum vel soluturum. malè Acc. dari præscriptis verbis vel ex empto, cùm lex manifestò loquatur de actione ex stipulatu incerti. De lege 114. diximus in l.24.

## L. CXV.

Si stipulor te sisti certo loco & ni steteris pœnam, & diem quo sistas prætermitto, non valet stipulatio. Atqui agebatur vt certo die sisteres. ergo habetur pro expresso. Nescit se hinc Acc. expedire. Agebatur id quidem, sed non apparebat. Quod agitur habetur pro expresso si & apparet. l. 94. & 95. §. Quod agitur nec apparet, non habetur pro expresso. Rursus opponit Acc. l.si finita in pr. §. de dam. infecto & l. de die. §. qui satisd. cog. Stipulationi damni infecti solet adijci dies, intra quem si quid damni contigerit, stipulatio committatur. Si per errorem sit omissus, nihilominus stipulatio valet, & in eum diem cautum intelligitur, quo plerumque caueri solet. Similiter si stipuler Iudicio sisti, nec diem adijciam, nihilominus stipulatio valet, & in eum diem cautum intelligitur quo stipulator agere voluerit. His etiam nescit respondere. Hæ stipulationes Damni infecti & Iudicio sisti prætoriæ, solemnes & vulgares sunt. Damni infecti solemnem & vulgarem diem habet. Iudicio sisti solemnem eum habet quem actor elegerit, in cuius potestate est quando agat. Eiusmodi non est stipulatio conuentionalis, de qua hoc loco agitur, quæ non est Iudicio sisti, sed certo loco, puta Carthagine sisti. Hæc solemnem & vulgarem diem non habet, quia nec ipsa vulgaris stipulatio est. & ideo si cùm ageretur vt certo die sisteret se promissor Carthagine, per errorem dies omissus sit, nec de eo liqueat, nihil actum videtur. Eodemq; modo inutilis stipulatio est si stipuler pecuniam non adiecto numero, vel oleum non adiecta mensura, vel aurum non adiecto pondere, vel domum ædificari non demonstrato loco. qua de re in 94. & 95. §. Item si fundum stipuler generaliter non adiecto nomine. qua de re in l.74. vbi etiam ostendimus cur tamen stipulatio hominis non adiecto nomine valeat. Nunc videndum quid iuris sit si in hac stipulatione Te sisti Carthagine, & ni steteris pœnam, ideo dies adiectus non sit, quia id agebatur vt quocumque die sisteres? Et constat vtilem stipulationem esse. Quando autem committatur pœnalis stipulatio, quæritur. Et placet non antè eam committi, quàm certum esse cœperit promissorem sisti non posse, quod accidit eo mortuo, quemadmodum committuntur stipulationes quæ à conditione incipiunt, veluti si Alexandriam non ieris, si Capitolium non ascenderis, quæ tum committuntur cùm certum fuerit conditionem expleri non posse. Sed vtrùm omnes ita committantur, videamus. An & hæc, Si Pamphilum non dederis tot dari? Et Pegasus, qui ex Proculianis fuit, eodem iure censendam esse hanc stipulationem quo superiores existimauit, vt scilicet tum committeretur cùm Pamphilus desijsset posse dari, veluti mortuo Pamphilo. Dissentit ab eo Sabinus. Die adiecto, veluti si Pamphilum Kalen. Iunijs non dederis, nulla fuit inter eos dissensio. Vterque censuit ex die stipulationem committi, vt diximus in l.8. Die detracto, veluti si Pamphilum non dederis, Pegasus tum committi

stipul

A ſtipulationem cùm deſijſſet Pamphilus poſſe dari, Sabinus cùm poſſet dari à promiſſore nec daretur. eademq; fuit diſſenſio in ſtipulatione, Domum ædificari, vt diximus in l. 14. Sabinus mouetur ſententia contrahentium, qui voluerunt vt quod eſſet in conditione præſtaretur, id eſt, vt daretur Pamphilus, & niſi daretur, tum pœna ſolueretur. Cùm igitur dare potuit nec dedit, ſtatim ex mora pœna committitur, nec expectandum eſt vt Pamphilus dari non poſſit. hoc namque eſſe contra ſententiam contrahentium. Vtitur & exemplo penus legatæ. Si quis ita legauerit, Dato penum, Si penum non dederis dato decem. Non eſt expectandum vt penua dari non poſſit, ſed ſtatim mora facta in dando penore, decem peti poſſunt. l. cùm ſine. l. ſi penum. ꝟ. quando dies leg. ced. quod etiam receptum eſt propter voluntatem teſtatoris, qui penum dari voluit aut pecuniam ſolui, vt non debeamus expectare dum penus dari non poſſit, & propter ipſius rei naturam. penus

B namque dari facilè poteſt. Secus eſſet ſi difficilis eſſet datio. idemq; poni in fundo poſſe oſtendimus in l. 9. ꝟ. Cùm ergo & penum dari voluerit teſtator, & dari facile potuerit, æquum eſt ſtatim facta mora pecuniam peti. In hac autem ſpecie legata eſt penus, & ſic ante moram præſtatur peti turq; iure legati. Poſt moram non cenſetur legata, nec eſt in petitione, eſt tamen in præſtatione, cùm poſſit purgari mora vſque ad litem conteſtatam, pecunia eſt in petitione. l. 1. ꝟ. de penu leg. Igitur poſt moram legata eſſe definit, & in legatum pecuniæ transfunditur. itaque ſi præſtetur poſt moram, mortis cauſa capitur non iure legati. quod ad legem Falcidiam valde pertinet, quæ locum habet in legatis, fideicommiſſis, mortis cauſa donationibus, non in mortis cauſa capionibus. Eodem modo penus mortis cauſa capitur omnimodo ſi fuerit à principio ita legatum, Si heres penum non dederit x. dato. l. 1. §. item ſi ita. ꝟ. ad leg. Falc. l. 1. ꝟ. de penu leg. Nunc videndum vtra opi-

C nio ſit verior, Sabini an Pegaſi. Papinianus arbitratur Sabini ſententiam veram eſſe ſi duæ ſint ſtipulationes, vna Pamphili pura, altera pecuniæ conditionalis, veluti Pamphilum dabis, Si Pamphilum non dederis x. dabis, ſicut in exemplo quo vtitur duo ſunt legata, vnum penus purum, alterum pecuniæ conditionale. Cauſa eſt, quia apparet voluiſſe contrahentes Pamphilum dari. Quare non eſt expectandum dum Pamphilus dari non poſſit. neque obſtat quod dicitur in §. 1. de ſtipulatione Te ſiſti & ni ſteteris x. dari, quæ eſt etiam duplex, nec tamen pœnalis committitur antequam certum fuerit te ſiſti non poſſe. nam id agebatur vt quocumque die ſiſteres. & ita ſi agatur vt quandocumque Pamphilus detur, pecunia non petetur antequam deſierit Pamphilus poſſe dari. Alioquin poſt moram factam in dando Pamphilo ſtatim ſtipulatio pecuniæ committetur. Et hoc caſu rectè comparabitur hæc ſtipulatio penori legato. nam vt exiſtente conditione ſequentis legati,

D id eſt, mora facta in dando penore prius legato, legatum penoris finitur & in legatum pecuniæ transfertur, ita exiſtens condino ſequentis ſtipulationis tollit priorem & puram ſtipulationem & eam in ſe transfert & fit quaſi nouatio. l. obligationum fere. §. vlt. ꝟ. de obl. & act. Exiſtit autem conditio continuò poſt moram factam in dando Pamphilo. Vnde fit vt iam Pamphilus peti non poſſit, & pecunia ſola debeatur petaturq;. Eſt quidem Pamphilus in præſtatione etiam poſt moram, cùm eam purgare liceat vſque ad litem conteſtatam, pecunia ſola in petitione. Et hoc quoties id agitur vt alterutrum præſtetur, Pamphilus vel pecunia, non vtrumque. quoniam & hic conſtat voluiſſe contrahentes vt Pamphilus daretur quem in ſtipulationem deduxerunt. Quod ſi id actum fuerit inter contrahentes vt non dato Pamphilo, & pecunia & Pamphilus peteretur, quod fieri poteſt. l. pen. ꝟ. de tranſ. tum nulla dubitatio eſt ſententiæ Sabini locum eſſe quando non ſolùm

E præſtari Pamphilum voluerunt, ſed etiam peti, vt tum non poſſimus negare vbi Pamphilus dari potuit & datus non eſt, commiſſam eſſe vtramque ſtipulationem. Ergo ſiue hoc ſiue illud actum ſit, locum habet ſententia Sabini, & multomagis ſi hoc actum ſit, id eſt, vt vtrumque debeatur. quod proponitur in fine huius legis: quem malè quidam accipiunt de ſtipulatione quæ incipit à conditione quaſi Papiniano ad extremum generaliter probante ſententiam Sabini, ſiue ſtipulatio incipiat à conditione ſiue ab ſtipulatione. Loquitur enim de ea quæ incipit ab ſtipulatione cùm id agitur vt alterum tantùm præſtetur. Alioquin idem iuris non ſtatueret Papinianus in hac ſtipulatione, Si Pamphilum non dederis x. dabis, quod ſtatuit ſuprà in hac, Si Alexandriam non ieris x. dabis. Ceterùm ſi id agatur vt vtrumq; præſtetur, conſtat non fieri nouationem, Si vt alterutrum, non fit etiam nouatio, ſed quaſi nouatio poſt moram. Nouatio non fit, quia mutatur debitum &

F pro Pamphilo pecunia incipit deberi. Nouatione non mutatur debitum, ſed cauſa debendi. Quaſi nouatio fit, quia ſtipulatio Pamphili ex mora transfunditur in ſtipulationem pecuniæ. quæ transfuſio pariter fit nouatione, eiuſdem tamen rei, non, vt hîc, alterius. Hæc de Sabino. Pegaſi ſententiæ locus eſt ſi vna ſit ſtipulatio incipiens à condinòne, hoc modo, Si Pamphilum non dederis decem dabis. nam qui ſic ſtipulantur, non id volunt vt Pamphilus detur, ſed vt pecunia. Illud quidem volunt vt ſoluto Pamphilo reus liberetur, ſicut cùm ita à principio legatur, Si penum vel ſi fundum non dederis x. dato. Committetur ergo illa ſtipulatio vbi Pamphilus deſierit poſſe dari; non poſt moram. nam & mora fieri nulla intelligitur in eo dando, quod neque peti poteſt, neque dari contrahentes voluerunt. eademq; ratio eſt ſimilium ſtipulationum, Si capitolium non aſcenderis, vel ſi Alexandriam non ieris tot dari. neque huic Pegaſi ſententiæ obſtat l. 9. ꝟ. hoc tit. vt ibi

G oſtendimus. Non obſtat etiam l. qui Romæ. §. Flauius. ꝟ. hoc tit. vbi licet à conditione incipiat ſtipulatio, id tamen quod eſt in conditione peti poteſt. Hoc ideo, quia id quod eſt in conditione licet deductum in ſtipulationem non ſit, eſt tamen deductum in conuentionem, ex qua naſcitur actio præſcriptis verbis. idemq; eſt ſi ex conuentione non naſcatur actio. l. nuda. C. de cont. ſtip. namque pati debet reus ſecum agi ex ea conuentione, licet iure non ſit ex ea actio, vel pœnam

inferre, vt rectè eam legem Ioannes interpretatur. Non est autem dicendum id quod in conuentionem est deductum post moram transferri in stipulationem pœnalem, sicut in stipulatione duplici dictum est. Stipulatio enim seipsam quasi nouat, actionem præcedentem non item. itaque ex pactione superest actio. Hæc de Pegaso. Sententiam ergo Sabini recipit Papinianus in stipulatione duplici, Pegasi in simplici. Non in vtraque Sabini. Ad hæc si quis quærat an stipulatione pœnali nouetur præcedens obligatio, ei nunc facilè respondebitur. quis nescit nouationem non fieri nisi id actum sit? Stipulatio igitur pœnalis non nouat præcedentem obligationem, nisi id actum sit. Post moram tamen, quando duplex est stipulatio, prioris fit quasi nouatio. quia ex posteriore tantùm agi potest non ex priore. Cum hac responsione & definitione consentiunt omnes leges aliæ, quæ in eam quæstionem adduci solent.

## L. CXVI.

Si stipuler à Mæuio Quantominus à Titio debitore consequi possem, Mæuius non est correus debendi, vt hoc loco Paulus ait, Non est expromissor, quia nouatio non fit. l. 6. ͡J. de nouat. Sed est fideiussor. l. si fideiussores. l. amissi. ͡J. de fideiuss. l. 2. C. de fideiuss. tut. Non esse correum debendi hoc argumento ostenditur. Cùm duo sunt rei debendi, vno ex eis conuento alter liberatur. l. 2. ͡J. tit. prox. si modò, vt ex veteribus plerisque placet, & is qui conuentus est soluerit. rectè. nam l. si vt certo. §. vlt. ff. Commod. dicit, Exactione. & l. 8. ff. de leg. 1. Actum & solutum. itaque nihil noui Iustinianus de duobus reis constituit in l. vlt. C. de fideiuss. Id verò non accidit in hac specie. nam Titio conuento atque etiam soluente, non dicimus Mæuium liberari, sed non obligari. Accessit Mæuius sub conditione. Potuit & correus adijci sub conditione. l. ex duobus. t. ͡J. tit. prox. Verùm conditio sub qua intercessit Mæuius soluente Titio deficit. Soluente igitur Titio pro eo habetur, ac si nullo modo intercessisset. Eadem conditio fideiussionis facit, vt non possit Mæuius conueniri inexcusso Titio. Excuti priùs Titium oportet, quo inuento locuplete, fideiussor non tenetur, vel si in aliquid idoneus inueniatur, in reliquum tenetur. Quòd si planè inops sit Titius, tum fideiussor tenetur insolidum. nam minus consequi videtur & qui nihil consequitur. l. 32. 82. 250. ͡J. de verb. sign. vbi Theodorus Hermopolites tres eius articuli significationes refert, τὸ βραδέως, τὸ μὴ παντελῶς, τὸ μηδὲν ὅλως, & ita Minus soluit qui tardè soluit, Minus soluit qui partem soluit, Minus soluit qui nihil soluit. Eandem speciem tractarunt Celsus & Paulus l. vlt. ff. de reb. cred. l. si decem. ͡J. de solut. ex quibus his quæ tractantur hac lege adijciendum est, econtrario conuento prius Mæuio, quod fieri potest si eo tempore quo Mæuium conuenio constet Titium minus facere posse etiam si cum Titio actum non sit, Titium non liberari, sed si postea melior quædam ei sors obtigerit, in id teneri quod à Mæuio seruare non potuerim: vt si cùm deberentur quinquaginta, nec esset soluendo Titius, à Mæuio consecutus fuero viginti tantùm, reliqua persequar à Titio postea facto soluendo. quod & seruatur inter reum & mandatorem. l. si mandato meo. ͡J. de fideiuss. & quemlibet alium fideiussorem. vel si nihil à Mæuio consecutus fuero, nihilominus integra est actio in Titium postea factum locupletem. d. l. vlt. & l. si decem. Ex ijs apparet agi priùs posse cum huiusmodi fideiussore sicut & cum ceteris, sed non inexcusso reo. Excutitur non iudicio tantùm, sed & extra iudicium. quo exemplo tentari potest etiam hodie secundum Nouellas Iustiniani agi prius cum fideiussore posse, non tamen inexcusso reo, nec necessariò rei vires & facultates iudicio excutiendas esse. posse enim & aliter excuti. aliud esse agere, aliud excutere. Est alia quædam species in l. fideiussor obligari. §. vlt. ͡J. de fideiuss. in qua fideiussor accipitur sub conditione, nempe hac, Si reus non soluerit, cuius longè alia est ratio, quàm sit eius sub qua in hac lege proponitur fideiussor acceptus. Hæc enim committitur si reus locuples non sit. Illa committitur etiam si reus locuples sit, & inexcusso reo statim atque in soluendo fecit moram. quod pugnare videtur cum l. ita stipulatus. ff. Nam stipulatio illa est simplex incipiens à conditione, Si reus non soluerit, fide tua esse iubes? Sed ideo committitur ex mora rei, quòd id verosimile sit actum vt cùm aliàs mora rei noceat fideiussori, noceat & hoc casu. Committitur etiam vbi ante moram desijt reus posse soluere, vt puta mortuo reo, licet heredem reliquerit qui soluere possit. quod attigimus in l. 57. ff. De l. 117. dixi in 54.

## L. CXVIII.

Liber homo bona fide possessus ex re mea mihi adquirit, sicut seruus alienus bona fide possessus & seruus fructuarius. Rursus ijs tribus si quid promittam ex re mea non teneor, ne quod ab alio stipulati mihi adquirerent, eius aduersum me actionem habeant ipsi vel domini eorum. At in hoc est differentia, quòd seruus alienus & fructuarius si promittant mihi ex re mea, dominus eorum mihi de peculio non tenetur, Liber homo etiamsi promittat mihi ex re mea, tenetur. & ita breuiter hanc quæstionem Rogerius complexus est. Obstat l. si creditor. §. vlt. ff. de pecul. quæ, si pecuniam meam mutuam dedero seruo fructuario, mihi dicit dari actionem de peculio in dominum, computato tamen eo peculio quod apud me est, sicut si extraneus ei credidisset. Videtur ergo ex re mea mihi dominus serui fructuarij teneri de peculio. Respondeamus pecuniam quidem meam me credere fructuario, sed ea desinit esse mea & domino statim adquiritur, cuius nomine vel peculiari accipitur. ideoq; dominus mihi tenetur pro rata peculij quod apud se habet. Idemq; si operas suas seruus à fructuario nomine domini conducat. quo ex negotio vltro citroq; est actio. l. sed & si quid. §. idem Iulianus. ff. de vsufr. Ex re mea & ex eo quod seruus gessit in re mea non

nomine

A nomine domini, vnde nihil ad dominum emolumenti peruenit, dominus non tenetur. nam in ijs casibus non proprietarius, sed ego dominus esse videor. Ait, Hoc latere.] vt in l. si testamento. §. vlt. ꝟ. de fideiuss. In §. decem. ostenditur puram esse stipulationem si stipuler hodie decem dari, ideoq́; non est expectandum dum hic dies præterierit. Confestim namque agi potest. quod planè indicat nullum reo laxamentum dari. Si in eum diem esset constituta obligatio, expectandum esset quoad dies ille præterijsset, sicut qui stipulatur Kal. dari, non Kalendis agit, sed postridie Kalendas. Dixi laxamentum non dari. Lege non datur. A prætore item non datur si sit in manu pecunia vel res promissa. Si non sit in manu, eius conquirendæ & tradendæ spatium aliquod necessariò dandum est. §. vlt. Instit. de inut. stip. Ducitur & in hanc rem argumentum ex l. quod dicimus. ꝟ. de solut. vbi quod solui iussit testator statim ab adita hereditate, cum aliquo spatio accipien-
B dum esse traditur, ne alioquin cogatur hereditatem adire cum sacco, cui coniungenda est l. 1. §. item si ita. ꝟ. ad leg. Falc. quæ est ex eodem libro, Id tamen spatium perbreue est, & respiratio veluti quædam, quod non ita esse in constituto ostendi in l. 41. Citatur malè in eandem rem l. si cùm militi. §. vlt. ꝟ. de compens. quæ non de illo permodico spatio loquitur, sed de tempore iudicati faciendi quod lege datur, & fuit primùm mensis vnius, tum duorum, ad extremum quatuor. Dari item dicitur humanitatis gratia, &, vt Græci dicunt, πρὸς παράλληλον. illud modicum spatium non humanitatis gratia datur, sed ex necessitate, quò rem quæ non est in expedito promissor quæsitum eat & tradat. De §. vlt. dixi in l. 97. De l. 119. in l. 53. De 120. in l. 100.

## L. CXXI.

C Initium exposui in l. 53. Sequitur §. mulier, quo colligitur contra bonos mores fieri si quis vxori adiungat concubinam. malè ergo hanc Constitutionem quidam Constantino tribuunt propter l. 1. C. de concub. Obtinuisse eam ante Constantinum hic §. probat. & l. vlt. in fi. ꝟ. de diuor. & Paulus 11. Sentent. tit. xx. Si is qui vxorem non habet concubinam habeat, hoc verò non fit contra bonos mores pop. Romani. Erat namque concubina vxoris loco. Finge, mulier cùm nuberet quasi pœnæ nomine stipulata est cc. de viro, si tum à se reiectæ concubinæ consuetudinem post nuptias repeteret. Vir concubina diutius carere non potuit, concubinam reduxit. an ex hac stipulatione agi cum eo potest? Sic videtur, cùm bonis moribus conueniat, & sit ex dignitate nuptiarum. Non possunt ipsæ quidem nuptiæ pœna constringi, vt sæpe diximus suprà, Honor & decus nuptiarum potest, vt coërceatur qui eis prior dedecus attulerit.

D In insulam.] Stipulatio ita concepta, Cùm morieris dari, morte naturali committitur non deportatione: Idemq́; est si per Constitutionem Iustiniani ita concepta sit, Post mortem tuam dari. quæ ante Iustinianum fuit inutilis. ideoq́; hoc §. ita proponitur concepta, Cùm morieris, non post mortem. Casus ergo mortis non trahitur ad casum deportationis. ac siue ciuitati restituatur promissor & in ea moriatur, committetur stipulatio aduersus heredem eius, siue peregrinus moriatur, aduersus fiscum qui in eius locum successit. Ex deportatione statim aduersus fiscum non committetur. At contrà casum mortis ad deportationem trahi sunt qui colligant ex l. Gallus. §. & quid si tantùm. ꝟ. de lib. & post. malè. nec enim is est eius §. sensus, sed hic potius, nepotem posthumum non tantùm in casum mortis filij institui posse, sed & in casum deportationis vel similem nominatim. Idem colligunt ex l. si ita. ꝟ. quando dies leg. ced. vbi fideicommissum relictum sub hac condi-
E tione, Si morte patris sui iuris fiat, trahitur ad omnes casus soluendæ patriæ potestatis, veluti emancipationem & deportationem patris. quod vnque non temere fieret ita conditione concepta; Si pater moriatur. Sed cùm dixit, Si morte patris sui iuris fiat, pro eo habetur ac si dixisset, Si sui iuris fiat. nec enim tam videtur sollicitus fuisse de modo, quam de fine. Idem colligunt ex legibus quæ comparant deportationem morti. l. 1. §. vlt. ꝟ. de bon. pos. cont. tab. l. 4. §. penul. ꝟ. de bon. lib. & alijs quibusdam. Sed ex eo non efficitur casum mortis expressum in lege vel contractu vel testamento fortè, duci ad casum deportationis. Deportatus comparatur mortuo. Quid ita? Ciuitate multatur, Cognationem amittit, & ob id non habet bonorum possessionem contra tab. parentum, & legata ei non conseruantur petita bonorum possessione contra tabulas. Patronatum amittit, Bona amittit, & fiscus ei succedit, & ob id obligationibus eximitur etiam naturalibus. l. si debitori deporta-
F to. ꝟ. de fideiuss. vbi tota, id est, ciuilis & naturalis. & generaliter quæcumque iuris ciuilis sunt. Patriam potestatem non habet, testamentum facere vel ex testamento aut codicillis capere non potest, nisi quid alimentorum, vestiarij aut calcearij nomine relinquatur ex Constitutione Antonini. l. 16. ꝟ. de interd. & releg. Ex stipulatione obligari non potest, quia stipulatio est iuris ciuilis. l. quoties in fi. ꝟ. de nouat. Si quod sub conditione debetur, stipuler purè nouandi animo, nouatio non fiet nisi priore stipulatione commissa euentu conditionis, rursus non fiet nisi sit qui ex posteriore obligari possit. Ideoq́; pendente conditione deportato posteriore promissore, etiam si postea existat conditio, nouatio non fiet, quia non est persona quæ obligetur, nisi iam bona fiscus agnouerit. neque obstat l. nouatio. ꝟ. cod. tit. nam mortui hereditas vicem personæ sustinet. Deportati successio non item. qua in re non comparatur deportatus mortuo, vel potius successio eius iacens non com-
G paratur hereditati iacenti. Planè in specie l. intercidit. ꝟ. de cond. & demonst. deportatus non comparatur mortuo, cohibendorum scilicet caducorum, coërcendæq́; legis Iuliæ & Papiæ causa, cui rei illuduerunt maximè iurisperiti auctore Iustiniano in tit. de cad. tol. Nondum est satis. Dicit Marcianus deportatum habere ea quæ sunt iurisgentium. l. quidam ni. ꝟ. de pœnis. Quid hoc est? Idem Marcianus id exposuit in l. 15. ꝟ. de interd. & releg. sed non extat in libris nostris. Pandectæ imperfectæ sunt,

sunt. Desiderantur tribus aut quatuor locis multa. Illo x. capita, quæ nobis conseruarunt libri βασιλικῶν. Deesse ea argumento est spatium illud quod post l. 9. in archetypo Florentinarum relictum est, adiecto signo quo repletionis id spatium indigere demonstratur, & quòd in alijs scriptis quidam leges Græcas deesse, falsa tamen coniectura quasi desint Græca illo spatio non Latina, notarunt. Ea verò qualia sint referam hoc loco. Legem nonam sequitur x. Martiani, Ne cui victu interdici possit. Et x i. Vlpiani, Puniri pecuniariter eum qui recipit relegatos. De ijs qui deportatos recipiunt Paulus scribit v. Senten. tit. 26. lege Iulia de vi eos teneri. Et x i i. Martiani, Cui ciuitate interdictum est si ciuitate non abstineat, ei prouincia interdici ad tempus. augetur enim pœna ob contumaciam, vt in l. 4. ff. de pœnis. Et x i i i. Pauli, Manumissum à relegato non posse Romam accedere, cùm nec patronus possit. Et x i i i i. Vlpiani, Relegatum esse eum qui arcetur prouincia vel Roma, vel suburbijs perpetuò, vel ad tempus. Differentiam esse inter deportationem & relegationem, quòd deportatio ciuitatem & bona adimat, Relegatio non item, nisi specialiter adimantur, vt in l. 4. eod. tit. & l. deportatorum. C. de pœnis. Relegandi ius habere Principem, Senatum, Præfectum prætorio, Præsides prouinciarum non Consules. nec mirum, nam & ante Seuerum Præfect. vrbi non fuit ius relegandi. solus populus & Senatus id iuris habuit in vrbe, non magistratus. Additur eum qui ciuitatem amisit & bona retinet tacente & conniuente fisco, creditoribus teneri actionibus vtilibus. & has vtiles actiones intellexit in l. penult. ff. de sent. pass. & rest. quæ eo casu necessariæ non sunt, puta restituto deportato bonisq; redditis, cùm directæ competant. Ex x v. Martiani, Deportatos ciuitatem amittere non libertatem, & ea quæ sunt iuris ciuilis, non ea quæ sunt iurisgentium. nam emere, vendere, locare, conducere, permutare, mutuum & alia iurisgentium negotia contrahere posse. itemq; adquisita pignori obligare, nisi ea in fraudem fisci, qui ei in peregrinitate morienti successurus est, vt & probat l. 2. C. de bon. prof. creditoribus dolum participantibus pignori obligauerit. Ea quæ ante deportationem habuit, cùm publicata sint, non posse eos alienare. Post deportationem quæsita eo viuo nondum esse publicata. Deportatum à Præside sine approbatione Principis posse ex testamento hereditatem & legata capere. credo quia Præses non habet ius deportandi inconsulto Principe. l. 1. ff. de leg. 3. Et x v i. eiusdem, Deportatos nec hereditates nec legata capere, nisi quid alimentorum aut vestiarij nomine relinquatur. & cùm Vlpianus Damascenus petijsset à principe, vt sibi liceret matri deportatæ ea quæ sunt ad victum necessaria, & mater per libertum vt sibi liceret filio deportato quædam testamento relinquere, rescripsisse Imp. Antoninum, Neque hereditatem neque legata vel fideicommissa deportatis contra ius publicum relinqui, nec statum eorum mutari posse. Quod tamen piè rogassent vt liceret eis vltima voluntate alimenta aut vestiaria relinquere, id se concedere. quod summo iure ita se habere interpretes notant. humana interpretatione deportatum matri succedere. l. 1. §. qui operas. ff. ad Tertyl. Et x v i i. Pomponij, Relegatum statuis & imaginibus honorari posse. excipienda est causa maiestatis. l. eorum. ff. de pœnis. Et x v i i i. eiusdem, Relegatum integrum suum statum retinere, & dominium rerum suarum & patriam potestatem, siue ad tempus siue in perpetuum relegatus sit. Deportationem non fieri ad tempus, quod etiam proponitur in l. 4. l. 7. §. hoc est. eod. tit. Tum x i x. & vltima Callistrati, Relegatum siue Interdictum patria sua, Roma abstinere debere, etiam si id adiectum sententia non fuerit, cùm sit communis patria. quod & probat l. 7. §. constitutum. & l. si cùm dotem. §. si patri. D. sol. mat. & Claudius Imperator apud Suetonium. Sed & ciuitate abstinere ea debet, in qua agit princeps, vt Callistratus ait, vel per quam transit, quòd solum Imperatorem, qui pater patriæ est, intueri liceat eis qui & Romam accedere possunt. & ita de ijs qui ignominiosè missi sunt proditum est, neque Romæ eos neque in sacro comitatu agere posse. l. milites. §. missionum. ff. de re mil. Addit Callistratus, Deportatum statim ex sententia capite minui, & pœnæ suæ subijci, nisi quæ grauior causa, puta maiestatis, grauiorem pœnam infligi postulauerit. Et hæc de deportato sufficiunt. In §. vlt. ostenditur, ex stipulatione cui inest doli præstatio, quod fit adiecta clausula doli, si quid dolo promissor fecerit, heredem eius teneri insolidum etiam si nihil ad eum peruenerit, sicut ex contractibus quibus inest bona fides, veluti mandati, depositi, commodati, tutelæ, negotiorum gestorum. Doli clausula stipulationem facit bonæfidei, sicut doli exceptio. Nec ijs obstat §. aliquando, Instit. de per. & tem. act. nam id tantùm aliquando fieri ait, vt ex dolo defuncti contractus heredem non teneat si nihil ad eum peruenerit. Delenda enim est particula, Veluti, in eo §, Id autem accidit in actione depositi, Quod tumultus, incendij, ruinæ, naufragij causa depositum sit, quæ in duplum ex dolo defuncti contra heredem non datur. quia pœnalis est. l. 18. D. depo. Item in actione de precario, quæ ex dolo defuncti non datur in heredem nisi quatenus ad eum peruenit. l. quæsitum. §. vlt. ff. de precario. quia precarium ad heredem non transit. l. cum precario. §. vlt. eod. Ceteri contractus ad heredem transeunt, & ob id heredem etiam tenent insolidum. Dices, Societas ad heredem non transit. Heres tamen pro socio tenetur ex dolo defuncti. Hoc ideo, quia lucri & emolumenti successor est. l. nemo potest. l. verum. §. in heredem. ff. pro soc. Precarij nullum restat emolumentum.

## L. CXXII.

Quidam mutuam pecuniam accepit Romæ, eamq; promisit se Ephesi certo die redditurum. Non potest alio loco soluere quàm Ephesi inuito stipulatore. l. 1. qui. ff. de eo quod cer. lo. l. fideiussor. §. 1. ff. de fideiuss. Eo volente potest. l. continuus. §. cùm ita. ff. Similiter ante diem non soluit rectè inuito stipulatore, vt diximus. ff. l. 38. §. inter. Quid igitur si hic promissor pecuniam, quam se Ephesi

A Ephesi certo die redditurum promisit, offerat Romæ ante diem, nec velit eam creditor accipere? Et constat promissorem non liberari qui offert incongruo loco & tempore, & motam non facere creditorem qui recusat accipere. quinimo si offerat congruo loco & tempore promissor non liberatur, vt diximus in l.73.licet tum mora fieri per creditorem videatur. Vulgò putant id hoc responso Scæuolæ contineri, Incongruo loco & tempore factam oblationem non liberare debitorem, quod est notissimum, cùm ea quæ fit congruo loco & tempore debitorem non liberet. ego puto obscuriorem eo quæstionem explicari. nam & verba nescio qui modo quiddam aliud agi significant. An igitur hæc potius sit species videamus. Quidam mutuam pecuniam accepit Romæ, & promisit eam se Ephesi certo die redditurum,& vsuras in futurum prorogauit. quod fit rectè. l.qui in futurum. §.de pac.l.2.§.non malè.§.de do.exc.l.vlt.C.de vsur. Tum offert sortem Romæ & ante B diem. An cogitur creditor accipere? Iam respondi suprà, non cogi. An hæc oblatio sistit cursum vsurarum,paritérque promissori repetitionem earum quas prorogauit & repræsentauit? Minimè. Oblatio sola nunquam impedit cursum vsurarum. l. acceptam. C. de vsur. multominus hæc quæ fit inopportuno loco & tempore. & hoc sunt qui putant hac lege caueri. quod etiam non concedo. nam obiter quidem in ea refertur vsuras datas promutuo, siue, vt Seneca loquitur, in antecessum, quod ijs Græcis respondet ἐν προχρείᾳ, sed quæstio est de sorte an integra peti possit, non de vsuris.Rectè Accadijcit eum qui debet sortem sub vsuris vel sub ἀντιχρήσει non posse soluere ante diem si pacto conuenerit ne solueret ante diem certum, nec oblationem vel obsignationem eiusdem vsuras legitimas inhibere. nam iure ita est omnino, ita tamen vt legis modus non excedatur. Ego verò arbitror hanc esse huius l.speciem. Quidam accepit mutuam pecuniam Romæ, eamq́ue promiC sit se Ephesi redditurum per tres menses. Sic Flo.legitur rectè,non,post tres menses.Per tres menses,id est,tribus pensionibus, vt Græcè διὰ τριῶν μηνῶν & in l.Seia. §.de vsur.bene intellecta, & l. lecta.§.De reb. cred. Et vsuras in futurum prorogauit. Post paucos dies cùm nondum exisset primus mensis, nondumq́ue vllæ deberentur vsuræ, quæ menstruæ sunt, integram pecuniam obtulit Romæ testibus præsentibus deductis vsuris quas prorogauerat. & verò si creditor eam statim vellet accipere,deducendæ vsuræ forent,quasi sine causa prorogatæ.At creditor noluit eam pecuniam accipere. Non quæritur in hac lege an hæc oblatio debitori prosit. Constabat enim non prodesse factam incongruo loco & tempore. Verùm hoc quæritur an ei præiudicet, id est, an cùm in integrum obtulerit summam debitam, primo mense possit ab eo integra peti. Scæuola respondet posse. Sibi ergo offerendo integram pecuniam præiudicium attulit. nam si nihil obtulisset, primo D mense vna tantùm portio sortis ab eo peti posset. Sua die,] id est,primo mense, vt in l.si necessarias.§.si annua.§.de pig.act. Et ita heres qui debet Stichum aut Pamphilum, offerendo Stichum sibi præiudicat,vt non possit postea inuito legatario Pamphilum dare.l.huiusmodi.§.Stichum.§.de leg.1. Est & aliud exemplum quo integra pecunia offertur non diuisis pensionibus in l.3.§. Stichus.§.de statulib.

Callimachus.] Species est de credito nautico,quod est periculo creditoris. Terrestre est periculo debitoris. hoc ἀκίνδυνον, illud ἐπικίνδυνον. Sic apud Pollucem legendum lib. VIII. c. περὶ δανεισμάτων. ex qua differentia sequuntur aliæ. Vt nauticæ pecuniæ vsuræ debeantur ex pacto. l. in quibusdam. §. de nau. fœn. vt infinitæ & immensæ debeantur auctore Paulo II. Sent. quod fit ratione suscepti periculi, quæ in terrestri cessat. Nauticæ autem pecuniæ periculum creditor suscipit E vel in omne nauigationis tempus, vt in specie huius §. vel in certum portum duntaxat. Inde Græcis duo pecuniarum nauticarum genera ἑτερόπλοια & ἀμφοτερόπλοια. Discusso periculo desinit vsura & pecunia esse nautica. Interdum creditor nauticæ pecuniæ seruum mittit aut libertum nauigaturum cum debitore, quem Græci vocant κερμακόλουθον, quòd vsurarum sua die exigendarum causa mittatur,vt in hac specie,& in l.traiectitiæ.§.tit.prox.l.nihil. §.operis.§.de nau.fœ. His cognitis ponamus speciem. L. Titius per Stichum seruum credidit pecuniam nauticam Callimacho sub vsuris à Beryto in Brentesium,& à Brentesio in Berytum,si intra Idus Sept.à Brentesio nauem solueret. & in eam summam pignori cauit esse merces quas Callimachus Beryto comparasset, quasq́ue Brentesio redempturus esset. quo in pignore L.Titius potior est, si merces Beryto comparatæ sunt eius pecunia, & ex eis rursus aliæ refectæ Brentesio. Misit item cum debitore Erotem κερμακόλουθον. F Adiecta est illa conditio prouidenter, vt intra Idus Sept. Brentesio vela solueret, euitandi periculi causa, quod post id fere tempus à mari summum imminet occidentibus vergilijs, vt notauit Alc.x. παρ. c.19. vbi etiam animaduertit Brentesium dici hoc loco Græco nomine pro Brundusio. rectè. Græci Βρεντέσιον dicunt. Quidam poetæ breuitatis causa auctore Festo etiam Brendam dixerunt.Dixit item reparare merces pro emere,vt in l.9.§.penult. §.de statulib. Libertas pecunia reparari non potest, vbi Græci 48. Βασιλικῶν. vertunt ἀγοράζεσθαι. Creditorem quoque quem initio nominauit Titium,postea vocat Seium. His nominibus Gaius,Seius,Titius, Iurisconsulti promiscuè vtuntur, vt Philosophi Dionis & Theonis, quod aliàs ex Plutarcho & Tertulliano demonstrauimus. Est & vnus locus in eis nominibus valde deprauatus apud Saluianum VII. de prouidentia Dei. Ganeonem non esse ganeonem, aut quemcumque Seium non esse Seium, legendum, Gaium non esse G Gaium,aut quemcumque Seium non esse Seium. Est alius apud Optatum V I. aduersus Parmenianum. His etiam verbis loqui non erubescunt, Gasei vel Gaiasei, Quamdiu te teries? legendum, Gai, Sei, vel Gaia, Seia. Sed redeamus ad speciem huius §. Id quoque inter Callimachum & Stichum seruum Titij conuenit, vt si intra Idus Sept. Brentesio Callimachus nauem non solueret, Eroti seruo cermacolutho protinus omnem pecuniam Romæ perferendam redderet cum vsuris

& sumptibus serui. & hæc omnia Callimachus promisit Sticho seruo Titij stipulanti. His ita conuentis, Callimachus Brentesium venit, & Brentesio soluit ante Idus Sept. secundum legem conuentionis. ita initio ponit Scæuola. at postea scribit eum soluisse eo tempore, quo iam pecuniam Brentesio Eroti reddere Romam perferendam deberet, quod est post Idus Sept. Secum igitur ipse pugnare videtur. quæ res effecit vt Alc. addita negatione ita legeret, Sed cùm non ante Idus, quam non puto addendam, sed potius verbi, misisset, postremam syllabam esse repetendam, hoc modo, In nauem misisset set eo tempore &c. vt est in quibusdam libris, vt hic sit sensus, Soluisse quidem nauem Callimachum ante Idus, sed eo tempore quo iam pecuniam Eron reddere deberet, id est, cùm non longè abessent Idus, certumq; esset iam intra Idus Berytum appellere eam non posse. Soluit tamen eam eo tempore consensu Erotis serui eius pecuniæ gratia secuti. Cùm autem iam venissent Idus, necdum peregisset institutam nauigationem, post Idus naufragium fecit. Quæritur an pecuniæ periculum ad creditorem pertineat. quod non videtur, cùm debitor ex lege conuentionis non enauigarit ante Idus. Erit ergo debitoris, nec eum excusabit consensus Erotis, qui domini conditionem deteriorem facere inopportunæ nauigationi consentiendo non potuit. l. 3. C. de pac. & domino competet pecuniæ condictio ex stipulatu. Tum quærit quid iuris sit, si post Idus nauiganti Callimacho Eros consentiat? Idem frustra quærere videtur, nisi ponas Eroti datam facultatem proferendi temporis, & consensu eius Callimachum portu soluisse post Idus, & hoc quæri, an naue submersa ipso iure domino denegetur actio ex stipulatu. quod negat. Ipso enim iure dominus habet actionem ex stipulatu, sed repellitur exceptione, si non consensu Erotis serui post Idus nauigatum sit. Summa §. hæc est, vt est scriptum 53. Βασιλικῶν. tit. 5. ὁ δοῦλος παραλαβὼν τῷ δανεισαμένῳ ναυτικὸν δάνειον εἰ δυνάται, παρὰ τὰ σύμφωνα συναινῶν τῷ δανεισαμένῳ βλάπτει τὸν δεσπότην, εἰ μὴ τοῦτο ἐπετράπη παρ' αὐτοῦ. Obs. libris eadem docui, nec debui repetere.

**Flautus.**] Flauius Claudio seruum donauit eo pacto vt manumitteretur, & si non manumitteretur, pœnam stipulatus est. Ait cum Claudio agi posse, præscriptis verbis scilicet, vt seruum manumittat. Atqui ipso iure liber factus videtur ex Constitutione Marci & Commodi ad Aufidium Victorinum. Respondeo hanc constitutionem pertinere ad seruos venditos ea lege, non ad donatos. l. Paulus respondit. ff. de lib. cau. fuit quidem postea porrecta ad donatos. l. penult. ff. qui sine manu. l. 1. C. si manc. ita fuer. alien. At Scæuola, qui de iure respondit temporibus Marci & Commodi, verba Constitutionis nondum ad donatos porrectæ secutus est. Non pertinebat etiam ea Constitutio nec adhuc pertinet ad hunc casum, si dedero tibi pecuniam vt seruum tuum manumittas. l. naturalis. §. at cùm do. ff. de præs. ver. nec ad seruum legatum vt manumittatur. l. si fundum sub conditione. §. Stichum. ff. de leg. 1. In specie autem huius §. Claudius vel heres eius manumittendo euitat pœnam quoad lis de pœna contestetur. nec ex mora facta in manumittendo fit transfusio in stipulationem pœnalem, vt exposuimus in l. ita stipulatus. ff. sed est in Flauij arbitrio, vtrùm velit petere vt manumittatur, an vt pœna inferatur. Additur & seruum ipsum posse agere de libertate cessante stipulatore vel herede eius. Si non sit qui petat, ipse sibi petet libertatem.

**Coheredes.**] Species hæc est. Coheredes inter se prædia hereditaria diuiserunt, quod fit partibus permutatis inuicem. l. cùm pater. §. hereditatem. ff. de leg. 2. Vnum tantùm prædium reliquerunt indiuisum. & permutationi siue diuisioni adiecerunt pactum, vt si quis eorum partem illius prædij, quod commune remansit, vendere vellet, coheredi tantùm suo vel heredi eius eam venderet certo pretio. Si aduersus ea fieret, vltro citroq; pœnam stipulati sunt. Tum postea coheres sæpe testatò conuenit coheredem, vel coheredis tutores, quæ testatio in tutorum persona eandem vim habet, se velle vendere partem suam, emeret eam si vellet vel venderet suam. Hanc ei optionem dedit vt emeret vel venderet. rectè. nam hac conuentione vtrique prospicitur, vt alteruter solidam rem habeat, quòd partis emptor facile non inuenitur. At coherede cessante vendidit extraneo. Incidit in pœnam ipso iure, tuebitur tamen se exceptione doli vel in factum, quia per eum non stat quominus partem eam coheres habeat. Quòd si per eum non per coheredem stetisset, teneretur cum effectu pœnæ nomine. Sed & non adiecta pœna putem esse actionem præscriptis verbis. si extero vendiderit in id quod interest, vt ex vendito in l. si sterilis. §. si tibi. ff. de act. emp. l. qui fundum. 2. ff. de contr. emp. Pacto igitur coërceri potest libertas alienandi. l. vlt. C. de reb. alien. non alie. Sic rectè paciscitur donator ne donatarius rem donatam alienet. l. 135. §. ea lege. ff. hoc tit. l. 3. C. de cond. ob cau. dat. quo casu valet quidem alienatio facta contra conuentionem, sed donatarius vel ex stipulatu tenetur in id quod interest, vel condictione ob rem dati. nam ita rectè Græci ad eam l. 3. τῷ μὲν νόμῳ ἡ ἐκποίησις οὐ κωλύεται, ὁ δὲ ἐκποιήσας κατέχεται τῷ τῆς ἀναμφισβητήτου δικαίῳ. Sic rectè paciscitur venditor ne vicinus cui vendidit fundum, eum se inuito alienet. l. vlt. C. de pac. inter emp. & vend. qua derogatur l. penult. ff. de pac. quo casu si alienet, erit actio ex vendito in id quod interest. Sic rectè paciscitur creditor ne debitor pignus vel hypothecam vendat. Sed hæc pactio nullam venditionem facit, quòd is eam dicat qui retinet ius in re. l. si creditor. §. vlt. ff. de dist. pign. Excepto hoc casu, concludendum est id pactum quo prohibetur alienatio ratum esse, sed & alienationem factam contra fidem pacti ratam esse: neque hæc esse pugnantia. Opponitur perperam l. vlt. C. de reb. alien. non alie. quæ alienationem irritam esse non dicit. Itemq; l. penult. C. si manc. ita fuer. alie. quæ de seruo loquitur vendito ea lege ne manumittatur, quæ impedit libertatem, non de seruo prohibito alienari. Lex ne manumittatur, personæ serui cohæret. Lex ne alienetur, non item. De prohibitione alienationis facta testamento dicemus alio tempore & loco. Ea non valet nisi fiat respectu fideicommissarij cuiusdam, id est, ex nudo præcepto non valet, quia nudum præceptum

A consilium potius est. At si fiat respectu fideicommissarij, valet. Alienatio item facta contra præceptum valet, sed fideicommissario persecutio competit non in heredem tantùm, sed & in emptorem. quod non fit ex pactis. l. qui solidum. §. vlt. ʒ. de leg. 2. l. pater. §. 1. ʒ. de leg. 3. l. si quando. §. heres. ʒ. de leg. 1. Sed de his satis. Est alia quædam res in qua nobis hic §. maximè vsui esse potest. Domini aduersus homines suos habent ius πρωτιμήσεως, id est, vt prædia quæ homines sui venalia habent, sibi vendant potius quàm extraneo. l. vlt. C. de iu. emphy. Idem habent hodie cognati & coheredes, quodq; in specie huius §. pactione fit, in ius publicum transijt, vt cognati & consortes extraneum ab emptione remoueant. quod iure Romano fuit quandoque receptum, sed postea abrogatum l. dudum. C. de cont. stip. ac deinde restitutum Constitutione Friderici Imperatoris, in qua idem illud ius appellat Ius πρωτιμήσεως. scripsêre in eam commentarios Baldus & Mathæus de B Afflictis. Sed si testatò denuntiati fuerint ante quàm venditio extraneo fieret, & cessauerint, argumento huius §. repellendi sunt. & ita etiam cauetur Nouella Romani Lacapeni, quæ extat apud Harmenopulum 111. Epit. ex qua suam Fridericus sumpsit ad verbum. Constituuntur ea quinque πρωτιμήσεως gradus, vt Græci notant, οἱ ἀναμὶξ συγκείμενοι συγγενεῖς, οἱ ἀναμεμιγμένοι κοινωνοί, οἱ ἀναμεμιγμένοι μόνον, οἱ συμπαρακείμενοι ὁμοτελεῖς, οἱ ἁπλῶς ἔν τινι μέρει συνοικοῦντες ὑποκείμενοι. §. Agerius exposui in l. 57.

Seia.] Cùm esset inter heredem pupillæ & heredem tutoris controuersia de rationibus tutelæ, transegerunt inuicem nudo pacto, ita vt heres tutoris maiorem partem pecuniæ debitæ ex ratione tutelæ solueret, & de reliqua caueret. quod & fecit. Tum postea heres pupillæ rupta fide transactionis egit tutelæ apud Prætorem tutelarem. Quia enim transactio fuerat facta nudo pacto C non interposita stipulatione Aquiliana & acceptilatione, actio tutelæ non erat pacto sublata. At pacti exceptione opposita victus est. quo facto à Prætore prouocauit ad Præf. vrbi, & rursus à Præf. vrbi ad Principem, vt in l. Aemilius. ʒ. de minor. Trina prouocatio non admittitur, vt constat ex tit. Ne liceat in vna eademq; &c. Pronuntiatum est vbique rectissimè heredem pupillæ iniustè prouocasse, vt fieri solet in appellationum causis. Residuam tamen pecuniam quam heres tutoris cauit se soluturum, heredi pupillæ soluere cogetur ex stipulatu, non vsuras eius temporis quo heres pupillæ perperam tutelæ egit, cùm eo tempore obtulerit ei heres tutoris perpetuò reliquam pecuniam in stipulatum deductam. Ex eo colligunt oblationem solam impedire cursum vsurarum ipso iure. nam lex ait iure vsuras non deberi. Iure, id est, ipso iure, vt in l. 1. ʒ. quib. mo. vsusfr. amit. l. si ex duobus. §. 1. de pec. l. si venditor. de ser. exp. l. Stichum. §. aditio. de solut. Id autem falsum est. nam D exigitur obsignatio & depositio. l. 2. l. si creditrici. l. acceptam. C. de vsur. quod in vsuris locum habet, quæ ex stipulatione debentur. Hîc agitur de vsuris debitis ex mora tutelæ causa, sine stipulatione. In mora non est qui offert. Ergo vsuras non debet ex mora. denique oblatio sola sistit eas vsuras quæ currunt ex mora, non ex stipulatione.

Duo fratres.] Fratres consortes inter se hereditatem paternam diuiserunt transigendi causa. fit plerumque diuisio ea mente. l. tres fratres. ʒ. de pac. l. cùm proponas. 2. C. eod. l. cùm putarem in fi. ʒ. famil. ercisc. Et cauerunt inuicem se nihil contra eam diuisionem facturos adiecta pœna si quis quid contra faceret. Erant autem testamento paterno inuicem rogati, vt qui prior sine liberis vita fungeretur, partem suam fratri superstiti restitueret. quamobrem vno ex eis mortuo sine liberis alijs heredibus scriptis, ab eis frater superstes hereditatem petijt ex causa fideicommissi. Repulsus E est exceptione pacti siue transactionis & victus, quasi de eo in diuisione hereditatis fuisset transactum inter fratres. Quæritur an pœna sit commissa, id est, an inciderit in pœnam is qui contra legem diuisionis egit de fideicommisso de quo transegerat. Respondet esse commissam. Opponitur l. rescriptum. §. si pacto. ʒ. de pac. quæ eum qui vsus est exceptione pacti, ait, non posse consequi pœnam in stipulatum deductam, si quid contra pactionem fieret. quod verissimum est, multisq; legibus confirmatur. Debet enim alterutro esse contentus, non ex vtroq;, id est, ex pacto & ex stipulatione pœnali commodum ferre. Dum ergo Scæuola ait pœnam esse commissam, ea verba sic interpretari debemus, vt sumus eadem interpretati in l. 113. ʒ. commissam esse pœnam ipso iure, nec agenti obstare exceptionem, si id actum sit inter contrahentes vt rato manente pacto pœna exigeretur, quod fieri potest. l. pen. ʒ. de trans. Ceterùm si id agatur vt altero sit contentus stipulator, F proculdubio agenti obstabit exceptio doli vel in factum. Præterea circa speciem huius §. quærunt interpretes an rectè pronuntiatum sit aduersus actorem, de fideicommisso transactum videri. quod ex specie proposita liquidò non constat. Sed verisimile est ita iudicem pronuntiasse, quòd ei liqueret de fideicommisso etiam fratres diuisione facta inter se transegisse, vt in l. 1. C. de pac. vt vt sit, rei iudicatæ standum est. & ob id pœna censetur commissa. Est eadem quæstio in specie l. Aemilius. ʒ. de minor. bene an malè pronuntiatum sit. Verùm restitutio à Principe concessa tenet. Sic & hîc iudicatum tenebit. Sola quidem diuisio per se non est idoneum argumentum remissi fideicommissi. Sed iudicem alia argumenta mouerunt. Colligit Acc. ex hoc §. sententiæ adscribendam esse rationem: cuius rei exemplum est in l. 1. C. de appel. & Seruius x. Aeneid. Antequam dicatur, inquit, sententia, eius præmittitur ratio. Verùm id malè colligit ex hoc loco. denique exemplo id G tantùm non lege probari potest. nec enim necesse est rationem exprimi.

## L. CXXIII.

Ab hac lege in Pand. Flor. incipit tertia pars huius tit. De ea diximus in l. 26. ʒ. Flagitium in ea fortè specialiter sumitur pro stupro, vt & flagitare verbum. De 124. dixi in l. 8. De 125. in 76.

## L. CXXVI.

De initio dixi in l.64. De §.1.in l.56.§.pen. & l.58.ℨ.eod. **Chryſogonus.**] Seruus actor ſcripſit præſente, ſubſcribente & adſignante domino. Quid ſit adſignante, notum eſt. Cornutus in illum Perſij locum, Adſigna Marce tabellas. Adſigna, id eſt, ſigilla. & ſic ex vet. legendum, adſignauit in l.6.C.de fideiuſ. Scripſit autem actor ille rerum domini, dominum accepiſſe à liberto quodam gerente rem patroni abſentis mutua denaria mille, & dominum eo liberto ſtipulante promiſiſſe illa ſe daturum patrono eius Kal. Nouembris proximis. itaque libertus patrono ſuo ſortem reddi ſtipulatus eſt. Subiecta eſt alia vſurarum ſtipulatio, quæ tamen non eſt nominatim collata in perſonam patroni, ſed ſi pecunia ſua die ſoluta non eſſet, tum quo poſt ſolueretur, id eſt, quo tardiùs ſolueretur, vt in l.lecta.ℨ. de reb. cred. ſtipulatus eſt libertus de domino vſurarum nomine menſtruos denarios octo. quæ vſuræ fere ſunt dextantes. & hæc ita præſcripſit ſeruus actor, vel potius dominus per ſeruum. Quæritur an actio ex hoc contractu patrono competat. quod non videtur. nam alteri ſtipulamur inutiliter, & per liberum hominem, qualis eſt libertus noſter, obligatio nobis adquiri non poteſt. Hoc tamen receptum eſt iure ſingulari in credita pecunia, vt ſi liber homo ſuam vel noſtram pecuniam credat noſtro nomine, nobis competat condictio ex numeratione. l. certi.§.ſi nummos.ℨ. de reb.cred. l.2.C.per quas per.nob. adq. At in hac ſpecie non eſt creditum, ſed ſtipulatio. Conuerſa namque eſt pecunia mutua in ſtipulationem. Verùm hac in re ita diſtinguendum eſt. Aut libertus ſuam pecuniam credidit aut pecuniam patroni. Si ſuam, aut ſuo nomine eam credidit & ſibi ſtipulatus eſt, & hoc caſu ipſe habet condictionem ex ſtipulatione non ex numeratione. l.6.& 7.J. de nouat. Aut ſuo nomine eam credidit & patrono ſtipulatus eſt, quo caſu neque ex numeratione patrono actio competit, quia non patroni nomine credita eſt, neque ex ſtipulatione, quia alteri fit inutiliter. nec dici hic patronus poteſt adiectus ſolutionis gratia, cùm apertè ſit in eum collata obligatio. Verùm quia inutilis eſt ſtipulatio, liberto competet condictio ex numeratione. Si eſſet vtilis, ex ſola ſtipulatione ciuilis naſceretur obligatio, non ex numeratione. Cùm verò ſit inutilis, pro non facta habetur, remanet naturalis ſiue iuriſgentium obligatio ex numeratione. & hoc proponitur in hoc §.& d.l.certi.§.quoniam.l.3.C.de cont.ſtip. Aut patroni nomine eam credidit & patrono ſtipulatus eſt, & tum patrono dabitur condictio ex numeratione, non ex ſtipulatione quæ inutilis eſt. Sed & liberto vtilis ex numeratione dabitur patrono reprobante nomen, ſicut ſi pecuniam eius credidiſſet. l. 4.C.ſi cer.pet. Aut patroni nomine credidit & mox ſibi ſtipulatus eſt, & tum ei ſoli dabitur actio ex ſtipulatione, vt Fulgoſius ſenſit in d. l. 4. Quid ſi credidit pecuniam patroni? Aut ſuo nomine credidit & ſibi ſtipulatus eſt, & tum etiam ipſe ſolus habet actionem ex ſtipulatu. Aut ſuo nomine credidit & patrono ſtipulatus eſt, quo etiam caſu liberto dabitur condictio certi ex numeratione conſumpta pecunia, vel incerti, ea extante. arg.l.indebiti.§.ſed & ſi nummi.de cond.ind. Aut patroni nomine & patrono, & tum aget patronus ex numeratione non ex ſtipulatione. Aut patroni nomine & ſibi, & tum ei ſoli ex ſtipulatu. De ſtipulatione vſurarum in propoſita ſpecie etiam quæritur. Sed conſtat eam eſſe vtilem, cùm non ſit nominatim collata in perſonam domini, ideoq; ex ea liberto actio competit, quam iudicio negot. geſtorum vel mandati patrono cedere cogetur. nec dicendum eſt eum qui nominatim patrono ſtipulatus eſt ſortem, & vſuras eidem ſtipulatum videri. nam in ſtipulationibus ſcriptum & ſtrictum ſequimur, Interdum quidem diem vel conditionem ineſſe interpretamur, licet ſcripto non ſit comprehenſa. l.73.ℨ.hoc tit.l.4.§.vlt.ℨ.de pac. & pleraque alia, vt in l.95.& 96.ℨ.ſed id perrarò, nec niſi ex manifeſtiſſima voluntate contrahentium. Perſonas nunquam, niſi nominatim adſcriptæ ſint. quod valde pertinet ad interpretationem l.quidquid.ℨ. De §.vlt.dixi in l.97.

## L. CXXVII.

Pupillus ſine tutoris auctoritate non obligatur ciuiliter. Tractemus an obligetur naturaliter. Sunt loci quibus oſtenditur pupillum ſine tutore ſuo non obligari naturaliter. l.pupillus.ℨ.rit. prox. l.quod pupillus.ℨ. de cond.ind. Sunt quibus oſtenditur pupillum ſine tutore obligari naturaliter. l.1.J.de nouat. l. ſi eius pupilli.ℨ.ad Trebel. l.ſi pupillus.ℨ.ad leg.falc. quod diſſidium ita componi debet, vt ſi non fiat locupletior, non obligetur naturaliter, Sin verò fiat locupletior, obligetur. l. naturaliter.§.vlt.& l. prox.ℨ.de cond.ind.& ſi filiusfa.ſit vel ſeruus, pater vel dominus in quantum locupletius eius peculium factum eſt. l.1.§.ſi cum impubere. D.de pecul. qui nunquam tenentur, niſi ij quos habent in poteſtate naturaliter obligati ſint, nec niſi ad eum modum ad quem obligati ſunt. Itaque impubes mutuam pecuniam accipiendo obligatur naturaliter, id eſt, æquitate & ratione naturali, ſi ex ea factus ſit locupletior: itemq; eam pecuniam promittendo quam mutuam ſumpſit, & in rem ſuam conuertit, & nouandi cauſa expromittendo pro eo cui eandem ſummam debet, qua & rem ſuam auxit. & ita ponenda ſpecies in l.1.J.de nouat, vt in ſeruo ponitur in l.in perſona.§.1.ℨ.de pac. Plus dico, ex hac naturali obligatione, vtilem actionem in pupillum liberum hominem dari. quod ius eſt ex reſcripto D. Pij.l.pupillus.ℨ.de auct.tut.l.3.ℨ. Com.l.3.§.pupillus.ℨ. de neg. geſt. Opus fuit reſcripto, quia ex naturali obligatione non datur actio. & ob id illa etiam non directa, ſed vtilis dicitur. Itaque reſcripto D. Pij quodammodo introducta eſt eo caſu ciuilis obligatio, data actione vtili. Huic definitioni noſtræ duo obſtant loci. Primùm l. cùm illud.§.heres.ℨ.quando dies leg. ced. vbi cùm pupillus mutuam ſumpſiſſet pecuniam, nec locupletior factus eſſet, diſertè traditur eum obligari naturaliter. At illud, Nec, abeſt ab archetypo Pand. Florentinarum.

A narum. itaque ex præcedenti verbo repetita syllaba ita potius legeodum, vel ἀναλόγως intelligendum est, Accepisset & locupletior factus esset. Item valde obstat l.Stichum.§.aditio.ÿ.de solut.cuius hæc videtur esse sententia. Creditor adijt hereditatem pupilli. Quod pupillo credidit sine tutoris auctoritate, in ponenda ratione legis falcidiæ solidum ex hereditate deducit & retinet, sicut si ipse pupillus solidum ei soluisset. hæc namque aditio pro solutione cedit. Solidum, inquit, non quanto locupletior factus pupillus est. ex quo colligitur pupillo soluente solidam pecuniam quam mutuam accepit sine tutoris auctoritate, etiam si ex ea insolidum factus non sit locupletior, retentionem creditori dari, repetitionem pupillo non dari. Quòd si pupillo non datur repetitio, consequens est natura eum obligatum esse. At ego arbitror longè alium esse sensum eius §. ac in primis moneo, vt in eo legatur vt Flor. scriptum est, Consequeretur non Consequitur, hoc modo: Non B enim quanto locupletior factus pupillus est consequeretur, sed insolidum creditum suum ex hereditate retinet. & hanc esse sententiam reor. Aditio hereditatis aliquando ipso iure confundit obligationem, vt si creditor debitoris hereditatem adeat: aliquando non confundit, sed pro solutione est, vt si is qui pecuniam credidit pupillo sine tutoris auctoritate ex qua pupillus locupletior factus, atque adeò naturaliter obligatus est, eius pupilli hereditatem adeat. Aditio non confundit obligationem quæ nulla est. Obligatio enim propriè est quæ actionem parit, vt definitio obligationis indicat, & debitor cum quo agi potest, vt ex definitione etiam debitoris liquet. Creditor verò hic quòd locupletior factus est pupillus actione non consequeretur, ante rescriptum D. Pij scilicet. Cùm ergo ante illud rescriptum nulla sit obligatio ciuilis, nec confusio obligationis vlla per aditionem existere potest. Sed si solueret pupillus, repetitio cessaret, quia natura debet cùm sit locu- C pletior factus. & huiusmodi solutionis aditio illa effectum habebit, & ille creditor insolidum vel potius in solutum, vt legere malo simili errore ijs quos notauimus l.78. §.de hered.instit. creditum suum quanto locupletior factus est ex hereditate retinebit. Hodie aditio illa confundet obligationem, cùm ex rescripto D. Pij pupillus quasi ciuiliter obligetur. Ante rescriptum D.Pij pupillus sine tutoris auctoritate obligabatur naturaliter tantùm. Ex rescripto D.Pij obligatur etiam ciuiliter. Naturalis obligatio duplex est. Naturalis ciuilis quæ actionem parit, & naturalis quæ inhibet repetitionem. l. naturales. §. tit. prox. An & ciuilis duplex, naturalis ciuilis & ciuilis tantùm? Sic puto. nam & ciuilis tolli per se sola potest manente naturali. l. Iulianus. §. de cond. ind. & naturalis manente sola ciuili, veluti pacto de non petendo. Quantum attinet ad speciem huius l. ponendum est pupillum cùm aliud quiddam à Titio accepisset, idq; in rem suam conuertisset, ei promisisse homi- D nem sine tutoris auctoritate, atque ita obligatum fuisse naturaliter, & rectè pro eo fideiussorem interuenisse, qui interuenisset non rectè si non fuisset pupillus naturaliter obligatus. Hic fideiussor naturaliter & ciuiliter obligatur, & statim conueniri potest viuo homine promisso, vel etiam mortuo post moram suam. Mora quoque rei fideiussori solet nocere. l. mora. §.hoc tit. An igitur mora pupilli fideiussori nocebit, vt puta si post moram pupilli homo mortuus sit? Negat moram pupillum facere. quòd nulla ibi mora fieri intelligatur, vbi nulla est actio. At hîc nulla est actio ante rescriptum D. Pij, ad quod non semper auctores nostri animum aduertunt. ergo nec mora. Mora item non fit vbi est actio, sed inanis, id est, quæ exceptione eliditur. l. lecta. §. de reb.cred. l. sciendum. §. de vsur. Non obstat l. ita stipulatus. §. hoc tit. vbi mora fit in præstando Sticho, qui tamen peti non potest si ita sit concepta stipulatio, Stichum dabis, Si Stichum non dederis, x. dabis. Quin- E imo Stichus peti potest, sed statim ac mora facta est peti posse desinit, & fit transfusio in obligationem pecuniæ. Non obstat etiam l.5.C.de cont.stip. vbi licet ex pacto iure non sit actio, tamen moram facit qui pactus est. nam hoc ideo fit, quia secum agi non patitur ex pacto. Eo enim volente & patiente ex pacto agi potest, quòd si pati nolit, committitur pœna.

## L. CXXVIII.

In §. Chrysogonus suprà demonstratum est eum cui ab altero inutiliter facta est stipulatio, pro adiecto solutionis gratia non haberi. Idem hoc loco traditur de duobus reis stipulandi, quorum vnus vtiliter, alter inutiliter stipulatus est. nam & is qui inutiliter stipulatus est pro adiecto non habetur. Idem & de eo proditum est, qui inutiliter alteri substituitur heres, vt pro adiecto non ha- F beatur. l. verbis. §. de vul. subst. Quod de personis dicitur, idem obtinet in rebus. Vt persona modò obligationis, modò solutionis gratia adijcitur, ita res modò est in obligatione, modò in solutione, veluti si stipuler x. in melle. l.57.ÿ. de solut. Et vt persona, ita res quæ inutiliter in obligatione posita est, nec in solutione est. Huic videtur coniungenda l.12. ÿ. de stip. ser. De 129. diximus satis in 63. De 130. in 39. De 131. in 56. & 55.

## L. CXXXII.

Pater filium dedit in adoptionem ea lege vt eum adoptator quasi filium obseruaret, id est, haberet, custodiret, tractaret, si secus faceret, pœnam stipulatus est ab adoptiuo patre naturalis pater. Stipulatio valet, & committitur si quid adoptator faciat contra conuentionem, vt si inhumanè, si G crudeliter, si domini more filium adoptiuum tractet. Patria potestas in pietate consistit non crudelitate. & ideo pietatis etiam verbo significatur. l. vlt. §. si à par. quis man. sit. Potestas in seruos longè alia est. Idem spectare licet domi quod foris. Quod foris est regnum, id domi patria potestas. Quod foris tyrannis, id domi dominium, Tertul. in Apolog. Gratius est nomen pietatis quàm potestatis, etiam familiæ magis patres, quàm domini vocantur. At quæritur an contra conuentio-

 nem

nem faciat adoptator filium adoptiuum exheredando vel emancipando. Respondetur nihil eum facere contra conuentionem si filium exheredet vel emancipet. hoc enim facit iure suo quasi pater, non quasi dominus. denique sic solent filij tractari. Et vt de exheredatione primùm agamus, filium iure exheredat pater, sed exheredato datur querela inofficiosi testamenti, quo iudicio quæritur de meritis filij. l. filius. ff. de inoffic. testam. & si immeritò reperitur exheredatus, testamentum rescinditur. Sed si meritò exheredatus sit, inanis est querela. vincetur namque filius qui eam instituit. An ergo tum patri naturali competat actio ex stipulatu? dubitari potest. Cùm querelæ remedium habet filius exheredatus, cessat actio ex stipulatu. An & cùm inane est remedium querelæ, vt puta filio meritò exheredato? & placet idem esse dicendum vtroque casu, vt cesset actio ex stipulatu. nam & filio emancipato, cui querela eo nomine nulla competit, certum est patri naturali non competere actionem ex stipulatu. quoniam adoptator dum exheredat vel emancipat vtitur patrio iure, & gerit se paterno more modoq́;. Inuitum exheredat. Inuitum, id est, contra dicentem non emancipat, vt diximus ff. l. 62. Ex ijs liquere puto, quid in hac lege hæc verba satis obscura significent, Quid ergo dicemus si meruit exheredari? Emancipatus planè & hoc remedio carebit. Hoc remedio, id est, querela. Carente igitur filio querela, quod fit si emancipatus sit vel meritò exheredatus, non ideo magis patri naturali datur actio ex stipulatu. Aliud dicendum est si ita concepta sit stipulatio, Si filium adoptiuum emancipaueris vel exheredaueris tot dari. filio namque emancipato vel exheredato patri dabitur actio ex stipulatu. Dabitur & filio exheredato querela inofficiosi testamenti, & siue vincat siue vincatur, id est, siue meritò siue immeritò exheredatus iudicetur, patri etiam naturali dabitur actio ex stipulatu. Potest & filius exheredatus vtramque mouere, si patri heres exstiterit, querelam suo nomine, & siue in querela vincatur siue vincat, actionem ex stipulatu nomine hereditario. & hoc proponitur in §. Quare. vbi in distinctione virium est, dum ait, Sed si ei qui stipulatus est, non debuit denegari victo filio. Malè enim verbo, denegari, apponuntur gemina puncta. Nunc videndum est quid sit dicendum si, vt initio huius l. proponitur, pater non dederit filium in adoptionem, sed tradiderit eum suscipienti in fidem & clientelam suam. Quidam, inquit, cùm filium alienum susciperet. Inde clientes suscepti appellati sunt auctore Seruio v. 1. Aeneid. Saluianus lib. v. de guber. Dei. Quærunt auxilia & patrocinia maiorum. Nihil susceptis tribuunt sed sibi. Augustinus in Quæst. mistis. Nunquid si malæ vitæ sit aduocatus, contra susceptum eius pronuntiabitur? hoc est officium aduocati vt secundum iuris ordinem suscepti sui causam peroret. Nunquid poterit vita eius, si turpis est, obesse causæ suscepti? Finge igitur quendam suscepisse alienum filium, & tradenti patri naturali promisisse certam pecuniam pœnæ nomine si aliter eum ac filium obseruasset. Valet stipulatio & committitur si quid aduersus conuentionem fiat. An & si eum domo exegerit, vel si nihil ei testamento reliquerit? Et placet stipulationem committi, quia non sic filij tractantur, domo non exiguntur, testamento non omittuntur. Abdicari filij iure ciuili non possunt. l. abdicatio. C. de pat. potest. Præteriri non possunt. Secus erit forsitan si susceptum emancipauit vel exheredarit. Inanis quidem est in extraneo emancipatio vel exheredatio. l. non putaui. t. §. si quis emancipatum. ff. de bon. poss. cont. tab. Non omnino erit inanis in suscepto filij loco. Sic enim eum excludet domo & bonis impune. Potest ergo dici, ne incidat in pœnam, eum exheredandum vel emancipandum esse, alioquin pœnam committi. quod tamen dici videtur superuacuò. nam si adoptator qui exheredat vel emancipat non incidit in pœnam, multo minus incidet in pœnam qui non exheredat vel emancipat. Non ergo tenetur susceptor, quòd non emancipauerit vel exheredauerit, sed quòd domo propulerit susceptum, vel testamento prætermiserit. qua ratione etiam adoptatorem obligari puto. & hoc proponitur in fi. vbi legendum sicut Flor. In eo qui hæc non fecit, dicit superuacuò. id est, in susceptore frustra exigit vt emancipet vel exheredet pœnæ vitandæ causa. nec enim quòd hæc non faciat, pœnam committi, sed quòd malè tractet susceptum eum segregando à se, vel omittendo. Differentia autem duplex est inter dationem in adoptionem & dationem in fidem. Hæc non soluit patriam potestatem, illa soluit. §. sed & si pater. Instit. quib. mod. ius pot. sol. Damus in adoptionem filium tantùm quem in potestate habemus. Damus in fidem & clientelam etiam extraneum, veluti alumnum vel cognatum, de quo si eodem modo paciscamur, non est dubium, si quid contra pactionem fiat, pœnalem stipulationem committi. Illud summè notandum est ex hac l. quòd & si non valeat stipulatio ita concepta, Si me vel si filium heredem non feceris, vt diximus in l. 26. valet tamen ita concepta, Si me vel si filium exheredaueris. nec enim tam hereditatis lucrum captari, quàm notæ effugium quæri videtur. Exheredatio notat. Expressa nocent, Non expressa non nocent. De §. vlt. dixi in l. 78.

## L. CXXXIII.

Plerumque vna stipulatio semel tantùm committitur. Interdum sæpius, veluti prætoriæ quædam, Rem ratam haberi & Damni infecti. l. si procurator. ff. rem rat. hab. Quanto amplius quàm per legem Falcidiam licuerit. l. 3. §. quæsitum. ff. si cui plus quàm per leg. Falc. Stipulatio fructuaria. l. 1. §. pen. ff. vsufr. quemad. cau. & Rem adolescentis saluam fore. l. 4. §. pen. ff. Rem pup. sal. fo. Non tamen Rem pupilli saluam fore. Conuentionales item quædam, vt in specie huius legis, si stipuler Neq; per te neq; per heredem tuum vim fieri, te faciente committetur, rursus herede tuo faciente, vel etiam te ipso rursus faciente, iterum committetur in id quod interest. Vel si dicamus vnam tantùm vim stipulatione comprehendi, vi semel abs te facta, ex heredis vi amplius committi non poterit. quod est falsum. Hac enim stipulatione coniunctim tuum & heredis tui factum complexus sum non disiunctim.

A disiunctim. Neq; copulatiua est coniunctio. l. 129. ff. quod & adnotauit Alc. lib. 9. παρέργων. c. XVIII. reprehenso Augustino, qui in Grammatica, Neq;, inter disiunctiuas numerauit. Num debuit D. Augustinum potius allegare, quàm Charisium, Victorinum, Donatum, Diomedem, Probum qui idem scribunt, nec reprehendere, cùm, Neque, etiam disiungat propter negationem non propter se, vt si dicas, pupillus obligat, neq; obligatur. Cetera etiam Alciatus perfidiosè, dum reponit hoc loco Græcam vocem ἀσυνδέτως vsurpata auctoritate antiqui libri, qualem nullum viderat vnquam, sicut & alijs multis locis hodie constat falsò eum vsum esse auctoritate Pand. Florentinarum securum posteritatis. Dum item eodem capite in l. pen. C. de verb. sign. legit συνάψαι, mala fide affirmans se quibusdam libris ita scriptum reperisse, vbi legendum παραδιαζεύξεις. Retinenda autem nobis est hoc loco Flor. scriptura, qua nihil apertius. & quod ad quæstionem propositam attinet, etiam illud B adijciendum, Vbicumque id agitur, stipulationem sæpius committi & in se ipsam resolui. l. si duo. §. vlt. ff. de rec. qui arb. rec. In compromissis id actum videri, nisi aliud appareat, vt vbi semel paritum non fuerit arbitrio, compromissum soluatur, minimè constituta differentia inter pœnam & id quod interest, quá Alc. constituit. Differentia hac in re sumitur omnis ex eo quod agi intelligitur.

## L. CXXXIIII.

Initium exposuimus in l. 19. In §. 1. ostenditur ea quæ pactis continentur, subiectis stipulationibus repetita videri. veluti dies, conditio, res. l. 4. §. vlt. ff. de pac. §. vlt. J. nisi ea repetitio inutilem stipulationem faciat, vt si pactus sim Titio, & stipuler sine adiectione nominis, persona Titij repetita non censetur. l. 126. §. Chrysogonus. ff. quod & in legatis obtinet. l. seruo alieno. §. pen. ff. de leg. 1. C l. vlt. ff. de fideic. liber. De §. pen. dixi in l. 1. & in 30. De §. vlt. in l. 29.

## L. CXXXV.

Tibi stipulanti promisi decem qua die petieris. Stipulatio pura est, vt ostendimus in l. 48. ff. Promisi item eius pecuniæ vsuras in menses singulos. Quæritur vtrùm vsuræ ex mora debeantur, id est, ex die quo sors petita fuerit, an ex die stipulationis. Respondetur ex die stipulationis. Vt ergo sortis stipulatio pura est, ita & vsurarum. Eadem quæstio est in l. lecta. ff. de reb. cred. & ob id eius speciem ponam hoc loco. Scripsi me accepisse à Titio mutua denaria x v. de domo sua, id est, x v. milia, vt in l. Sticho. §. seruus. ff. de statulib. Viginti Græci interpretantur εἴκοσι χιλιάδας. & promisi me ea redditurum Kal. proximis, Si ad diem non redderem, promisi ex mora vsuras centesimas, D id est, in denarios centenos denarios singulos mensibus singulis. Deinde incontinenti inter me & Titium conuenit, vt ex sorte soluerem singulis mensibus trecenos, atq; ita mutauimus diem modumq; solutionis. Cùm enim stipulatione conuenisset omnem sortem solui Kal. proximis, mox pacto conuenit per menses quinquaginta eam solui diuisis pensionibus. De vsuris nihil conuenit. Quæritur an vsurarum dies mutatus censeatur, id est, vtrùm currant ex Kal. proximis vsuræ totius sortis, an ex singulis mensibus vsuræ pensionum tantùm. & hoc verius est. Pactum enim ex continenti factum mutauit formam stipulationis vtriusque, & cùm sortis solutionem distulerit & diuiserit, consequens est vt etiam diuiserit vsurarum solutionem. Current ergo vsuræ ex tempore moræ pro rata pensionum tantùm. Reijcitur illorum sententia qui negabant diuisam solutionem vsurarum. Hidem negabant ipso iure pacto dilatam esse solutionem sortis, peti enim sortem totam posse E ex Kal. proximis, sed opponi exceptionem pacti. quod etiam reijcitur. nam stipulationi inest exceptio pacti facti ex continenti. igitur opponi eam necesse non est. id enim est inesse. l. 3. ff. de resc. vend. atque ita l. lecta, hoc tantùm probat pactum factum ex continenti inesse stipulationi ex parte rei, Ex parte actoris vt formet actionem ex stipulatu, pactum inesse non probat, vt si conuenisset sortem citius reddi, nec probari etiam alia id posse arbitror, quandoquidem in bonæ tantùm fidei iudicijs id receptum est. l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pac. l. in bonæ. C. eod. Hidem illi hoc posito sortem ipso iure peti insolidum posse non obseruatis pensionibus de quibus pacto conuenit, exceptionem tamen obstare ex eo colligunt. non soluta sorte suis pensionibus, veluti prima pensione, vsuras totius sortis currere, quòd tota sors ipso iure peti possit. malè. nam ex conuentione proposita non currunt vsuræ nisi mora facta sit. Porrò non intelligitur mora fieri in soluenda tota F sorte, cuius inanis est petitio propter exceptionem pacti. ergo sortis totius vsuræ non currunt. Igitur & positio illorum vitiosa est & collectio. nam & positione concessa, vitium est in collectione. Hidem statuebant mora semel facta vsuras retro currere ex die interpositæ stipulationis, quod etiam est falsum, nisi de eo nominatim conuenerit, vt tardius soluta sorte etiam medij temporis vsuræ præstentur. quod & de fructibus ita caueri potest. qua de re in l. 64. ff. hoc tit. Conclusio igitur hæc sit, vsuras in ea specie ex mora currere, non ex die stipulationis, & pacto stipulationi adiecto incontinenti vt sortis, ita & vsurarum solutionem ipso iure differri ac diuidi. Græcorum σύνοψις hæc est Βασιλικῶν lib. XXIII. Δανεισάμενος παρὰ σοῦ τ' [illegible] ὡμολόγησα δοῦναι σοι αὐτὰ τῇ εἰσιούσῃ μηνὶ καὶ ἐξ ὑπερθέσεως τοῦ ... τόκον. συμφωνῶ δὲ λέγεις διαμερισμένως ἑκατὸν νομίσματα δοῦναι μοι καθ' μῆνα, τῶν γ' μηνῶν παρελθόντων καὶ μηδὲν μου δεδωκότος οὐκ ἀπαιτηθήσομαι τόκον τῆς ὅλης ποσότητος ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῆς ἐπερωτήσεως, ἀλλὰ μετὰ τὸν πρῶτον μῆνα τῶν ἑκατὸν καὶ μετὰ τὸν δεύτερον τῶν ἄλλων ἑκατὸν, καὶ μετὰ τὸν τρίτον τῶν λειπομένων ἑκατόν. ὁ γὰρ ὑπέρθεσιν ἔχων ἐπὶ τοῦ κεφαλαίου, τόκον οὐ δίδωσι. δύναται μέντοι τις ἐπερωτᾶν ὥστε εἰ μὴ καταβάλλω ἐμπροθέσμως ὁ χρεώστης δίδωσι καὶ τοῦ μέσου χρόνου τόκον. τοῦτο γὰρ καὶ ἐπὶ καρπῶν γίνεται. Latinè sic. Acceptis de te mutuo ccc. promisi ea me tibi soluturum Kal. proximis, & ex mora vsuras certas: postea conuenit vt diuisim singulis mensibus soluerem c. Finitis tribus mensibus, nihiloq; soluto, non petes vsuras

vsuras totius sortis ex die stipulationis, sed post primum mensem c. post secundum, aliorum c. post tertium, reliquorum. Cui enim soluendæ sortis dilatio data est, vsuras non præstat. Potest tamen quis stipulari, vt nisi soluerit debitor constituto tempore, præstet etiam medij temporis vsuras. nam & in fructibus idem fit. De §. Seia. dixi in l. 84. De §. ea lege in l. 122. §. coheredes. In §. vlt. ostenditur eam quæ transegit de querela inofficiosi testamenti interposita stipulatione, nihil contra transactionem facere, si postea queratur de falso. quoniam alia res est. Et apud præf. vrbi de falso agi, vt l. Athales. ꝭ. ad l. Cor. de fal. l. saccularij. ꝭ. de extraor. cri. De l. 136. diximus in 65. & 16.

## L. CXXXVII.

Initium exposui in l. 1. & §. 1. in l. 22. & 83. Sequitur §. cùm ita. Si quis Ephesi dari stipuletur cùm sit Romæ, constat tacitè tempus inesse quo Ephesum perueniri possit. l. 73. ꝭ. Id verò definiri coniectura & arbitrio boni viri hic §. elegãter ostendit. nec enim promissor statim cogitur duplomate vti & Ephesum approperare. Duplomata sunt codicilli, qui dantur cursu publico vtentibus, quæ & tractoriæ & combinæ dicuntur & συνθήματα & euectiones. Non debet etiam cunctari vel delicatè progredi. Est huius rei modus quidam, cuius arbiter erit bonus vir siue iudex. Transacto eo tempore, vel Ephesi cum promissore agetur si fuerit Ephesi, vel Romæ si Romæ remanserit. Sed Ephesi directò & purè. Romæ vtili actione siue arbitraria cum adiectione loci quo dari promissum est, hoc modo, Si paret aduersarium c. mihi Ephesi dare oportere. Quòd si ita Romæ agat stipulator, Si paret aduersarium mihi dare oportere, plus petat loco. §. loco. Instit. de act. Cur autem Romæ licet agere, cùm stipulatio sit de Epheso? Quia reus est in mora. alioquin nunquam esset cum eo actio: & quia per alium potest Ephesi dare. qua ratione valere potest stipulatio ita Romæ confecta, Hodie Ephesi dari. l. vlt. §. si inter. ꝭ. Et quia potest vbique gentium soluere, volenti scilicet stipulatori, vt rectè Acc. interpretatur. Certum enim est inuito alio loco quàm Ephesi solui non posse: sicut & alio die inuito non soluitur, volenti alio die soluitur rectè, licet ante diem non rectè agat. quod tradidimus in l. 122. & 38. §. inter. Additur promissorem huiusmodi conueniri etiam statim posse ac Ephesum peruenerit, licet duplomate aut felici cataplo vsus celerrimè Ephesum peruenerit. nec enim iam coniecturæ vel arbitrio boni viri locus est in eo quod tempore & re ipsa finitum est, cùm iam promissor sit Ephesi. Coniectura est infinitorum non finitorum. Deinde in §. item qui insulam, traditur stipulanti Insulam fieri, tacitè tempus inesse quo possit insula fieri secundum Celsi & Pauli sententiam, vt diximus in l. 14. & 73. cuius definitio ad bonum virum spectat. l. insulam. §. 1. ꝭ. loc. namque eo demum transacto, ex stipulatu est actio: ita tamen vt reo liceat moram purgare ante litem contestatam. l. si insulam. ꝭ. hoc ut. De stipulatione Decem dari vel Stichum dari, agitur in §. illud, & ostenditur ex ea confestim agi posse, nec ei tacitè vllum tempus inesse. qua de re ꝭ. l. 41. & 118. Si quis promiserit Ephesi dari vel insulam fieri, id statim præstari impossibile est. nec enim id natura patitur, vt statim fieri possit. Ideoq; cessat & sustinetur obligatio. Si promiserit, Decem dari, id statim dari non est impossibile. Difficile potest esse, vt si non habeat promissam pecuniam in promptu, vel si Romæ promissus Stichus sit Ephesi, vel si sit alienus, nec velit dominus eum vendere. Differentia est inter Difficile & Impossibile. l. cùm heres. §. 1. ꝭ. de statulib. Impossibile est in re ipsa. Difficile in persona, & definitur, vt Aristoteles scribit, λύπης ἢ πολλοῦ χρόνου, quod summo labore vel prolixo tempore fit. Impossibile obstat quominus stipulatio committatur, Difficile non item. Difficultas non facit inutilem stipulationem. l. 2. §. ex his. ꝭ. l. vlt. ꝭ. de act. emp. Impossibilitas inutilem facit. Ait, Aut si non, pro nisi vel ἀλλ' εἰ μὴ, vt in exceptionum formulis. Porrò impossibilis stipulatio non est si promiserim me facturum quod facere non possum, alij tamen possunt. §. si ab eo. sicut si promiserim rem cuius commercium non habeo, alij habent. l. 34. ꝭ. Impossibilis dicitur dupliciter, natura & iure, vt diximus in l. 35. Natura, veluti Hippocentaurum dari. Iure, veluti Rem sacram: vel si natura & iure conditio impossibilis adscribatur. §. cùm quis. l. 7. ꝭ. Natura non mutatur. Ius mutatur, & ideo quod nunc iure est impossibile, postea fieri potest possibile, vt si res sacra profana fiat. Sed in stipulationibus præsens tempus spectatur, & ideo si stipuler rem sacram, inutilis est stipulatio, etiam si postea fiat profana. qua de re in l. 83. §. sacram. ꝭ. Quod verò natura est impossibile, nec erit postbac possibile. De §. pen. diximus in l. 71. In §. vlt. hoc ostenditur, Eum qui stipulatur sibi & Titio heredi suo dari, omnibus heredibus suis adquirere obligationem. idq; necesse est, vt scilicet obligatio à defuncto cœpta omnibus adquiratur pro hereditarijs portionibus ex XII. tab. Nec obstat l. auus. ꝭ. de pac. quæ non loquitur de adquirenda obligatione vni ex heredibus, quod fieri nequit, sed de exceptione pacti, quæ vni potest adquiri. quod attigimus l. 56. ꝭ. & in d. l. auus. Sic & si quis stipuletur sibi & Titio heredi fieri, stipulatio in Titio tantùm consistit, non in coheredibus. quia nec XII. tab. diuiditur. neque obstat l. quod dicitur. ꝭ. quoniam ibi pater factum filio stipulatur, non quasi heredi. L. 138. vsu recepta est Lugduni & omnibus emporijs. namq; extremo tantùm nundinarum die solutiones fiunt collatæ in nundinas. §. 1. exposui in l. 112. L. 139. in 4. §. vlt. & 85. L. 140. in 29. 16. & 2. §. ex his. Legis vltimæ initium in l. 76. Ex §. 1. notanda differentia inter puberem & impuberem. Impubes filiusfa. vel filiaf. non obligatur patre auctore, qui tamen tutore auctore obligaretur. Pubes obligatur patre auctore vel non auctore, qui & curatore non auctore obligaretur, vt diximus in l. puberes. ꝭ. Cetera exposuimus satis in l. continuus. §. cùm ita, & in l. 55. & plerisq; alijs locis, quibus tractauimus de adiecto solutionis gratia.

FINIS.

# IACOBI CVIACII DE DIVERSIS TEMPORVM PRÆSCRIPTIONIBVS & terminis πραγματικῶν.

A VARIA præſcriptionum terminorumq; genera recenſere conſtitui, exemplum ſequutus cùm Latinorum Dyni & Oldédorpij, tum Euſtathij Græci anteceſſoris, qui ea de re libros conſcripſerunt: Latini hac inſcriptione, De præſcriptionibus, non ſatis conſideratè, cùm plus polliceatur inſcriptio quàm liber cótineat. Inſcriptio eſt De exceptionibus. nihil enim aliud eſt præſcriptio quàm exceptio. hinc Tertulliani liber De præſcriptionibus, id eſt, de exceptionibus & defenſionibus aduerſus hæreticos. Dicuntur etiam ſubſcriptiones auctore Chariſio lib. 11. hinc lib. 21. Βασιλικῶν tit. 5. ἐκ ὑπογραφῆς ἐξιβάλλεσθαι. Liber autem illorum eſt de vna tantùm præſcriptionum ſpecie, id eſt, de B exceptionibus temporalibus. Rurſus non de præſcriptionibus tantùm, ſed & de terminis. Terminum voco quod Græci προθεσμίαν, quodq; ita definiunt, προθεσμία ἡ ῥητὴ καὶ τεταγμένη ἡμέρα εἰς τὸ ἐξ ἧς ἡ περὶ ἰταλεῖς λέγεται τέρμενος in libro, αἱ καταγραφομέναι λέξεις ῥωμαϊκῶς ἐν τοῖς νόμοις. Rectius in Pandectis, De diuerſis temporalibus præſcriptionibus, & de acceſsionibus poſſeſſionum. Sic legédum. quod Græci confirmant, qui ita vertunt, περὶ διαφόρων προσκαίρων παραγραφῶν καὶ προσθέσεων καθοχῶν. Duò namque eo titulo tractantur, temporum exceptiones, & temporum coniunctiones ſiue continuationes, quæ acceſſiones dicuntur interruptionibus temporum contrariæ. Rectius item Euſtathius ita ſuum librum inſcripſit: περὶ χρονικῶν διαστημάτων ἀπὸ ῥοπῆς ἕως ἑκατὸν ἐτῶν, vel vt alij habent, περὶ χρόνων καὶ προθεσμίας ἀπὸ ῥοπῆς ἕως ρ΄ ἐνιαυτῶν, quo etiam vberius diligentiusq; quàm Latini hac de re tractat, diſtinctione titulorum adhibita, vt & Dynus fecit. Ac primus quidem titulus eſt de mo- C mento. Alij ſunt de horis, diebus, menſibus, annis, & poſtremus, de tempore infinito.

## *De momento.* CAP. I.

MOmentum accipiunt iuris auctores pro atomo, vt cùm id quod filiusfam. adquirit, ſcribunt ne momento quidem in eius perſona conſiſtere, & confeſtim patri adquiri. l. placet. de adq. her. id eſt, ἐν ἀτόμῳ. Tertull. de reſurrectione carnis, Cùm in atomo, in momentaneo oculi motu. In articulo l. 3. C. de off. com. rer. priu. & in No. Maioriani De bonis caducis, ordinatis in articulo palannis. Accipiunt & momentum ἐν πλάτει pro latiore quodam temporis ſpatio. l. pen. de cond. trit. vbi mortis tempus, quod eſt momentarium, latius accipitur. & pro hora fere interdum. l. 3. §. minorem. ℥. de minor. & ob id non malè inter exempla momenti primo loco Græci proponunt l. ter enixa. ℨ. de ver. ſign. quæ eam quoque ter D enixam videri ait, quæ vno fœtu tergeminos peperit. quod non fit ἐν ἀτόμῳ, momento tamen fit. quæ res dubitationem faciebat, num videretur ter enixa quæ momento ter eſſet enixa. Secundò aliud exemplum proponitur ex l. 15 & 16. de ſta. ho. Ancilla teſtamento manumiſſa eſt ſub conditione, ſi tres peperiſſet. Peperit vnum, poſtea tergeminos, vel peperit duos primùm, & poſtea geminos. vel etiam finge cùm nondum peperiſſet, vno partu peperit quatuorgeminos, quartus liber naſcetur quaſi ex matre libera. Momentum breue temporis quod intercedit inter tertium & quartum partum, quarto largitur libertatem. Atqui, vt Athanaſius adnotat, accidit aliquando vt inter vnum & alterum partum intercederent dies XL. l. 3. ſi pars her. pet. An igitur dies XL. accipiemus pro momento? Minimè verò. Id enim accidit ἐκ περιστάσεως. & ideo conſiderationis noſtræ non eſt. Similiter verò, vt oſtenditur in eadem l. 15. ancilla manumiſſa ſub conditione, Si dederit Titio vel E heredi x. liberum parit, ſi eo momento quo parit, per alium dederit x. quaſi impleta conditione. Tertiò illud de momento adnotant, quod proditum eſt edicto prętoris, & lege Iulia de adulteriis, annorum XXV. tempus computari à momento in momentum. l. 3. §. minorem. de minor. l. ſi maritus. §. lex Iulia. ad leg. Iul. de adult. quod & in tempore perſonalium actionum locum habet. l. 5. de obl. & act. & in nuptiis auctore Iuſtiniano No. c. & Leone No. LXXIIII. Eſt verò ea computatio naturalis à momento ad momentum, vel à ſigno ad ſignum. Alia eſt ciuilis, quoties non à momento in momentum, ſed à die in diem annus computatur, quod fit in lege Aelia Sentia cùm quæritur de minore XX. annis, & in XII. cùm quæritur de vſucapione, & in lege Iulia & Papia cùm quæritur de anniculo. l. anniculus. ℨ. de ver. ſig. l. j. ℥. de manu. l. in vſucapione. ℥. de vſur. & vſuc. & in plerìſque aliis cauſis. Aliquando annus à die ſtatim computatur, vt ſi dixeris XIIII. annorum eſſe eum, qui nunc primùm eſt ingreſſus annum XIIII. qua de re in l. qui filium. §. Fabius. ℥. ad Treb. Quartò

notandum de momento, eum etiam qui momento tantùm possedit rem quam bona fide emit à non domino, habere actionem Publicianam. l.cùm sponsus. §.vlt.de publ.in rem act. Hæc actio datur bona fide possessori, qui possessionem amisit nondum impleta vsucapione. Seruorum vsucapio erat olim annus, & ideo Publiciana competebat de infante seruo nondum anniculo, vt est scriptum in d.l.cùm sponsus.§.pen.quod est certissimum vestigium iuris antiqui.namque nondum anniculo, id est, nondum vsucapto. Quintò ad momenti titulum pertinet etiam quæstio de pariter mortuis. Pariter enim sic accipitur, eodem momento. de qua in l.si in emptione. §.vlt. de contr. empt.l.qui doos. l.quod de pariter.de reb.dub. Sextò notant, conditiones esse quasdam, quæ vltimo moriendi momento impleri possunt, veluti si x. dederit, ideoq; filius heres institutus sub ea conditione, heres extitisse videtur, si eo moriente alius eius nomine dederit. l.vlt. de cond.instit. l.4. de her.inst. l.15.§.de sta.ho. Septimò notant vsumfructum patri non adquiri, si quis donauerit filiofa. seruum vt statim eum manumittat. quia eodem momento adquiritur filio, & liber fit. Momentarius vsusfructus non est vsusfructus. l.vl.§.vlt. ff. de bo.quæ lib.adq. Similiter si quis donauerit filiofa. sub conditione vt creditori soluat & soluerit, videtur à donatore eodem momento pecunia profecta ad creditorem, & fiunt nummi accipientis, nec quidquam adquiritur patri. l.sed & si paterfa.§.2.ad Maced. Octauò, colonos inhærere glebis, id est, agriculturæ, vt ne puncto quidem temporis longius abduci possint. l.colonos. C.de agric.& cens. Punctum accipiunt pro momento. Quidam tamen alij differentiam faciunt inter puncta, momenta, vncias, atomos. Nonò, ad momentum pertinere putant quod traditur in l.si filiusfa.ad Maced. Si filiusfa.accepta mutua pecunia quasi mandato patris scribat ad patrem vt eam soluat, pater debet continuò, si nomen improbat, interponere testationem contrariæ voluntatis. Continuò accipiunt pro momento. quo exemplo possent adiici innumera. Sed interdum Continuò siue Confestim accipitur latius, veluti pro duabus horis, vt cùm dicitur vim vi esse confestim propellendam, quod est expressum lib. 1 x. Βασιλικῶν. vt notauimus v. Obseruationum. Interdum pro triduò. l.vlt.C de erro.aduo. l.vlt. C.de iudic. Præterea ideo Græci vtuntur iis exemplis in quibus est Continuò vel Pariter, quòd libri Βασιλικῶν habeant ἐν ῥοπῇ. Potest & iis quæ tradita sunt de momento adiici l.cùm prætor.de diu.reg. iur.l.in numerationibus.de solut.l.continuus in princ.de ver.obl.l.2.§.1. Quod vi aut clam.& aliæ complures, & quæ de momenti interdicto sunt prodita, quod & τῆς ῥοπῆς interdictum Græci appellant.

### *De Hora.* CAP. II.

De hora hoc primum Eustathius tradit, Si alia hora pater sibi, alia filio impuberi testamentum, id est, pupillarem substitutionem fecerit adhibitis testibus quinque, valere pupillarem substitutionem, nec testamentum paternum rumpere, sine quo consistere non potest. l.si quis eum. §.1.de vul.subst. Dicit testibus quinque secundum No. Leonis. nam antea exigebantur testes v11. Deinde profert l.2.de ver.sig. quæ exposita vrbis definitione, postea maiorem partem diei ait esse septem horarum primarum non supremarum. Dies naturalis, id est, lux constabat horis x11. quocunque anni tempore. Nox item, quæ tamen augmentum & deminutionem recipiebant augescente vel decrescente die aut nocte. quod exposuit Aldus eleganter in Columellam. Cùm igitur dies naturalis sit horarum x11. media diei pars est horarum sex. Hora sexta meridies. & consequēter maior diei pars horarum v11. Sed vtrùm primarum an supremarum? Sanè primarum, vel quia recentes & integri manè libentius homines dant se ad laborem, quàm fessi iam. Post meridiem longis diebus, etiam locatore inuito, his qui suas operas conduxerunt, adquiescere & meridiari licet. quod receptum est arg. l.medicus.de op. lib. Vel potius, quia eis Romani litibus negotiisq; gerendis potissimùm vacabant. Referendam autem eam legem puto ad Tribunum pl. & Prætorem suadente inscriptione, quibus extra vrbem non erat ius abnoctandi, sicut prælidi ius non est abnoctandi extra prouinciam. l.illud. De offic. præs. Abnoctasse videtur, si nulla parte noctis in vrbe fuerit, non si maiore parte, veluti horis octo. Maior pars noctis est horarum octo vel septem supremarum, quòd paulò ante diem exsurgere homines soleant. Diei autem septem primarum, quibus si abfuerit Prætor vel Tribunus extra vrbem, partem maiorem diei abfuisse dicetur. & ob id diei & vrbis definitionem iungit, sicut in l.vrbana. eod.tit.vrbanorum & pernoctationis. Est & dies ciuilis siue Romanus à media nocte ad insequentem mediam noctem, qui constat horis xx1111. l.more. De feriis. qua ratione cùm anni eorum qui testamenta faciunt, computentur à die ad diem, valere dicitur testamentum quod fecit quis pridie natalis sui post mediam noctem. l.5.qui test.fac.poss. In x11. tab. meridies & solis ortus vel occasus nominatur, veluti Ante meridiem causam cōiicito, &c. Horæ non nominantur auctore Censorino in lib.de die natali, vt in aliis postea legibus, veluti lege Iulia de adulteriis, vt deprehensum adulterum quem nolit aut non liceat occidere, retinere vir aut pater possit testandæ eius rei gratia horis xx. l.capite.ad l.Iul.de adult. quam xx. horarum præscriptionem primo loco posuit Dynus in suo libro de præscriptionibus, Græci posuerunt male sub tit. De duobus diebus.

### *De Die.* CAP. III.

Diem iam suprà diuisimus, horarum cuiusque indicandarum causa, in naturalem & ciuilem. Est & alia diuisio dierum, in vtiles & continuos & sessionum. Vtiles sunt, quibus experiundi iuris sui potestas est. l.1.de diu.temp.præs. quas vocant ὠφελίμους, ea forma, qua & vtilem actionem plerunque ὠφέλιμον. Sessionum, quas vocant καθεδρικάς, sunt quibus

A quibus prætor vel præses sedet pro tribunali, qui possunt non esse vtiles. l.2. quis ordo in bo.poss. ser. l.5. §. satisfactionis. vt in poss.leg. Continui qui sint notum est. De die hoc primùm tradunt. Itineri faciendo in singulos dies prætorem præscribere xx. milia passuum ei, qui cauet iudicio sisti præter eum diem quo cauet, & in quem sistere debet. l.1. si quis caut. & in 1. Institutione. tit. de excus.tut. Primum librum Institutionum, primam Institutionem vocant: secundum, secundam Institutionem: tertium, tertiam Institutionem. Sic & Theophilus loquitur. Ea temporis præscriptio lege dari dicitur in l. si cui in prouincia. §. pen. Ex quib.cau.ma. & ab Ausonio ad Theonem,

*Milia bis nongenta iubet demensio legum*
*Adnumerata reos per tot obire dies.*

B Id est, per dies xc. Sic legendum esse apud Ausonium me docuit Pet. Pitheus vir eruditissimus. At in cautione Iudicio sisti, sicut diximus, in die ponenda ea dimensio seruatur. Die non posita, eius definitio remittitur ad virum bonum, sicut fit in stipulatione Ephesi dari. l. de die. Qui satisd.cog. Ante diem moriente eo qui sisti debuit, soluitur stipulatio. l.4. eod.tit. Secundò sub eodem titulo De die notant, biduum interdum pro vno die computari ex l.3. §. minorem. De minor. & ideo ei qui natus est bissexto, priore vel posteriore die diem natalem esse vi. Kal.Mar. anno ætatis xxv. quo non intercalatur: quem complesse oportet vt videatur maior xxv. annorum. Sic & in aliis plerisque causis biduum illud pro vno die habetur, vt in vsucapione, & in actione temporali, & in tempore constituto condemnatis, id est, in actione iudicati, non tamen in lege commissoria. & ita rectè accipit Hugolinus l.2. de diu.temp. præscr. constituta differentia inter tempus legitimum &
C conuentionale, ita etiã Græci lib. 51. βασιλικῶν tit.3. Tertiò notãt, diebus dominicis præsides debere custodias inuisere & curare vt commentarienses eos tractent humaniter, eisq; nisi suo viuant, præbeant alimonia & lauacra. l. iudices. C. de episc.aud. Similiter constitutum est, vt episcopi visitent custodias κατὰ τετράδα ἢ παρασκευήν, id est, Mercurij vel Veneris diebus, siue serui sint siue liberi, vtq; curent & moneant præsides ea exequi quæ legibus cauta sunt de custodia reorum, eis cessantibus, vt id deferant Imperatori. Ea constitutio fuit Græca, cuius pars desideratur in tit. C. de episc.aud. Integra verò in tit. de custo.reo. Sententia extat lib. 2x. βασιλικῶν, quam inferiùs exponam commodiore loco. Partem quæ est l.22. de episc.aud. quam habeo subiiciam. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Μηνᾷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων. Οὐδένα ἐμβάλλεσθαι ἐν φυλακῇ δίχα προστάξεως τῶν κατὰ τὴν εὐδαίμονα ταύτην πόλιν, ἢ ἐν ἐπαρχίᾳ ἐνδόξων, ἢ περιβλέπτων ἢ λαμπροτάτων ἀρχόντων ἢ τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν ἐκδίκων βουλόμεθα. ἐπὶ δὲ τῶν ἐμ-
D βληθέντων ἢ ἐμβαλλομένων τοὺς θεοφιλεστάτους τῶν τόπων ἐπισκόπους μίαν ἑκάστης ἑβδομάδος ἡμέραν τὴν τετράδα ἢ τὴν παρασκευὴν τοὺς ἐν ταῖς φυλακαῖς ἐρευνᾶσθαι καὶ σὺν ἀκριβείᾳ μανθάνειν τὰς τῶν αὐτόθι κατοχῆς αἰτίας καὶ εἴτε οἰκέται τυγχάνοιεν ὄντες εἴτε ἐλεύθεροι εἴτε ἐπὶ χρήμασιν εἴτε ἐπὶ ἄλλοις ἐγκλήμασιν εἴτε ἐπὶ φόνοις ἐμβεβλημένοι παρασκευάζειν τοὺς ἐνδοξοτάτους καὶ περιβλέπτους καὶ λαμπροτάτους ἄρχοντας, ταύτης τε τῆς εὐδαίμονος πόλεως καὶ τῶν ἐπαρχιῶν ἅπαντα πράττειν ἐπ' αὐτοῖς ἅπερ ἡ πρὸς τοὺς ἐνδοξοτάτους ὑπάρχους περὶ τούτου καταπεμφθεῖσα θεία ἡμῶν διαγορεύει διάταξις ἀδείας διδομένης τοῖς κατὰ καιρὸν θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις εἴ τινα ῥᾳθυμίαν ἴδοιεν γενομένην παρὰ τῶν κατὰ καιρὸν ἐνδοξοτάτων καὶ μεγαλοπρεπεστάτων καὶ λαμπροτάτων ἀρχόντων ἢ παρὰ τῶν πειθομένων αὐτοῖς τάξεων ταύτην μηνύειν ὡς ἂν ἡ προσήκουσα κατὰ τῶν ῥᾳθυμούντων ἐπαχθείη κίνησις. Dat. xv. Kal.Feb. CP. Decio Cos. Τετράδα ἢ παρασκευὴν interpretatus sum Mercurij & Veneris. rectè. Petrus Alexandriæ can. 15. Τετράδα γὰρ καὶ παρασκευὴν νηστεύειν. τὴν μὲν διὰ τὸ κατὰ τοῦ χριστοῦ τῆς προδοσίας συμ-
E βούλιον, τὴν δὲ παρασκευὴν διὰ τὸ [illegible] πάθος. Quartò notant die Sabbati Iudæos non esse conueniendos, nullaq; munera personalia, nullas angarias ab eis exigendas. l.12. C. de Iudæis. Quintò, vt dies Paschæ, & dies Natalis Domini & Epiphaniarum, qui & τῶν φώτων dicitur, sint feriati ex l. omnes. C. de feriis. Idemq; constituitur in diebus natalitiis vrbiũ, qualia fuere Parilia Romæ. Feriatos dies Græci vocant ἀπράκτους & ἀργὰς ἡμέρας. Sextò, vt is qui in diem debet, non nisi præterito eo die conueniatur. §. omnis. Instit. de ver.obl. Idemq; esse in anno & mense. l. 27. & 42. de ver.obl. Septimò, vt si eadem die duobus eadẽ res pignori obligetur, non sit alter altero potior, sed singulis insolidum res sit obligata pro quantitate debiti. l. si fundus. §. pen. de pig. Horæ potiorem creditorem non faciunt. Vltimò, vt si quis ipso die latæ sententiæ appellauerit inter acta viua voce, hoc sufficiat etiam si libellum non dederit. l.5. §. vlt. De appell. Itemq; eodem die iudicem consequentia quæ desunt
F sententiæ supplere posse, vt si expensarum condemnationem vel remissionem omiserit. Sententiæ tenorem ne eo quidem ipso die mutare posse. l. Paulus. l. cùm quærebatur. eod.tit. quæ duo tantùm exempla Dynus de die proposuit. Adiecit & aliud Oldendorpius ex l. Diuus. de restit. in integ. Contumaciam purgari si quis post condemnationem eo ipso die sedentem prætorem pro tribunali adierit. Est & aliud in l. vnius. §. pen. D. de quæst.

## *De Biduo.* CAP. IIII.

EX No. xcv. primùm notandum est, præsidem biduo antequam prouinciam ingrediatur, debere decessori suo amicè scribere, vt sibi officia mittat obuiam, qui & tum annonas publicas desinet capere. Item conditionem ita datam, Illud facito in diebus,
G nullo alio adiecto, in biduo impleri debere: l. inter illam. §. vlt. De ver.sign. Item ex l.1. C. de erog.mil.an. militibus expeditionis tempore biduo buccellatum, vno die panem dari oportere, biduo carnem veruecinam, vno die lardum. Item ex l.1. C. de tract. & star. iis quibus dantur tractoriæ, id est, duplomata cursus publici causa, non esse ius statiua babendi, id est, vllo loco considendi vltra biduum. Item ex l. ædiles. 2. §. vendendi. de ędil.ed. quod solum solus Dynus

notauit, sub tempos venditionis ornata inuecta videri, quæ biduo ante venditionem ornata visa sunt. Sed pessimè eum §. interpretatur. Lex ait emptori dari actionem ex empto, qua petat sibi tradi inuecta vti optimè ornata fuerant vendendi causa, videlicet si in ipsa venditione ornata fuerint. nec enim de ornamentis aget, si biduo ante venditionem fuerint ornata, non in venditione ipsa. Hæc est eius §. sententia. Dynus nescio quid aduersi & auersi fingit, emptorem venditori opponere exceptionem bidui. quinimo opponet eam potius venditor emptori ornamenta petenti. Sed fortasse Dyni liber corruptus est, vt sunt omnes omnium doctorum, ita fuere semper negligentius descripti & excusi. Id etiam de biduo adiici potest, libello fieri appellationem intra biduum in propria causa, in aliena intra triduum ex die sententiæ. l. 1. §. biduum. quan. ap. fit. l. eos. §. si autem. C. de appell. quod Græci prætermiserunt, credo quia id Iustiniani No. 23. abrogauit.

## *De tribus & de quinque diebus.* CAP. V.

INterdictum de glande legenda competit vt tertio quoq; die glandem legere liceat, quę ex mea arbore decidit in tuum fundum. l. 1. de glan. leg. l. Iulianus. §. glans. Ad exhib. Errorem aduocati reum posse corrigere intra triduum. l. vlt. C. de er. ad. Eum qui recusauit iudicem, intra triduum arbitrum eligere debere. l. vlt. C. de iudic. His perperam Dynus subiecit præscriptionem dierum quinq;, quam dicit obstare ei, qui alium iudicio sisti promisit, si eum sistat post dies quinque, ex l. & si post tres. Si quis caut. Non loquitur ea lex de quinque diebus potius, quàm de pluribus vel paucioribus. Ait enim, Et si post tres aut quinque pluresve dies. Non loquitur de eo qui alium sisti promisit, qui generaliter euitat pœnam sistendo post diem ex l. sancimus. C. de fideiuss. sed de eo qui se ipsum sisti promisit, qui mora purgata non pœnam, sed quanti ea res est, euitat. Præterea tantum abest vt repellat venientem post quinque dies, vt post plures dies venientem etiam admittat, si modò ius actoris ex mora deterius factum non sit. qua de re diximus in l. si insulam. De verb. obl. De diebus tamen quinque si quis exemplum requirat, est in l. 1. C. de tract. & stat.

## *De septem & nouem diebus.* CAP. VI.

ID in primis cauetur l. 1. C. de venat. ferar. vt feræ quas duces ad principem transmittunt, septem diebus duntaxat resideant & alantur in singulis ciuitatibus. Equis præscribuntur dies quinque in l. 1. C. de tract. & stat. Septem dies qui præcedunt quiq; sequuntur diem Paschæ, esse feriatos ex l. omnes. C. de feriis. quod Gregorius in Chronographia, qui editus est perperam titulo Annalium Constantinopoleos, Constantino tribuit. De nouem diebus hoc rectè notatur ex No. 115. post mortem debitoris nouem diebus cessare exactionem creditorum, nec nisi post nouem dies à morte debitoris experiri eos posse cum heredibus, qua tamen ex re temporalis eorum actio in periculum non cadet. Nouem illis diebus lugeri defunctum. Refertur etiam in No. in 133. in nonum diem fieri *μνήμας* defunctorum. quod ex paganis sumptum esse iis verbis August. declarat in quæstionibus super Genesim: Nescio vtrùm inueniatur alicui sanctorum in scripturis celebratum esse luctum IX. dies, quod apud Latinos Nouendial appellant. Vnde mihi videntur ab hac consuetudine prohibendi, si qui Christianorum istum in mortuis suis numerum seruant, qui magis est in Gentilium consuetudine. Donatus in Phormione: In nuptiis septimus dies instaurationem voti habet, vt in funere nonus dies, quo parentalia concluduntur.

## *De diebus decem.* CAP. VII.

HOc primùm notant, tria edicta proponi in contumacem in singulis intermissis spatio x. dierum. l. 69. de iudic. l. properandum. §. & si quidem. C. eod. l. vlt. C. de del. At No. 112. cuique edicto tribuit spatium XXX. dierum. Secundò constitutum factum sine die in decimum diem collatum videri. l. promissor. §. 1. de const. pec. qua de re diximus in l. 41. de verb. obli. Tertium pertinet ad appellationum lapsus, quorum extremus dies olim fatalis erat, pro quo Iustinianus præscripsit decem dies. l. vlt. §. & cum antea. C. de temp. appel. Quartò notandum, sententiam arbitri aditi sine compromisso confirmari silentio x. dierum, id est, nisi intra decem dies litigatores testentur se eius sententiæ non stare. l. penult. C. de rec. arb. Similiter à sententia iudicis appellandum est intra dies x. siue propria sit siue aliena causa. No. 23. sublato veteri iure de biduo & triduo, de quo diximus §. & in No. 123. vt is qui coram episcopo litigat cum clerico, monacho, vel ascetria à sententia episcopi appellet præsidem intra dies x. & vt à præside iterum non appelletur, si pronuntiauerit iniustè appellatum esse, vel contrà vt appelletur. Sextò ex No. 53. si reus vocatus extra suum territorium iussu principis vel præf. prætorio caueat iudicio sisti & pareat cautioni, actor verò non compareat, expectari actorem x. diebus, postea reum absolui & instantiam consumi, actorem expensarum nomine condemnari, & incidere in pœnam. Septimò, à lata sententia intra dies decem præf. prætorio offerendum esse libellum retractandæ litis causa, quæ tamen res non remoratur executionem, si modò victor satisdet, cauetque de restituenda re sententia rescissa. No. 119. Libellus ille appellatur *δεήσεις ἀναψηλαφήσεως*, & in No. 82. *ἀναψηλάφησις*, Gallicè, *Requeste ciuile & proposition d'erreur*, inter quæ tamen differentia est quædam. Hæc omnia Dynus prætermisit, & proponit illud tantùm de appellatione intra decem dies exponenda, & aliud ex l. quod si nolit. §. si quid. de ædil. ed. summo errore, quandoquidem in eo non de x. sed de LX.

diebus

diebus agitur. Non debuit etiam Oldendorpius quasi pertinentem ad causam decem dierum adferre l. rerum mistura. de usur. & usucap. quæ quod de decem diebus, obiter & exempli tantùm causa dicit.

## *De* XV. *diebus.* CAP. VIII.

VT in pecuniariis causis testes euocati XV. tantùm dies cogantur permanere in iudicio. l. pen. C. de testib. Ut XV. Paschæ diebus cesset omnis debitorum publicorum & priuatorum exactio l. omnes. l. actus. C. de Feriis.

## *De diebus* XX. CAP. IX.

QVod proponunt initio est ex illa Constit. Græca quæ desideratur in tit. de cust. reo. de qua diximus cap. 3. cuius integram sententiam proponam hoc loco. Ut in urbe regia nemo coniiciatur in carcerem sine iussu maiorū iudicum, nec in prouinciis sine iussu præsidum vel locorum defensorum. Notandum quod de defensoribus ait habere eos prehensionem. l. 7. C. de defen. ciuit. curiosi, stationarij, curagendarij non item. l. 1. C. de curiosis. l. 1. C. de Cohortal. Nuntiationem hi tamen habent. Item ut episcopi diebus Mercurij & Veneris inuisant reos, & exquirant causam custodiæ. Si serui fuerint, ut citer intra dies XX. à magistratibus noxios castigari, innoxios domino reddi, vel domino non apparente, absolui. Liberos autem homines ex causa ciuili coniectos in carcerem, fideiussoribus datis vinculis liberari. Si fideiussores non inueniant, post dies XXX. solutos carceribus committi iuratoriæ cautioni, ita tamen ut si litem deseruerint iure suo cadant. In causa criminali ita distinguendum esse. Aut capitale est crimen, aut non capitale. Si non capitale, custodiam datis fideiussoribus, vel eis non inuentis, post sex menses exire è carcere. Si capitale, reum delatum à publicis personis, veluti curiosis aut stationariis, non committi fideiussoribus, sed post sex menses carcere laxari. Delatio fit ab eis sine inscriptione, calumniantes tamen talioni subiiciuntur. Delatum à priuatis personis cum inscriptione, fideiussoribus datis vel eis non inuentis, post annum carcere laxari. Sed, si præsumptio aduersus eum faciat, manere eum in vinculis quoad res iudicata sit, ac ne fideiussoribus quidem committi. Re iudicata protinus pœnam exigi siue corporalem siue pecuniariam, ita tamen ut si pecuniaria sit, liceat ei bonis cedere. In extremo statuit pœnam X. librarum auri in præsides & officia eorum nisi constituta seruauerint, & episcopis dat facultatem eo nomine præsides interpellandi & eorum negligentiam deferendi ad principem. Secundò notant ex No. 53. [illegible] & No. 96. reum libello citatum non X. ut olim, sed XX. dies habere ad deliberandum, utrùm cedere aut contendere vel iudicem datum recusare velit, nec ante dies viginti cogendum eum contestari litem. Tertiò ex No. 120. Si quando ob debita fiscalia necesse sit à domibus sacris prædia vendi, ut actor siue œconomus id per dies XX. proscriptum & propositum habeat, & ea plus offerenti addicat. Quartò ex l. 1. §. ult. C. ut omnes iud. tam ciuil. quàm mil. actionem ciuilem vel militarem, quæ in eum qui magistratu aliquo functus est finito magistratu intenditur, intra dies XX. esse finiendam à lite contestata: Iudicem qui intra dies XX. eam non finierit, multam subire X. librarum auri & actionem perimi. Quintò ex l. ult. C. de procur. quæ tamen periit quòd esset Græca, ut aliæ omnes fere, notant, Si procuratoris fideiussor non se obligauerit ad certum tempus, & is decesserit intra dies XX. alium dari oportere. Sextò ex l. 1. D. de fugit. veniam dari susceptori serui fugitiui, si eum intra dies XX. magistratui vel domino reddiderit. Additur in extremo productionem testium inter præsentes fieri debere intra dies XX. quod non puto extare in libris nostris.

## *De diebus* XXX. CAP. X.

PRimum hoc est, priore accusatore mortuo, vel ex iusta causa impedito, lege Iulia nomen rei aboleri, repeti tamen ab alio accusationem posse intra XXX. dies utiles: qua de re est l. 3. §. ult. de accus. l. aut priuatim. ad Turpil. Suetonij in Augusto cap. 32. Similiter publicè data abolitione, repetendo reo præfiniti sunt dies XXX. d. l. aut priuatim, Est & alia abolitio quæ priuatim datur accusatori à magistratu, post quam repeti reus non potest. Sed tamen ipsa petenda est intra dies XXX. ab instituta accusatione, ut constituitur in l. 3. C. de abolit. Secundum est, Pupillo remitti pœnam commissi, si intra diem tricesimum vectigal intulerit. l. Imperatores. §. ult. D. de public. & vect. Commissum appellant [illegible]. Tertium, Contra apochas intra dies XXX. non solutæ vel non datæ pecuniæ exceptionem opponi, non post dies XXX. Sed neque post dies XXX. ea de re iusiurandum deferri. Excipiuntur apochæ rerum depositarum, publicorum tributorum, & datæ dotis, quibus nunquam ea opponitur exceptio d. in contractibus. C. de non num. pec. Apochæ nomine tria significantur, Professiones solutæ pecuniæ debitæ propriè, Item professiones pecuniæ datæ, ut dotis datæ vel rei depositæ, quas vocant ὁμολογίας ἀποδεικτικάς, Item acceptilationes. Quartum est ex Constitutione illa de custod. reorum, cuius sententiam exposui cap. 9. post dies XXX. in causa pecuniaria custodiam dimitti præstita cautione iuratoria. Quintum, Ut interposita appellatione intra dies XXX. acta cū subscriptione iudicis litigatoribus edantur. l. iudicibus. C. de appel. No. 126. At in No. 123. vult Iustinianus ea edi sine ulla dilatione, frustratoria scilicet, ut in l. 1. C. de relat. & sic in l. eos. §. ult. C. de appel. Apostolos dandos esse ait sine ulla dilatione, qui tamen intra XXX. dies dantur ex d. l. iudicibus, et Græci interpretantur rectè. Nam relationis verbo etiam apostoli significantur. l. si appellationem. C. eod. Sextum est

ex l.pen.& vlt.C.qui mi.pos. vt seruorum dominium amittant ij quibus ignorantibus serui militiam vel dignitatem adepti sunt, si re cognita eos intra dies XXX. non reuocauerint. quod tamen tempus seruis qui iam militabant præscribitur à die Constitutionis, non iis qui postea militarint. quod & Latini & Græci interpretes non animaduertunt. Videntur & alia in re Græci cæcutire. Certum est seruum ingenuum fieri, qui sciente domino militiam vel dignitatem adeptus est. d.l.penult. & vlt. quod & Græca Constitutio. De iure patronatus Iustinianus expressit, quæ desideratur in titulo de iure patro. Adiiciunt Græci idem esse in liberto, vt excidat iure patronatus qui eum patitur esse militem, quod nusquam reperitur scriptum. & malè interpretantur l.vlt.C.de libert.& eor.lib. quæ libertos etiam militantes ait ob ingratitudinis causam in seruitutem reuocari. Si, inquit, militantes docebuntur ingrati. & ita in l.1.D.de obs.par.præst. etiam militibus pietatis rationem constare debere. At illi sic eam accipiunt, quasi hoc ipso quòd militant sint ingrati, atque ideo redigi in seruitutem possint. quod verum esse mihi persuadere non possum. Septimum est de tertio capite legis Aquiliæ, quo tanti damnatur is qui damnum iniuria dedit, quanti res in diebus XXX. proximis plurimi fuerit. §.capite. Instit.de leg.Aquil. Est hoc caput legis de vulnerato vel corrupto, & de occisis animalibus, quæ gregatim non pascuntur. Octauum est ex l.vlt.de tut.& cur.dat. vt si peregrè agãt tutores vel curatores dati, id eis à magistratibus notum fiat intra dies XXX. ex rescripto D. Marci. Nonum est ex l.vlt.C.de iur.delib. vt heres ex quo scierit apertas tabulas, vel sibi delatam hereditatem, intra dies XXX. incipiat inuentarium, si quidem velit ex inuentario heres esse. Decimum est ex l.2.C.de exhib.reis. Reo exhibendo dari dies XXX. ad componendas res suas. Vndecimum est ex l. si vindicari. C.de pœnis. Damnato à principe irato dari iustos dies XXX. de qua Obseruat. V. scripsimus. Duodecimum est ex l.vlt.C.de delator. quæ est Constitutio Græca, Bona fiscalia quæ dicuntur ab alio possideri, si incertus sit & ignotus eorum possessor, statim non occupari à fisco. Dies XXX. dari, intra quos de iure suo disceptat apud Comitem rerum priuatarum possessor, qui sua interesse arbitratur. & ea de re edicta proponi iussu Comitis. Decimumtertium est ex l.1.de lib. agnos. Post diuortium intra dies XXX. continuos mulierem debere marito testatò denuntiare, se ex eo esse prægnantem, vt custodes mittat. quod est ex sc.Planciano. XIIII. est ex l.vlt.C.de exact. trib. quæ est Græca, vt post canonicarium missum tributorum exigendorum causa, compulsor non mittatur, nisi post mensem à die quo solui debuit. Compulsorem vocat ἐξελκυστήν. Sed huic Constitutioni derogatur No.128. Mensem accipimus pro triginta diebus, & è contrario, vt in l. vlt.C.de iure deliberandi. l.vbi lex. De diu.reg.iur. nonaginta dies pro tribus mensibus, sexaginta pro duobus, & in l.3.§.vlt. de suis & legit.her. CLXXXII. dies septimum mensem attingunt. & ita Hippocrates quodam loco CCLXX. dies pro nouem mensibus accipit. Aliàs tres menses latius accipiuntur pro diebus XCIII. l.vlt.C.de temp.appel. XV. est ex l.3.C.de erog.mil.anno. vt actuarij, qui græcè dicuntur ὑπομνηματοφύλακες, id est, actorum siue commentariorum custodes, intra dies XXX. tradant authentica pittacia. Secundum ea pittacia militibus fit erogatio annonarum, & ideo dicuntur pittacia τῶν ἀποτρόφων. XVI. est ex No.17. Ne à præside λόγος ἀσυλίας detur vltra dies XXX. Id tẽpus Iustinianus dicit esse modicum siue σύμμετρον, vt & l.1.§.hoc interdicto. De itin. actuq; pri. λόγος ἀσυλίας, id est, ἀσυλία, vt in No.128.& edicto 2. Gallicè, *Franchise*. Est & λόγος πίστεως siue πίστις in No.5. & in edicto de Officialibus. Gallicè, *Saufconduit*. XVII. est id de quo diximus cap.7. edictis singulis quibus contumaces euocantur, hodie esse præscriptos dies XXX. XVIII. adiici potest ex XII.tab. de diebus iustis XXX. iudicato faciendo, qui tamen sunt mutati in dies LX. posteà in menses IIII. Constitutione Iustiniani. Erant & Romæ olim XXX. dies iusti auctore Festo Pompeio & Macrobio Theodosio, cùm exercitus esset imperatus, & vexillum in arce positum. XIX. adiici potest ex l.pen.C.de cust.reo. Intra diem tricesimum Commentariensem semper debere numerum custodiatũ & qualitatem præsidi inculcare, quod lib. LX. βασιλικῶν interpretantur non malè, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἕως λ' ἡμερῶν. Vltimò Græci hoc adiiciunt, quod vnde sumpserint nescio, Καὶ αἱ διαβολαὶ τῶν μαρτύρων διὰ λ' ἡμέρας προχωροῦσι. quibus verbis significari puto, exceptiones testium esse opponendas intra dies XXX.

## *De diebus* XL. CAP. XI.

HOc tantùm notant, vt diebus XL. ante diem magnum Paschæ cesset cognitio criminalium quæstionum ex l. quadraginta. & l.prouinciarum. C.de feriis. Excipitur latronum & maximè Isaurorum quæstio. hi namque puniri etiam possunt ἐν τῇ ἁγίᾳ νηστείᾳ, inquiunt. Isauros ad eam legem Græci interpretantur ἅρπαγας, φονεῖς καὶ ὡς χωριαρίους φασίν. Apud Nicetam κουρσάριοι sunt piratæ. & ita vulgò hodie appellantur. Adiicit Oldendorpius ex Accursio in l.prægnantis, De pœnis mulierem vltimo supplicio damnatam pleni vteri gratia dilata executione, post partum seruari dies XL. quod Acc. tradit sine lege. Opus est maximè lege in temporum præscriptionibus. Et l.2.§.si non propter. Si quis cau. nihil pro Acc. facit. Exceptionem tantummodo dat ei, quæ post partum decubuit. At non omnes puerperæ decumbunt, vel non per dies XL.

## *De diebus* L. CAP. XII.

VT præsides finito magistratu, & adsessores & domestici eorum L. dies in prouincia commorentur actiones prouincialium excepturi. l.1.C.vt omnes iud.tam ciuil. l.3.C.de adsessor. No.8.95.128.161. Vt tutores & curatores ex quo scierint se tutores datos, intra dies L. continuos excusent se. l.13.D.de exc.tut. l.6.C.eod.

A *De diebus* LX. CAP. XIII.

PRimum hoc eſt, vt ex die diuortij intra LX. dies vtiles vir iure mariti adulterij accuſare vxorem poſſit. l.6. C.ad l.Iul.de adult. Cor.Tac.lib.11. Sexaginta dies ad conſultandum datos. Iure mariti, id eſt, vt præferatur ceteris, & vt accuſet ſine inſcriptione. l.quamuis.2 C.eod. Hoc quidam putant abrogari No.117. quæ exigit à marito inſcriptionem. Ex Græcis quidam dicunt ſic intelligi eam poſſe, vt inſcribat ſe maritus poſt dies LX. malè. nam loquitur de marito qui accuſat vxorem adulterij conſtante matrimonio, quod olim non licebat. l.crimen. C.ad leg.Iul.de adult. Ex ea No.licet. Dies autem illi LX. à ſoluto matrimonio numerantur. Puto illos rectiùs ſentire, qui, & quod ad inſcriptionem attinet, ius vetus B ea No. abrogari tradunt. Hodie igitur non probans maritus incidet in talionem. hæc enim eſt inſcriptionis conditio. Olim non ſubſcribebat crimini, atque adeo non incidebat in talionem. Quod enim eſt ſcriptum in l.is cuius. §.vlt. D.ad leg.Iul.de adult.ad Sc.Turpilianum referendum eſt, id eſt, ad pœnam quinque librarum auri. l.3. §.vlt. D.de præuaric. l.abolitionem. C.ad leg.Iul.de adult. non ad pœnam talionis. Secundum eſt, vt qui vult fiſco opponere compenſationem, intra duos menſes probet ſibi deberi id quod deducit in compenſationem. alioquin non admittitur compenſatio. l.auſertur. §.qui compenſatione. D.de iur.fiſci. Tertium eſt de actione redhibitoria, quæ diebus LX. vtilibus, ſiue duobus menſibus concluditur certis ex cauſis, quòd non præſtentur cautiones ædilitiæ. l.ſi venditor. D.de ædil.ed. quòd conuenit vt ſi res empta diſpliceret, redhiberetur certo tempore non expreſſo. l.quod ſi nolit. §.ſi quid ita.eod. quòd iumentorum venditorum ornamenta C non tradantur. l.ædiles.2.eod.tit. Aliàs redhibitoria actio ſex menſibus vtilibus concluditur. Quartum eſt ex l.tutor. §.vſuræ. D.de admi.tut. Vt ſingulis annis duos menſes habeat tutor immunes à præſtandis vſuris pupillaribus. hoc ei laxamentum datur exigendæ & rurſus occupandæ pecuniæ cauſa. atque ita vſuras non præſtat ſtatim, id eſt, continuò, ſed intermiſſis quoque anno diebus LX. No.72. Græci hoc ita accipiunt, quaſi à ſuſcepta adminiſtratione poſt menſes duos vſuris alligetur. malè. nam huic rei præſtituti ſunt ſex menſes. l.ſi tutor. D.de admi.tut. Quinto loco proponūt quod eſt in l.vbi lex. De diu.reg.iu. Sed aliter ac ſit in ea lege ſcriptum. nam in ea ſcriptum eſt, lege duorum menſium faciente mentionem, etiam ſexageſimoprimo die venientem audiri. quod videtur falſum. Eum enim qui venit LXI. die, poſt duos menſes venire certum eſt, quandoquidem menſem vulgò pro XXX. diebus accipimus, vt dictum eſt ſuprà cap.10. vel ſi latius accipiantur, vt in tem- D poribus appellationum, cur non potius dicitur etiam LXII. die venientem audiri? At Græci ita ſcribunt, Ἐὰν δύο μηνῶν ἴσως ὁ νόμος καὶ ἑξήκοντα ἡμέρας ἀντὶ τούτων προσδέχεται. quod valde probo. nam ita in l.pater. Ad leg.Iul.de adult. traditur in diebus LX. & ipſum diem ſexageſimum eſſe. Sextum eſt ex l.publicas. & l.omnes. C.de feriis. Duos menſes eſſe feriatos à forenſibus negotiis, reſeruatos ſcilicet æſtiuis, vt eſt legendum in d.l.omnes, feruoribus mitigandis & autumnis fetibus decerpendis. hæ ſunt meſſium & vindemiarum feriæ. Minutius Felix in Octauio, Sanè & ad vindemiam feriæ iudiciariam curam relaxauerant. Ceſſabant etiam eis menſibus ſcholæ, vt Auguſtinus indicat 7. Confeſſ.cap.2. Excipiuntur in d.l.publicas, cauſæ fiſcales quæ agi illis menſibus poſſunt. Excipiuntur & piſtoriæ, id eſt, vt Græci interpretantur, de mancipibus περὶ μαγκίπων ἤτοι ἀρτοποιῶν. rectè. Mancipes enim ſunt curatores piſtrinorum. Qui in No.80. dicuntur προεστῶτες τῶν ἀρτοποιητικῶν ἐρ- E γαστηρίων. Ab Harmenopulo tit.de dignit. dicuntur mancipes. quod ſumpſit ex lib.6. Βασιλικῶν tit.6. c.1. & in l.1. D.quod cuiuſq; vniuer.pro piſtorum libri Βασιλικῶν habent mancipum, ex quibus etiam didicimus ita eſſe in ea legendum, piſtorum & nauiculatorum & quorundam aliorum. Malè autem quidam l.omnes, accipiunt de menſibus quatuor, ex quibus fuit interpres Cod.Theodoſiani ad l.2.de feriis, vbi etiam recenſet legem quandam Theoderici regis, quæ ad verbum quibuſdam codicibus malè à quibuſdam poſita eſt poſt l.1.de feriis, cùm nec libri veteres nec Græci eā agnoſcant. Damnauit eam Alc.lib.v. t. παρέργων, ſed cuius eſſet, aut vnde ſumpta eſſet, neſciuit. Septimum eſt ex l.3. C.de iur.emphyt. vt emphyteuta ſi velit ius emphyteuſeos vendere, id teſtatò denuntiet principali domino. nolente domino emere, poſt duos menſes id alteri iure diſtrahat, cogaturq; dominus nouum emphyteutam ſuſcipere accepta pretij parte quinquageſima. Octauum eſt ex l.in fraudem. F §.fiſcalibus. D.de iu.fiſ. vt fiſcalibus debitoribus petentibus dilationem, in maioribus ſummis non plus quàm tres menſes, in minoribus non plus quàm duo prorogentur. Nonum eſt ex Conſtit. Græca quæ deſideratur in fine tit. De bo.proſ. Vt qui detinent bona damnatorum perduellionis, in vrbe regia intra menſes duos, in prouinciis intra octo ea deferant fiſco. alioquin præter honorum reſtitutionem in quadruplum damnantur. Decimum eſt ex l.2. C.de ſec.nup. & l.non tantùm. C.de legat. paruum tempus duorum menſium intelligi. Olim feminis præfiniti erant X. menſes luctui peragendo. Ouidius 1. Faſtorum:

*Per totidem menſes à funere coniugis vxor*
*Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.*

G Seneca de conſolatione. Maiores decem menſium ſpatium lugentibus viros dederunt, vt cum pertinacia muliebri mœroris publica Conſtitutione deciderent, non prohibuerunt luctus, ſed finierunt. Et ob id lege Iulia Miſcella intra annum nubenti remittebatur hæc conditio, Si iterum non nupſerit, quia luctui nondum erat præfinitus annus. No.22. Poſtea Theodoſius adiecit duos menſes, vt ſcilicet integrum annum lugeretur maritus, quos dum adiicit, paruum tempus ſe adiicere

dicit

diciţ in d.l.2. Inde auctores qui post Theodosium scripserunt, non de decem mensibus, sed de anno luctus loquuntur. Sidonius IIII. Epist. Si decessisset æger, tribueret heredibus annui luctus tempus immune. Apuleius VIII. Si luctu legitimo miserrimæ feminæ necessarium concesseris tempus, quoad residuis mensibus spatium reliquum compleatur anni. XI. est ex l.vlt.C.de fideic. lib.vt seruo legato ea conditione vt manumittatur, post duos menses, à lite contestata cum herede legati nomine, seruus ipso iure liber fiat. Similiter seruus venditus ea lege vt manumittatur non addito tempore, ipso iure liber fit intra menses duos. l.vlt. D.qui sine man.ad lib.per. XII. est ex l.1.C.de temp.ap.ei qui ad honorem vel munus publicum nominatur, duos menses dari exequendæ appellationis causa. Ad eam valde pertinet l.2.C.Th.de decur.quæ significat mensem non accipi ex initio Kalendarum, sed ex numero dierum, id est, vt xxx. dies habeantur pro vno mense. atq; ita duos menses feriarum accipi non est dubium. XIII. est ex l.pen.C.de fideiuss.fideiussorem sine scripto acceptum iudicio sistendi causa non teneri vltra duos menses. nec enim præsumitur in longius tempus fideiussisse. Sine scripto acceptus videtur in priuatis causis, etiam si apud tabularium fideiubeat ὡς ἐν κώδηκι. At in publicis causis hæc testatio siue depositio pro scriptura est. XIIII. est ex lege Iulia, quæ, instituta accusatione adulterij, vetat seruos manumitti & alienari intra dies LX. ne quæstioni subducantur. l.3.& vlt.C.ad leg.Iul.de adult.l.prospexit.D.qui & à quib.man. XV. est ex No.66. Vt nouellæ constitutiones post duos menses quàm insinuatæ fuerint, vim obtineant. XVI. est ex No.82. Vt si à iudicibus datis appellentur qui dederunt, causa appellationis exerceatur & peragatur intra menses duos, post quos tempora fatalia currant, nec post fatalia impetretur reparatio. l.3.C.Th.de repar.ap.l.2.§.si autem.C.de temp.appellat. XVII. vt criminalis causa, quæ mouetur aduersus clericos, apud Præsidem prouinciæ intra duos menses finiatur. No.83. XVIII. est ex No.96.vt actor non antè possit libello reum conuenire, quàm satisdederit intra menses duos litem à se contestatum iri, vel omne damnum reo in duplum præstitum iri vsque ad quantitatem aureorum XXXVI. XIX. adiici potest, LX. dies ex XII.tab. debitores habitos in vinculis auctore Gellio lib.20.c.1. Adiiciendum item, Ab herede inuentarium, quod quidem iam diximus ȝ.cap.x. inchoandũ esse intra dies XXX. absolui debere intra dies LX. l.vlt.C.de iu.del. Ita fit vt ad inchoandum & perficiendum inuentarium habeat heres menses tres, quot dari etiam tutori ad conficiendum inuentarium bonorum pupillarium Harmenop. scripsit lib.5.Epit.tit.11. ex lib.35. βασιλικῶν tit. 11.& lib.37.tit.7. Sed iam de tribus mensibus tractare proprio capite incipiamus.

## *De tribus mensibus.* CAP. XIIII.

PRimum est ex l.1.C.de dilat. Vt si dilatio petatur testium vel instrumentorum ex eadem prouincia exhibendorum causa, non plus quàm tres menses prorogentur. Potest etiam adiici quod de dilatione trium mensium allatum est proximo cap.ȝ. ex l.in fraudem.§.fiscalibus.de iu.fis. & de inuentario conficiendo intra menses tres. Secundum quod Eustathius proponit est huiusmodi, scriptum heredem posse intra menses tres renuntiare hereditati, nec teneri creditoribus, etiam si antè cognouerit se heredẽ esse. Hoc tradit quasi renuntiationi hereditatis siue deliberationi sint præscripti tres menses. quod est falsum. Id sumit tamen ex l.vlt.C.de iu.delib.in illo loco, intra trium mensium spatium, quæ verba non ad renuntiationem, sed ad confectionem inuentarij referenda sunt, nempe hoc pacto, si heres intra trium mensium spatiũ, intra quos adire potuit ex inuentario, hereditati renuntiet. ex quo illud etiam efficitur perperam illi loco opponi l scimus.§.vlt.C.de inoff.test. Tertium est, litem nuntiationis noui operis intra tres menses esse finiendam. l.vlt.C.de ædif.pri. Post tres menses eum cui nuntiatum est nouum opus impune ædificare, præstita cautione de opere restituendo. Similiter lis originis, siue de conditione curiali intra tres menses definienda est.l.generali.C.de decur. Quartum est ex No.100. Vt soluto matrimonio post biennium, intra decennium exceptio vel querela non numeratæ dotis non nisi intra tres menses opponatur. Quintum est ex No.115. Vt si vnus ex litigatoribus post cognitionalia certamina renuntiauerit suis allegationibus quasi nullas præterea prolaturus, alter nolit renuntiare, sed cunctetur & moras trahat, diffidens causæ suæ, & fingens se alias quasdam habere allegationes quas sit prolaturus, eo nomine non plus quàm tres menses ei prorogentur. Solemne erat in dilationibus dandis trium mensium spatium. Sextum est ex No.123. Vt si quando ex laicis eligatur episcopus, non antè ordinetur, quàm tres menses clericus inter clericos fuerit. & vt accusatore eius qui ad episcopen electus est absente, nec accusationem implente, intra tres menses, rem mox definiat is qui episcopum ordinaturus est. Dynus pleraque ex iis quæ diximus de duobus & tribus mensibus, adfert. Sed valde deprauatus est liber Dyni, & eadem sæpius quasi diuersa in eo inculcantur, quædam etiam falsa.

## *De C. diebus.* CAP. XV.

COgnatis & agnatis dari centum dies vtiles ad bonorum possessionem petendam ex quo se vocatos scierunt.l.2.C.qui adm.l.3.D.vnde cog.l.1.§.si intra.D.de suc.edic. Similiter intra centum dies adeunda est hereditas ex solemni lege testatoris, Titius heres esto cernitoq; in diebus C.proximis quibus scieris poterisq;. Nisi ita creueris, exheres esto, vt in Frag.Vlp.titul.22.l.si Titio.§.1.quan.dies leg.ced.l.3.§. & si heres des.de minor.& ita diem aditionis accipere oportet in l Pãnonius.de adq.her.l.regula.§.si filiusfam. De iu.& fac.ig. Interdum lege definitur aditionis siue deliberationis tempus, vt in specie l.scimus.§. vlt.

A vlt.C.de inoff.test. Si filius exheredatus acturus sit de inofficioso testamento herede adeunte, præcipitur namque heredi, ne longior mora fiat exheredato, inter præsentes vt adeat intra sex menses, inter absentes intra annum. Aliàs verò à prætore aditionis siue deliberationis tempus datur. & ouidem centum dies plerumque ad consultandum dantur. Possunt & plures. At ex Constitutione Iustiniani certa sunt tempora, nec iam in arbitrio iudicantium. A principe annus datur: à ceteris nouem menses. l.vlt.§.sed quia.C.de iu.delib. Sed & olim sæpius.l.3.D.de iu.delib. Ex ea Constitutione semel tantùm datur dies ad deliberandum. Est verò multo melius hodie ex inuentario se pro herede gerere, quàm ex deliberatione. nam ex deliberatione heres tenetur insolidum creditoribus hereditariis, nec falcidiæ beneficium habet. Ex inuentario heres tenetur pro viribus hereditatis, & falcidiæ beneficium habet. Verùm contractiora sunt inuentarij, quàm deliberationis tempora. In- B uentarij sunt trium mensium. Deliberationis anni vel nouem mensium. Quid si ex deliberatione & inuentario se pro herede gesserit? Quia ex deliberatione, tenetur insolidum creditoribus. Quia ex inuentario, falcidiam saluam habet. d.l.vlt.

## *De mensibus quatuor.* CAP. XVI.

PRimum est ex oratione D.Marci, vt si vnus ex sociis altero cessante communes ædes refecerit, repetat impensas pro parte cum vsuris centesimis intra menses quatuor, post quatuor menses vt dominium ædium ei addicatur insolidum & μονομερῶς. l.cùm duobus.§.idem respondi.D pro soc.l.4.C.de ædif.pri. Secundum est ex l.in consiliariis. C.de adsessor. qua cauetur ne quis in sua prouincia præsidi adsideat vltra menses qua- C tuor. l.hi qui.D.ex quib.cau.maio. quod constituitur ne quid in suos gratiosè vel per calumniam admittat, auctore Paulo lib.5.sent.tit.12. Tertium est ex l. quinquaginta.D.de excus.tut. Tutore nominato se excusante, à die nominationis intra menses quatuor continuos causam excusationis excutiendam & definiendam esse. Quartum est ex l.2 & 3.C.de vsur.rei iud. Tempus faciendi iudicati esse quatuor mensium, à quibus currunt vsuræ centesimæ. Quintum est ex l.vlt.C.si pend.ap. mors inter. intra certa tempora est appellandum, hodie intra dies x. vt diximus cap.7. dato libello, nisi ipso die condemnationis reus viua voce appellauerit. Intra certa tempora edenda sunt acta, dandi apostoli, puta intra dies 30. vt cap.10. Est etiam intra certa tempora exequenda & agenda appellationis causa de quibus dicam hoc loco. Pauci reperientur qui ea perfectè nouerint. Fuere olim duo lapsus, & post secundum reparatio ex rescripto principis, varia tempora pro varietate iudicum D & causarum, nec in omnibus reparatio, vt ex Cod.Theodo.constat. Hodie sunt quatuor lapsus, & post quartum reparatio ex rescripto principis, nec tamen reparatio, nec tempora eadem semper. Reparatio duplex est, quæ Græcè [illegible]: Legitima, vt post primum lapsum, reparatio prima: post secundum, id est, post primæ reparationis lapsum, secunda: post tertium, tertia: post quartum est reparatio ex rescripto, ex aula, non ipso iure. Nũc finge, appellatione interposita ante primum lapsum, puta intra menses sex cùm adhuc superessent menses duo, litigatorem vita decessisse: heredi eius non reliquum duntaxat temporis procedet, sed quatuor menses prorogabuntur ad agendam appellationem, qui nec current ex morte litigatoris, sed ex quo finitum erit tempus heredi deliberandi causa datum. Hic est eius legis sensus. Itaque nihil ei obstat l.cum antiquioribus.C.de iu.delib. quæ non de tempore appellationi præstituto loquitur, an defuncto interim litigatore reliquum E duntaxat tempus heredi procedat, sed de tempore deliberationis, puta de anno, qui hodie petitur à solo principe ex l.vlt.eod.tit. an herede interim moriente, reliquum duntaxat tempus heredi heredis relinquatur. Diuersæ sunt quæstiones. Diuersum item ius. Heredi nouo, noui quatuor menses prorogantur ad agendam appellationem. Heredi heredis nouo, noua deliberationis tempora non prorogantur. Litis incertior est, quàm hereditatis causa. ideoq́; laxiora vbique litibus agendis, quàm hereditatibus adeundis tempora præstituuntur. Sed vt summatim exponamus quæ sint tempora exercendæ appellationis, Si ad sacrum auditorium appellatur, ab spectabilibus vel à iudicibus delegatis à principe, sex vel tres menses tribuuntur pro diuersitate prouinciarum. Si ad ordinarios iudices, à delegatis siue pedaneis duo menses, vt & S. diximus cap.13. Post horum lapsum, datur mensis. Post primi huius mensis lapsum, datur alter. Rursus post hunc, tertius. Post tertij mensis F lapsum, id est, post quatuor lapsus, intra menses tres reparatio ex rescripto datur, si à viris spectabilibus appellatum sit. Si à iudicibus delegatis, reparatio non datur, & fit executio sententiæ statim post quartum lapsum. d.l.2. & vlt.C.de repar.ap.No.126.& 82. Ad summam aliàs tempora exercendæ appellationis anno concluduntur, aliàs nouẽ mensibus, aliàs quinque. Vniuscuiusq; lapsus extremus dies erat fatalis, id est, eo agenda erat causa, non citeriore. Verùm Iustinianus decẽ dies fatales fecit, quinq; ante lapsum, & alios quinq; post lapsum, vt diximus cap.7. qui ideo fatales vetus dicuntur, quòd eis disceptetur causa. Est in causarũ disceptatione fatũ aliquod. l.41.C.Th.de appel.& inde experiri de iure dicimus, id est, periculum facere. Dicuntur & temporales dies. l.præcipimus.C.de appel.l.2.C.de temp.appel.l.63.C.Th.de appel.l.vlt.C.Th.de rep.appel. Hæc verò tempora sunt præscripta ad agendam & introducendam appellationem. Causa autem appellationis inchoata peragen- G da est intra annum vel saltem biennium. d.l.vlt.§.illud etiam.C.de temp.appel.No.49.vel 50.& 126. Sed de his satis. Sextũ est ex No.68.vel 69. procuratori siue actori absente domino, ex cuius ædibus præsenti vicino fit iniuria, si dominus sit in proxima prouincia quatuor menses dari ad eum euocandum. quod congruit cum l.13.C.Th.de iur.fis.l.42.C.Th.de appel. Septimum est ex No.123. vt presbyteri & diaconi & hypodiaconi vocentur ad legitimam tutelam vel curam, & gerant, si modò

intra menses quatuor, ex quo se vocatos cognouerint, eam sua sponte suscipere se profiteantur. inuiti nullam tutelam vel curam suscipiunt. l. generaliter. C. de epis. & cler. qua de re extat epistola quædam Cypriani ad clerum & plebem Furni constitutã lib. 1. & No. Leonis 68. qua adiicitur posse tamen eos creari dispensatores siue curatores testamentorum. qua de re dubitabatur, propterea quòd vtrique ἐπίτροποι appellãtur. Octauum est ex No. 124. vt si litigator vti oportet iurauerit se nihil dedisse vel promisisse, & intra menses quatuor à lata sententia periurij conuincatur, coërceatur pœnis tripli vel dupli ea Constitutione comprehensis. Post quatuor menses tuebitur se præscriptione.

## *De mensibus quinque.* CAP. XVII.

DE primo diximus superiore capite, tempora exercendæ appellationis, quoties à iudicibus pedaneis appellatur, ad summam concludi mensibus quinque. Alterum est ex l. vlt. C. de priuil. sch. vt scholares quibus commeatus datus est, intra menses quinque ciuiliter conueniri nequeant. Scholares milites sunt, vt ad eum tit. de priuil. schol. ostendimus. Sub hoc tit. de quinque mensibus, Dynus falsò posuit duo exempla, quorum vnum est de tribus mensibus ex l. 1. C. de dilat. alterum de sex ex l. sciendum. §. vlt. D. de ædil. ed.

## *De mensibus sex.* CAP. XVIII.

PRimum hoc est, vt qui à peræquatore desertum agrum accepit, firmo iure eum teneat, reliqua prioris possessoris non soluat. Si superueniat qui agrum vindicet dominij aut hypothecæ iure & euincat, meliorationis sumptus ab eo consequatur, si modò is veniat intra sex menses post addictionẽ agri. Venienti post sex menses, præscriptio obstat. l. vlt. C. de cens. & censitor. l. locorum. C. de omni agro deser. II. est de actione redhibitoria quæ sex mensibus vtilibus concluditur. l. sciendum. §. vlt. D. de ædil. ed. Excipiuntur casus expositi S. cap. 13. III. est de actione æstimatoria Quanto minoris, quæ ex hac causa sex mẽsibus vtilibus concluditur, quòd ædilitiæ cautiones non præstẽtur. l. si venditor. D. eod. Aliàs anno vtili cõcluditur. Quartum est ex l. si tutor. D. de ad. tut. vt tutor à suscepta administratione intra sex menses occupet pecunias pupillares, cui opponitur l. tutor. §. vsuræ. eod. tit. quam exposui. S. c. 13. Quintum est ex l. 1. C. vt om. iud. tam ciuil. Præsidem qui finito magistratu contra præcepta legum ante dies L. prouincia excessit, reduci, & in prouincia remanere per sex menses prouincialium actiones excepturum. Ait Eustathius, Ἐὰν ὁ ἄρχων μὴ μείνῃ τὰς ν΄ ἡμέρας μετὰ τὴν διαδοχὴν ἐν τῷ θέματι. Manifestum est prouinciam ab eo vocari θέμα. & ita Zonaras in Heraclio, ἐκ τῶν θεμάτων, id est, ex prouinciis. Theodorus Hermopolites lib. VI. tit. 1. οἱ συλλεγόμενοι ἄρχοντες εἰς τὰς ἐπαρχίας ἤγουν εἰς τὰ θέματα. & alio loco: ὁ πραίτωρ Θράκης καὶ Μακεδονίας ἀπαιτούσιν ὄχι κατὰ μόνον τῶν καθεζομένων ἐν τοῖς τοιούτοις θέμασι. Itaque apud Harmenopulum lib. 1. tit. 4. & lib. 3. tit. 3. θεματικοὺς κριτὰς & θεματικοὺς ἄρχοντας malè interpretantur delegatos siue pedaneos. Interpretari oportuit, prouinciales. Sextum est No. 6. vt ne ex monachis vel clericis ordinetur episcopus, nisi sex menses in clero permanserit. quod mutatur No. 123. & pro sex mensibus tres præstituuntur etiam in laicis. Septimum est ex No. 59. vt si œconomi ecclesiæ non soluant decanis & ascetriis consuetudines siue sportulas, quæ illis pro elatione funerum erogari solent, ex mora sex mensium alligentur vsuris trientibus. fiebant funerum elationes sumptibus ecclesiæ, non defunctorum, & non à clericis, sed ab ascetrijs mulieribus & acoluthis & decanis. Ascetriæ psallebant quasi præficæ olim. Acoluthi iuuenes deferebant funalia. Decani feretrum siue lectum, qui & lecticarij & copiatæ, vispelliones olim. Octauum est ex l. non tantùm. D. de excus. tut. Tres tutelæ excusant à quarta, nisi si qui ex iis quorum tutela geritur vel defertur, proximi sint pubertati, vt quia semestre duntaxat tempus supersit. Nonum est ex No. 131. vt piorum legatorum fructus & vsuræ & accessiones omnes à tempore mortis debeantur, si in eis præstandis heres sex mensibus moratus sit. Reliquorum legatorũ vsuræ & fructus ex tempore moræ debentur, si fuerint per damnationem, vel ex tempore aditionis, si per vindicationem, non ex tempore mortis testatoris. l. vlt. C. de vsur. leg. Decimum est ex No. 123. vt si intra sex menses non eligant episcopum ij ad quos electio pertinet, ius eligendi deuoluatur ad ordinatorem. Vndecimum est ex l. 1. C. de dilat. vt si dilatio petatur instrumentorum vel personarum exhibendarum causa, ex continenti prouincia non plus quàm sex menses prorogentur, si ex transmarina non plus nouem, si ex eadem, non plus quàm tres. XII. est ex l. sancimus. C. de fideius. vt si quis fideiusserit reum iudicio sisti intra diem certum adiecta pœna, puta intra sex vel octo menses, ex die pœna statim nõ exigatur, sed dentur fideiussori sex menses, intra quos sistendo reum euitet pœnam ipso iure cõmissam ex priore lapsu. XIII. est ex Constitutione græca De cust. reo. de qua diximus cap. IX. vt custodiæ certis casibus vinculis liberentur post sex menses. XIIII. est ex l. vlt. C. de iu. fis. vt omnis causa fiscalis post litem contestatam finiatur intra menses sex. & ideo in l. properandum. C. de iud. meritò excipiuntur causæ fiscales. XV. ex Constitutione quadam græca, quæ desideratur in tit. de procur. vt procuratore ad litem defuncto, intra dies XX. domino peregrè agenti in longinqua prouincia dentur sex menses, intra quos vel alium det procuratorem, vel ipse veniat. Sed si sit in proxima prouincia, tempus arbitrio iudicis constituetur. de qua dixi etiam aliquid S. c. 9. XVI. est de rescripto Antonini, quo cauetur vt legatarij post sex menses quàm petere cœperint etiam in res proprias heredis inducantur, vnde fructus percepturi quoad satisfiat. l. 5. §. Imperator. D. vt in poss. legat. l. certa. C. eod. tit. XVII. est ex l. vlt. C. de commeatu, vt scriniarius vel magisterianus

vel

A vel palatinus qui commeatum accepit, si supra commeatus diem sex mensibus abfuerit, quinque sequentibus postponatur. XVIII. est ex No.101. vt si cognatus non curialis velit ab intestato cognato curiali ex asse succedere, intra sex menses apud acta se curiæ offerat. alioqnin dodraos curiæ debetur. XIX. addendus est casus, quo intra sex menses adeunda est hereditas, ne fiat mora filio exheredato.l.pen.§.vlt.C.de iooff.test. de quo diximus cap.15. XX. pertinet ad legem Aeliam Sentiam; vt si minor xx. annis velit ancillam manumittere, hæc iusta sit causa, si manumittat matrimonij causa, dummodo intra sex mẽses iuret se eam ducturum.l.si collectaneus.§.vlt.D.de man. vind. XXI. est, vt in adulteram crimen sex mensibus vtilibus extinguatur.l.1.§.accusationem.D. ad Turpil.l.ob commissa.C.eod. XXII. est ex l.si appellationem.C.de appel,quod etiam c.xvi. adiiciendum est, Vt si spectabiles vel clarissimi iudices oblatam appellationem non recipiant, nec B dare apostolos velint, hac de re querela proponatur intra annum vel sex menses secundum distinctionem eius legis. Si iudices delegati nolint eam recipere, intra menses quatuor. Potest & aliud addi ex l.si leganim.D.de op.pub.& aliud ex l.obsistere.C.de an.& trib.

## *De* VII. VIII. IX. XI. *mensibus.* CAP. XIX.

SEptimo mense nasci partum perfectum & legitimum. l.septimo. D.de stat.ho. quod Pythagoræo numero Paulus adscribit IIII. Sent. tit.9. & Censorius de die natali. Septimo, inquit, partum iam esse maturum, eo quòd in omnibus numeris septenarius plurimum possit. Idem & alij inoumeri. Sexto vel octauo perfectus non nascitur. Vndecimo mense à morte mariti genitus non est legitimus ex No.39. quod pugnat C cum rescripto quodam Adriani, de quo Gellius lib.3. qnod ita potest defendi, si edatur sub initium mensis xi. non sub finem. De mensibus octo vnum exposuimus cap.13. ex Constit. græca de bonis proscriptorum. Alterum est ex No.69. Procuratori cui lis mouetur, ad dominum euocandum ex proxima prouincia dari IIII. menses, ex longiori sex, ex remotissimis octo vel IX. cui adiungenda est etiam l.1. C.de dilat. & quod dictum est cap.16. tempora appellationis exercendæ interdum concludi nouem mensibus. & cap.15. ad deliberandum nouem menses dari à iudicibus. De decem mensibus falsò Dynus notauit ex No.124. quod est de quatuor.

## *De anno.* CAP. XX.

QVod primo loco notant est de primo capite legis Aquiliæ, quo tanti reus damnatur, D quanti res eo anno plurimi fuerit. Id caput est de occiso homine vel quadrupede, quæ pecudum numero sit.l.ait lex.D.ad leg.Aquil. Annum continuum intelligimus, qui constat ex CCCLXV. diebus cootinuis.l.ita vulneratus.§.æstimatio.D eod.l.cum heres.§.Sochus. D.de statulib. l.anniculus.2. D.de ver.sig. Cicero de nat.deor. Circuitus solis orbium v.& LX. & CCC. quarta fere diei parte addita, coouersionem conficiunt annuam. Sic legendum. Anniuersarium annum satis nouè dixere Impp. in l.4. C.de suscep. Annum verò vtilem dicimus, qui constat ex CCCLXV. diebus vtilibus. & ita in annalibus actionibus, quæ annua præscriptione excluduntur, semper annum accipimus. Enumerabo breuiter hoc loco, quem secundum facio, omnes annales actiones. Actio de peculio post mortem, emancipationem, manumissionem, alienationem eius qui in potestate nostra est, vt in tit.quando de pec.act.an.sit.l.1. E §.si cum seruo. Si quid in frau.par.l.si filiusfam.de tut.& rat.distr.l.pater. de castr.pec.l.Macedoniani. C.ad Maced. l.& ancillarum. §.si seruus. D.de pecul. quas malè separatim vel Dynus, vel Eustathius proponit quasi non idem eis contineantr. Actio rescissoria vsucapionis.l.in honorariis. D.de obl.& act. Actio Pauliana. Actio Quod iudicij mutandi causa. Actio æstimatoria Quanto minoris, excepto vno casu, de quo c.18. Interdictum vnde vi. Interdictum quod vi aut clam. Et omnes prætoriæ pœnales, excepta furti: veluti actio in factum ex edicto, Si quis ius dicenti non obtemperauerit. Actio in duplum ex edicto De publicanis. Actio in factum ex edicto De in ius vocando, si in ius vocatus sit quem vocare non licebat. Actio in factum, quæ datur io eum qui in ius vocatum vi exemit. Actio in factum, quæ io eum datur, per quem factum est quominus quis in iudicio sistat. Actio in factum, quæ in eum datur, qui rationes non edit. l.vlt.D.de eden. quam & in eum com- F petere Græci tradunt, qui non edit speciem actionis. Actio in quadruplum ex edicto de calumniatoribus. Actio depositi in duplum Quod tumultus, incendij, ruinæ, naufragij causa depositum sit. Actio rerum amotarum vel corruptarum ex edicto, Si quis testamento liber esse iussus fuerit. Rerum amotarum appellaui cum Græcis in l.Titia. §.pen. D.de man.test. & l.j. C.de noxal.act. qnod notandum. nam & in eo tit.l.pen.& vlt. Iurisconsulti rectè vtuntur amouendi verbo: quòd non fiat furtum propriè. Actio vi bonorum raptorum in quadruplum, vel De turba in duplum. Actio in quadruplum ex tit.de incendio rui.naufr. Actio Quod metus causa in quadruplum. Actio iniuriarum.l.5.C.de iniuriis. Interdictum ne vis fiat ei qui in possessionem missus est. Interdictum de tabulis exhibendis auctore Paulo IIII. Sent.tit.7. quod ibi ostendimus latè. Et ciuiles quædam pœnales, veluti actio ex lege Iulia repetundarum in heredem eius qui repetundarum arguitur, etiam G si lis non sit contestata cum defuncto.l.2.D.ad leg.Iul.rep.l.a.C.eod. De eo quod peruenit constabat esse perpetuam in heredem. In reum repetundarum erit perpetua. Imò annua.l.pen.C.eod. Loquitur de Comite domorum in Cappadocia, qui erat sub Comite rerum priuatarum. Sub eo procuratores, præpositi gynecio, susceptores, tabularij, coloni. Hic fisco si non inferant pensiones, quòd dicant sibi pecunias ereptas à Comite domorum, intra annum id probare & pecunias repetere

 debent,

debent, quod si non fecerint, nihilominus conuenientur à fisco. Puto tamen aduersus Comitem repetitionem perseuerare etiam post annum, & legem illam eò tantùm spectare, vt ostendat eis ea ratione anni inducias dari. Item omnes actiones populares. l.vlt. D.de pop.act. veluti De deiectis & effusis, si liber homo occisus, vel si ei nocitum sit, Albi corrupti, Sepulchri violati, Apertarum tabularum ante quæstionem familiæ. Malè excipit Accur. interdictum Ne quid in loco publico, quod est perpetuum. Nam non est omnino populare. quandoquidem non omnibus, sed ei tantùm competit cuius interest. Populare tantùm est ad aliquid, nempe quia ad publicam vtilitatem pertinet. l.2.§.hoc interdictum & §.pen.D.ne quid in loc.pub.l.1.§.vlt.D.de via pub. Malè etiam excipit interdictum de libero homine exhibendo, quod est perpetuum. nam id esse populare inficior. Patet quidem omnibus, sed non ideo statim populare, sicut crimina stellionatus, expilatæ hereditatis, præuaricationis, suspecti tutoris, omnibus patent, non tamen ideo publica sunt prorsus. Pertinet etiam ad vtilitatem publicam, quoniam tuetur ciuium libertatem. At non ideo populare, nisi quid ex condemnatione in publicum redeat, vt ex illa De apertis tabulis ante quæstionem familiæ, cuius pœna aureorum c. partim actori, partim publico infertur. Idemq́; sentiendum de actione Albi corrupti in aureos o. & Sepulchri violati in aureos c. & De deiectis & effusis in aureos l. vt & apud Frontinum 11. de aquæductibus in s.c. quodam. Si quis aduersus ea commiserit, in singulas res ... dena millia damnas esset, ex quibus pars dimidia præmium accusatori daretur, cuius opera maximè conuictus esset qui aduersus hoc s.c. commisisset, pars altera media in ærarium redigeretur. Hisdem rationibus collusionis iudicium etiam si admisero esse actionem, non tamen censebitur popularis: quia ex ea nihil in ærarium redit. quæ tradidimus in necem glossæ appositæ ad d.l.vlt. De pop.act. Tertium est de testamento facto à milite iure militari, quod eo decedente intra annum missionis eodem iure valet. l.quod dicitur. D.de mil.test. Post annum non valet iure militari. Quartum est ex Constit. græca quæ desideratur in tit.de episc.& cler. vt piorum legatorum actio ex inficiatione dupletur, videlicet si non soluantur intra annum. cuius fit mentio in §.vlt. Instit.de oblig. quæ quasi ex cont.nasc. Quintum est de anno luctus, de quo diximus cap.13. Desideratur in eod. titulo de episc.& cler. Constitutio græca, qua cauetur, vt si relicta vxore vir tondeatur, qua ex causa ea ætas concedebat matrimonij dissolutionem, ne mulier possit intra annum nubere impune, nisi pepererit intra annum. quod & diuortio facto iusta ex causa dicendum est. l.consensu. §.si verò. l.si constante. C.de repud. No.22. At viro mortuo idem non esse dicendum arbitror. nam & si peperit intra annum, elugere virum debet, quia non tantùm propter turbationem sanguinis luctus indicitur, sed & propter reuerentiam mariti, nisi sit vir luctu indignus. l.liberorum. §.1. D.de iis qui not. inf. & vt est apud Harmenopulum lib.4. tit.6. Post partum mulier ἐν τῷ πένθει alij nō potest nubere, ἐν τῷ πενθίμῳ potest. πένθος est virorum luctu dignorum, πένθιμος indignorum. Sextum est ex l. vlt. C. de dote cauta & non num. vt soluto matrimonio exceptio, vel querela non numeratæ dotis intra annum opponatur. quod ita procedere Iustinianus in No.100. constituit, si biennio tantùm durauerit matrimonium. alioquin vel nullo modo opponitur, vel intra tres menses tantùm, vt diximus cap.14. Septimum est ex l.5. C.de cens.& censit. vt qui se grauatum dicit ab peræquatore vel censitore, ea de re queri & agere possit intra annum, non post annum. Octauum est, vt qui intra annum non petunt tutorem impuberi, eius successionem legitimam amittant si impubes decesserit. l.10. C. de leg.her. l.2. §.si mater. D.ad Tertyl. Nonum est de reis adnotatis, qui annum habent ad se purgandum, intra annum bona eorum obsignantur, post annum fisco vindicantur nisi venerint. l.1.& 2. D. de req.vel abs.dam. Decimum est ex No.123. Vt si seruus clericus fiat ignorante domino, ius habeat dominus eum reuocandi intra annum. Militiam vel dignitatem adeptus, perpetuò reuocari potest. malè enim vulgò interpretantur l.pen.& vlt. C. qui milit. non poss. vt diximus cap.11. Clericus non nisi intra annum. At ex No. Leonis 1x. etiam perpetuò. atque ita D.Paulus Onesimum Philemonis seruum remisit ad Philemonem. qua de re Clemens c.82. Et sic seruus monachus cùm ex eadem No.123. non possit reuocari nisi intra triennium, ex Leonis No.10. perpetuò reuocari potest. XI. est de bonorum possessione quæ à liberis & parentibus petenda est intra annum, non solùm si suo nomine veniant directò, sed & si per seruos heredes scriptos. l.1. D.de suc.ed. l.filij in fi. D.ad se. Tertyl. XII. est, vt magistratus vel officialis, qui finita administratione pecuniam fiscalem penes se esse professus est & retinet, intra annum teneatur tantùm quasi debitor fiscalis, post annum lege Iulia de residuis. l.sacrilegi. §.vlt. D.ad leg.Iul.pec. XIII. est de causis criminalibus, quæ olim fiendæ erant intra annum. cuius iuris vestigium est in l.reus. D.de mun.& honor. vt Obs.1. c.8. ostendimus, & in l.in s.c. §.pen. D.ad Turpil. vbi hæc verba, vel biennio, Triboniani sunt, cuius princeps biennium causis criminalibus præscripsit. Meritò igitur, vt ea l.reus, continetur, intra annum reus delatus honores petere non potest. XIIII. est ex l.2. C.de naufr. vt nauicularius qui exportat publicas species intra annum probet naufragium quod allegat. quod videtur pugnare cum l.pen. eiusdem tit. quæ biennium statuit. Solutio sumenda est ex l.2. C.Th.eod.tit. quæ pro locorum interuallo annum aut biennium statuendum esse declarat. XV. est ex No.1. Vt si heres monitus sententia iudicis in exequenda voluntate defuncti annum moratus sit, hereditatem amittat deducta portione legitima, si ex eis sit quibus portio legitima debetur. idemq́; est in legatario & fideicommissario. Additur ex No.131. vt si iusserit testator ξενῶνα fieri, intra annum extruatur & perficiatur. XVI. est ex No.123.& No.6. Vt ne episcopi supra annum absint extra episcopen suam. XVII. est ex constitutione quadam græca, quæ desideratur in tit.de episc.aud. vt episcopus & tres bonæ opinionis viri singulis annis inspiciant opera ciuitatis, & curent ea metiri, eorumq́; rationem,

A nem ab administratoribus reddi. Hæc tantùm Græci. Addi pleraq; possunt, vt quod diximus 8.c.15. 16.18. annum ad deliberandum dari, & interdum intra annum adeundam hereditatem, & interdum tempora appellationis exercendæ anno concludi. Cœptam item appellationis causam intra annum esse finiendam. Addi etiam potest ex l.vlt.C.de iu.del. Inuentario faciendo esse præscriptum annum, si ab eo loco, in quo sunt bona hereditaria, longè absit heres. Præsenti tres menses dantur, vt diximus cap.13. Item aliud ex l.1.§.sin verò.C.de adsc.rol. eum qui ex libertate in seruitutem vocatur iuratoriæ cautioni committi, & ea præstita si annum abfuerit, in seruitutem trahi. Item ex tit. De rei vxo.act. Dotem quæ in rebus mobilibus aut mouentibus consistit, intra annum esse reddendam. Item ex l.2.&3.C.de commeatu, vt miles qui supra commeatus diem annum abfuerit, decem sequentibus postponatur. Item qui Reip.causa abfuerunt, reuersi habeant anni vacationem. B §.item qui Reip.Inst.de exe.tut. Item ex No.112. Vt post tria edicta, si intra annum non venerit contumax litigator, causa agatur μονομερῶς. Item ex l.6.C.de erog.mil.an.& l.pen.§.pen.C.de præs.30.an. & l.quamuis.C.de decur. alia quædam.

## *De Biennio.* CAP. XXI.

PRimum; vt post annos liber esse iussus, post biennium liber fiat. l.libertas.§.vlt.D.de man.test. Secundum, vt si biennio non apparuerit conductor, nec soluerit pensiones, possit expelli, & inuecta illataq; eo absente adhibitis tabularijs describi. l.quæro.§. inter l.cùm domini.D.loc. Lex, cùm domini, est ex lib.de off.præf.vigil. quòd casum ponit, quo impune horrea & insulæ effringuntur, quæ res ne fiat temere pertinet ad C curam præfecti vigilum l.3.§.effracturæ.D.de off.præf.vig. Idem verò dicimus de emphyteuticario ecclesiastico No.120. Tertium est de causis criminalibus, vt finiantur intra biennium. l.vlt.C.vt intra cer.tem.cri.quæst.ter. excipiuntur aliquot casus, quorũ vnum exposuimus c.19. alterum c.13. Quartum est de actione de dolo, quæ ex Constantini lege biennio cõtinuo concluditur. l.vlt.C.de dolo. olim erat annalis. Quintum est ex l.si mulier perfectæ.C.ad s.c.Velleia. mulierem quæ pro alio intercessit non iuuari s.c.Velleiano, si post biennium denuo eiusdem rei nomine se obligauerit vel satisdederit. idemq; est in No.61. quod si pro extraneo intercedat, locum habet, non si pro marito. nam & si sæpius intercedat pro marito, non tenetur. No.134. etiam si post biennium iteretur obligatio. quod Græci notant. Sic pro extraneo intercedens ipso iure obligatur, pro marito non item. Pro extraneo intercedens non iuuabatur ante s.c. Velleianum. Pro marito intercedens adiuuaba- D tur edictis quibusdam. Sextum est de exceptione non numeratæ pecuniæ, quæ biennio continuo extinguitur. l.in contractibus.C.de non nu.pec. olim quinquennio. Alia sunt tempora exceptionis non numeratæ dotis. Septimum est ex l.2.C.de sponsal. vt si sponsus præsens in eadem prouincia intra biennium non exequatur nuptias, possit puella impune alij nubere. Absens expectatur triennium. l.2.C.de repud. Octauum est ex l.vlt.C.de iu.dot. vt promissor dotis post biennium præstet reditus, pensiones & vsuras trientes, quæ aliàs non solent venire ex stipulatione nisi in stipulatum deductæ sint, nec reditus nisi post litem contestatam. Nonum est ex l.vlt.C.de iu.dom.imp. vt creditor, etiam si nihil de eo conuenerit, possit pignus distrahere biennio postquam debitori testatò denuntiauerit vel iudex pronuntiauerit pecuniam solui, & vt non inuento emptore certis dilationibus & denuntiationibus obseruatis, tum à principe pignoris dominium creditori addicatur, ita E tamen vt adhuc intra biennium id debitor soluta sorte & vsuris & damnis recipere possit. X. hoc est, Legatione functis biennij vacationem dari. l.filius.l. Paulus.§.1.l. vicarius. D. de legationibus. l.3.C.eod.l.2.C.de mun.& honor. non cont. X I. est ex No. 134. vt vxorem ob adulterij crimen coniectam in monasterium maritus intra biẽnium reducere possit si velit. Olim si reduxisset fiebat lenocinij reus. X I I. est ex l.1.C.de sent.præf.præt. vt contra sententiam præf. prætorio, postquam ei successum fuerit, intra biennium liceat principem supplicare per libellum. X I I I. est ex l.7.C.de om.agr.des. Eos qui prædia desecta siue ἄπορα suscipiunt, non nisi post biennium solemnem canonem fisco inferre. Cui addendum ex l.8. eod.tit. vt qui prædia deserta occupant, ab eis ea dominus possit repetere intra biennium redditis meliorationibus. quod videtur pugnare cum l.locorum.eod.tit.& l.vlt.C.de cens.& censitor. de quibus 8.cap.18. Sed illæ de eo loquuntur, cui ad- F dicta sunt prædia à peræquatore. Lex autem 8.de eo qui occupauit. quod sic Græci: ὁ ἐρήμων ἀγρῶν ἐπιβὰς, ἐντὸς δύο ἐτῶν ἐκβάλλεται παρὰ τοῦ δεσπότου. X I I I I. est ex l.vlt. C.de bo.auct.iud. pos. vt quibusdam creditoribus missis in possessionem, quibusdam non missis, admittantur etiam non missi intra biennium inter præsentes, vel intra quadriennium inter absentes. X V. est ex l.2.C.de term. moto, vt qui in mouendis terminis alij ministerium præbuit, biennio ad opus publicum detur. Addatur & quod de naufragio probando intra biennium diximus cap.superiore, & de causa appellationis peragenda intra biennium cap.16. Item ex No.15. vt defensor ciuitatis biennio id muneris administret. Itemq; patronus fisci ex l.sancimus.2.& l.petitionem.l.iubemus.C.de aduo.diu.iud.& primicerius fabricæ.l.2.C.de fabricen.& primicerius notariorum.l.2.C.de primic.& not.& alij.l.1.C. de decan.l.1.C.de mensor.l. Alexandrinis.C.de decur.l.vlt.C.de off.præf.vr. Et aliud ex l.vlt.C.de G commeatu. Et aliud ex l.1.C.si quac.præd.pot.

## *De Triennio.* CAP. XXII.

PRimum est de vsucapione rerum mobilium, quæ hodie triennio perficitur. l.1.C.de vsuc.transform. Adiciunt etiam Græci seruitutem aquæ triennio adquiri ex l.2.C.de ser.& aq. Videntur

namque in ea legisse *Mobilium*. sed forsitan rectius *Immobilium*, vt scilicet seruitutes comparentur rebus immobilibus, sicut & panes ciuiles. No. 7. Secundum est de emphyteuticario, vt excidat iure emphyteuseos, si triennio cessauerit in soluendo canone. l. 2. C. de iu. emphy. De paganico loquimur. nam aliud esse in ecclesiastico capite superiore ostendimus. Tertium est ex l. 1. C. de fideic. vt si triennio solutum sit annuum legatum, in futurum etiam perpetuò debeatur, nisi probauerit heres in triennium tantummodo id fuisse relictum. Constabat in ea specie relictum fuisse legatum. Sed de tempore dubitabatur. Quartum est ex l. 4. C. de vectig. & com. vt locentur publica in triennium. Olim in quinquennium, vt Varro scribit IIII. de ling. lat. Quintum ex l. pen. C. de par. pot. vt filio iam trimo à patre petantur alimenta. Sextum est ex l. 4. D. de incen. rui. & nauf. vt qui ex naufragio grauiorem prædam appetierunt, liberi in triennium relegentur vel ad opus publicum dentur. Retinent Græci vbique vocem latinam πραῖδα, vt & in legibus Georgicis Iustiniani περὶ πραίδας ζώων. Moschopulus περὶ γραδῶν. πραῖδα ἡ γενομένη βλάβη ἐν ἁρπαγῇ ἢ ἀγροῖς ἢ ζώοις τισί. VII. est ex l. properandum. C. de iudic. lites ciuiles triennio esse finiendas. quod & Manuelis Comneni No. quadam confirmatum est. Excipiuntur casus pleriq; suis locis suprà digesti. VIII. est ex l. pen. C. de apochis pub. vt qui proximo triennio prolatis apochis ostendit se publica tributa soluisse, præsumatur omni tempore soluisse. IX. ex l. vlt. C. de rep. he. vt suus heres maior XXIX. annis, qui recusauit hereditatẽ, rebus integris intra triennium possit ad eam reuerti. Itemq; minor post annos XXIX. triennium habet. Decimum est ex l. 1. C. de sent. adu. fisc. lat. ret. Res iudicatas aduersus fiscum intra triennium retractari. Vndecimum est ex No. 22. solui matrimonium si vir per triennium non fecerit τὰ τῆς φύσεως. Antea biennium. l. in causis. C. de repud. Addatur & quod cap. superiore dictum est de sponso, qui non exequitur nuptias intra triennium, & cap. 20. de seruo monacho reuocando intra triennium. Et ex l. 2. C. de mun. & bon. non cont. ab honoribus ad alios honores triennij vacationem dari. Et ex No. 123. vt aleatori triennio interdicatur sacro ministerio. Et aliud ex l. per hanc. C. de adu. diu. ex qua in l. vlt. eiusdem tit. pro biennium, legendum, triennium. Et aliud ex l. vlt. C. de commeatu.

## *De quadriennio.* CAP. XXIII.

PRimum est de quadriennij præscriptione quæ fisco datur & aduersus fiscum. Fisco, si alienauerit rem alienam vel alij pignori obligatam, & eo nomine conueniatur à domino aut creditore pigneratitio. l. 2. C. de quad. præs. Aduersus fiscum, si post quadriennium vindicet bona quasi vacantia, quæ alius tenere cœpit. l. 1. C. eod. tit. l. 1. §. diuus. D. de iur. fis. l. intra. D. de diu. temp. præs. II. est de restitutione in integrũ. Hæc olim anno vtili extinguebatur, hodie quadriẽnio continuo. l. vlt. C. de temp. in integ. rest. l. vlt. C. de rep. her. De restitutione in integrum loquimur quæ fit cognitione prætoris, siue minori ea post annũ ætatis XXV. siue maiori concedatur. Itaq; rectè sentiunt Græci venditionẽ rescindi officio prætoris secundum l. 2. C. de resc. vend. si supra dimidiam veri pretij fraus interuenerit, intra quadriennium duntaxat. atq; ita in foro seruari referunt. Imò & decreto Romani Lacapeni περὶ ὑπερθεματισμοῦ ita definitum est. His potest de quadriennio adijci quod tradidimus S. cap. 21. ex l. vlt. C. de bn. auct. iud. pos. Et aliud ex l. 2. C. de commeatu. Et aliud ex l. vxor. C. de repud. quod tamen abrogatur No. 117.

## *De quinquennio.* CAP. XXIIII.

PRimum est de querela inofficiosi testamenti, quæ quinquennio extinguitur. l. 2. C. in quib. cau. in integ. rest. nec. non est. Post quinquennium non potest agi querela, nisi ex magna & iusta causa. l. contra. C. de inoff. test. Secundum est ex l. vlt. C. de postl. & redemp. ab host. redemptum ab hostibus, à redemptore teneri quasi pignoris iure, liberari solutione pretij vel opere quinquennij. Tertium hoc est, diuortio facto culpa mulieris, ante quinquennium non posse eam alij nubere, & interim subijci legi Iuliæ ac si diuortium factum non esset. l. consensu. §. hæc nisi. C. de repud. No. 22. quod secundum Nouellas nouissimas ita procedit, si culpa vxoris factum sit vt repudium siue ῥεπούδιον maritus mitteret. No. 117. nisi adulterij causa miserit. quo casu nec post quinquennium mulier alij nubere potest, sed conijcitur in monasterium. Quòd si mulier ipsa sine causa repudium miserit, ex eadem No. etiam in monasterium conijcitur, nec vllo tempore potest alij nubere. Itaque abrogatur §. hæc nisi, & No. 22. ea in parte. At si ex causa repudium mulier miserit, anno duntaxat nuptiis abstinebit. d. No. 117. Imò nec anno integro si intra annum pepererit, vt diximus cap. 20. In huius rei tractatione corruptè apud Harmenopulum lib. 4. Epirom. tit. 7. ita legitur, Εἰ δὲ ἡ γυνὴ τοῦ ἀνδρὸς ἀλόγως χωρισθείη. legendum εὐλόγως. Quid si vir repudium miserit, an aliquanto tempore nuptiis abstinebit? Minimè, siue ex causa id miserit siue sine causa. d. l. consensu. §. sin autem aliter. Nouel. 117. Verùm hodie ex Nouel. 127. & 134. communis est pœna viri & vxoris repudio sine causa misso. nam & vir ipse in monasterium coniicitur. Quartum hoc est, adulterij crimen, quod ab extraneo vel extranei iure in masculum intenditur, quinquennio continuo extingui. l. 1. §. accusationem. D. ad Turpil. l. miles. §. adulterij. D. ad leg. Iul. de adult. Idemq; est in crimine peculatus. l. 7. D. ad leg. Iul. pec. & in accusatione contra s. c. Silanianum apertarum tabularum eius qui à familia occisus esse dicitur. l. in cognitione. D. ad s. c. Silan. Aliàs crimina vicennio tolluntur. Quintum est, ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur. qua de re specialis est titulus. Est autem vetus Senatusconsultum. Suetonius in Vespasiano, Vetuit inter cetera quæri de cuiusquam defunctorum statu vltra certos annos. Similiter

A Similiter ex s.c. post manumissionem libertus intra quinquennium duntaxat potest proclamare ad libertatem. l.2.& 4.D.si ing.esse iud. quod abrogatur in l.vlt. C.vbi cau.sta. Collusio item domini & serui detegenda est intra quinquennium. l.2.D.de col.det. Sextum est ex l.pen.C.de præpos.sac. cubic. vt seruum inuito vel ignorante domino factum principis cubicularium, dominus reuocet, intra quinquenniũ. Septimum est ex l.1.C.de contr.iud.donationes collatas in magistratus vrbanos vel adsessores vel domesticos eorum post successionem quinquennio confirmari, intra quinquennium reuocari posse. Octauũ est ex l.4.§.1.D.ad leg.Cor.de sic. In quinquenniũ relegari eum, qui causam mortis præbuerit per lasciuiã, id est, [illegible]. Similiter præses in quinquennium relegatur, qui in numerũ aduocatorum non Christianum recipit. l.nemo. C.de episc. aud. & in alia specie No.118. Nonũ est ex l.2.C.de vect.& com. Rem fisco commissam, fiscum vindicantem repelli præscriptione quinquennij. Sed & ante quinquennium non aget vtiliter, si res non existat, nec dolo supprimatur, vt si seruus bona fide manumissus sit. Decimũ est ex l.2.C.de aposta. vt Christianus qui deserta ecclesia transit ad Græcos, id est, paganos, vt in conciliis sæpe, vel Iudæos etiam post mortẽ accusari possit, quasi intestabilis intra quinquennium continuum. XI. est ex No.131. vt si testator oratorium fieri iusserit, intra quinquennium perficiatur. XII. est ex l.1.§.quod dictũ.D.de separat. vltra quinquennium post aditionem hereditatis creditores defuncti separationem non impetrare. XIII. est ex No.100.de exceptione non numeratæ dotis, quæ vel intra annum, vel intra sex opponitur, vel nullo modo, vt dictum est c.14.& 16. Verùm ab ea definitione excipiendus est maritus minor XXV. annis, cui à contracto matrimonio XII. anni dantur ad proponendam & contestandam querelam non numeratæ dotis. Heres item mariti minor annorum XXV. cui datur C quinquennium siue maritus minor fuerit siue maior. XIIII. est ex l.vlt.C.si maior fac.alie.rat.hab. alienationem rerum minoris sine decreto factam confirmari quinquennio, si post XXV. annum ætatis intra quinquennium eam non reuocauerit. Erant & olim quinquennij præscriptione tuti, qui quid emerant à fisco, de qua in §.vlt. Instit.de vsuc. l.vlt. C.si aduer.fis. l.neque. C.de restit.mil. & in C.Th.tit.de quinq.præscr. Hodie statim tuti sunt ex Constitutione Zenonis translatis actionibus in fiscum. Potest & iis aliud adiici ex l.2.C.de mun.& honor.non contin.& aliud ex l.vlt.C.de adu.diu.iud. & aliud ex No.22. vt maritus captus ab hostibus expectetur quinquennium: quod mutauit Leo No.33. Et aliud ex l.milites. §.vlt. D.de re milit. Adiicit & illud Oldendorpius ex Constitutione Iustiniani, iuris discipulis præscriptum esse quinquennium, quo demum expleto inter aduocatos recipiantur. l.petitiones. C.de aduo.diu.iud.

D

## *De VII. & VIII. annis.* CAP. XXV.

INfantem eum dici qui minor est annorum VII. l.3. C.qui admit. l.si infanti. C.de iu:deli. l.1. De adm.tut. l.14.D.de spons. Anagnosten non fieri ante annos octo. No.123. Hoc ita notant Græci. At No. loquitur de XVIII. annis. Videntur legisse VIII. tantùm, vt constat ex Balsamóne Nomocanõnis tit.1. c.28. De septem annis hoc etiam adnotant, [illegible] quod quid sit, vel vnde sumpserint nescio.

## *De Decennio.* CAP. XXVI.

E PRimum est de vsucapione rerum immobilium, quæ hodie decennio inter præsentes, vicennio inter absentes completur. l.1. C.de vsuc. transfor. No.119. eodemq; modo seruitutes non vtendo amittuntur decennio inter præsentes & vicennio inter absentes, l.pen.C.de ser. & aq. atq; etiam adquiruntur. nam vbique iura in adquirendis seruitutibus longum tempus exigunt. & donationes rerum minoris factæ sine decreto post legitimam ætatem decennio inter præsentes, & vicennio inter absentes confirmantur. l.vlt. C.si maior fac.ali.rat.hab. Hoc verò longum tempus fere semper dicitur & diuturnum. l.si cum. §.Aristo. D.qui & à quib.man.lib. non fiant. In longum tempus siue in longiorem diem cauere, est in annos decem. l.penult.de præt.stip. Paulus 5.Sent. tit.9. l.1. De ripa mun. l.si finita. §.1. D.de dam.inf. Hæc longi temporis præscriptio siue longa præscriptio, de qua est tit.in C.de præscr.long. temp.& quatuor qui sequuntur: quæ quibus casibus locum non habeat, Græci sub hoc tit. tractare F incipiunt inscitè, cùm id ampliores, quæ sequuntur, temporum præscriptiones demonstraturæ sint satis, & hoc potius tradi conueniat, quibus casibus locum habeat. Secundum est de exceptione non numeratæ dotis, cuius tempus est decennium ex No.100. nam post decennium soluto matrimonio non opponitur. Tertium hoc est, olim decennio infirmabatur testamentum. l.6. C.Th.de testa. Hodie non item, nisi apertè testator declarauerit se in eo nõ perstare. l.sancimus. C.eo.tit. Nuda voluntate infirmatur concurrente decennio. Quartum est ex l.vlt. D.de abigeis, vt receptores [illegible]orum in decennium extra Italiam relegentur. Quintum est ex l.siue. D.de pœnis, vt qui in [illegible]im damnati sunt non addito tempore, nec etiam eo vt sint perpetuò metallici, eis decennij tempora præfinita videantur. Cui addendum ex l.in metallum.eod.tit. In metallum damnatos perpetuò iam senes dimitti, si vel cognatos vel adfines habeant, à quibus alantur, vel non minus de-G cem annis pœna functi sint. quò spectat etiam rescriptum Traiani ad Plinium de iis qui ex damnatione serui publici essent. Sextum est ex l.2.C.de incolis, vt qui in aliqua ciuitate decem annos fecit, videatur ibi domicilium habere. Sic Græci loquuntur [illegible], vt in l.miles. §.quidam. D.ad leg.Iul.de adult. Dies quos in custodia fecisset. & in l.seruus qui testamento. D.de statulib. Annum in fuga fecerat. & in antiqua inscriptione: MEMORIÆ .C.F.L. PSDVCÆ

IVLIA

SVLCANÆ MORIBVS NATALIBVS AC PVC. PRISCIS ILLVSTRIBVSQVE FEMINIS COMPARANDÆ, QVÆ VIXIT ANNOS XIII. D. XLVII. CVM MARITO FECIT M. D. D. XX. Est & alius locus in l. pen. C. de agr.cens. Septimum est ex l.1. D. de nund. Ius nundinarum exercendarum non vtendo decennij tempore amitti. Nundinas interpretantur πανηγύρεις ἤτοι τὴν λεγομένην ἀτέλειαν. Sic & ad l.1.C. de nundinis. ὅσοι πανηγύρεις τὴν λεγομένην ἀτέλειαν προφάσει τοῖς ἐμπορίοις. & ad l.3. D. de feriis, ἐν πανηγύρει καὶ ἀτελείᾳ. nundinas ergo vocabant vacationes, & inde vulgò à nobis ferias appellatas reor. De eis habemus præclaram nouellam Basilij Iunioris, quæ apertè indicat eas in agris priuatorum institui qui hoc ius impetrauerint, nec posse transferri in alia loca, nisi ex communi omnium negotiatorum sententia. Quòd si dissentiant inter se, & alij locum commutare velint, alij non item, vincere eorum sententiam qui ex antiquo more nihil mutari volunt. & hoc quidem si agatur de transferendis nundinis à potentioribus ad potentiores, vel à tenuioribus ad tenuiores, vel à potentioribus ad tenuiores. A tenuioribus enim ad potentiores nundinarum translationem non fieri, nisi concurrat vetustas & omnium consensus, id est, nisi ex omnium voluntate transferantur in potentiorum agros, in quibus & iam olim ab initio institutæ fuerint, & postea omnium sententia translatæ ad tenuiores, à quibus nunc pristinis dominis restituentur rectè. Addi & de decennio potest aliud ex l. in omnibus in fi. De diu.temp.præs.

## *De annis* XII. XIIII. XV. XVI. XVII. & XVIII. CAP. XXVII.

PVbertas in masculo æstimatur ex annis XIIII. In femina ex XII. l.2.C. quando tut. vel cur. esse des. l.5. D. qui test.fac.poss. §.1. Instit. de nupt. l.2. D. de vul.subst. No.119. De masculo fuit olim dubitatum. Sed obtinuit etiam in masculo pubertatem annis æstimari, non habitu corporis. Hæc autem definitio ætatis ad multa pertinet. Impubes non potest testamentum facere, non potest testimonium dicere. l. inuiti. D. de testib. non torqueri. l. de minore. D. de quæst. non nuptias contrahere, non obligari sine tutoris auctoritate. Pubes potest. Sunt & alia multa. Plena pubertas in masculo æstimatur ex annis XVII. vel XVIII. quem Græci vocauêre exephebum, vt Censorinus scribit, proximum pubertati mellephebum. Puberem exephebum. Plenè puberem exephebum. In femina ex XIIII. l. Mela. D. de alim. leg. l. adrogator. D. de adoptio. l. quidam. D. de re iud. l.19. C. Th. de decur. §. iustæ & §. vlt. Instit. qui & quib. ex cau.man. non poss. l.1. §. pueritiam. D. de postul. No.115. vbi ostenditur excusari eum qui non attigit plenam pubertatem, si testatorem non redemerit ab hostibus, quasi imperfectæ ætatis sit qui adplenè pubes non sit. Leges Longobardorum ex annis XVIII. non plenam tantùm pubertatem, sed & legitimam ætatem cõstituunt. tit. de ætate legitima. At lege Lætoria & prætoris edicto constat ex annis XXV. tam in femina, quàm in masculo perfectam & legitimam ætatem æstimari. Ex venia principis in masculo ex annis XX. In femina ex annis XVIII. l.2.C. de iis qui ven. æt. imp. quæ specialiter dicitur firmata ætas proxima legitimæ, in l.1. C. eod. tit. Virgilius IIII. Eclog. Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas, Et ex No. Leonis 28. ipso iure. De annis XV. hoc notant, vt curatores operum publicorum vsque ad annos XV. teneantur si opera vitium fecerint. l.7. C. de op.pub. & vt curialis vel officialis non antè ordinetur episcopus, quàm se in monasterio exercuerit per annos XV. No.123. & vt qui reditum certum donauit cùm possessiones nullas habeat, damnetur statim præstare æstimationem redituum annorum XV. l. si quis argentum. §. sin autem. C. de donat. De annis sedecim, ne fiat σιτώνης nisi qui XVI. annum excessit. l.1. in pr. D. de vac.mun. Sed hoc est potius de annis XVII. nam exigit quodammodo in curatore rei frumentariæ plenam pubertatem.

## *De annis* XX. CAP. XXVIII.

PRimum est ex s.c. Claudiano, vt maior XX. annis, id est, qui compleuit XX. annos qui se vænire patitur pretij partiendi causa, seruus fiat, nec manumissus recipiat ingenuitatem. §. pen. Instit. de iu.per. l.1. D. quib. ad lib.proc. non licet. Secundum est ex lege Aelia Sentia, vt minor XX. annis non possit seruum manumittere nisi vindicta causa probata apud concilium, ad quam pertinet l.1. D. de manumiss. l.4. D. de ser.exp. quas malè sub hoc tit. Græci separatim exponunt. Ei verò derogatum est Constitutionibus Iustiniani. nam viget quidem ea lex inter viuos. at vt testamento minor XX. annis exephebus etiam posset manumittere primùm constituit Iustinianus §. vlt. Instit. qui & quib. ex cau.man. non poss. deinde vt etiam ephebus. No.119. Tertium est ex lege Iulia, vt minor annorum XX. non cogatur iudicare. l. cum lege. D. de rec. qui arb.rec. Eligitur enim interdum & datur iudex dummodo sit exephebus. l. quidam. de re iud. Quartum est de criminibus quæ regulariter XX. annis extinguuntur. l. querela. C. ad leg. Cor. de fal. Excipiuntur tria quæ quinquennio extinguuntur, de quibus diximus S. cap.24. Excipitur etiam crimen iniuriarum quod anno extinguitur. l.5. C. de iniuriis. Similiter verò omnes actiones ciuiles fisci excepta causa commissi & vacantium bonorum, de quibus diximus S. XX. annis extinguuntur. l. in omnibus. D. de diu.temp.præscr. l.2. §. pen. & vlt. D. de iur.fis. l.2. & 3. D. de req.nec abs.dam. Vulgò autem malè in d.l.1. §. vlt. differri, cùm sit legendum deferri, pro quo Græci ὀφειλέσθαι lib.56. Βασιλικῶν. tit.11. ac similiter, vt ex Petro Fabro rari & singularis ingenij viro, cùm ego tum alij plures didicerunt, pro defendere, legendum deferre in l. famosi. D. ad leg. Iul. maiest. pro quo Græci habent κινεῖν. in l. mulierẽ. D. de accus. Rursus Reip. rationes subscriptæ & expunctæ aduersus administratorẽ rerum ciuitatis non retractantur vltra annos XX. & aduersus heredẽ eius vltra annos X. d.l. in omnibus. l. calculi. D. de adm.rer.ad ciu.per. Quintũ est, iustum tempus militiæ esse XX. annorum,

quod

A quod ciuilium munerũ vacationem præstat.l.1.C.de exc.vet.l.3.C.de iis qui nõ impl.stip.sac.sol.sunt.
l.1.C.de profess. Sextũ est ex l.2.C.de long.tem.præs.quæ pro lib.op. vt qui bona fide fuerit in pos-
sessione libertatis per annos xx.ei non possit fieri controuersia status. De xx.annis addi vnũ potest
ex superiori capite, & alia quædã ex cap.26.Addendum & ex l.in testimonium.D.de testi.minorem
xx.annis in criminalibus causis testimonium dicere non cogi:impubes prohibetur.l.3.§.lege.eod.

## *De annis* XXV. CAP. XXIX.

HÆc dicitur ætas plena, integra, perfecta multis in locis, quos referre putidum esset.
Et status in l.cùm pater. §. curatoris. De leg.2.l. cùm de ætate.D.de probat.l.pen.C.
B quan.dies leg.ced. Et iusta ac legitima à lege Lætoria, vt constat ex l.2. C.Th.de do-
nat. in qua ita est scriptum, Donec annos Lætoriæ legis egressus legitimam comple-
uerit ætatem. In hanc vsque ætatem homines curatorum auxilio reguntur.l.1.D.de
minor. Minori xxv. annis iuris ignorantia prodest.l.regula.D.de iu.& fac.igno.l.2.C.eod.tit. Mi-
nor xxv. annis adulterij accusare non potest.l.si maritus.2.§.lex.D.ad leg.Iul.de adult. Minor xxv.
annis decurio fieri, vel ad honores aut munera ciuilia admitti non potest.l.non tantùm.D.de decur.
l.ad Remp.D.de mu.& honor.l.2.§.1.D.de vac.mun.l.2.C.qui pro se exc. quod tamen exceptiones
habet quasdam. Eadem ætas exigitur in iudice, vt Harmenopulus scribit lib.1.ex lib.VII. Βασιλικῶν
tit.v.& in tutore & curatore.l.vlt.C.de leg.tut.& in diacono & hypodiacono.No.123. Eandem æta-
tem in procuratore Oldendorpius exigit malè ex l.exigendi.C.de proc.cùm sufficiat plena pubertas.
§.iustæ.Instit.qui & quib.ex cau.man.non pos. Et l.exigendi, de defensore loquitur non de procu-
C ratore. Minor xxv. annis defensor idoneus non est, quia restitui potest in integrum.l.minor.D.de
proc.qua ratione & idoneus fideiussor non est. ideoq; improbari à iudice potest. Non potest quis
eam cuius tutor vel curator fuit, intra annum xxv. vxorẽ ducere, nec filius eius. Imò nec post xxv.
annum ætatis, etiam si rationes reddiderit intra annum vtilem, quoniam adhuc intra annum impe-
trata restitutione rationes retractari possunt. quod coitio nuptiarum impediret. Hodie intra an-
num xxix. quoniam annus vtilis mutatus est in quadriennium continuum.l.si patris.C.de interd.
mat.l.non est.D.de ritu nup.l.si filius.§.si quis eo tempore.D.de lib.& post.l.qui pupillam.D.ad leg.
Iul.de adult. In d.l.non est, falsò quidam codices habent xxvII. quos secutus Dynus ex ea in suo
libro posuit præscriptionem xxvII. annorum eodem errore, quo & præscriptionem IX. annorum
8. Eadem verò ratione puto non posse quemquam arrogare eum, cuius tutor vel curator fuit intra
D annos xxix.quanquam l.nec ei.D.de adopt.de xxv. annis tantùm loquatur. Et ita etiam statutum
tempus accipere oportet in l.nam postea.§.si minor.D.de iureiur.His adiiciunt Græci ex l.rationes.
C.de adm.tut.rationes administratæ curæ, per actionem scilicet negotiorum gestorum, durante of-
ficio ante impletum annum xxv. peti non posse. quod pugnat cùm l.cum curatore D.de ad.tut. &
l.si adhuc.§.vlt.D.de tut & rat.dist. Vtraque est accipienda de actione ex stipulatu. De l.si adhuc, est
certum. De l.cum curatore, dubitantem inscriptio confirmabit. quandoquidem lib.xxIIII.ad edi-
ctum Paulus de stipulatione Rem pupilli, vel adolescentis saluam fore, disputauit.

## *De annis* XXX. CAP. XXX.

PRimum est ex No. 120. vt locatores rerum ecclesiasticarum xxx. annum non ex-
E cedant. Secundum est de præscriptione xxx. annorum, qua tolluntur actiones per-
sonales & mistæ, non longa præscriptione, veluti petitio hereditatis.l.peti.C.in quib.
cau.ces.long.temp.præs.l.hereditatis.C.de pet.her. & finium regundorum, communi
diuidundo, familiæ erciscundæ.l.vlt.C.fin.reg.l.1.§.ad hæc.C.de anna.exc.furti etiam si
adhuc viuat fur, & rem sæpissime contrectauerit. d.l.1. quod olim non obtinuit.l.si cùm quis.§.
quandiu.D.de furt.vi bonorũ raptorum in simplum.d.l.1.Condictio indebiti.l.indebiti.§.vlt.D.de
cõd.ind.Actio ex empto vẽdito.l.empti.C.de euict. Actio Fabiana.l.3.§.1.D.si quid in frau.pat.Actio
tutelæ.l tutores.C.arb.tut. Actio negotiorum gestorum.l.aduersus.C.de neg.gest. Actio serui cor-
rupti.l.13.D.de ser.cor. Actio iudicati.l.miles.§.vlt.D.de re iud. Actio momenti, quoties absentis
occupata possessio est.l.vlt.C.vnde vi.Actio mandati, locati, pro socio, constitutæ pecuniæ & omnes
F personales, quibus minora tempora præstituta non sunt.d.l.1.C.de an.exc.l.2.C.de const.pec. Ad-
iicit interpres No.Valent. de episcopali iudicio, actionem homicidij, ciuilem scilicet. Nam crimen
vicennio extinguitur. & actionem de fugitiuis reuocandis. quod vtique verum est si dominus de-
sierit eos possidere. Longa præscriptio non sufficit.l.1.C.de ser.fug. Et de Curialibus vel collegiatis
reuocandis, vt in No. Maioriani de curial.quod tamen abrogatum est l.5.C.de præs.30.an.l.55.C.de
decur. Actiones in rem olim in Italia vsucapione anni vel biennij tollebantur, in prouincijs præ-
scriptione x. aut xx. annorum. Hodie & in Italia & in prouinciis tolluntur vsucapione x. aut xx. an-
norum aduersus bonæf.possessorem, & præscriptione xxx. annorum aduersus malæfidei possesso-
rem. itemq; ex No.119.aduersus bonæfidei possessorem, qui à malæfidei possessore ignorante do-
mino emit. idemq; dicendum de hypothecaria quæ aduersus extraneum bonæfidei possessorem
G perit annis x. aut xx. l.si à creditore. & l.vlt.C.de oblig. & act.l.1.& 2.C.si.adu.cred.præs.op.l.credi-
tor.D.de diu.temp.præs. aduersus malæfidei possessorem annis xxx. l.cùm notissimi.C.de præs.30.
vel 40.anno. Actiones in personam ex contractibus in Italia tollebantur anno vtili, in prouinciis
erant perpetuæ. Hodie vbique tolluntur præscriptione xxx. annorum, quibus etiam adiunguntur
mistæ, veluti petitio hereditatis & finium regundorum & similes. Ac primùm quidem Theodosius

constituit, vt in prouinciis exemplo actionum in rem, tempore etiam tollerentur personales, non tamen x. aut xx. annis, sed xxx. l. sicut. C. de præs. xxx. an. cuius inscriptio talis esse debet, THEODOS. ET ARC. AA. Fuit enim Theodosius magnus huius præscriptionis auctor, vel Iuniore teste in Nouel. de 30. an. præs. quam multi auctores celebrant. Eius peremptorias rubricas omnem litem abolere Sidonius ait. Patronam humani generis Cassiodorus vocat. De ea & Procopius III. de bello Vand. in hæc verba. Νόμου δὲ ὄντος ῥωμαίοις ἣν τινες οὐχ ὑπὸ ταῖς οἰκείαις χερσὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν ἔχωσι, καὶ τελεσθῇ χρόνος εἰς λ' ἐνιαυτοὺς ἥκων, τούτους δὲ οὐκ ἔτι τοὺς κυρίους ἐπὶ τοὺς βιαζομένους ἰέναι, ἀλλὰ παραγραφῇ αὐτοὺς ἀποκεκλεῖσθαι τὴν ἐς τὸ δικαστήριον εἴσοδον. De eadem & Sudas in Prisco Emeseno. Hæc præscriptio currit etiam aduersus puberes minores 25. annis. d. l. sicut. No. 22. cùm tamen præscriptio quinquennij, quæ obstat querelæ inofficiosi, aduersus eos non currat. l. 2. C. in quib. cau. in integ. rest. l. contra. C. de inoff. test. nec præscriptio longi temporis. l. 3. C. in quib. cau. long. temp. præs. nec vlla alia. l. vlt. C. in quib. cau. in integ. rest. Pertinet ad eam præscriptionem tricenariam quod traditur in l. cùm satis. C. de agric. & cens. vt liberi homines, qui per xxx. annos quasi coloni & adscriptitij detenti sunt, liberi quidem maneant, quia libertas nulla præscriptione infringi potest, sed terrã deserere non possint, & solemnem capitationem inferre cogantur. quod ibi esse traditur ex Constitutione Anastasij, quæ non extat. Est autem l. 19. eiusdem tit. græca. Adiatur & aliud ex l. pen. C. de fund. rei pri. & sal. diu. dom. vt qui annos xxx. seruierit collegio vel curiæ vel burgo, id est, corpori alicui, non reuncetur quasi colonus alienus vel inquilinus. Tertium est, in presbytero exigi ætatem xxx. annorum. No. 123. vbi malè quidam legunt xxxv. quæ ætas in episcopo exigitur ex eadem No. non in presbytero. sed & in No. 137. hoc tantùm exigitur, vt episcopus sit maior annis xxx. qua de re Theodorus Balsamon Nomocanonis tit. 1. c. 28.

## *De* XL. *annis.* CAP. XXXI.

Sicut quæ non tolluntur minoribus temporibus actiones, tolli eas tricennio traditum est suprà, ita quæ non tolluntur tricennio, XL. annis extinguuntur, nec vlla fere vlterius producuntur, veluti hypothecaria aduersus debitorẽ & heredem eius & aduersus posteriores creditores debitore superstite. l. cùm nouissimi. C. de præs. 30. vel 40. an. Citius ergo perit iis casibus personalis quàm hypothecaria. l. qui occidit. §. 1. D. ad L. Aq. quod & aliàs accidit, puta, vt sublata personali maneat hypothecaria. l. debitor. D. ad Treb. l. 2. C. de luit. pig. Puto & vindicationem in seruitutem extingui, si quis XL. annis mala fide in possessione libertatis fuerit. l. 4. C. de præs. 30. vel 40. At meritò Græci excipiunt seruum fugitiuum, quando scilicet non desiit possideri à domino. Vindicationi eius rei quam non desiit possidere, nulla præscriptio opponi potest. l. 2. C. eod. tit. Eadem præscriptione repellitur qui quem vindicat cohorti. l. si cohortalis. C. de cohortal. vbi vulgò malè xxx. veteres & libri βασιλικῶν habent XL. Actiones etiam fiscales exẽplo priuatarum xxx. aut XL. annis tolluntur. l. iustas. C. de iu. fis. & quidem si vindicet fiscus quæ nondum habuit, excepta causa commissi & bonorum vacantium, vel qua alia cui minora tempora præstituta sunt, repelletur à domino vel bonæfidei possessore præscriptione xx. annorum, vt dictum est S. cap. 28. A malæ fidei possessore xxx. Quòd si vindicet ea que habuit & amisit, repelletur præscriptione XL. annorum. l. vlt. C. de fund. patrimo. Sed & actione personali, si agat de reliquis, hoc est περὶ ἐνιαυσιαίων repelletur præscriptione XL. annorum, vt Theodorus Hermopolites interpretatur, non tamen id aduersus fiscum ea præscriptione adsequi possessor potest, vt & in futurum à canone sit possessio immunis. d. l. vlt. l. comperit. C. de præs. 30. vel 40. an. Verùm, vt idem Theodorus ait & Accursius noster probat ex l. vlt. C. de fundis rei pri. si quis sine canone agrum principis acceperit, & XL. annis possederit nullo canone soluto, nec de agro nec de canone conueniri potest. Est & alia in re locus præscriptioni XL. annorum, si actio quæ xxx. annis perire solet, interim contestata & postea omissa sit. nam ex contestatione in annos XL. extenditur. l. vlt. C. de præs. 30. vel 40. an. qua abrogatur No. Valentiniani de epis. iud. quæ actionem ex contestatione in alios duntaxat xxx. annos extendit, nisi fuerit contestata post annos xxv. quo casu eam prorogat in annos x. tantùm, id est, in annos quinq; supra xxx. Addendum, hac etiam præscriptione XL. annorũ tolli actiones ecclesiasticas ex No. 131. & 111. quod congruit cũ l. vlt. C. de fund. patr. sublata l. vlt. C. de sacros. eccl. & No. 9. quarum vna in Orientalibus, altera in Occidentalibus ecclesiis introduxerat c. annorum præscriptionem. Causam hanc fuisse exponit Sudas in Prisco Emeseno. Annus erat xxx. aut XL. ex quo Emesenorum ecclesia heres extiterat Mamiano viro illustri & patritio, cùm œconomi eius arte Prisci, qui optimè aliena chyrographa imitabatur, pleraque confinxerunt instrumenta tabellionis cuiusdam omnium iudicio optimi, qui vixerat superstite Mamiano, quibus ostendebant ingentes pecunias à multis Mamiano deberi, atque adeò ecclesiæ iure hereditario. Sed quod instrumentis obstaret præscriptio tricennij, scelus sceleri adiicientes, Imperatorem etiam Iustinianum pecuniis expugnarunt, & data ei vel quæstoribus palatij pecunia illam legem extorserunt, ne ecclesiis opponeretur alia, quàm c. annorum præscriptio, quod postea idem Iustinianus mutauit. Legitur in eo Sudæ loco corruptè οἱ χρόνοις τὰ ἐκκλήτους ταῖς καθήκουσιν, cùm sit legendum, τὰς ἐκκλησίας. Hodie igitur quacunque actione ecclesia experiatur, excludetur præscriptione XL. annorum. At si eum ecclesia agatur, seruabimus præstituta tempora Nouel. 111. Notandum postremò in diaconissa exigi ætatem LX. annorum ex præcepto Apostoli 1. ad Timotheum v. & l. nulla. C. de epis. & cler. de qua Georgius in Chronographia. Ex No. VI. quinquaginta, ex No. 123. quadraginta. Diaconissæ curabant ægros, & ad baptismata adhibebantur.

De

### *De annis* L. CAP. XXXII.

Repetitio eius quod in alea lusum est præscriptione tricennij nõ tollitur. Anatolius eam tolli ait præscriptione annorum L. atq; ita fuisse in l.1.C. de aleat. constat ex latina eius conuersione quæ circunfertur, & ex eo quod Græci allata illa lege, sub hoc titulo scribunt iis verbis: Οὐκ ἀντίκειται χρόνος τῷ ἀπαιτοῦντι τὸ καταβληθὲν εἰς τὰ τῶν ἀπηγορευμένων παιγνίων εἰ μὴ μόνος ὁ πεντηκονταετής. Non tolli eam tricennio epitome græca, quæ extat Nomocanonis tit.13.c.29. indicat, dum ait eam competere ἀνενοχλήτως & μετὰ τριακονταετίας. At Thalelæus eam tricennio tolli putat, quod in contextu βασιλικῶν id non sit adiectum vt tricennium egrediatur: quasi hoc sit ius nouissimum. & hoc quidem primum de L. annis notant. Secundum est, Ne decurio quinquagenarius excusetur à muneribus. l.13.C. de decur. vbi tamen malim pro L. legere LV. Et in l.3.C. qui prof. se exc. pro LV. lego LXX. Anni LV. excusant à decurionatu. Anni LXX. à muneribus. Tertium est de liberta, vt maior L. annis operas patrono præstare non cogatur. l. liberta. D. de op. lib. Quartum est ex l. si maior. C. de leg. her. partum editũ ex quinquagenaria esse legitimum. qua de re in Frag. Vlpiani.

### *De annis* LX. *&* LXX. CAP. XXXIII.

Maior sexagenario ducere minorẽ quinquagenaria potest. l. pen. C. de nup. quod & s.c. Claudiano comprehensum fuisse Vlp. in Frag. testatur. rectè. nam auctore Aristotele vsque ad LXX. annum vir gignit, femina vsq; ad quinquagesimum. At lege Iulia secus erat, quasi non posset maior sexagenario liberis operam dare. l. si paterfam. §. vlt. D. de adopt. Notandum etiam contra libertatem nec LX. quidem annorũ præscriptionem opponi. l. vlt. C. de long. temp. præs. quæ pro lib. op. De annis autem LXX. quod diximus §. Annos LXX. excusare à muneribus ciuilibus. l. 1. C. qui æt. se exc. l. 3. §. quamuis & §. cura. D. de mun. & hon. l. si vltra. C. de decur. l. 3. D. de iure immunit.

### *De annis* C. CAP. XXXIIII.

Cum sublata sit c. annorum præscriptio quam Iustinianus dederat ecclesiis, vt diximus cap. 31. restant duo tantùm notanda de annis c. Primum est, vsumfructum relictum Reip. c. annis extingui. l. an vsusfructus. D. de vsufr. Respublica æstimatur ὡς ὁ μακροχρονιώτατος ἄνθρωπος. Longissimum autem spatium senescendorum hominum est annorum c. vnde seculum dici Varro putat. Ei l. opponitur l. 68. D. ad leg. fal. quæ vsufructu Reip. relicto XXX. annorum computationem fieri ait. Respondeo vsumfructum relictum Reip. annis c. finiri. nam & qui infanti puero relinquitur longius produci posse non creditur. d. l. an vsusfructus. At quoties de lege falcidia quæritur, vsusfructus Reip. relictus tanti æstimatur, quanti est in reditu annorum XXX. nam & qui puero infanti relinquitur amplius non æstimatur. d. l. 68. Comparatur vsusfructus Reip. relictus homini relicto. De illo qui homini relinquitur, agit illo loco, eoq; nos iure vti, quem notat non amplius æstimari quàm sit in reditu annorum XXX. atque ita etiam apud Harmenopulum Patritius exponit lib. 2. tit. 10. Deinde subiicit, sic deniq; esse & si vsusfructus Reip. legetur. Vsusfructus ergo legatum æstimatur siue priuato legetur siue Reip. & ex eius æstimatione detrahitur falcidia. Alterum, Ea quæ in redemptionem captiuorũ relicta sunt non excludi nisi præscriptione c. annorum. l. vlt. C. de sacros. eccl. quod quia nominatim non est abrogatum, sicut in ecclesiis, manere Theodorus notauit in No. CXI. At III. c. III. tit. v. lib. βασιλικῶν, id esse abrogatũ ait.

### *De tempore infinito.* CAP. XXXV.

Primum hoc est, vt si arbiter iusserit solui non adiecto die, insit modicum tempus. l. si cùm dies. §. vlt. D. de rec. qui arb. rec. quod interpretabimur x. dierum arg. l. promissor. §. vlt. D. de const. pec. Secundũ est ex l. 5. D. de inter. in iu. fac. Interrogato in iure dandum esse tempus ad deliberandum. quod interpretabimur esse in prætoris arbitrio. Tertium est ex l. nulla. D. pro socio. Societatem in æternum non coiri. Quartum est, Perpetuum tempus variè accipi, quandiu soluerit canonem emphyteuticarius. §. adeo. Instit. de loca. Quandiu vixerit quis. l. 1. D. pro soc. l. 1. §. pen. D. de off. præf. vrb. l. cùm ij. §. siue igitur. D. de trans. Et pro annis XXX. vel XL. vt cùm dicimus perpetuas actiones, quæ ex Constitutionibus tricennio vel quadriẽnio extinguuntur. Quintũ est ex l. ab hostibus. §. vlt. D. ex quib. cau. ma. Absenti reuerso restitutionem dari, etiam si intra modicum tempus quàm rediit, impleta fuerit vsucapio, quod ita definitur, dum hospitium conducit, sarcinas componit, aduocatum quærit. & l. si domus. §. in pecunia. D. de leg. 1. vbi in soluenda pecunia legata modicum tempus dari dicitur, quod relinquitur arbitrio prætoris. Et No. 4. accessionibus petentibus arbitrio iudicis dari tempus ad adducendum reum principalem. Sub hoc capite includi possunt tẽpora omnia quæ arbitrio prætoris præstituuntur. Superiora sunt legitima. Sextũ hoc est, Tẽporarias actiones litis contestatione perpetuari. l. nam postea. §. si is qui. D. de iureiur. l. aliam. D. de nouat. l. vlt. D. de fid. tut. Perpetuari secundum ius vetus, id est, æternas fieri, secundum Theodosij Constitutionem, prorogari in annos XXX. Perpetuæ autem quæ olim fuerunt, nunc sunt tricẽnales, contestatione litis prorogantur in annos XL. ex l. vlt. C. de præs. 30. an. nec fit eiusmodi prorogatio nisi semel. Multa alia sub hoc titulo Græci tradunt, quæ nihil ad rem facere videntur, veluti in medio litis transigi posse, ante moram vsuras in bonæ fidei iudicium non venire, damnatos capitaliter post appellationem testamentum facere posse, Legata ad tempus relinqui posse, & alia quædam quæ prætermittimus. Subiecimus Eustathij librum.

# ΠΕΡΙ ΧΡΟΝΙΚΩΝ ΔΙΑΣΤΗΜΑΤΩΝ

## ΑΠΟ ΡΟΠΗΣ ΕΩΣ ρ΄. ΕΤΩΝ.

### περὶ ῥοπῆς.

Τρίτον γονῇ, καὶ ἡ τρεῖς ἐν μιᾷ γαστρὶ γεννήσασα· ὡς βιβλ. ν΄ τῶν διγέστων τίτλ. ις΄, δίγεστον ρλζ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β. β΄ τ. β. κεφ. ρλζ΄.

Ἠλευθερώθη δούλη ἐν διαθήκῃ ἐὰν τρία τέκῃ, ἔτεκεν ἕν, καὶ μετὰ τοῦτο τρία, ὁ τέταρτος τῶν παίδων ἐλεύθερος. μετάγων τὸ τεχθῆναι τὸν τρίτον, ἐξ ἐκείνου ἡ αἵρεσις τῆς ἐλευθερίας, ὥσπερ οἷα δήποτε ἑτέρα αἵρεσις καὶ τὸν τέταρτον ἐλεύθερον ἔτεκε. ταὐτὸ δεῖ κἂν ἐξ ἀρχῆς δύο καὶ μετὰ ταῦτα δύο ἔτεκε, καὶ ὁ ῥοπῇ τὴν ἐλευθερίαν αὐτῷ τῷ τελευταίῳ τεχθέντι χαρίζεται. ὡς β. α΄ τῶν διγ. τιτ. ε΄, δ΄ ιε΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ μς΄ τ. α΄ κεφ. ιγ΄.

Ἐπεὶ ἡ φύσις οὐκ ἐπιτρέπει ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ῥοπῇ τίκτεσθαι, ἀλλ' ἀνάγκη ῥοπὴν εἶναι τινα μεταξὺ τῶν κατὰ τὴν πρώτην καὶ δευτέραν τικτομένων τάξιν, διὰ τοῦτο φαμὲν ῥοπὴν τούτῳ χαρίζεσθαι τὴν ἐλευθερίαν. λέγεται δὲ ὡς ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἦχθη πρὸς Ἀδριανὸν τὸν βασιλέα γυνὴ θαύματος ἕνεκεν ὅτις μετὰ μ΄ ἡμέρας τῶν ἐν ἑνὶ καιρῷ τεκοῦσα τέσσαρας παῖδας ἔτεκε τὸν πέμπτον. λέγεται δὲ τοῦτο καὶ β. τῶν διγεστ. τ. α΄ δ΄ λς΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ κς΄. τ. ε΄. κεφ. λβ΄. καὶ ἐπὶ τῶν διγ. β΄ ε΄. τ. δ΄. δ΄ γ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ μβ΄ τ. β΄. κεφ. γ΄. πῶς οὖν μετὰ τὸ διαστῆμα τῶν μ΄ ἡμερῶν ῥοπὴν θεματίζομεν. οὐκ ἄλλως ἢ ὡς ὁ παῦλος φάσκει ἐδίδαξεν ἀπὸ ὅτι τὸ ἅπαξ ἢ δὶς παραβαίνοντα, οἱ νομοθέται. καὶ οὐ δεῖ τὰ σπανίως καὶ ἐκ παραδόξου συμβαίνοντα ὡς κανόνας παραλαμβάνειν οὐδὲ ἐλ... ὡς β. α΄. τῶν διγ. τ. γ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β. β΄. τ. α΄ κεφ. ι΄. ἰστέον δὲ ὅτι κεκριμένα τὰ τελευταῖα ... οἰκέτου τελευτήσαντος οὐχ ἡ ἐν αὐτῇ τῇ ῥοπῇ τῆς τελευτῆς διατίμησις σκοπεῖται, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῆς ... καὶ ἐν πλάτει ... ἵνα μὴ ... εἰς ποσὸν ἐλάχιστον ... διατίμησιν δοῦλος θανατηφόρον πληγὴν δεξάμενος ὡς β΄ ιγ΄ τῶν διγ. τ. γ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β. κδ΄ τ. θ΄. κεφ. θ΄.

Καὶ ὁ γραφεὶς ἐν διαθήκῃ ἐλεύθερος ἐὰν παράσχῃ ... ὁ τῷ κληρονόμῳ ι΄ ... εἰ ἐν ἐκείνῃ τῇ ῥοπῇ ... παράσχῃ τὰ δέκα ... ἑτέρῳ ἐλεύθερος ... ὡς πληρώσαντα τὴν αἵρεσιν εἰ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ῥοπῇ τοῦ τοκετοῦ ταῦτα παρέχειν ὡς β΄ α΄ τῶν διγ. τ. ιδ΄. ιγ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ μς΄ τ. πρώτου κεφ. ιδ΄.

Ἀπὸ ῥοπῆς εἰς ῥοπὴν ... τῶν κα΄ ἐνιαυτῶν ὁ χρόνος ... τότε τί πράξας ἐνήλικος; ... ἀλλὰ ... ἀπολαβεῖν ... ὡς β΄ δ΄ τῶν διγ. τ. δ΄. δ΄ β. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ... τ. δ΄. κεφ. β. θεμ. δ΄.

Κἂν μιᾷ ῥοπῇ τις νεμηθῇ μόνον πρᾶγμα ὅπερ μὴ παρὰ διανύοντα καλῇ πίστει ἀγοράσῃ ἔχει τὴν ... ὡς β΄ ε΄ τῶν διγ. τ. β. δ΄. ιβ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ιε΄. τ. β΄ κεφ. ιε΄.

Εἰ ἀγοράσει τις πέτρον ἢ παῦλον, ὁ πρότερος ἔχει τὴν ἐπιλογὴν καὶ ὁ πρῶτος τελευτήσας αὐτῷ ... ὁ δὲ δεύτερος τῷ ἀγοραστῇ· εἰ δὲ καὶ οἱ δύο τελευτήσουσιν ἐν μιᾷ ῥοπῇ, ἀπαιτήσει ὁ ἀγοραστὴς τὸ τίμημα εἰ μὴ ἔφθασεν αὐτὸ καταβαλεῖν ὡς β΄ μ΄ τῶν διγ. τ. α. δ. λ. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ιθ΄ τιτ. θεμ. ιγ΄ κεφ. ...

Ἐὰν γραφῇ τις κληρονόμος εἰ παράσχῃ ι΄. ἔτι περιὼν πέτρου δίδωσι καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ῥοπῇ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ παρέχων αὐτὰ δι' ἑαυτοῦ ἢ καὶ δι' ἑτέρου κληρονομεῖ ὡς β΄ κη΄. τῶν διγ. τ. ε. δ΄ ... τῶν δὲ βασιλικῶν β΄. λε΄ τ. ... κεφ. ... θεμ. β. καὶ τ. ... κεφ. ...

Ἐὰν τις διαφθείρῃ ... ἐφ' ᾧ ἐλευθερῶσαι αὐτὸν τῇ αὐτῇ ῥοπῇ ἀναγκάζεται ἐλευθερῶσαι αὐτόν. οὐκοῦν οὐδὲ ἐὰν ... ὁρισθῇ ... πραττείζεται τῇ ... ἀλλ' εὐθέως ἐλευθεροῦται ὡς β΄ ... κεφ. ... τῶν δὲ βασιλ. β΄ ... κεφ. ...

θ΄ Οἱ γεωργοὶ ὀφείλουσι τῇ βουλῇ ἤτοι τῇ γεωργίᾳ ἐμπεπνῖχθαι. ὥστε μὴ ἐν ῥοπῇ τινὸς καιροῦ ἀποστῆναι τῆς γεωργίας ὡς β΄ ια τοῦ κεφ. τ΄ μα δ. ιδ. τῶν δὲ βασιλικῶν. β. νε΄ τ΄ α κεφ. ιδ.

ι΄ Ἐάν τις δανείσηται χρήματα ὑποθήκης ἐπὶ ὁρίσαι τοῦ ταῦτα καταβαλεῖν δανειστῇ αὐτοῦ τῆς ὑποθήκης ἅμα καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ῥοπῇ τοῦ δοθῆναι τὰ χρήματα ἐπὶ δευτέρῳ ὅρῳ τῆς ὑποθήκης, μεταφέρεται ἡ δεσποτεία αὐτῶν τῶν χρημάτων ἐπὶ τὸν δανειστὴν τὴν δευτέραν δεξαμένου ὑποθήκην ὡς β΄ ιδ΄ τ΄ ς. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ιγ τ΄ δ΄ κεφ. χ΄ θεμ. θ΄.

ια΄ Ἐὰν ὑπεξούσιος παρὰ γνώμην τοῦ πατρὸς δανεισάμενος ἐκτελέσῃ τῷ ἰδίῳ πατρὶ γράμματα δηλοῦν αὐτῷ ὑπὲρ αὐτοῦ καταβαλεῖν τῷ δανειστῇ ἐὰν ἀποδοκιμάσῃ τὸ δάνειον, εὐθὺς διαμαρτυρεῖσθαι χρὴ σημαίνοντα δι᾽ αὐτῆς τὴν ἐναντίαν αὐτοῦ βούλησιν.

ιβ΄ Τὸν ἐνιαυτὸν κατὰ νόμον οὐκ ἀπὸ ῥοπῆς εἰς ῥοπήν, ἀλλὰ διὰ ἡμέρας εἰς ἡμέραν ἀριθμοῦμεν.

## Περὶ ὥρας.

α΄ Ἐάν τις ἐν ἑτέρᾳ μὲν ὥρᾳ ἑαυτῷ αὐθεντικὴν τυπώσῃ διαθήκην, ἐν ἑτέρᾳ δὲ ὀρφανικὴν ποιήσῃ, προσληφθέντων ἐν αὐτῇ πέντε μαρτύρων ἔρρωται ἡ ὀρφανικὴ αὐτοῦ διαθήκη καὶ ἀναιρεῖται τὴν αὐθεντικὴν ὡς μεταγενεστέραν ὡς β΄ κη΄. τ΄ ς΄. δ. ξ. ις τῶν δὲ βασιλικῶν β΄. λε΄ τ΄ ι. κεφ. ιζ.

β΄ Ἑκάστης ἡμέρας αἱ πρῶται ἑπτὰ ὧραι τὸ μεῖζον εἰσὶ μέρος ἢ μὴν αἱ τελευταῖαι ὡς β. ν. τῶν διγ. τ΄ ις δ. ξ. δεύτερον. τῶν δὲ βασιλικῶν β. β τ. β. κεφ. γ.

γ΄ Καὶ ἀνὴρ καὶ γυνή. ὅτε ἡβήσουσι καλῶς διατίθενται, καὶ πρὸ μιᾶς ἡμέρας τῆς πληρώσεως τοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτου ἢ δωδεκάτου ἐνιαυτοῦ μετὰ ἐξ ὥρας τῆς νυκτός. εὑρομεν γὰρ ἐν τῷ βιβλίῳ τῷ β τῶν διγ. τ΄ ιβ΄ διαταξ. κ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ζ. τ΄ ιζ κεφ. κ΄. ὅτι ἡ ἡμέρα ἀπὸ τῆς ζ΄ ὥρας τῆς νυκτὸς ἄρχεται καὶ τελευτᾷ εἰς ς΄ ὥραν τῆς ἐπιούσης νυκτός. ὥστε καὶ τὸ πραττόμενον ἐν μιᾷ τούτων τῶν κδ΄ ὡρῶν τῆς αὐτῆς ἡμέρας δοκεῖ γίνεσθαι καὶ εἰκότως ἡ γενομένη διαθήκη μετὰ τὴν ἕκτην ὥραν τῆς νυκτὸς ἔρρωται ὡς ἐν τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ τοῦ ιδ΄ χρόνου γενομένη ὡς β κγ΄ τῶν διγ. τ΄ α΄. διατ. ε΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ λε τ΄ α. κεφ. ζ.

## Περὶ ἡμέρας.



α΄ Εἴκοσι μίλια καθ᾽ ἡμέραν ἀριθμεῖσθαι ὁ πραίτωρ κελεύει τῷ ὁμολογήσαντι παραγενέσθαι εἰς δικαστήριον ἀπὸ τῆς ἡμέρας καθ᾽ ἣν τις ἀσφαλίσατο καὶ καθ᾽ ἣν πεπείσεται. οὕτω γὰρ ἡ καταλογίζονται αὐτῷ ὡς β. ϛ τ΄. ια΄. δ. α΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ζ. τ΄ ις΄ κεφαλ. α΄ ζητ΄. καὶ τῆς α΄ ἰνστ. τ΄ κδ΄.

β΄ Ἐάν τις εἰς ὡρισμένον χρόνον παράστασιν τινὸς ὁμολογήσῃ, ἑκάστη ἡμέρα συνωθεῖται καθ᾽ ἣν ἡ παράστασις ὤφειλε. εἰ δὲ πρὸ τῆς ὁρισθείσης ἡμέρας τελευτήσει ἐκεῖνος ὅτινος ἡ παράστασις ὁμολογήθη ἡ κρατεῖται ὡς β΄ β΄. τῶν διγ. τ΄. κ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β. κζ τ ιδ΄ κεφ. δ΄.

γ΄ Εἰ τι ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τοῦ βισέξτου ἤτε ἐν τῇ δευτέρᾳ τυχθῇ τις ἀδιάφορόν ἐστιν: διὰ ἐκείνης γὰρ τὸ κε΄ ἔτος ψηφίζεται ὡς τῶν δύο ἡμερῶν αὐτοῦ τῆς μιᾶς προλαμβανομένων ὡς β δ. τῶν διγ. τ΄ δ. de minoribus τῶν δὲ βασιλικῶν. β ι. τ δ. κεφ. β. θεμ. ε΄.

δ΄ Χρὴ τοὺς ἄρχοντας κατὰ κυριακὴν ἐποπτεύεσθαι τὰς φυλακὰς καὶ δεῖξαι ἵνα φιλανθρώπως οἱ φύλακες αὐτοῖς χρῶνται καὶ τροφὰς δίδωσι καὶ λύουσιν αὐτοὺς ὡς β΄ α΄ τοῦ κωδ. τ΄ δ. διαταξ. θ. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄. ς τ΄ γ κεφ. λγ΄.

ε΄ Οἱ ἐπίσκοποι ἐπισκεπτέσθωσαν τοὺς ἐν φυλακῇ κατὰ τετράδα καὶ παρασκευὴν ἤτε οἰκέται ἤτε ἐλεύθεροι εἶεν. καὶ παρασκευαζέτωσαν τοὺς ἄρχοντας ποιεῖν ἐπ᾽ αὐτοῖς ὅσα οἱ νόμοι κελεύουσι. μὴ πειθομένων δὲ τῶν ἀρχόντων μηνυέτωσαν τῷ βασιλεῖ περὶ αὐτῶν ὡς β΄ α τοῦ κεφ. τ΄ δ΄ διατ. κβ΄. ἥ τις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά. καὶ β΄ θ΄ τοῦ κεφαλ. τ΄ δ. διαταξ. ε τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ. τ΄ λε΄ κεφ. κβ΄ θεμ. ς΄.

ϛ΄ Μὴ ὑφιστάσθω ἰουδαῖος σωματικὰς λειτουργίας ἤτε ἀγγαρείας ἐν ἀπρακτῷ ἄγων ἑορτασίμῳ αὐτοῦ ἡμέρᾳ ὡς β΄. α τοῦ κεφ. τ΄ θ΄ διατ. β. ἥτις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά.

ζ Ἡ ἡμέρα τῆς ἁγίας κυριακῆς καὶ τῆς χριστοῦ γεννήσεως καὶ τῶν ἐπιφανείων ἄπρακτοι ἔστωσαν ὡς β΄ γ΄ τοῦ κεφ. τ΄ ιβ΄· διάταξις ε. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄. ζ, τ΄ ιζ κεφ. κγ΄ θεμ. δ.

η΄ Ὁ χρεωστῶν ὑπὸ ἡμέραν, πᾶσαν τελείαν τὴν ἡμέραν ἔχει εἰς τὸ καταβαλεῖν τὸ χρέος, ὡς ἰνστ. γ΄ τ΄ κ΄. ὁμοίως περὶ χρόνου καὶ μηνὸς β΄. τῶν διγ. μ΄. τ΄ α΄ δ΄. κε καὶ λθ. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ μγ΄ τ΄ α΄. κεφ. κε΄ καὶ λθ.

θ΄ Ἐὰν δύο τισὶ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ὑποτεθῇ αἱ ὧραι αἱ προλαβοῦσαι καὶ ὑστερήσασαι οὐ ποιοῦσι τὸν ἐπ᾽ αὐτῶν προτίμησιν, ἀλλ᾽ ὑπόκεινται αὐτοῖς κατὰ ἀναλογίαν τοῦ χρέους ὡς β κ. τ α΄ δ΄. ις΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄. κε΄ τ΄. β΄. κεφ. ιγ΄ θεμ. θ΄.

ι Ἡ ἡμέρα τῆς ἑορτῆς τοῦ νεταλίου ἄπρακτός ἐστιν ὡς β΄ γ΄ τοῦ κωδ. τ΄. ιβ΄. δ΄. ε΄. τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ. ζ.

A B C D E F G

A ς. ζ. τ' ιζ κεφ. κς' θεμ. ι'.

ια' Ἐάν τις ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ καταδικασθῇ φανῇ ἐκκαλέσασθαι, ἀρκεῖ αὐτῷ ἡ διαίτα ἐκκλητος ὡς Β' μθ' τῶν διγ. τ' α. τῶν δὲ Βασιλικῶν Β' θ'. τ' α κεφ. Β. καὶ γι'.

ιβ' Πρὸ μιᾶς ἡμέρας ὀφείλει προλέγειν ὁ μέλλων περί τινος ποιῆσαι ἐξέτασιν ὅτι ἔσται ἐξέτασις ἵνα μὴ οἱ κατηγορούμενοι τῷ αἰφνιδίῳ εἰς φόβον καὶ θόρυβον ἐμβάλλωνται ὡς Β' μγ' τῶν διγ. τ ιγ. δ' ιγ' τῶν δὲ Βασιλικῶν Β' ξ τ' ν'.

## περὶ δύο ἡμερῶν.

B α' Ὁ διαδεξάμενος ἀρχὴν ὀφείλει περὶ δύο ἡμερῶν τῆς ἐπιβῆναι τῆς ἐπαρχίας καθ' ἣν ὁ ἄρχων ἐστὶν ὁ τὴν ἀρχὴν ἔχων ἀποστέλλειν πρὸς αὐτὸν γράμματα φιλικὰ περὶ τοῦ ὑπαντῆσαι τοῦτῳ τὴν τάξιν καὶ ἕως τότε λαμβάνειν τὸν πρότερον ἄρχοντα τὰς σιτήσεις. ὡς ἡ μετὰ τὸ κεφ. ζ' νεαρὰ. τῶν δὲ Βασιλικῶν Β' ς τ' γ' κεφ. λδ'.

β' Ἐὰν αἵρεσις ἐπιτεθῇ τινὶ καὶ μὴ ὁρισθῇ καιρὸς, ἡμέρας δύο ἔχει εἰς τὸ πληρῶσαι τὴν αἵρεσιν ὡς Β' θ' τ' ες' δ. σζ τῶν δὲ Βασιλικῶν Β' Β' τ' Β. κεφ. σζ.

γ' Ἐὰν ὁ ἀνὴρ ἢ ὁ πατὴρ μοιχὸν καταλάβῃ ἐπὶ τῇ γυναικὶ ἢ ἐπὶ τῇ θυγατρὶ ὃν οὐ βούλεται κτείνειν ἢ οὐκ ἔξεστιν αὐτῷ ἀλλ' εἴκοσι νυκτερινὰς καὶ ἡμερινὰς μόνον ὥρας ὀφείλει. αὐτὸν κρατεῖν, μετὰ τὸ διαμαρτύρασθαι ὡς Β' ξ. τῶν Βασιλικῶν τ' ιζ κεφ. κδ'.

C δ' Ἐὰν αἵρεσις διαίτῃ δοθῇ ἵνα ὁ δεῖνα τόδε ποιήσῃ ἐν ἡμέραις καὶ μὴ προστεθῇ πόσαις ἐν δύο ἢ δέκα ἡμέραις χρὴ αὐτὸν πληρῶσαι τὴν αἵρεσιν, ὡς Β' Β' τῶν Βασιλικῶν τ' Β' κεφ. σζ καὶ Β κς' τ' ζ κεφ. κ'.

ε' Ὀφείλουσιν οἱ στρατιῶται χορηγεῖσθαι ἐν ὀψωνίῳ δύο ἡμέρας βουκελλάτον, μίαν ἡμέραν λάρδον καὶ δύο ἡμέρας κρέας προβάτειον ὡς Β' ιΒ' τοῦ κεφ. τ' ζ'. τῶν δὲ Βασιλικῶν Β' νζ τ' δ. κεφ. α' θεμ. Β'.

ς' Ἑκάστη πρακτουρεία δύο ἡμέρας ἔχει μόνας ἐπὶ σπατίβαν. ὡς Β' ιΒ' τοῦ κωδ. τ' να' δ'. α'. πρακτουρεῖαι δὲ λέγονται αἱ κελεύσεις αἱ παρὰ τῶν ἐπάρχων προβᾶσαι ζώων δρομικῶν γινόμεναι, ἃς καὶ κομβίνας ἡ αὐτὴ γλῶσσα καλεῖ ῥωμαίων τουτέστι συνθήματα. ἐστὶν οὖν αὐτῶν σαφῶς οὕτως. τὰ διδόμενα προστάγματα τοῖς οἷς τὸν δημόσιον δρόμον ὁδεύουσι, δύο μόνας ἡμέρας κατ' ἀλλαγὴν ἔχουσιν ὡς Β' νε' τ' ιζ κεφ. κ'.
D

## Περὶ τριῶν ἡμερῶν.

α' Ἐὰν ἐκ τοῦ ἐμοῦ δένδρου εἰς τὸν σὸν ἀγρὸν βάλανοι πέσωσι καὶ οὐ συγχωρεῖς μοι τὰς βαλάνους ἐκλέξασθαι δίδοταί μοι ἡ ἀδεξιβενδουμ ἤτοι παραστατικὴ ἀγωγὴ ἐπὶ σοῦ καὶ ἐὰν βοσκήσῃς αὐτάς. καὶ τὸ ἰντέρδικτον ἤτοι ἡ νομικὴ παραγγελία ἡ δὲ γλανδε λεγομένη ἀρχει τριῶν ἡμερῶν τοῦ συλλέγειν τὰς βαλάνους μου συζομένην ὡς Β' ι' τῶν διγ. δ'. θ' τοῦ δὲ Βασιλικῶν Β'. κ' τ' δ'. θεμ. Β'.

E β' Τὸ κοντινουάτι * ῥῆμα τουτέστι τὸ παραχρῆμα τρεῖς ἡμέρας σημαίνει. ὡς Β' Β' τοῦ κεφ. τ' θ'. δ' γ'. τῶν δὲ Βασιλικῶν Β' κ'. τ α'. κεφ. μγ'. καὶ Β' γ' τ' α'. δ' ια' τῶν δὲ Βασιλικῶν Β' ζ' τ' ς κεφ. ις'.

* al. ἰσῤῥοπεῖ.

γ' Τὴν πλάνην τοῦ συνηγόρου αὐτοῦ, δύναταί τις τριῶν ἡμερῶν ἐντὸς διορθοῦσθαι ὡς Β'. Β τοῦ κεφ. τ' θ'. δ' γ'. καὶ τῶν Βασιλικῶν Β' κ'. τ' α' κεφ. μγ.

δ' Ὁ δικαστὴν περιττευσάμενος ἔσω τριῶν ἡμερῶν μετὰ τὴν παράστασιν ὀφείλει αἱρετὸν ἐπιλέξασθαι ὡς Β' γ' τοῦ κεφ. τ' α'. δ. ιγ' τῶν δὲ Βασιλικῶν Β' ζ. τ' ς'. κεφ. ις'.

## Περὶ ἑπτὰ ἡμερῶν.

F α' Τὰ θρεία τὰ ἐκ τῶν δυκῶν πεμπόμενα εἰς τὴν βασιλίδα ἐν ἑκάστῃ πόλει ἑπτὰ ἡμέρας μόνον δύνανται διατρίφεσθαι ὡς Β' α' τοῦ κεφ. τ' μα' δ'. ς. ἥτις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά.

β' Αἱ ἑπτὰ ἡμέραι αἱ περὶ τοῦ πάθους χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν καὶ αἱ μετὰ τὸ πάθος ἑπτὰ ἄπρακτοι εἰσὶν ὡς Β' γ' τοῦ κεφ. τ' ιΒ. δ' ς' τῶν δὲ βασιλικῶν Β. ζ τ' ιζ κεφ. κς' θεμ. γ'.

## Περὶ θ' ἡμερῶν.

α' Οὐδεὶς δύναται τοὺς κληρονόμους τοῦ τελευτήσαντος περὶ τῶν ἐννέα ἡμερῶν ἐν αἷς πενθοῦσιν αἰτιᾶσθαι ἤτοι ἐνάγειν ἢ παρενοχλεῖν. τὰ γὰρ πραττόμενα περὶ τῶν ἐννέα ἡμερῶν παρὰ τῶν πενθούντων, οὐκ ἔρρωται: μετὰ δὲ τὰς θ' ἡμέρας ἀκωλύτως κινεῖ ἕκαστος μὴ προκειματιζόμενος περιχρονίαν παραγραφήν. ὡς νεαρὰ ρα'. τῶν δὲ βασιλικῶν Β' κς' τ' Β' κεφ. α' θεμ. δ'.
G

## Περὶ δέκα ἡμερῶν.

α' Ἐπὶ δέκα ἡμέρας ἔδικτον ἤτοι παραγγελία ἄρχοντος προτίθεσθαι ὀφείλει ἐπὶ τοῦ προαστείου μετὰ

μετὰ τὴν προκατάρξιν ἀπολιμπανομένου ἕως τρίτου ὡς β ι' τοῦ διγ. τ. α. δ ξθ. ὅπερ οὐκ ἔκειτο εἰς τὰ Βασιλικά, ἡ δὲ μετὰ τοῦ κεφ. ριβ νεαρὰ κειμένη ἐν β τῶν Βασιλικῶν ζ. τ. λ. κεφ. γ. λ ἡμέρας περιέχει ἑκάστῳ ἰδίκτῳ ἤτοι παραγγέλματι ἕως τρίτου. A

β' Η ἀπρόθεσμος ἀντιφώνησις δέκα ἡμέρας ἔχει προθεσμίαν. ὁ γὰρ μέτριος χρόνος δέκα ἡμέραι εἰσὶν ὡς β. ιγ τ ι. δ κα. τῶν δὲ Βασιλικῶν β κε τ ζ. κεφ. λ.

γ' Οὐ μόνον ἐν τῇ κυρίᾳ ὁ ἐκκαλεσάμενος δύναται ἐγγυμνάζειν τὴν ἔκκλητον ἀλλὰ καὶ πρὸ τεσσάρων ἡμερῶν καὶ μετὰ πέντε ἡμέρας ὥστε δέκα ἡμέρας ἔχειν κυρίας εἰς τὴν ἔκκλητον. ὡς β ζ. τοῦ κεφ. τ ξς. δ ι. τῶν δὲ Βασιλικῶν β θ τ α. κεφ. ριι θεμ. γ.

δ' Ἐὰν ἡ τριετία μέλλῃ πληροῦσθαι ἐν ᾗ τὰ χρηματικὰ δικαστήρια πέρας δέχονται καὶ ὁ ἐναγόμενος ἀπολιμπάνηται, ὀφείλει ὁ παρὼν πρὸ δέκα ἡμέρας ὑπομνῆσαι διὰ τοῦ δικάζοντος τὸν ἀπόντα. καὶ εἰ μὴ ἔλθοι πληρωθείσης χρὴ τὸν δικαστὴν διαγινώσκειν καὶ ἀποφαίνεσθαι ὡς β ι. τῶν διγ. τ α. δ. οὐ ἔκειτο εἰς τὰ Βασιλικά. ἀναγίνωσκε καὶ τὰ γεγραμμένα τῷ θεοδώρῳ ἐν τῷ ιγ δ τοῦ α τ τὸ γ β τοῦ κεφ. ἐν οἷς μέμνηται καὶ τ η δ μγ τοῦ ζ β ὅπερ οὐδὲ αὐτὸ ἔκειτο εἰς τὰ Βασιλικά. B

ε' Τῇ σιωπῇ τῶν δέκα ἡμερῶν ἡ ψῆφος τοῦ αἱρετοῦ δικαστοῦ κυροῦται ὡς β β τοῦ κεφ. τ. νι. ὅπερ οὐκ ἔκειτο εἰς τὰ Βασιλικά.

ζ' Ὁ αἰτιαθεὶς καὶ διαδειχθεὶς μὴ παραγινόμενος τοῦ αἰτιασαμένου ἔσω δέκα ἡμερῶν ἐξ αὐτοῦ ὅρκῳ αὐτοῦ λαμβάνων τὰς δαπάνας. καταδίκῃ γὰρ ὁ αἰτιασάμενος εἰ μὴ παραγένηται ὑποπίπτει ὡς ὁ μετὰ τὸν κώδικα ἤτοι ἡ πρὸ παρασημείων φησὶ νεαρὰ ιγ' τῶν δὲ Βασιλικῶν β ζ. τ ιβ κεφ. ζ'. C

η' Πᾶσα ἔκκλητος ἢ διὰ τὸ καταδικασθέντος ἢ δι' ἐντολέων ἢ διαφέροντος ἢ κρατοῦντος ἢ πενθεροῦ ἐντὸς δέκα ἡμερῶν δύναται πέμπεσθαι ὡς ἡ μετὰ τὸ κεφ. νεαρὰ περὶ ἐκκλήτων ἤτοι κγ'. τῶν δὲ Βασιλικῶν β θ τίτλος β κεφ. γ'.

θ' Ἡ τῶν ὑπάρχων ψῆφος ἀντιφυλάσσεται ὅθεν μετὰ τὸ προσαχθῆναι ταύτην, δύναται ὁ καταδικασθεὶς διδασκαλικὸν αὐτοῖς ἐπιδοῦναι τοῖς ὑπάρχοις, ἢ τοῖς τούτων συμπέμπουσιν, ἢ τοῖς τὰς δίκας εἰσάγουσιν ἐντὸς δέκα ἡμερῶν καὶ παρέχει ὁ νικήσας ἐγγύας ὡς ἅπερ λαμβάνει ἐμφανῆ παρὰ τὸν νόμον νικήσας ἀναδίδωσι μετὰ ἐπαυξήσεως, μετὰ γὰρ τὰς δέκα ἡμέρας χωρὶς ἐγγύης ἀναψηλάφησις γίνεται ὡς νεαρὰ ριθ τῶν δὲ Βασιλικῶν β θ τίτλος ς κεφ. ι'. D

ι' Ὁ παρὰ ἐπισκόπου μετὰ κληρικοῦ ἢ μοναχοῦ ἢ ἀσκητρίας δικασάμενος ἐντὸς δέκα ἡμερῶν δύναται ἔκκλητον τῷ ἄρχοντι ἐπιδιδόναι ὥστε ἐπ' αὐτοῦ τὰ κριθέντα ἐξετασθῆναι. καὶ ἐὰν ὁ ἄρχων ἐναντία τῷ ἐπισκόπῳ ψηφίσηται τότε ἔκκλητος δίδοται καὶ ζητεῖται ἡ καταδίκη ὡς νεαρὰ ργ. τῶν δὲ Βασιλικῶν β γ τ α. κεφ. λδ.

## Περὶ δεκαπέντε ἡμερῶν.

α' Οἱ μάρτυρες μόνας δεκαπέντε ἡμέρας ἀναγκάζονται παραμένειν εἰς τὸ δικαστήριον ἐν ταῖς χρηματικαῖς δίκαις ὡς β λ τοῦ κεφ. τ κ. λ ιη. τῶν δὲ Βασιλικῶν β κα τίτλ. α κεφ. λα. E

β' Ἐν ταῖς ιε' ἡμέραις τοῦ πάσχα μήτε περὶ ἰδιωτικῶν μήτε περὶ δημοσίων αἰτιῶν γίνεσθαι ὄχλησις ὡς β γ' τοῦ κεφ. τ. ιβ δ. ς τῶν δὲ Βασιλικῶν β ζ τ ιζ κεφ. κγ. θεμ. ι.

## Περὶ εἴκοσιν ἡμερῶν.

α' Ἐντὸς εἴκοσιν ἡμερῶν οἱ ἐπίσκοποι ὀφείλουσι παρασκευάζειν τοὺς ἄρχοντας καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκβάλλειν τοὺς ἐμβεβλημένους ἐν τῇ φυλακῇ οἰκέτας, καὶ εἰ μὴ φαίνονται οἱ δεσπόται ἔσω εἴκοσιν ἡμερῶν ἀπολύειν αὐτοὺς ὡς β θ τοῦ κεφ. τ δ. δ ε. τῶν δὲ Βασιλικῶν ς ζ τ. λε. κεφ. κβ θεμ. β'. F

β' Ὁ αἰτιαθεὶς οὐ δέκα μόνον ἡμέρας πάλαι ἀλλὰ καὶ εἴκοσιν ἡμέρας ἔχει πρὸς τὴν ἀπολογίαν τοῦ δοθέντος βιβλίου ἤτοι λιβέλλου. ὡς ἡ περὶ παρασημείων νεαρὰ ιγ. τῶν δὲ Βασιλικῶν ς ζ τ ιβ κεφ. α. ἔξεστι δὲ ἐντὸς τούτων τῶν εἴκοσι ἡμερῶν παραιτεῖσθαι τὸν δικαστὴν ὡς ἡ ξε νεαρά. τῶν δὲ Βασιλικῶν ς ζ δ'. κεφ. α' θεμ. ς.

γ' Ἐὰν χρεώστης εὐαγοῦς οἴκου εἴτε ἐν Κωνσταντινουπόλει εἴτε ἐν ἐπαρχίᾳ δημοσίᾳ καὶ θέλῃ πωλῆσαι ἀκίνητον, ὀφείλει ὁ διοικητὴς τίμημα ποιεῖν ἐντὸς εἴκοσιν ἡμερῶν, καὶ οὕτω πωλεῖν τῷ πλέον διδόντι ὡς νεαρὰ ρκ. τῶν δὲ Βασιλικῶν ς ι τ ς. κεφ. ιθ θεμ. γ.

δ' Πᾶσα δίκη γυμναζομένη ἐπὶ τῶν διαδεχθέντων ἀρχόντων εἴτε χρηματικῶς εἴτε ἐγκληματικῶς ὀφείλει ἐντὸς εἴκοσιν ἡμερῶν πληροῦσθαι ἀφ' οὗ προκατήρξατο. εἰ γὰρ ῥαθυμήσει ὁ ἄρχων περὶ τὴν τιμωρίαν αὐτῶν αὐτὸς μὲν δέκα λίτρας ζημιοῦται, ἡ δὲ δίκη σβέννυται. ὡς ς α τοῦ κεφ. τ μθ λ α. τῶν δὲ Βασιλικῶν τ γ κεφ. θ. θεμ. γ'. G

ἐὰν

A Ἐὰν δὲ ἐγγυητὴς τῆς ἐντολέως μὴ ὁρίσῃ χρόνον καὶ εἴπῃ τυχὸν ὅτι ἐγγυῶμαι αὐτόν. κἂν τελευτήσῃ ἢ ἀφανὴς γένηται καὶ συμβῇ τοῦτο γενέσθαι ἐντὸς εἴκοσιν ἡμερῶν, ἐνεχόμενον προβάλλεσθαι ὡς β΄ δ΄ τῆς κωδ. τ. ιβ διάταξις τελευταία ἥτις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά. ε΄

Ὁ οἰκέτης ὑποδεξάμενος καὶ ἔσω κ΄ ἡμερῶν καταμηνύσας συγγινώσκεται ὡς β΄ ια΄ τ΄ δ΄. δ΄ α΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄. ζ΄. τ΄ ζ΄ κεφ. α΄. θεμ. β΄. ς΄

Ὅτι παραγωγὴ τῶν μαρτύρων ἐπὶ τῶν ἐνδημούντων, ἐντὸς κ΄ ἡμερῶν δίδοται. ζ΄

## Περὶ λ΄ ἡμερῶν.

B Ἐὰν ὁ κατήγορος ἀποθάνῃ ἢ ἐμποδισθῇ ἐπεξελθεῖν τῇ κατηγορίᾳ ἀπαλείφεται τὸ ὄνομα τοῦ ἐναγομένου ἐκ τῶν ἐγγραφῶν. ἄλλος δὲ ἐντὸς λ΄ ἡμερῶν συναπτῶν, δύναται ἐξ ὑπαρχῆς κατηγορῆσαι αὐτοῦ ὡς β΄ μη΄ τ΄ β΄ δ΄ ς΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄ τ΄ λδ΄ κεφ. γ΄ θεμ. β΄. α΄

Κἂν τῶν ἐγκλημάτων δημοσία ἀπόλυσις γένηται δι᾽ ἐπίσημον ἡμέραν ἢ διὰ δημοσίαν ἱλαρίαν ἀπὸ χαρμονῆς ἢ διὰ πρᾶγμα αἴσιον ἀπαντήσαν. τῇ πολιτείᾳ τριάκοντα συναπτοὶ ἡμέραι δίδονται τῷ κατηγόρῳ εἰς τὸ δύνασθαι ἀνανεῶσαι τὴν κατηγορίαν γενικῶς δύναται προσελθὼν τῷ ἄρχοντι, ἀριθμοῦνται δὲ μετὰ παραίτησιν τῶν ἀπρακτῶν δι᾽ ἃς ἡ ἄφεσις γέγονεν ὡς β΄ μη΄ τ΄ ις΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄ τ΄ α΄ ιζ΄ ιη΄ ιθ΄. β΄

C Ἄνηβος συγχωρεῖται τὴν στέρησιν τοῦ διαπραθέντος πράγματος αὐτοῦ παρὰ δημοσίου ἀπαιτητοῦ ἐὰν ἐντὸς λ΄ ἡμερῶν καταβάλῃ τὸ τέλος ὡς β΄ δ΄ τῆς κωδ. τ΄ ξα΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄. νς΄ τ΄ δ΄ κεφ. δ΄. γ΄

Ταῖς γινομέναις ἀμφισβητήσεσι παρὰ τῶν δανειστῶν περὶ χρεῶν καθολικαῖς ἢ ἐκ μέρους ὑπὲρ κεφαλαίου ἢ τόκου ἢ ἄλλου οἱουδήποτε συναλλάγματος ἐνεχομένου, αἷς ἀρίθμησις χρημάτων ἢ δόσις ῥητῶν εἰδῶν ἐγγέγραπται ἔσω λ΄ μόνον ἡμερῶν μετὰ τὴν τοῦ βιβλίου ἀμφισβητουμένου ἔκθεσιν ἀριθμουμένων, ἡ παραγραφὴ τῆς ἀναργυρίας δύναται ἀντιτίθεσθαι. μετὰ γὰρ τὴν παραδρομὴν αὐτῶν παύεται ἡ τοιαύτη παραγραφὴ καὶ οὐδὲ ὅρκος μετὰ τὸν τοιοῦτον χρόνον ἐπιφέρεται. ἐπὶ δὲ ὁμολογίας τῆς ὑπὲρ παραθήκης ἢ χρεωλυσίας περὶ δημοσίων γινομένης ἢ ἐπὶ ὁμολογίας ἐκληφθείσης ὑπὲρ προικὸς συντελεσθείσης ἀναργυρία οὐκ ἔστιν οὔτε ἐπιφέρεται ὅρκος ὡς β΄ δ΄ τῆς κωδ. τ. γ΄ δ΄ ια΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄. κγ΄ τ΄ α΄ κεφαλ. ογ΄. δ΄

D Ἐπὶ τῶν χρηματικῶν αἰτίων ὁ μὴ εὐπορῶν ἐγγυητὴν παρασχεῖν οὐκ ὀφείλει μέχρι τῶν λ΄ ἡμερῶν μένειν ἐν τῇ φυλακῇ, εἰ δὲ χρεία δέῃ πλείονος ὑπερθέσεως ὀφείλει ἐξωμοσίᾳ καταπιστευθῆναι. ὡς β΄ θ΄ τῆς κωδ. τ΄ δ΄. δ΄ ς΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ζ΄. τ΄ ιε. κεφ. κβ΄ θεμ. δ΄. ε΄

Μετὰ τὸ δοθῆναι τὴν ἔκκλησιν πᾶς δικαστὴς ὀφείλει ἐντὸς λ΄ ἡμερῶν τοῖς δικαζομένοις διδόναι πεπραγμένα μετὰ τῆς ἰδίας ὑπογραφῆς ὡς παρὰ ρκγ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ θ΄. τ΄ β΄. κεφ. ιγ΄. ς΄

E Ἐὰν δοῦλος στρατεύσηται ἐν ἀγνοίᾳ τοῦ δεσπότου αὐτοῦ μετὰ τὸ γνῶναι αὐτὸν διεκδικεῖται ἐντὸς λ΄ ἡμερῶν ὡς β΄ ιβ΄ τῆς κωδ. τ΄ λγ΄ δ΄ ς΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ νζ΄. τ΄ α΄. κεφ. μγ΄. εἰ γὰρ εἰδότος τοῦ δεσπότου αὐτοῦ στρατεύσεται, ἐλευθεροῦται καὶ ὅτι παρωνικῷ δικαίῳ ὑπόκειται ὡς τοῦ αὐτοῦ β΄ κγ΄ τ΄ τῶν βασιλικῶν κεφ. μδ΄. ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν δούλων γινομένων ἀξιωματικῶν καὶ ἐπὶ τῶν ἀπελευθέρων εἰ ἀξίας ἢ στρατείας εἰδότων αὐτῶν καὶ μὴ ἀντιλεγόντων τύχωσιν, οὐκ ἔτι ὑπόκεινται πατρωνικῷ δικαίῳ ὡς β΄ τῶν βασιλικῶν μθ΄ τ΄ α΄ κεφ. κε΄ θεμ. β΄ ὡς εἰ μὴ εἰδότων δύναται αὐτοὺς καταδουλοῦν· δοκοῦσι γὰρ ἀχάριστοι εἶναι ὡς β΄ ιβ΄ τῆς κεφαλ. τ΄ λγ΄ δ΄ ς΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ νζ΄ τ΄ α΄ κεφαλ. μζ΄ καὶ μθ΄ τ΄ β΄ κεφαλ. τελευτ. ζ΄

Τὸ τρίτον κεφάλαιον τοῦ ἀκυιλίου ἀναφέρεται εἰς τὰς ὄπισθεν λ΄ ἡμέρας τοῦ φθαρέντος πράγματος καὶ κατ᾽ αὐτὰς ποιεῖται τὴν διατίμησιν ὡς β΄ θ΄. τ΄ β΄. δ΄ κζ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄. κεφαλ. κε΄ θεμ. δ΄. η΄

F Εἰ ἀποδημεῖ ὁ κηδεμὼν ἔσω λ΄ ἡμερῶν ὑπομιμνησκέτω αὐτὸν ὁ ἄρχων ὅτι ὠνομάσθη ἐπίτροπος ἢ κουράτωρ ὡς β΄. κς΄ δ΄. τελευτ. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄. λη΄ τ΄. ι κεφ. κη΄. θ΄

Εἴσω λ΄ ἡμερῶν ὀφείλει ἄρχεσθαι ὁ κληρονόμος τῆς ἐνβεντάρεως μετὰ τὸ ἀναγνῶναι τὴν διαθήκην ἢ μαθὸν γνωσθῆ αὐτῷ ἡ ταύτης ἄνοιξις ἢ μαθὸν γνῶ κατενεχθεῖσαν αὐτῷ τὴν κληρονομίαν ἐξ ἀδιαθέτου. ὡς β΄ ς΄ τῆς κωδ. τ΄ λ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ λε΄. τ΄ ιδ΄. κεφ. πθ΄. ι΄

Εἴσω λ΄ ἡμερῶν ὀφείλει παρίστασθαι μετὰ τὰς ἐγγραφὰς ὁ κατηγορούμενος ὡς β΄ θ΄. τῆς κωδ. τ΄ γ΄ δ΄. β΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄. ξ΄ τ΄ λε΄ κεφ. ις΄. ια΄

G Μετὰ λ΄ ἡμέρας ἡ ὀργὴ τοῦ βασιλέως ἀνίεται ὡς β΄ θ΄ τῆς κωδ. τ΄ μζ΄ δ΄ κ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄. τ΄ α΄ κεφ. νε΄. ιβ΄

Ἐντὸς λ΄ ἡμερῶν δίδονται αἱ ἐπιστολαὶ ὡς β΄ ζ΄ τοῦ κεφαλ. τ΄. ξβ΄. δ΄ κβ΄ ἥτις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά. ιγ΄

ιδʹ. Διὰ λʹ ἡμερῶν ὀφείλει παρέχεσθαι ὁ δημοσιώνης φισκάλια ἀκίνητα πράγματα. ὡς βι. τοῦ κεφ. τ. ια. δ. πλευτούια, τῶν δὲ βασιλικῶν β. νϛ. τ. ζ. κεφ. κ. θεμ. δʹ.

ιεʹ Εἴσω λʹ μετὰ τὰς ἐγγραφὰς περὶ τοῦ ὑβρισθῆναι τὸν ἐναγόμενον λαμβάνει ὁ κατηγορῶν τινὰ ἐγκληματικῶς ἀβολετίονα ἤτοι ἄφεσιν. μετὰ δὲ ταύτας, οὐκέτι δύναται αἰτεῖν συγχώρησιν εἰ μὴ συναινεῖ αὐτῷ ὁ ἐναγόμενος, ὡς β. θʹ τοῦ κεφ. τ. μβ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ξ. τ. ξβ. κεφ. γʹ.

ιϛʹ Μετὰ τὴν διάζευξιν ἐντὸς λʹ ἡμερῶν ὀφείλει ἡ γυνὴ διαμαρτύρεσθαι τῷ μέρει τοῦ ἀνδρὸς ὅτι ἐγκυμονεῖ ὡς β. κε. τ. γʹ δ. αʹ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. λα. τ. ι. κεφ. αʹ.

ιζʹ Μετὰ μῆνα τῆς ὁρισμένης προθεσμίας κίνεται ὁ ἐξελευτὴς. ὡς β. ι. τοῦ κεφ. τ. ιθ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. νϛ. τ. ι. κεφ. κδ.

ιηʹ Οἱ ἀξιώσεια ἄνευ λʹ ἡμερῶν τὰ αὐθεντικὰ ποιήσαντες τῶν ἀποφάσεων ὀφείλουσι παρέχειν ἢ αἴτησιν ἀποπληροῦν τὸ ἐπιθέον. ὡς β. ϛ. τοῦ κεφ. τ. λζ. δ. ι. τῶν δὲ βασιλικῶν β. νζ. τ. δʹ. κεφ. αʹ.

ιθʹ Μέχρι λʹ ἡμερῶν ὁ τῆς ἀσυλίας λόγος τοῦ ἄρχοντος ἔρρωται ὡς ἡ περὶ μανδάτων πείρασις. παρὰ ιζ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ϛ. τ. γ. κεφ. κα.

κʹ Ἔκαστον ἐθνικὸν ἤτοι παράγγελμα προστιθέμενον πληροῦται λʹ ἡμέραις. ὡς παρὰ ρη. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ζ. τ. δʹ. κεφ. γʹ.

καʹ Καὶ αἱ διαβολαὶ τῶν μαρτύρων διὰ λʹ ἡμέρας προχωροῦσι.

## Περὶ μʹ ἡμερῶν.

αʹ Ἐν τῇ ἁγίᾳ τεσσαρακοστῇ οὐ κινεῖται ἐγκληματικὸν ὑπεξῃρημένων τῶν λῃστῶν. τιμωροῦνται γὰρ καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ ἡμέρᾳ ὡς β. γʹ. τοῦ κεφαλ. τ. ιβ. δ. ι. καὶ κ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ζʹ. τ. ιζʹ. κεφαλ. κβ καὶ κγʹ.

## Περὶ νʹ ἡμερῶν.

αʹ Οἱ ἄρχοντες οὐκ ὀφείλουσι τὴν ἐπαρχίαν καταλιμπάνειν διαλυόμενοι περὶ νʹ ἡμερῶν ὅτε οἱ σύμπονοι ὅτε οἱ δομέστικοι ὡς β. αʹ τοῦ κεφ. τ. μθ. καὶ τ. να. δ. γʹ. παρὰ ν. καὶ ζι. καὶ ρκη καὶ ρξα. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ϛ. τ. γ. κεφ. θ. θεμ. ζ. καὶ κεφ. ι καὶ ια.

βʹ Αἱ νʹ ἡμέραι τοῖς ἐπιτρόποις ἀφ' οὗ γνῶσι τρέχουσι καὶ ἐν ταύταις εἰ βούλονται χρῶνται ἐξκουσατίονι. αἱ δὲ παρελθοῦσαι ὑπόκεινται τῇ περὶ τῶν ἐπιτρόπων ἀγωγῇ ὡς β. κζ. τῶν διγ. τ. αʹ. δ. ια. καὶ λβ. καὶ β. ε. τοῦ κεφ. τ. ξβ. δ. ι. καὶ ια. τῶν δὲ βασιλικῶν β. λη. τ. αʹ κεφ. ια. καὶ λβ. καὶ κ. καὶ ξα.

## Περὶ ξʹ ἡμερῶν.

αʹ Ἄχρι ξʹ ἡμερῶν συναπτῶν ἐνίστε ὁ ἀνὴρ δικαίῳ ἀνδρὸς περὶ τῆς γυναικὸς τὸ μοιχικόν ὡς β. θʹ. τ. θ. δ. ϛ. καὶ β. δ. τ. δ. δ. λ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ξ. τ. λζ. κεφ. με. καὶ β. ι. τ. δ. κεφ. κθ. σήμερον δὲ ὡς φησὶ παρὰ ρηζ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. κη. τ. ζ. κεφ. αʹ. ἐγγραφὰς ἀπαγόμενος. αἴρεται γὰρ αὐτῷ ἡ διαφορὰ τοῦ δικαίου ἀνδρὸς καὶ οὐκέτι δύναται μεταμελεῖσθαι μετὰ τὴν ἐγγραφὴν μὴ συγχωρήσας τῆς γυναικὸς. πλὴν δοκεῖ τισὶ αἰρεῖσθαι. οὐ γὰρ λέγει τοῦτο ῥητῶς ἡ νεαρὰ ἀλλ' ἁπλῶς φησι προσήκειν τὸν ἄνδρα ἐγγράφως δηλαδὴ μετὰ τὰς ἑξήκοντα ἡμέρας.

βʹ Ὁ θέλων ἀντιτιθέναι κομπενσατίονα ἤτοι ἀντίλογον τῷ φίσκῳ, ὀφείλει ἀποδεικνύειν εἴσω δύο μηνῶν ὅτι κεχρεώστηται αὐτῷ ὅπερ βούλεται ἀντιλογίζεσθαι ὡς β. μθ. τῶν διγ. τ. ιδʹ. διατ. μ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. νϛ, τ. β. κεφ. μα. θεμ. δ.

γʹ Ὅτε μὴ ῥητῶς περὶ τῶν κεφαλαίων τῶν αἰδιλικίων τουτέστι τῶν ἀγορανόμων ἐδόθη ἤτοι παραγγέλματος ὁ πράτης ὑπόσχηται, ἡ ἀναστρεπτικὴ τοῦ πραθέντος ἀγωγὴ εἴσω δύο μηνῶν κινεῖται ὡς β. κα. τ. αʹ. δ. κ. τῶν δὲ βασιλικῶν. β. ιθ. τ. ι. κεφ. κʹ.

δʹ Ὁ πιπράσκων ὑποζύγια λεγέτω καὶ τὰ πάθη καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν καὶ διδότω τὸν ἐπικείμενον αὐτοῖς διὰ τὸ πραθῆναι κόσμον. ὁ δὲ τοῦτο μὴ ποιῶν ὡς τὸ δοῦναι τὸν κόσμον ἢ ἀναλαβεῖν τὰ ὑποζύγια διὰ τὸ μὴ δοθῆναι τὸν κόσμον εἴσω ξʹ ἡμερῶν ἐνάγεται. ὡς β. κα. τ. αʹ. δ. λ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ιθ. τ. ι. κεφ. κθ. θεμ. βʹ.

εʹ Ἐὰν πωλήσῃ τις οἰκέτην ἐφ' ᾧ εἰ ἀπαρέσθῃ ὁ ἀγοραστὴς ἀποστρέφεσθαι αὐτόν. εἰ μὴ ἐκφωνηθῇ χρόνος, εἴσω ἑξήκοντα ἡμερῶν δύναται τοῦτο ποιεῖν, εἰ δὲ δικαίως δόξει δικαστικῶς. εἰ δὲ ὑπερέθεσιν ὁ πράτης ἐποίησεν ἢ ὁ παρὼν ὁ ἀναλαβεῖν ὀφείλων ἢ εὐλόγως ἕτερον παρενέπεσε καὶ μετὰ τὰς ξʹ ἡμέρας ὡς β. κα. τ. αʹ. δ. κγʹ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ιθ. τ. ι. κεφαλ. κγʹ. θεμ. ια. εἰ δὲ καὶ ζεῦγος ἵππων πραθῇ διὰ τὸ ἓν καὶ τὸ ἕτερον ἀναστρέφεται ὡς τοῦ αὐτοῦ β. καὶ τῶν βασιλικῶν κϛ. τὰ αὐτὰ καὶ περὶ θρεμμάτων ὡς τοῦ αὐτοῦ β. καὶ τ. τῶν βασιλικῶν κεφ. κθ θεμ. δʹ.

.22. Μετὰ

A ε Μετὰ δύο μῆνας τῆς διαγνώσεως οἱ ἐπίτροποι ἐπὶ τόκοις εὐθύνονται ὡς Β ιε τ ζ. δ. ζ. καὶ παρὰ ιβ τῶν δὲ Βασιλικῶν Β λζ. τ ζ. κεφαλ. ς΄ θεμ. δ΄ καὶ τ ια΄ κεφ. δ θεμ. Β. οὐδὲ γὰρ εὐθὺς ἀπαιτοῦνται τόκους ἀλλ᾽ ὅτε ὁ δίμηνος ὡς ἄρχεται παρέλθῃ ὁ ποσοῦτος χρόνος γὰρ ὡς ἐδόθη ... δανεῖσαι ὡς τοῦ αὐτοῦ Β καὶ τ΄ τῶν Βασιλικῶν κεφαλ. νγ΄. θεμ. Β. καὶ δ. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἐπὶ τοῦ συγχωρηθέντος.

ζ Ἐὰν δύο μῆνας ἔστι ὁ νόμος καὶ ἑξήκοντα ἡμέρας αὐτὸ τοῦτον προσδέχεται ὡς Β ν. τ ιζ. δ ι΄ τῶν δὲ Βασιλικῶν Β. Β. τ γ΄ κεφ. ζγ΄.

B η Κατὰ τοὺς δύο μῆνας τοὺς ἀπράκτους, ἀργὰ τὰ δικαστήρια. περὶ δὲ τῶν φισκαλίων ἤτοι τῶν δημοσίων καὶ τῶν τοῦ ταμείου πραγμάτων καὶ περὶ μαγκίπων ἤτοι ἀρχώνων καὶ ἐν ταῖς ἀπράκτοις ἡμέραις κινεῖται δικαστήριον ὡς Β γ΄ τῆς κεφ. τ. ιβ δ δ καὶ ε. τῶν δὲ Βασιλικῶν Β ζ. τ ιζ. κεφαλ. κα΄ καὶ κγ΄.

θ Ὁ ἐμφυτευσάμενος θέλων πωλῆσαι τὸ δίκαιον τῆς ἐμφυτεύσεως ὀφείλει διαμαρτυρίαν πέμπειν τῷ πρωτοτύπῳ δεσπότῃ καὶ δηλοῦν τὴν τιμήν. ἐὰν γὰρ μὴ θελήσῃ αὐτὸς ὁ πρωτότυπος ἀγοράσαι μετὰ δύο μῆνας ἑτέρῳ πιπράσκεται καὶ ἀναγκάζεται ὁ δεσπότης δέξασθαι ἀγοραστὴν μετὰ δύο μῆνας τῆς διαμαρτυρίας ὡς Β δ΄. τοῦ κεφ. τ ξς΄ δ γ΄. τῶν δὲ Βασιλικῶν Β κ. τ α΄ κεφ. γ.

ι Ἐὰν οἱ τὰ δημόσια χρήματα χρεωστοῦντες ἐξαιτῶσι προθεσμίαν ἐπὶ τῷ χρέει ἐπὶ δὲ ἐλαχίστοις ποσότητος οὐ πλείων τῶν δύο μηνῶν ὑπέρθεσις αὐτοῖς δίδοται. ἐπὶ δὲ μεγάλοις οὐ πλείων τῶν τριῶν. ὡς Β

C μβ΄ τῶν διγ. τ΄. ιδ΄ δ μ΄ τῶν δὲ Βασιλικῶν Β νς΄ τ΄ Β. κεφ. μ΄ θεμ. ι.

ια Οἱ ἔχοντες πράγματα τοῦ καταπεισθέντος ἐπὶ τυραννίδι ἐν τῇ Βασιλίδι πόλει εἴσω δύο μηνῶν, καὶ εἴσω ὀκτὼ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ὀφείλουσι καταμηνῦσαι ἐπεὶ τοίνυν μετὰ τῶν πραγμάτων τὸ τετραπλάσιον παρέχουσιν ὡς Β θ΄ τῆς κεφαλ. τ΄ μθ΄. δ τελευταῖα. τῶν δὲ Βασιλικῶν Β ξ. τ΄ νβ. κεφ. τελευτ.

ιβ Ὀλίγος χρόνος νοοῦνται οἱ δύο μῆνες ὡς Β ι. τῆς κεφ. τ΄ θ΄ δ β. ἥτις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ Βασιλικά. καὶ δύο μῆνας οἰκήσας τῇ γυναικὶ κληρονομεῖ αὐτὴν ὡς Β ε΄ τῆς κεφ. τ΄ λζ΄. δ. ιθ΄. τῶν δὲ Βασιλικῶν Β μδ΄. τ΄ δ΄. κεφ. μγ΄. ὁ δὲ Ἀνατόλιος φησὶν ὅτι οὐ μόνον ὁ δίμηνον συνοικήσας τις τῇ γυναικὶ τὰ καταλειφθέντα λαμβάνει, ἀλλὰ καὶ ἥττονα χρόνον.

D ιγ Ἐὰν ὁ κληρονόμος μὴ δώσει τὸν ληγατευθέντα οἰκέτην ἵνα ἐλευθερωθῇ καὶ περὶ τούτου δικάσονται, καὶ εἰς τὴν τιμὴν καταδικασθῇ μετὰ δύο μῆνας τῆς προκατάρξεως ὁ οἰκέτης ἐλευθεροῦται. ὁ δὲ κληρονόμος εἰς τὸ τετραπλάσιον τοῦ ληγατάριου παρασχεῖν τὰς ἐπὶ τῇ δίκῃ δαπάνας καταδικάζεται ὡς Β ζ. τοῦ κεφ. τ΄ δ. δ. ιζ΄ τῶν δὲ Βασιλικῶν Β μγ΄. τ΄ ιγ΄ κεφ. ιε΄.

ιδ Ἀφ᾽ οὗ γνῷ ὁ κληθεὶς εἰς στρατηγίαν πόλεως ἢ εἰς ἄλλην τιμήν, δύο μῆνας ἔχειν εἰς τὸ ἐκκαλέσασθαι καὶ παραιτήσασθαι ὡς Β ζ τῆς κεφ. τ΄ ξγ΄ δ΄. α. τῶν δὲ Βασιλικῶν Β θ΄. τ΄ α΄ κεφ. ρκα΄.

E ιε Ὁ ἐπὶ ταβουλλαρίου ὡς ἐν καταθέσει τινὰ ἐγγυώμενος ἐπὶ ἰδιωτικῇ αἰτίᾳ ἐντὸς δύο μηνῶν κατέχεται εἰ μὴ ἄρα ῥητῶς εἰς πλείονα χρόνον ἠγγυήσατο. εἰ δὲ ἐπὶ δημοσίᾳ αἰτίᾳ ἠγγυήσατο δοκεῖ ἐγγράφως ἐγγυᾶσθαι καὶ διηνεκῶς κατέχεται σημείωσαι οὖν ὅτι ὁ ἐγγράφως ἐγγυώμενος ἐντὸς δύο μηνῶν ἐνέχεται ἐπὶ πρόληψιν ὡς Β κ τοῦ κεφ. τ΄ μ΄ δ΄ κζ. τῶν δὲ Βασιλικῶν Β κε΄ τ΄ α΄ κεφ. πα.

ις Οἱ οἰκέται τῆς μοιχευθείσης παραδραμόντων δύο μηνῶν μετὰ τὴν λύσιν τοῦ γάμου καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν τῆς γυναικὸς ἐλευθεροῦνται καὶ ἐκποιοῦνται ὡς Β θ΄ τῆς κεφ. τ΄ θ΄. δ΄ γ΄ καὶ λε΄ τῶν δὲ Βασιλικῶν Β ξ. τ΄ λζ΄ κεφ. μγ΄ καὶ ξς΄ θεμ. Β.

ιζ Αἱ νεαραὶ διατάξεις μετὰ δύο μῆνας ἰσχύουσι τοῦ ἐμφανισθῆναι ὡς νεαρὰ ξς΄. τῶν δὲ Βασιλικῶν Β Β τ΄ ς κεφ. κγ΄.

F ιη Αἱ ἀφίσεις αἱ ἀπὸ τῶν διαιτητῶν εἰς τοὺς δικαστὰς δύο μῆνας ἔχουσι προθεσμίαν πρὸς τὴν κυρίαν. ὡς νεαρὰ πβ΄ τῶν δὲ Βασιλικῶν Β ζ΄ τίτλος α΄ κεφ. ς΄ θεμ. Β.

ιθ Κληρικῶν ἐγκληματικῶν ἐναγομένων καὶ ὑπὸ ἄρχοντος κρινομένων ἡ περὶ αὐτῶν ἀπόφασις οὐκ ὀφείλει ὑπερβαίνειν δύο μῆνας, ἀλλ᾽ ἐν τούτῳ τέμνεσθαι ὡς νεαρὰ πγ΄ ἥτις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ Βασιλικά.

κ Ὁ ἐνάγων ὀφείλει ἐγγύας παρέχειν πρὸ τῆς τοῦ Βιβλίου πομπῆς ἤτοι πρὸ τοῦ ὑπομνησθῆναι τὸν κατηγορούμενον περὶ τοῦ εἴδους τῆς κατηγορίας ὅτι ἕως δύο μηνῶν προκατάρχεται τῆς δίκης. ἐπὶ δὲ λείψει παρέχει τῷ ἐναγομένῳ τὰ δαπανήματα συντείνοντα μέχρι εἰς λς΄ ... ὡς νεαρὰ ϟς΄ ἧς τὸ α΄ τοῦτο κεφ. οὐκ ἔστιν εἰς τὰ Βασιλικά.

## Περὶ μηνῶν τριῶν.

G

α Εἴτις διὰ τὸ ἀγαγεῖν ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας μάρτυρας προθεσμίαν ζητήσει τριῶν μηνῶν ὀφείλει αὐτῷ προθεσμία παρασχεθῆναι ὡς Β γ΄ τοῦ κεφαλ. τ΄ ια΄ δ α΄ τῶν δὲ Βασιλικῶν Β΄ ζ. τ΄ ιζ΄ κεφαλ. ια΄.

β΄ Ὁ γραφεὶς κληρονόμος δικαστῇ ἔσω τριῶν μηνῶν παραιτεῖσθαι καὶ οὐκ ἐνέχεται διὰ ἀνανεῶς κἂν παρ᾽ ἐγνω ὅτι κληρονόμος ἐστὶν ὡς β΄ ϛ΄. τοῦ κεφ. τ΄ λ΄. δ΄ κβ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ λϛ΄. τ΄ ιδ΄. κεφ. πζ θεμ. α΄ καὶ θ΄. τοῦτο δὲ νόμον ἐστὶ μείζονος, ὁ γὰρ ἐλάττων ἀδιαφόρως παραιτεῖται καὶ μετὰ ἐμμιξιν ὡς β΄ β΄ τοῦ κεφ. τ΄ λγ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ι. τ΄ κα΄ κεφ. α΄.

γ΄ Ὁ ποιῶν ἰνβεντάριον ἤτοι ἀπογραφὴν ἔσω λ΄ ἡμερῶν ἀφ᾽ οὗ ἐμφανισθῇ ἡ διαθήκη ἢ ἀφ᾽ οὗ γνῷ ὅτι κληρονόμος ἐστὶν, ὀφείλει ἄρχεσθαι καὶ πληροῦν αὐτὸ ἔσω τριῶν μηνῶν. εἰ μὴ ἄρα ἄπεισιν ἢ ἀλλαχοῦ εἰσὶ τὰ κληρονομιαῖα πράγματα. τότε γὰρ ἐντὸς ἐνιαυτοῦ ὀφείλει πληρῶσαι τὸ ἰνβεντάριον ἤτοι τὴν ἀπογραφὴν ὡς β΄ ϛ΄ τοῦ κεφ. τ΄ λ΄. δ΄ κβ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ λϛ΄ τ΄ τ΄ ιδ΄ κεφ. πζ΄.

δ΄ Ὁ κτίζων εἰ ἐγκαλεῖται κακοδομεῖν ἔσω τριῶν μηνῶν ὀφείλει λέγειν τὴν δίκην καὶ εἰ μὴ τμηθῇ γὰρ τόπος ἀσφαλίζεσθαι ὅτι ἐὰν ὀφθῇ κακῶς οἰκοδομήσας καταστρέφει αὐτὰ οἰκείοις ἀναλώμασιν ὡς β΄ γ΄ τοῦ κεφ. τ΄ ι΄ δ΄ ιβ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ νϛ΄ τ΄ ια΄ κεφ. ια΄ θεμ. τελευτ.

ε΄ Ἡ παρὰ βουλευτικῆς τύχης δίκη ἔσω τριῶν μηνῶν ὀφείλει πληροῦσθαι ἐπεὶ ὁ ἄρχων δίκας λύτρας καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ πέντε ζημιοῦται ὡς β΄ ι΄ τοῦ κεφ. τ΄ λβ΄ δ΄ ιγ΄ ὅπερ οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά.

ϛ΄ Τοῦ γάμου συναφθέντος ἄχρι δικαστικῆς τὴν περὶ ἀναργυρίας προῖκα ὅτι ἀνὴρ καὶ ὁ κληρονόμος αὐτοῦ, ἐντὸς τριῶν μηνῶν κινοῦσι μέμψιν ὡς παρὰ ρ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ κθ΄ τ΄ γ΄.

ζ΄ Τοῦ ἑνὸς τῶν δικαζομένων ταῖς οἰκείαις δικαιολογίαις ἀποταξαμένου μετὰ τοὺς διαγνωστικοὺς ἀγῶνας, τοῦ δὲ ἑτέρου λέγοντος ἔχειν τι καὶ ἄλλο προσθεῖναι ὁ δικαστὴς ὀφείλει δοῦναι τούτῳ τῷ μέρει μῆνα ἕνα εἰς προθεσμίαν πρὸς τὸ ἔτι δύνασθαι ἑαυτὸν βοηθῆσαι, καὶ αὖθις ἕτερον μῆνα, καὶ ἔτι ἄλλον μῆνα, μετὰ δὲ τὴν τριῶν μηνῶν παραδρομὴν ἀποφαίνεσθαι κατ᾽ αὐτοῦ ὡς παρὰ ρι΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ζ΄. τ΄ δ΄. κεφ. ε΄ θεμ. ιβ΄.

η΄ Ὁ ἀπὸ λαϊκῶν ὀφείλει τρεῖς μῆνας σχολάσαι τῇ λειτουργίᾳ καὶ οὕτως γίνεσθαι ἐπίσκοπος. ὡς παρὰ ρκγ΄ κεφ. ι΄ ὅπερ οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά.

## Περὶ ἑκατὸν ἡμερῶν.

α΄ Αἱ τοῦ ἐκ πλαγίου συγγενῶν διαδοχαὶ ἔσω ἑκατὸν ἡμερῶν συναπτῶν αὐτῶν ἀφ᾽ οὗ γνωσθῇ ὅτι ἥρμοζεν καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ καιρῷ ἢ ἀποδέχονται αὐτὰς ἢ παραιτοῦνται ὡς β΄ ϛ΄ τοῦ κεφ. τ΄ θ΄ δ΄ β΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ μ΄. τ΄ α΄ κεφ. κ΄.

β΄ Ὁ περὶ διασκέψεως χρόνος ἑκατὸν ἡμέραι εἰσίν, ὡς β΄ ϛ΄ τοῦ κεφαλ. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ λϛ΄ τ΄ ιγ΄ κεφ. β΄.

γ΄ Ἐὰν ὁ θετός μου ἀδελφὸς μετὰ θάνατόν μου ἔσω ἑκατὸν ἡμερῶν αὐτεξούσιος γένηται ἀπόλλει τὴν διαδοχὴν ὡς β΄ λη΄ τῶν διγ. τ΄ κ΄. δ΄ γ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β μϛ΄ τ΄ β κεφ. ιθ΄.

## Περὶ τεξαμηνῶν.

α΄ Ἐὰν ὁ κοινωνὸς ὀκνήσῃ τὸν κοινωνὸν αὐτοῦ τῷ κτίσαι τοῦ ἐπίκοινον οἶκον κἀκεῖνος μόνος κτίσαντος αὐτὸν κτίσει μόνος δύνανται τοὺς τόκους καὶ αὐτὸ τὸ τῶν δαπανημάτων κεφάλαιον ἀπαιτεῖν αὐτὸν ἔσω τεξαμήνου μετὰ τὴν ἀνάκτισιν: μετὰ δὲ τοὺς τέσσαρας μῆνας εἰ μὴ λάβοι ταῦτα γίνεται τοῦ οἴκου δεσπότης ὃν ἔκτισε μονομερῶς ὡς β΄ ιζ΄. τ΄ β΄. δ΄ κθ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ιβ΄. τ΄ α΄. κεφαλ. κθ΄ θεμ. κ΄.

β΄ Τέσσαρας μῆνας συνεδρευέτω τις ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐπαρχίᾳ καὶ μόνον εἰ μὴ γένηται κέλευσις βασιλέως ἢ πρόσταξις ἐπάρχου ἐκεῖ διαμένει καὶ τιμωρεῖται ὡς β΄ α΄ τοῦ κεφ. τ΄ να΄ δ΄ ι΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ϛ΄ τ΄ α΄ κεφ. ξγ΄ θεμ. β΄.

γ΄ Εἰς τὸ γυμνασθῆναι παραίτησιν τοῦ ἐπιτρόπου, τέσσαρας μῆνες ἁρμόζουσιν ὡς β΄ κζ΄ τῶν διγ. τ΄ α΄. δ΄ λβ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄. λη΄ τ΄ α΄ κεφ. λβ΄.

δ΄ Τεξαμήνου παρέχονται τοῖς κατακριθεῖσιν ὑπερθέσεις καὶ μετὰ τοῦτο τόκους ἑκατοστιαίους ἀπαιτοῦνται ὡς β΄ ζ΄ τοῦ κεφ. τ΄ να΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ θ΄ τ΄ γ΄ κεφ. πε΄ καὶ οἱ ἐγγυηταὶ δὲ αὐτῶν ἔχουσι τὴν προτεταγμένην ὡς τοῦ κεφ. καὶ τ΄ τῶν βασιλικῶν θεμ. β΄.

ε΄ Ἐὰν ὁ υἱὸς τοῦ ἐκκαλεσαμένου τελευτήσῃ οἱ κληρονόμοι αὐτοῦ οὐ μόνον τὸν ὑπόλοιπον χρόνον ἔχουσιν ἀλλὰ καὶ ἑτέρους τέσσαρας μῆνας λαμβάνουσιν, καὶ μετὰ τὴν διάσκεψιν ὡς β΄ ζ΄ τοῦ κεφ. τ΄ ξϛ΄ δ΄ ϛ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ θ΄ τ΄ α΄ καὶ ρμδ΄.

ϛ΄ Ἐὰν ἡ τοῦ ἀπολειπομένου κατασκευασθεῖσα παρὰ τοῦ δεσπότου αὐτοῦ οἰκία, βλάπτει τὸν παρόντα γείτονα, ὀφείλει ὁ δεσπότης διὰ τεξαμήνου καταμηνύειν καὶ παρασχεῖν τὸ πρωτότυπον. εἰ δὲ καταμηνυθεὶς οὐ παρέστη τότε αὐτὸς ὁ φροντιστὴς δικαιολογούμενος εἰ καταδικασθῇ πᾶσαν τὴν καινοτομίαν εὐπορῶν ἀποδίδωσι. μὴ εὐποροῦντος δὲ αὐτοῦ ἀπὸ τῆς περιουσίας τοῦ ἀπόντος ἀπαιτεῖται. ὡς παρὰ

ξθ΄. τῶν

A ξθʹ. τῶν δὲ βασιλικῶν βιεʹ τʹ κεʹ κεφ. βʹ. θεμ. εʹ.

ζʹ Πρεσβύτερος καὶ διάκονος καὶ ὑποδιάκονος τῷ δικαίῳ τῆς μόνης τῆς συγγενείας εἰς ἐπιτροπὴν ἢ εἰς κουρατωρίαν ἐὰν κληθῶσιν ἐντὸς τεσσάρων μηνῶν ἀφ' οὗ γνῶσι, δύνανται ἑκουσίως ὑπεισέρχεσθαι εἰς ἄλλην μὴ προσκεφαλαιζόμενοι ὡς παρὰ ρκγʹ τῶν δὲ βασιλικῶν βιγʹ τʹ αʹ κεφ. ιαʹ.

αʹ Ἐάν τις τῶν δικαζομένων ἐπὶ χρηματικῇ αἰτίᾳ ὀμόσῃ μὴ δύνασθαι ἀποδοῦναι ἢ ἐπαγγέλλεσθαι ἐντὸς τεσσάρων μηνῶν μετὰ τὸ προσενεχθῆναι τὴν ψῆφον, ἀριθμουμένης δὲ ἀρχῆθεν παρ' αὐτοῦ δοθὲν τι ἢ ὑποσχεθὲν, τὸ μὲν δοθὲν τριπλοῦν ἀπαιτεῖται. τὸ δὲ ὑποσχεθὲν διπλοῦν, μετὰ δὲ τέσσαρας μῆνας οὐκ ἔστι τοιοῦτόν τι ζητεῖται ὡς παρὰ ρνδʹ. τῶν δὲ βασιλικῶν βζʹ. τʹ δʹ κεφ. ζʹ.

B

## Περὶ μηνῶν πέντε.

αʹ Ὁ ἐκκαλούμενος παρὰ δικαστοῦ δοθέντος παρὰ ἄρχοντος ἔχει δύο μῆνας εἰς τὸ γυμνάσαι τὴν πρώτην κυρίαν καὶ τὰς ἄλλας τρεῖς κυρίας λαμβάνει ἐχούσας ἀνὰ τριάκοντα ἡμέρας: οὐκέτι δὲ καὶ τὴν ἑτέραν τρίμηνον τὴν τῆς ῥεπαρατίωνος ἤτοι τῆς ἀνανεώσεως καὶ περὶ εὐτρεπισμοῦ: οὐ γὰρ ἁρμόζει ῥεπαρατίων ἤτοι ἀνανέωσις ἐν ταῖς ἐπὶ διαιτητῶν ἐκκλήτοις ὡς βζʹ τῶν κεφ. τʹ ξγʹ. δʹ βʹ θεμ. βʹ. καὶ γʹ τῶν δὲ βασιλικῶν βʹ θʹ τʹ αʹ κεφ. ρκςʹ θεμ. παρατίτλων τῶν τελευταίων.

βʹ Ἐὰν οἱ χολάριοι περὶ κομμάτων ἀπολειφθῶσιν ἔσω πέντε μηνῶν περὶ χρημάτων οὐκ ἐνάγονται ὡς βιβʹ τʹ κθʹ δʹ βʹ τῶν δὲ βασιλικῶν βνζʹ. τʹ αʹ κεφ. λγʹ θεμ. βʹ.

C

## Περὶ μηνῶν ἕξ.

αʹ Ἐάν τις ἀπὸ ἐξισωτοῦ λάβῃ ἀγρὸν ἀσφαλῶς μὲν αὐτὸν κατέχει καὶ τὰς δαπάνας τὰς προκαταβεβλημένας οὐκ ἀναγκάζεται καταβαλεῖν. ἐὰν δέ τις λέγῃ δεσπότην ἑαυτὸν εἶναι ἢ ὑποκεῖσθαι αὐτῷ τὸ πρᾶγμα, κινείτω, καὶ εἰ νικήσει ἀναγκαζέσθω τὰ δαπανήματα δοῦναι ἃ πεποίηκεν ἐκεῖνος εἰς βελτίωσιν τοῦ ἀγροῦ. ἔσω δὲ ἑξαμήνου ὀφείλει τις ἐναγαγεῖν· μετὰ γὰρ τὴν ἑξάμηνον οὐδεὶς δύναται ἐνάγειν ὡς βιαʹ τοῦ κεφ. τʹ νηʹ. τῶν δὲ βασιλικῶν βνεʹ τʹ ιδʹ κεφ. αʹ θεμ. ζʹ.

D

βʹ Ἡ ῥεδιβιτορία τουτέστιν ἡ τὸ πραθὲν πρᾶγμα ἀναστρέφουσα ἀγωγὴ ἔσω ἓξ μηνῶν κινεῖται οὐτιλίων ἤτοι συνεχῶν. τρέχει δὲ οὗτος ὁ χρόνος ἀφ' οὗ ἡ πρᾶσις γέγονεν ἢ ἀφ' οὗ ὑπέσχετο ἢ ἐπηρώτηθη ὁ πράτης περὶ τῶν αἰτιῶν τοῦ διαπραθέντος ἔργου καὶ τὴν ἔμφασιν περὶ αἰτιῶν ὡς βκαʹ τῶν διγ. τʹ αʹ. δʹ ιθʹ τῶν δὲ βασιλικῶν βιθʹ τʹ ιʹ κεφ. κʹ.

γʹ Ὅταν μὴ ῥητῶς ὑπόσχηται ὁ πράτης περὶ τῶν κρυπτῶν αἰτιῶν τοῦ πιπρασκομένου ἡ κουαντιμινόρις τουτέστιν ἡ τὸ τίμημα μειοῦσα ἀγωγὴ ἐντὸς ἓξ μηνῶν κινεῖται καὶ οὐκ ἐκτείνεται εἰς ἐνιαυτόν. ὡς βκαʹ τῶν διγ. τʹ αʹ δʹ ιθʹ τʹ ιʹ κεφ. κʹ ἀφ' οὗ γνῷ δηλονότι τὸ πάθος ἢ ὤφειλε γνῶναι ὁ ἀγοραστὴς ὡς βκαʹ τῶν διγ. τʹ αʹ δʹ μʹ τῶν δὲ βασιλικῶν βιθʹ τʹ ιʹ κεφ. μγʹ.

E

δʹ Οἱ ἐπίτροποι ἑξαμήνου ἔχουσι προθεσμίαν ἐν τῷ πρώτῳ ἐνιαυτῷ εἰς τὸ δανεῖσαι τὰ χρήματα τῶν ὀρφανῶν ὡς βκςʹ. τʹ ζʹ. δʹ ιʹ ὅπερ κεῖται μετὰ ἐν βʹ τῶν βασιλικῶν λζʹ. τʹ ζʹ κεφ. ιʹ. οὐκ ἔχει δὲ τὰ περὶ τῆς ἑξαμήνου. τὸ δὲ εἰρημένον περὶ τῆς διμήνου ἐν τῷ ζʹ. δʹ τοῦ αὐτοῦ βʹ. καὶ τʹ τῶν διγ. τῶν δὲ βασιλικῶν βλζʹ.

εʹ Ἐὰν ὁ ἄρχων μὴ μένῃ τὰς πεντήκοντα ἡμέρας μετὰ τὴν διαδοχὴν ἐν τῷ θέματι παραπέμπεται ἐκεῖσε καὶ ποιεῖ ἑξάμηνον ἀπολογούμενος περὶ κλοπιμαίων καὶ δωροληψιῶν τῶν ἐγκλημάτων. ἐν βʹ τῶν βασιλικῶν ςʹ τʹ γʹ κεφ. θʹ θεμ. ζʹ οὐκ ἔχει δὲ περὶ τῶν ςʹ μηνῶν.

ςʹ Ὀφείλει ὁ ἐπίσκοπος εἰ ἀπὸ μοναχῶν οὐκ ἔστιν ἢ ἀπὸ λαϊκῶν χειροτονούμενος ἑξάμηνον ἐν κλήρῳ ποιεῖν

F ὡς παρὰ ςʹ κεφ. εʹ. ὅπερ οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά.

ζʹ Ἐὰν μὴ οἰκονόμοι τὰς συνηθείας δῶσι τοῖς δικανικοῖς καὶ τοῖς ἀσκητείαις ἐντὸς ἑξαμήνου τοῦ ἀπὸ τρίτου ἑκάστου τόκον παρέχουσιν ὡς παρὰ νθʹ τʹ δʹ κεφ. βʹ θεμ. εʹ.

ηʹ Ὁ διὰ τὸ ἔχειν ἐπιτροπὰς τρεῖς παραιτούμενος τῆς τετάρτης ἐὰν μὴ πλεῖον τῶν ἓξ μηνῶν ἀφεστήκασι τῶν ἤβης οἱ πραγματευόμενοι ἢ ὁ μέλλων κηδεμονεύεσθαι οὐκ ἀφεθήσεται ὡς βκςʹ τῶν διγ. τʹ αʹ δʹ ιαʹ. τῶν δὲ βασιλικῶν βλαʹ τʹ αʹ κεφ. ιαʹ.

θʹ Ὁ ὑπερθέμενος τὸ νόμιμον καταβαλεῖν λεγάτον ἔσω ἓξ μηνῶν ἀπὸ τῆς ἐμφανείας τῆς διαθήκης ἀριθμουμένων ἀπαιτεῖται καὶ καρποὺς καὶ τόκους καὶ πλέον νόμιμον ἐπαύξησιν ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῆς τελευτῆς τοῦτο καταλιπόντος ὡς παρὰ ρλαʹ. τῶν δὲ βασιλικῶν βʹ ιʹ τʹ γʹ κεφαλ. θʹ

G θεμ. ςʹ.

ιʹ Ἔσω ἑξαμήνου δεῖ γίνεσθαι τὸ τοῦ ἐπισκόπου ψήφισμα. ἐὰν δὲ ὑπερθῶνται οἱ ψηφίζεσθαι ὀφείλοντες τηνικαῦτα ἐκεῖνος ὃν ἁρμόζει χειροτονεῖν τὸν ἐπίσκοπον κινδύνῳ τῆς ἰδίας ψυχῆς ὃν θέλει χειροτονεῖ ὡς παρὰ ρκγʹ κεφ. ςʹ ὅπερ οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά.

ια' Εἰ μὲν ἐν αὐτῇ τῇ ἐπαρχίᾳ ἐν ᾗ λέγεται ἡ δίκη φασί τις τῶν τὰ πρὸς τὴν δίκην αὐτῷ συμβαλλόμενα δικαιώματα ἢ πρόσωπα καὶ αἰτεῖται προθεσμίαν τριῶν μηνῶν αὐτῷ δίδοται, εἰ δὲ ἐν ἑτέρᾳ ἐπαρχίᾳ πλησιαζούσῃ τῷ τόπῳ ἐν ᾧ λέγεται ἡ δίκη μηνῶν ἕξ. εἰ δὲ διαπόντιός ἐστιν ἡ ἐπαρχία μηνῶν θ'. ὡς β' γ' τοῦ κώδ. τ' ια'. τῶν δὲ Βασιλικῶν β' ζ' τ' ζ' κεφ. ια'. **A**

ιβ' Ἐάν τις ἐγγυήσηται πρόσωπον συνεστῶν ὅσω χρόνῳ ῥητῷ εἰ δὲ μὴ παραστήσει παρέχειν πρόστιμον οὐχ ἅμα τῷ παρελθεῖν τὸν χρόνον ἀπαιτεῖται τὸ πρόστιμον ἀλλ' ἔχει προθεσμίαν ἄλλων ἓξ μηνῶν. μετὰ δὲ τοὺς ἓξ μῆνας ἀπαιτεῖται αὐτό, εἰ μή γε ὁ ἐγγυηθεὶς ἐτελεύτησεν ἐν τῇ πρώτῃ προθεσμίᾳ τῇ ἐγκειμένῃ τῇ ἐπερωτήσει. εἰ γὰρ ἐν τῇ δευτέρᾳ προθεσμίᾳ ἐτελεύτησεν ἀπαιτεῖται καὶ ὡσαύτως τὸ πρόστιμον ὡς β' η' τοῦ κώδ. τ' μ' δ' ιε' τῶν δὲ Βασιλικῶν β'. κε' τ' α' κεφ. πζ. **B**

ιγ' Ἐὰν δὲ ἀναφορᾶς δημοσίων προσώπων ὑπὲρ φόνου κατασχεθῶσί τινες τὴν ὀφείλουσιν ἐγγυηταῖς καταπιστευθῆναι ἀλλὰ βληθῆναι εἰς φυλακὴν μέχρις ἑξαμήνου περαιουμένου τοῦ πράγματος. εἰ δὲ ὑπὸ ἰδιωτῶν κατηγορηθῶσι δηλονότι μετὰ ἐγγράφων νομίμων, ὀφείλουσιν ἐγγύας διδόναι ἢ μένειν ἐν τῇ φυλακῇ ἕως ἐνιαυτοῦ τεμνομένου τοῦ πράγματος ὡς β' θ' τοῦ κώδ. τ' δ' τῶν δὲ Βασιλικῶν β' ξ' τ' λε' κεφ. κζ θεμ. ς'.

ιδ' Πᾶσα φισκαλία δίκη ἤτοι τοῦ δημοσίου ταμιείου ὅσω ἓξ μηνῶν μετὰ τὴν προκάταρξιν περαιοῦται εἰ μὴ ἄρα ὑπέρθεσις ἀναγκαία δέῃ ὡς β' ι' τοῦ κώδ. τ' α' δ' ια' τῶν δὲ Βασιλικῶν β' νς' τ' β' κεφ. τελευταῖον.

ιε' Ἐὰν τελευτήσῃ ἢ ἀφανὴς γένηται ὁ ὑπὲρ δίκης παρά τινος διοθεὶς ἐντολεὺς μετὰ τὴν εἰκοσὴν ἡμέραν τῆς προτιθεμένης παρὰ τοῦ ἄρχοντος διατάγματος πρὸς τὸ προβληθῆναι ἄλλον ἓξ μηνῶν ἔχει προθεσμίαν ὁ πρωτότυπος ἐν ἀπουσίᾳ ὢν πόρρω διακειμένης ἐπαρχίας εἰς τὸ ἕτερον προβάλλεσθαι ἢ αὐτὸς παραγγίνεσθαι. εἰ γὰρ μὴ ἔστι μακρὰν τοῦ ἄρχοντος ὁρίζεταί τις προθεσμία ὡς β' β' τοῦ κώδ. τ' ιβ' δ' τελευταῖα. ἥτις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ Βασιλικά. **C**

ις' Ἐὰν ὁ κληρονόμος κληθεὶς ἀγνωμονήσῃ μέχρις ἑξαμήνου πέμπεται ὁ ληγατάριος οὐ μόνον εἰς τὴν νομὴν τῶν κληρονομιαίων πραγμάτων ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν τῶν ἰδίων αὐτοῦ τοῦ κληρονόμου ὡς β' λε' τῶν διγ' τ' δ' δ' δ' θεμ. θ' καὶ τ' ς' β' τοῦ κώδ. τ' νθ' δ' ς' τῶν δὲ Βασιλικῶν β' μδ'. τ' κβ κεφ. δ' θεμ. θ' καὶ τ' λα' κεφ. ς'.

ιζ' Ὀφείλει ὁ ἐπίσκοπος παρασκευάζειν ἄρχοντα ἐντὸς ἑξαμήνου ψῆφον ἐκφέρειν πρὸς τῶν ἐν φυλακῇ ἀπορούντων ἐγγύης χάριν φονικῶν. ὡς β' θ' τοῦ κώδ. τ' δ'. δ' ι' τῶν δὲ Βασιλικῶν β' ξ' τ' λε' κεφ. κβ' θεμ. γ' καὶ ς'. **D**

ιη' Βεβαίως ἔχει τὴν γῆν ὁ λαβὼν παρ' ἐξουσίου μὴ ἀπαιτούμενος λοιπάδας τοῦ προλαβόντος χρόνου. εἰ δέ τις ἐκδικεῖ αὐτὴν κινείτω τὴν ἁρμοδίαν ἀγωγὴν ἐντὸς μηνῶν ἓξ ὡς β' ια' τοῦ κώδ. τ' νε' τῶν δὲ Βασιλικῶν β' νε' τ' ιδ'. κεφ. α' θεμ. τελευταῖον.

ιθ' Ὁ στρατευόμενος καὶ μετὰ τὸ νομιμάτον ἓξ μῆνας ἀπολειφθεὶς μετὰ πέντε ἀνθρώπους στρατεύεται καὶ ὑποστρέφει ὡς β' ιβ' τοῦ κώδ. τ' μβ' δ' β' τῶν δὲ Βασιλικῶν β' νζ' τ' α' κεφ. μζ.

κ' Ἐὰν ἐλεύθερος τοῦ τελευτήσαντα βουλευτὴν ὡς συγγενὴς θέλῃ κληρονομῆσαι καὶ ἑαυτὸν ἐπιδοῦναι εἰς τὴν βουλὴν ὀφείλει ἐντὸς ἓξ μηνῶν ἐν ὑπομνήμασι κατατίθεσθαι τοῦτο. ὡς νεαρὰ ξα' ἥτις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ Βασιλικά. **G**

κα' Οἱ διαπόνται τῶν τόπων ἀπολιμπανόμενοι ἓξ μῆνας ἔχουσιν εἰς τὸ ἐλθεῖν καὶ καταβαλεῖν τὰ δημόσια καὶ ἀναλαβεῖν τοὺς ἀγροὺς ἀπὸ τῶν νεμομένων ὡς β' ια' τοῦ κώδ. τ' νθ' δ' ια' τῶν δὲ Βασιλικῶν β' νς' τ' ιδ' κεφ. ια'.

## Περὶ μηνῶν ἑπτά.

α' Ὁ ἑπταμηνιαῖος γεννηθεὶς τέλειος ἐστὶ καὶ γνήσιος τοῖς γονεῦσιν ὡς β' α' τῶν διγ' τ' ς'. δ' ι'. τῶν δὲ Βασιλικῶν β' μς' τ'. α' κεφ. ι' καὶ β' μ' τ' α' κεφ. κ' θεμ. ς'. **F**

## Περὶ ὀκτὼ μηνῶν.

α' Οἱ ἔχοντες πράγματα ἐν ἐπαρχίᾳ τοῦ ὑπὸ τυραννίδι δημευθέντος εἰ μὴ ὅσω ὀκτὼ μηνῶν προσαγγείλωσι τὸ διπλάσιον αὐτὰ καταβάλλουσι ὡς β' θ' τοῦ κώδ. τ' μθ. δ' ς' τῶν δὲ Βασιλικῶν β' ξ' τ' νβ' κεφ. κζ.

β' Ὁ διαιτητὴς ἔχει ὀκτὼ μῆνας πρὸς τὸ μηνῦσαι τῷ πραίτωρι τῷ ὄντι ἐν τοῖς ὅροις τῆς ῥωμαϊκῆς ἐξουσίας εἰς τὸ παραγγίνεσθαι ἢ τὴν δίκην αὐτῶν ἐπιτρέψαι τῷ μηνύοντι ἢ ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ καταστῆσαι δικαστήν. εἰ δὲ μηνυθεὶς μὴ ἔλθῃ καὶ παραδράμῃ ὁ τοιοῦτος χρόνος προτείνεται ἡ δίκη κατενώπιον τοῦ διοικητοῦ καὶ μηνύοντος· καὶ ἐὰν καταδικασθῇ οὐκ ἔτι ὁ μηνυθεὶς δύναται κινεῖν ὡς παρὰ γνώμην αὐτοῦ δικάζει ὁ μηνύσας ὡς νεαρὰ ξθ'. τῶν δὲ Βασιλικῶν β' ς' τ' κα' κεφ. β' θεμ. γ' δ' ε'. **G**

## Περὶ θ΄ μηνῶν.

α΄ Ὁ ἐγκαλούμενος ὑπὸ θείου δικαστοῦ ἔχει μὲν τὴν τῶν ἐξ μηνῶν προθεσμίαν καὶ τὰς ἀπὸ λα΄ ἡμέρας πρὸς κυρίας. οὐ λαμβάνει δὲ τὴν ἀπὸ ῥεπαρατιῶνα ἤτοι τὴν ὑπὲρ ἀνακαινισμοῦ τῆς δίκης τρίμηνον ὡς β΄ ζ΄ τοῦ κεφ. τ΄ ξγ΄ δ΄ β ἥτις κεῖται μὲν ἐν β τῶν Βασιλικῶν θ. τ α. παρὰ ρκς΄. τὸ δὲ δεύτερον αὐτῆς θέμα τοῦτο τὸ περὶ διαιτητῶν ἤτοι θείων δικαστῶν παρελείφθη καὶ ἐδείχθη μᾶλλον ἢ περὶ. παρὰ ἐν β΄ τῶν Βασιλικῶν ζ. τ α΄ κεφ. ε.

## Περὶ μηνῶν ια΄.

α΄ Ἐὰν μετὰ τὸ ια΄ τοῦ θανάτου τοῦ ἀνδρὸς ἐνδέκατον πεπληρωμένον μῆνα τέκῃ ἡ γυνή, σπόριον δεῖ τὸ γεννώμενον ἤτοι φθορᾷ ἀσελγείᾳ, αἰσχρότητι καὶ τοῖς αὐτοῖς ὑπόκειται ἐπιτιμίοις οἷς καὶ ἡ περὶ τοῦ πενθίμου καιροῦ γαμηθεῖσα. ὡς παρὰ λθ΄ τῶν δὲ Βασιλικῶν β κγ΄ τ ια κεφ. γ.

## Περὶ ἐνιαυτοῦ.

α΄ Ὁ τὴν χρῆσιν τῶν καρπῶν ἔχων κινεῖ τὴν τῆς διαπιστίας ἔχοντος τὸν ἀκουίλιον δέξ τὸ τραυματίσαι οἰκέτην τὸν οἰκέτην καὶ ἀνατρέχει εἰς τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ἡ διατίμησις αὐτοῦ καὶ περὶ τοῦ ληγάτου ἐνείσηται ἡ ἀναδρομὴ τοῦ ἐνιαυτοῦ ὡς β θ΄ τῶν διγ. τ β δ΄ ιβ τῶν δὲ Βασιλικῶν β ξ τ γ κεφ. ιβ.

β΄ Ἀφ᾽ οὗ ἐτραυματίσθη καὶ ἀφ᾽ οὗ ἐτελεύτησεν ὁ οἰκέτης ἀνατρέχει ὁ χρόνος ὡς β θ΄ τῶν διγ. τ β΄ δ΄ κ. τῶν δὲ βασιλικῶν β ξ τ γ κεφ. κ.

γ΄ Πάντα τὰ περὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ κέρδη ἀπαιτεῖ ὁ δεσπότης κινῶν τὸν ἀκουίλιον περὶ τοῦ ἀναιρεθέντος οἰκέτου ὡς β θ΄ τῶν διγ. τ β. δ΄ κβ τῶν δὲ Βασιλικῶν β ξ τ γ κεφ. κβ θεμ. γ.

δ΄ Μετὰ θάνατον τοῦ ὑπεξουσίου ἢ τοῦ δούλου ἢ μετὰ τὴν αὐτεξουσιότητα τοῦ υἱοῦ, ἢ μετὰ τὴν ἐλευθερίαν ἢ ἐκποίησιν τοῦ δούλου, ἐνιαυσιαία ἐστὶν ἡ περὶ πεκουλίου ἀγωγή. ὁ δὲ ἐνιαυτὸς συναπτὸς ἐστὶν ἀρχόμενος ἀφ᾽ οὗ τις ἐνεχείρισεν χωρῆσαι τοῦ νικῆσαι. ὅθεν ὁ τοῦ ἀφελῶς χρέος οὐκ ἀριθμεῖται πρὶν ἐκβῇ ἡ αἵρεσις. λέγεται δὲ ὁ κληρονόμος τοῦ πατρὸς καὶ ὁ δημόσιος γραφῇ κληρονόμος ὡς β΄ ιε΄ τῶν διγ. τ ς. τῶν δὲ Βασιλικῶν ς ιε τ ς κεφ. α.

ε΄ Ὁ κληρονόμος τοῦ λαβόντος παραθήκην ἀπὸ δούλου αὐτοῦ ἔσω ἐνιαυτοῦ ὑπόκειται ὡς β ιε΄ τῶν διγ. τ γ΄ δ΄ ια τῶν δὲ Βασιλικῶν β ιγ τ β κεφ. ια.

ς΄ Ἡ μειοῦσα τὸ τίμημα ἀγωγὴ ὅταν ῥητῶς ὁ πράτης ἀντιφωνήσῃ τὰς αἰτίας τοῦ πραθέντος, ἐνιαυσιαία συναπτή ἐστιν ὡς ς να΄ τῶν διγ. τ α. δ΄ ιδ΄ τῶν δὲ Βασιλικῶν ς ιθ τ ι κεφ. ιδ΄ θεμ. ς.

ζ΄ Ἐάν τις στρατιωτικῶς διάθηται καὶ ἀποστρατευθῇ μετὰ ἐνιαυτὸν οὐκ ἰσχύει ἡ τοιαύτη διαθήκη ὡς στρατιωτικὴ ὡς β κθ΄ τ γ δ΄ ζ τῶν δὲ Βασιλικῶν β. λθ τ β κεφ. ς.

η΄ Ἐντὸς ἐνιαυτοῦ εἰ μὴ δοθῇ τὸ καταλειφθὲν εὐαγεῖ οἴκῳ διπλοῦν ἀπαιτεῖται ὡς ς α΄ τοῦ κωδ. τ΄ γ΄. δ΄ μς΄, ἥτις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά.

θ΄ Οὔτε ἡ τοῦ ἀποκειραμένου γαμετὴ περὶ ἐνιαυτοῦ ἀκινδύνως γαμεῖται εἰ μὴ ἐγκυμονοῦσα ἐνδον τοῦ αὐτοῦ ζητεῖ ὡς ς α΄ τοῦ κωδ. τ΄ γ΄ δ΄ νβ ἥτις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά.

ι΄ Μετὰ τελευτὴν τοῦ ἀνδρὸς ἔσω ἐνιαυτοῦ ἀντιτίθησί τις περὶ ἀναργυρείας προικὸς παραγραφὴν ὡς ς δ΄ τοῦ κωδ. τ΄ λ΄ δ΄ τελευταία καὶ ς ε τοῦ κωδ. τ ιι δ΄ γ΄ αἵτινες οὐκ εἰσὶν εἰς τὰ βασιλικά.

ια΄ Καὶ ἡ διαλύουσα εὐλόγως τὸν γάμον μετὰ ἐνιαυτὸν ἀκινδύνως γαμεῖται ὡς ς ε΄ τοῦ κωδ. τ ιζ δ΄ η΄ καὶ θ΄ αἵτινες οὐκ εἰσὶν εἰς τὰ βασιλικά, ἐπειδὴ γὰρ ἀντ᾽ αὐτῶν τὸ ιβ κεφ. ἐτέθη παρὰ ἐν ς τῶν Βασιλικῶν κη΄ τ ζ κεφ. ς.

ιβ΄ Ὁ λίγον παρὰ ἐξ αὐτοῦ βλαβῆναι ὀφείλει ἐντὸς ἐνιαυτοῦ κινεῖν ὡς ς ιβ τοῦ κωδ. τ΄ νι΄ δ΄ ι΄ τῶν δὲ βασιλικῶν ς νς΄ τ ιδ κεφ. ι.

ιγ΄ Οἱ μὴ αἰτήσαντες τῷ ἀνήβῳ ἔσω ἐνιαυτοῦ ἐπίτροπον ἐκπίπτουσι τῆς κληρονομίας αὐτοῦ ὡς ς ε τοῦ κωδ. τ΄ νι΄ δ΄ ι ἥτις κεῖται μὲν ἐν ς τῶν βασιλικῶν μ τ α΄ κεφ. μβ. οὐκ ἔχει δὲ τὸν χρόνον προκείμενον. καὶ ς τῶν διγ. λη΄ τ ιζ κεφ. ιβ. τῶν δὲ βασιλικῶν ς μ΄ τίτλῳ α΄ κεφ. κε΄ θεμ. ια.

ιδ΄ Ἡ περὶ ὕβρεως ἀγωγὴ ἐνιαυσιαία ἐστι. λύεται δὲ τῇ παρασιωπήσει ὡς ς θ΄ τοῦ κωδ. τ΄ λε΄. δ΄ ε΄. τῶν δὲ βασιλικῶν ς ξ τ κα κεφ. μγ. θεμ. β΄.

ιε΄ Ὁ δὲ μέγα ἔγκλημα γενόμενος ἀναζητούμενος καὶ ἐντὸς ἐνιαυτοῦ μὴ παραγένηται εἰσκομίζεται ἡ οὐσία αὐτοῦ καὶ εἰ καὶ μετὰ ταῦτα ἐπανέλθῃ οὐ δύναται αὐτὴν ἐπιζητεῖν: εἰ δὲ ὑπὲρ εἴκοσιν ἐνιαυτοὺς μὴ κατάσχῃ τὰ πράγματα αὐτοῦ ὁ φίσκος οὐκέτι δύναται αὐτὰ ἐκδικεῖν. ὡς β΄ μη΄ τῶν διγ. τ ιζ. τῶν δὲ βασιλικῶν β ξ τ μθ κεφ. α΄ καὶ ς κγ ς΄ ἐπὶ ζ΄.

Εἴσω

ιϛ' Εἴσω ἐνιαυτοῦ δύναται ἀποδεῖξαι περὶ τοῦ αἰτίου ὁ διαπράτης χαροζωνίας εἰς αὐτὸν γενομένης καὶ λα-βεῖν αὐτόν. ὡς παρὰ ϛλγ'. τῶν δὲ βασιλικῶν β' γ' τ' α' κεφ. κα'. A

ιζ' Οἱ κατιόντες καὶ ἀνιόντες ἐνιαυτὸν ἔχουσιν εἰς διάσκεψιν τοῦ ὑπεισελθεῖν εἰς κληρονομίαν ὡς β' λϛ' τῶν διγ. τ' θ'. τῶν δὲ βασιλικῶν β' μα' τ' β κεφαλ. λδ' θεμ. α'. οἱ δὲ καὶ διὰ τῶν δούλων αὐτῶν γρα-φέντων κληρονόμων καλοῦνται εἰς τὸν κλῆρον. τρωτόν ἐστιν ὡς τοῦ αὐτοῦ β' καὶ τ' καὶ παρὰ τῶν βα-σιλικῶν θεμ. ι'.

ιη' Ἡ ἁρμόζουσα ποιναλία ἀγωγὴ τῶν μὴ πειθομένων τῇ δικαιολογίᾳ τοῦ ἄρχοντος μετὰ ἐνιαυτὸν οὐ κινεῖται ὡς β' β' τῶν διγ. τ' δ'. κγ' τῶν δὲ βασιλικῶν β ζ' τ' ζ' κεφ. γ'.

ιθ' Ἡ ἁρμόζουσα ἀγωγὴ περὶ τοῦ παρανόμως ἑλκόντων τινὰ εἰς δικαστήριον μετὰ ἐνιαυτὸν οὐ δίδοται ὡς β' β' τῶν διγ. τ' δ'. δ' κγ' τῶν δὲ βασιλικῶν β ζ τ' θ' κεφ. κδ'. B

κ' Ἡ περὶ τῆς βίας ἀποσπώντων τοὺς ἑλκομένους εἰς τὸ δικαστήριον ἀγωγὴ ἐνιαυτῷ σβέννυται ὡς β' β' τῶν διγ. τ' δ'. δ' κγ'. τῶν δὲ βασιλικῶν β' ζ' τ' ιγ' κεφ. ι' θεμ. γ'.

κα' Τὸ περὶ τοῦ δόλου ποιησάντων ἵνα μὴ ἔλθῃ τις εἰς τὸ δικαστήριον νόμιμον παράγγελμα μετὰ ἐνιαυ-τὸν οὐ κινεῖται ὡς ϛ β' τῶν διγ. τ' ι' τῶν δὲ βασιλικῶν β ζ' τ' κ' κεφ. ι' θεμ. γ'.

κβ' Ἡ ἁρμόζουσα ἀγωγὴ περὶ τῶν μὴ αἰσχυνομένων ἐλευθέρους τὸ εἶδος τῆς ἀγωγῆς ἐνιαυσιαία ἐστὶν ὡς ϛ ϛ τῶν διγ. τ'. ιγ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' ζ. τ' ιθ' κεφ. ιγ'.

κγ' Ἡ ἁρμόζουσα ἀγωγὴ περὶ τῶν ἐκποιούντων πρᾶγμα φιλοπράγμονι τινὶ ἢ δυνατῷ πρὸς τὸ τοιοῦτον δυσχερῆ τῷ ἀντιδίκῳ τὴν διαγωγὴν ἐνιαυσιαία ἐστὶν ὡς ϛ δ' τῶν διγ. τ' ζ' τῶν δὲ βασιλικῶν β'. ι' τ' λζ' κεφ. ε. C

κδ' Ἡ φαβιανὴ κινουμένη περὶ δόλου συναλλάξαντος ἀπελευθέρου πρὸς περιγραφὴν πάτρωνος, με-τὰ τελευτὴν ἢ ἐλευθερίαν τοῦ ποιοῦντος δόλου περὶ τοῦ διαποῦντος αὐτοῦ ἐντὸς ἐνιαυτοῦ κινεῖται ὡς β λη' τῶν διγ. τ' ε'. τῶν δὲ βασιλικῶν β' μθ' τ' ϛ' κεφ. α' θεμ. ιη'.

κε' Ἡ κινουμένη ἀγωγὴ κατά τινος ἐκ τῶν ἐκκεχυμένων ἢ ῥιπτουμένων ἀνθρώπου ἐλευθέρου πεφονευ-μένου, ἐνιαυσιαία ἐστί, βλαπτομένου δὲ εἰ μὲν αὐτὸς κινεῖται διηνεκὴς ἐστίν, εἰ δὲ ἄλλος, ἐνιαυσιαία ἐστί, καὶ ὅτι κληρονόμος ὅτι περὶ κληρονόμων δίδοται ὡς β θ' τῶν διγ. τ' γ' δ' ιε' τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ ξ' δ' κεφ. γ' θεμ. ϛ'.

κϛ' Ἡ ἁρμόζουσα ἀγωγὴ περὶ τῶν κωλυόντων ἐπιβῆναι νομῆς, ὑπεξηρημένου τοῦ ταφέντος εἰς τὴν τῶν λεγατευθέντων νομὴν, ἐντὸς ἐνιαυτοῦ μόνου κινεῖται, μετὰ γὰρ τὸν ἐνιαυτὸν εἰς τὸ περισσὸν μόνον καταδικάζεται ὡς β' μγ' τῶν διγ. τ' δ'. τῶν δὲ βασιλικῶν β' νε' τ' ι' κεφαλ. β' θεμ. β. D

κζ' Ἡ ἁρμόζουσα παραγγελία περὶ τοῦ βίᾳ ἐξελάσαντος νομέα, ἐντὸς ἐνιαυτοῦ μόνου κινεῖται. μετὰ γὰρ ἐνιαυτὸν εἰς τὸ περισσὸν μόνον καταδικάζεται ὡς β' μγ' τῶν διγ. τ' ιϛ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' ξ' τ' ζ κεφ. ζ'.

κη' Ἐνιαυσιαία ἐστὶν ἀγωγὴ συναπτὴ ἡ ἁρμόζουσα περὶ τοῦ κελευσθέντος ἐλευθερωθῆναι καὶ μετὰ θάνατον τοῦ ἰδίου δεσπότου πρὸ τοῦ ὑπεισελευθῆναι τὴν κληρονομίαν περὶ δόλον βλάψαντος πρά-γματα τῆς κληρονομίας ὡς β' μζ' τῶν διγ. τ' δ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' ξ τ'. γ. κεφ. α'. E

κθ' Ἡ περὶ βιαίας ἁρπαγῆς κινητῶν πραγμάτων ἀγωγὴ ἐντὸς ἐνιαυτοῦ συναπτοῦ μόνον κινεῖται ὡς β' θ' τοῦ κεφ. τ' λγ' τῶν δὲ βασιλικῶν. β' ξ τ' ιζ' κεφ. λ' καὶ λα'.

λ' Ἡ ἁρμόζουσα ἀγωγὴ περὶ τοῦ ἐκ θορύβου ποιούντων τινὶ ζημίαν ἐντὸς ἐνιαυτοῦ συναπτοῦ εἰς τὸ τετραπλοῦν κινεῖται. μετὰ δὲ τὸν ἐνιαυτὸν εἰς τὸ ἁπλοῦν ὡς β' μζ' τῶν διγ. τ' η' τῶν δὲ βασιλικῶν β' ξ τ' ιζ' κεφαλ. β' θεμ. θ'. τὸ δὲ γ' θεμ. τοῦ δ' κεφαλ. τοῦ αὐτοῦ τ' διαλαμβάνει περὶ διπλοῦ.

λα' Ἡ κινουμένη ἀγωγὴ περὶ τοῦ ἁρπάσαντος πρᾶγμα ἐκ ἐμπρησμοῦ ἢ καταπτώσεως ἢ ναυαγίου ἢ περὶ τοῦ ὑποδεχομένου περὶ δόλον ἢ περὶ τῆς ζημίας ἐν αὐτοῖς ποιουμένου ἐντὸς ἐνιαυτοῦ συναπτοῦ εἰς τὸ τε-τραπλοῦν μόνον δίδοται. μετὰ δὲ τὸν ἐνιαυτὸν εἰς τὸ ἁπλοῦν ὡς ϛ τῶν διγ. μζ'. τ' θ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' ξ τ' κ' κεφ. α' καὶ β' νγ' τ' γ' κεφ. κ' καὶ μβ'. F

λβ' Ἐὰν ὑπεξούσιος ἐπιβουλεύσῃ ὁ πατὴρ αὐτοῦ εἴσω ἐνιαυτοῦ ἀριθμουμένου μετὰ τὸ λυθῆναι τὴν ἐπιβουλὴν ἐνάγεται πρὸς τὸν ποινάλιον ὡς β' κζ' τῶν διγ. τ' γ' δ' η'. τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ λη' τ' γ' κεφ. κ'.

λγ' Πᾶσα ποπλικιανὴ ἀγωγὴ ἐνιαυσιαία ἐστὶν ὡς β' μζ' τῶν διγ. τ' κγ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' ξ τ' λϛ κεφαλ. ι'.

λδ' Καὶ οἱ κληρονόμοι τοῦ ἐν ἀρχῇ λαβόντος ἀπό τινων χρήματα κατέχονται τῷ ἰουλίῳ δὲ ρεπετουνδις νό-μῳ ἐντὸς ἐνιαυτοῦ ἀπὸ τελευτῆς ἐκείνου ψηφιζομένου ὡς β' μη' τῶν διγ. τ' ια' τῶν δὲ βασιλικῶν β' ξ τ' μγ' κεφ. ϛ. G

λε' Ἐάν τις ἐκδημῶν εἰς ἐπαρχίαν καὶ χρήματα δημόσια ἔχων παρ' ἑαυτῷ ἀπογράφεται ταῦτα εἰς τὸ ταμεῖον

A μισθὸν καὶ ἔσω ἐνιαυτοῦ μὴ ἀπαιτηθῇ αὐτῷ, τῷ δὲ ῥωμαϊκῷ νόμῳ κατέχεται ὡς β΄ μὲ τῶν διγ. τ΄ ιγ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄ τ΄ με΄ κεφ. ι΄ θεμ. δ΄.

Ἐὰν ἀδιάθετος τελευτήσαντος τοῦ ὑπεξουσίου στρατιώτου κερδήσῃ τὸ πεκούλιον ὁ πατὴρ αὐτοῦ πρὸς τὸ μέτρον τῆς ποσότητος ἐντὸς συναπτοῦ ἐνιαυτοῦ, παρὰ τῶν δανειστῶν ἐνάγεται. εἰ δὲ ἐκ διαθήκης ἔχει τὰ πράγματα διηνεκῶς ἐνέχεται τουτέστιν ἄνευ διαστήματος ὡς β΄ θ΄ τῶν διγ. τ΄ ιζ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ κζ΄ τ΄ β΄ κεφ. ιε΄. — λϛ΄

Ἐὰν ἐνιαυτὸς μετὰ τὴν κατηγορίαν διαδράμῃ οὐκ ἐμποδίζοντα πράττειν τιμὰς εἰ μὴ αὐτὸς ἐμποδίσοι πληρωθῆναι τὴν κατηγορίαν ἐντὸς ἐνιαυτοῦ ὡς β΄ ν΄ τῶν διγ. τ΄ δ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ νδ΄ τ΄ δ΄ κεφ. ϛ΄. — λζ΄

B

Ἡ περὶ αἰσχίονος τῆς διὰ χρήσεως διαπραττομένης διδομένη ἀγωγὴ μετὰ ἐνιαυτὸν οὐ κινεῖται ὡς β΄ μδ΄ τῶν διγ. τ΄ ζ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ νβ΄ τ΄ α΄ κεφ. λδ΄ θεμ. γ΄. — λη΄

Ἡ διδομένη ἀγωγὴ ἐπὶ τῷ φόβον τινὶ ἐπαγαγόντος, ἐντὸς μὲν ἐνιαυτοῦ τὸ τετραπλοῦν ἀπαιτεῖ μετὰ δὲ τὸν ἐνιαυτὸν τὸ ἁπλοῦν μόνον ὡς β΄ δ΄ τῶν διγ. τ΄ β΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ι΄ τ΄ β΄ κεφ. ια΄ θεμ. γ΄. — λθ΄

Ἐὰν ναύκληρος λέγῃ ναυάγιον ὑπομεμενηκέναι, προσήκει αὐτὸν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐν ᾗ λέγει τοῦτο συμβῆναι ἐλέγξαι διὰ μαρτύρων τὸ συμβὰν καὶ ἀποδεῖξαι ἔσω ἐνιαυτοῦ κινηθῆναι παρ᾽ αὐτοῦ τοῖς ἐπάρχοις ἵνα διὰ τούτου χρονίζηται ἡ ἀλήθεια. ὡς β΄ ια΄ τοῦ κεφ. τ΄ ϛ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ νγ΄ τ΄ γ΄ κεφ. με΄. ἐὰν δὲ ῥαθυμήσῃ ἐντὸς ἐνιαυτοῦ ποιῆσαι οὕτως οὐκέτι δύναται τοῦτο πράττειν. αὕτη ἡ δίκη ἡ περὶ τοῦ ναυαγίου τῶν ναυκλήρων ἴσως δικαίας ὀφείλει τιμηθῆναι ὡς β΄ ια΄ τοῦ κεφ. τ΄ ϛ΄. δ΄. ι΄. ὃς τοῦτο τὸ μέρος οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά. — μ΄

C

Ἐὰν μισθὸν ἁρμόσῃ τινὶ τὸ καταλειφθὲν αὐτῷ παρὰ τοῦ διαθεμένου κατὰ ψῆφον δικαστικὴν οὗτος ὑπομνησθεὶς εἶναι ὁ κληρονόμος ἢ ληγατάριος ἢ κατ᾽ ὀμάδα φιδεϊκομμισσάριος ἤτοι ὁ τὸ ὅλον τῆς οὐσίας διὰ ἀποκαταστάσεως λαβὼν ἐνιαυτὸν ὅλον ἐλκύσει μὴ πράττειν τοῦτο ὅπερ προσετάχθη. εἰ μέν τις ἐκ ἐκείνων τῶν ἀναγκαστικῶς κατὰ τοῦ νόμου τι λαμβανόντων οὐδὲν λαμβάνει εἰ μὴ τὴν νομίμην μοῖραν. ὁ δὲ ἐξωτικός ἐστιν οὐδὲν ὅλως λαμβάνει οὐδὲ ἐπὶ φαλκιδίου πρόφασιν ὡς παρὰ α΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ μα΄ τ΄ δ΄ κεφ. α΄. — μα΄

D

Ἐὰν ἡ γυνὴ τοῦ ὄντος ἐν ἐκδημίᾳ τελευτήσαντος ἀκούσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς μισθὸν περὶ πράξεως ὑπομνημάτων ὁμόσωσιν οἱ πρίορες τοῦ ἀριθμοῦ αὐτοῦ ὅτι ἐτελεύτησεν, ὀφείλει καὶ ἄλλον ἐνιαυτὸν πενθεῖν αὐτόν. ὡς παρὰ ρκζ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ κη΄ τ΄ ζ΄ κεφ. ζ΄. — μβ΄

Πᾶσα γυνὴ ὀφείλει ἐνιαυτὸν πενθεῖν τὸν ἄνδρα αὐτῆς καὶ μὴ γαμηθῆναι πρὸ συμπληρώσεως ἐνιαυτοῦ ὡς β΄ γ΄ τῶν διγ. τ΄ β΄ καὶ β΄ κγ΄ τῶν διγ. τ΄ β΄ δ΄ δ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ κα΄ τ΄ β΄ κεφαλ. ι΄ θεμ. τελευταῖον καὶ κεφ. ια΄ καὶ β΄ κη΄ τ΄ ι΄ κεφ. ιγ΄ θεμ. δ΄ καὶ ι΄. εἰ δὲ καὶ αὐτὴ ἡ γυνὴ τὴν αἰτίαν τῆς λύσεως παράσχῃ δίχα δύο θεμάτων οὐ δύναται ἄλλῳ γαμηθῆναι πρὸ συμπληρώσεως πενταετίας ὡς παρὰ ριζ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ κη΄ τ΄ ζ΄ κεφ. ϛ΄ τὰ δὲ δύο θέματα ταῦτα εἰσὶν ὅτε περὶ μοιχείας κατακριθῇ ὡς β΄ τῶν βασιλικῶν κη΄ τ΄ ξ΄ κεφ. α΄. θεμ. δ΄ καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ὅτε ἀλόγως ἀποστάσιον πέμψει τῷ ἀνδρί, τότε γὰρ ἐν ὅσῳ μοναστηρίῳ βάλλεται ὡς β΄ ϛ΄ τ΄ τοῦ αὐτοῦ κεφ. θ΄ θεμ. β΄ καὶ τὰ ἑξῆς ἡ δὲ ποινὴ τῆς ἀλόγου πομπῆς τοῦ ἀποστασίου κοινὴ ἐστὶ καὶ περὶ ἀνδρὸς νομίμου, ταῦτα δὲ πάντα ἀνωτέρω κεῖται καὶ ἀνάγνωθι ταῦτα πρὸς τούτοις καὶ τὴν ρλδ΄ νεαρὰν ἐν β΄ τῶν βασιλικῶν τ΄ ζ΄ κεφ. θ΄, τὸ γὰρ κείμενον ἐν τέλει τῆς ρκζ΄, ἐν τοῖς βασιλικοῖς οὐκ ἔστι. — μγ΄

E

Ἐάν τις ἐν τελευταίᾳ βουλήσει κελεύσῃ ξενῶνα γενέσθαι ὀφείλει ἐντὸς ἐνιαυτοῦ πληρωθῆναι ὡς παρὰ ρλα΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ι΄ τ΄ γ΄ κεφ. β΄. — μδ΄

Οὐδεὶς τῶν ἐπισκόπων πλεῖον ἐνιαυτοῦ ὀφείλει εἶναι ἔξω τῆς ἑαυτοῦ ἐπισκοπῆς ὡς παρὰ ρκγ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ γ΄ τ΄ α΄ κεφ. ιζ΄. — με΄

F

Ἐὰν ἀγνοοῦντος τοῦ διακόνου ἐν κλήρῳ κατακλείσῃ ὁ δοῦλος αὐτοῦ ἔξεστιν αὐτῷ ἐντὸς ἐνιαυτοῦ ἀφ᾽ οὗ ἔγνω ἀναλαμβάνειν αὐτὸν ὡς παρὰ ρκγ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ γ΄ τ΄ α΄ κεφ. ι΄. — μϛ΄

Αἱ ποινὴν ἄγουσαι ἀγωγαὶ ἐνιαυσιαῖαι εἰσὶν ὡς β΄ μδ΄ τῶν διγ. τ΄ ζ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ νβ΄ τ΄ α΄ κεφ. λδ΄. ἄλλως τε δὲ καὶ αἱ ἀρχαὶ ἐντὸς ἐνιαυτοῦ τὰς ποινὰς ἔχουσιν. ὡσαύτως δὲ καὶ αἱ περὶ βίας ὡς β΄ μζ΄ τῶν διγ. τ΄ θ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄ τ΄ ιζ΄ κεφαλ. β΄ θεμ. β΄ καὶ κεφ. δ΄. θεμ. ϛ΄ καὶ κεφαλ. κζ΄. — μζ΄

Δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἑκάστης πόλεως καὶ τρεῖς ὑπολήπτους κατ᾽ ἔτος ἐποπτεύειν τὰ ἔργα τῆς πόλεως καὶ παρασκευάζειν μετρεῖσθαι ταῦτα καὶ λογοθετεῖσθαι τοὺς διοικοῦντας ὡς β΄ α΄ τοῦ κεφ. τ΄ δ΄ δ΄ κϛ΄ ἥτις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά. — μη΄

G

## Περὶ διετίας.

Τοῦ οἰκέτου μὴ φαινομένου, δύναται ὁ μισθώσας μετὰ διετίαν ἀνοίγειν καὶ τὰ πράγματα αὐτοῦ ἀπογράφεσθαι — α΄

θ' Οἱ γεωργοὶ ὀφείλουσι τῇ βουλῇ ἤτοι τῇ γεωργίᾳ ἐμπιστεύεσθαι. ἔστι μὲν ἐν ῥοπῇ τινὸς καιροῦ ἀποστῆναι τῆς γεωργίας ὡς β' ια τοῦ κωδ. τ' μα' δ. ιά. τῶν δὲ βασιλικῶν. β. νε' τ' α κεφ. ιά. A

ι' Ἐάν τις δανείσηται χρήματα ὑπεξουσίῳ περὶ ἀγρίων ποῦ ταῦτα καταβαλὼν δανειστῇ αὐτοῦ τῷ ὑπεξουσίῳ ἅμα καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ῥοπῇ τοῦ δοθῆναι τὰ χρήματα περὶ ὄντος ὅρου τῆς ὑπεξουσίας, μεταφέρεται ἡ διασποτεία αὐτῶν τῶν χρημάτων περὶ τοῦ δανειστοῦ τοῦ τὴν δωρεὰν δεξαμένου ὑπεξουσίου ὡς β' ιά τ' ε. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ιγ' τ' ά κεφ. γ'. θεμ. θ'.

ια' Ἐὰν ὑπεξούσιος παρὰ γνώμην τοῦ πατρὸς δανεισάμενος ἀποστείλῃ τῷ ἰδίῳ πατρὶ γράμματα δηλοῦν αὐτῷ ὑπὲρ αὐτοῦ καταβαλεῖν τῷ δανειστῇ ἐὰν ἀποδοκιμάζῃ τὸ δάνειον, εὐθὺς διαμαρτυρεία χρήζεται σημαίνων διὰ αὐτῆς τὴν ἐναντίαν αὐτοῦ βούλησιν. B

ιβ' Τὸν ἐνιαυτὸν περὶ νόμον οὐκ ἀπὸ ῥοπῆς εἰς ῥοπήν, ἀλλ' ἐξ ἡμέρας εἰς ἡμέραν ἀριθμοῦμεν.

## περὶ ὥρας.

α' Ἐάν τις ἐν ἑτέρᾳ μὲν ὥρᾳ ἑαυτῷ αὐθεντικὴν τυπώσῃ διαθήκην, ἐν ἑτέρᾳ δὲ ὀρφανικὴν ποιήσῃ, προσληφθέντων ἐν αὐτῇ πέντε μαρτύρων ἔρρωται ἡ ὀρφανικὴ αὐτοῦ διαθήκη καὶ ἀνατρέπει τὴν αὐθεντικὴν ὡς μεταγενεστέραν ὡς β' κα'. τ' ε', διξ. ις' τῶν δὲ βασιλικῶν β. λε' τ' ι. κεφ. ιζ.

β' Ἑκάστης ἡμέρας αἱ πρῶται ἑπτὰ ὧραι τὸ μᾶλλον περὶ μέρος ἢ μὴν αἱ τελευταῖαι ὡς β. ν' τῶν διγ. τ' ις διξ. δεύτερον. τῶν δὲ βασιλικῶν β. β τ'. β. κεφ. γ.

γ' Καὶ ἀνὴρ καὶ γυνὴ. ὅτι ἐβδόμου τελεῦς διατίθενται. καὶ περὶ μιᾶς ἡμέρας περὶ πληρώσεως τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτου ἢ δωδεκάτου ἐνιαυτοῦ μετὰ ἓξ ὥρας τῆς νυκτὸς. εὑρίσκομεν γὰρ ἐν τῷ βιβλίῳ τῷ β τῶν διγ. τ' ιβ' διαταξ. ια'. τῶν δὲ βασιλικῶν β' ζ. τ' κζ κεφ. ια'. ὅτι ἡ ἡμέρα ἀπὸ τῆς ζ' ὥρας τῆς νυκτὸς ἄρχεται καὶ τελευτᾷ εἰς ς' ὥραν τῆς ἐπιούσης νυκτὸς. ὥστε καὶ τὸ πραττόμενον ἐν μιᾷ τούτων τῶν καθ' ὡρῶν ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ δοκεῖ γίνεσθαι καὶ εἰκότως ἡ γινομένη διαθήκη μετὰ τὴν ἕκτην ὥραν τῆς νυκτὸς ἔρρωται ὡς ἐν τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ τοῦ ιδ' χρόνου γινομένη ὡς β κη' τῶν διγ. τ' α'. διατ. ι' τῶν δὲ βασιλικῶν β' λε τ' α. κεφ. ζ. C

## περὶ ἡμέρας.

α' Εἴκοσι μίλια καθ' ἡμέραν ἀριθμεῖσθαι ὁ πραίτωρ κελεύει τῷ ὁμολογήσαντι παραγενέσθαι εἰς δικαστήριον ἀπὸ τῆς ἡμέρας καθ' ἣν τις ἠσφαλίσατο καὶ καθ' ἣν παρείη. οὕτω γὰρ ὁ καταλογίζονται αὐτῷ ὡς β. ϛ τ'. ια'. δ. α'. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ζ. τ' ις' κεφαλ. α ζητ. καὶ τῆς α' ἰνστιτ. τ' κά. D

β' Ἐάν τις εἰς ὡρισμένον χρόνον παράστασιν τινὸς ὁμολογήσῃ, ἐκείνη ἡμέρα σκοπεῖται καθ' ἣν ἡ παράστασις ὤφειλε. εἰ δὲ περὶ τῆς ὁρισθείσης ἡμέρας τελευτήσει ἐκεῖνος ὅντινος ἡ παράστασις ὡμολογήθη ὁ κρατεῖται ὡς β' β'. τῶν διγ. τ'. α'. τῶν δὲ βασιλικῶν β. κζ τ' ιδ' κεφ. δ'.

γ' Εἴτε ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τοῦ βισέξτου εἴτε ἐν τῇ δευτέρᾳ τεχθῇ τις ἀδιάφορόν ἐστιν· ἐξ ἐκείνης γὰρ τὸ κε' ἔτος ψηφίζεται ὡς τῶν δύο ἡμερῶν ἀντὶ τῆς μιᾶς προλαμβανομένων ὡς β δ. τῶν διγ. τ' δ. de minoribus τῶν δὲ βασιλικῶν. β ι. τ δ'. κεφ. β. θεμ. ι. E

δ' Χρὴ τοὺς ἄρχοντας περὶ κυριακὴν ἐποπτεύεσθαι τὰς φυλακὰς καὶ δείξαι ἵνα φιλανθρώπως οἱ φύλακες αὐτοῖς χρῶνται καὶ τροφὰς δίδωσι καὶ λοῦσιν αὐτοὺς ὡς β' α' τοῦ κωδ. τ' δ'. διαταξ. ι. τῶν δὲ βασιλικῶν β'. ς' τ' γ κεφ. λγ'.

ε' Οἱ ἐπίσκοποι ἐπισκεπτέσθωσαν τοὺς ἐν φυλακῇ περὶ τετράδα καὶ παρασκευὴν εἴτε οἰκέται εἴτε ἐλεύθεροι εἶεν. καὶ παρασκευαζέτωσαν τοὺς ἄρχοντας ποιεῖν ἐπ' αὐτοῖς ὅσα οἱ νόμοι κελεύουσι. μὴ πειθομένων δὲ τῶν ἀρχόντων μηνυέτωσαν τῷ βασιλεῖ περὶ αὐτῶν ὡς β' α τοῦ κεφ. τ' δ' διατ. κβ'. ἥ τις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά. καὶ β' θ' τοῦ κεφαλ. τ' δ. διαταξ. ς τῶν δὲ βασιλικῶν β' ξ. τ' λε' κεφ. κβ θεμ. ς'. F

ς' Μὴ ὑποχρεούσθω ἰουδαῖος συμβατικὰς λειτουργίας ἤτοι ἀγγαρείας ἐν ᾗ πράττει ἑορτασίμῳ αὐτοῦ ἡμέρᾳ ὡς β. α τοῦ κεφ. τ' θ' διατ. θ. ἥτις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά.

ζ Ἡ ἡμέρα τῆς ἁγίας κυριακῆς καὶ τῆς χριστοῦ γεννήσεως καὶ τῶν ἐπιφανείων ἄπρακτα ἔστωσαν ὡς β' γ' τοῦ κεφ. τ' ιβ'. διάταξις ς. τῶν δὲ βασιλικῶν β'. ζ, τ' ιζ κεφ. κγ' θεμ. α.

η' Ὁ χρεωστῶν ὑπὸ ἡμέραν, πᾶσαν τελείαν τὴν ἡμέραν ἔχει εἰς τὸ καταβαλεῖν τὸ χρέος. ὡς ἰνστιτ. γ' τ' κ'. ὁμοίως περὶ χρόνου καὶ μηνὸς β'. τῶν διγ. μά. τ' α' δ. κε καὶ λθ. τῶν δὲ βασιλικῶν β' μγ' τ' α'. κεφ. κα' καὶ λθ.

θ' Ἐὰν δύο τισὶ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ὑποτεθῇ αἱ ὧραι αἱ προλαβοῦσαι καὶ ὑστερήσασαι οὐ ποιοῦσι τῷ ἐπ' αὐτῶν προτίμησιν, ἀλλ' ὑπονοοῦνται αὐτοῖς περὶ ἀναλογίαν τοῦ χρέους ὡς β κ'. τ' α' δ'. ις' τῶν δὲ βασιλικῶν β'. κε' τ'. β'. κεφ. ιγ' θεμ. θ'. G

ι' Ἡ ἡμέρα τῆς ἑορτῆς τοῦ νατάλιου ἄπρακτός ἐστιν ὡς β' γ' τοῦ κωδ. τ'. ιβ'. δ' ς'. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ζ.

A ϛ. ζ. τ' ιζ κεφ. κϛ' θεμ. ι'.

ἐάν τις ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ καταδικασθῇ φωνῇ ἐκκαλέσηται ἀρκεῖ αὐτῷ ἡ διαίτη ἐκκλητος ὡς β' μθ' τῶν διγ. τ' α. τῶν δὲ βασιλικῶν β' θ'. τ' α κεφ. β. καὶ γ'. — ια'

πρὸ μιᾶς ἡμέρας ὀφείλει προλέγειν ὁ μέλλων περί τινος ποιῆσαι ἐξέτασιν ὅτι ἔσται ἐξέτασις ἵνα μὴ οἱ κατηγορούμενοι τῷ αἰφνιδίῳ εἰς φόβον καὶ θόρυβον ἐμβάλλωνται ὡς β' μη' τῶν διγ. τ' ιγ. δ' ιγ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' ξ τ' ν'. — ιβ'

## περὶ δύο ἡμερῶν.

B ὁ διαδεξάμενος ἀρχὴν ὀφείλει περὶ δύο ἡμερῶν τῆς ἐπιβῆναι τῆς ἐπαρχίας καθ' ἣν ὁ ἄρχων ἐστὶν ὁ τὴν ἀρχὴν ἔχων ἀποστέλλειν πρὸς αὐτὸν γράμματα φιλικὰ περὶ τῆς ὑπαντῆσαι τούτῳ τὴν τάξιν καὶ ἕως τότε λαμβάνειν τὸν πρότερον ἄρχοντα τὰς σιτήσεις. ὡς ἡ μετὰ τὸ κεφ. ζ' νεαρά. τῶν δὲ βασιλικῶν β' ϛ τ' γ' κεφ. λδ'. — α'

ἐὰν αἵρεσις ἐπιτεθῇ τινὶ καὶ μὴ ὁρισθῇ καιρὸς, ἡμέρας δύο ἔχει εἰς τὸ πληρῶσαι τὴν αἵρεσιν ὡς β' ο' τ' ιε' δ'. σζ τῶν δὲ βασιλικῶν β' β' τ' β. κεφ. σζ. — β'

ἐὰν ὁ ἀνὴρ ἢ ὁ πατὴρ μοιχὸν καταλάβῃ μετὰ τῇ γυναικὶ ἢ μετὰ τῇ θυγατρὶ ὃν οὐ βούλεται φονεύειν ἢ οὐκ ἔξεστιν αὐτῷ μετὰ ἄνευ συνεχεῖς καὶ ἡμερινὰς μόνον ὥρας ὀφείλει αὐτὸν κρατεῖν, μετὰ τὸ διαμαρτύρασθαι ὡς β' ξ. τῶν βασιλικῶν τ' ιζ' κεφ. μα'. — γ'

C ἐὰν αἵρεσις διαίτῃ δοθῇ ἵνα ὁ δεῖνα τόδε ποιήσῃ ἐν ἡμέραις καὶ μὴ προστεθῇ πόσαις ἐν δύο ἢ δέκα ἡμέραις χρὴ αὐτὸν πληρῶσαι τὴν αἵρεσιν, ὡς β' β' τῶν βασιλικῶν τ' β' κεφ. σζ καὶ β κϛ' τ' ζ κεφ. κ'. — δ'

ὀφείλουσιν οἱ στρατιῶται χορηγεῖσθαι ἐν ἐξπεδίτῳ δύο ἡμέρας βουκελλάτον, μίαν ἡμέραν λάρδον μετὰ δύο ἡμέρας κρέας προβάτειον ὡς β' ιβ' τῆς κεφ. τ' ζ', τῶν δὲ βασιλικῶν β' νζ τ' δ'. κεφ. α' θεμ. β'. — ε'

ἑκάστη πραιτωρία δύο ἡμέρας ἔχει μόνας μετὰ στατίωνα. ὡς β' ιβ' τῆς κωδ. τ' να' δ'. α'. πραιτωρίαι δὲ λέγονται αἱ κελεύσεις αἱ παρὰ τῶν ὑπάρχων προβάσαι ζώων δρομικῶν γινόμεναι, ἃς καὶ κωμβίνας ἡ αὐτὴ γλῶσσα καλεῖ ῥωμαίων τοπικοῖ συνθέματα. ἐστιν οὖν ἁπλῶν σαφῶς οὕτως. τὰ διδόμενα προστάγματα τοῖς εἰς τὸν δημόσιον δρόμον ὁδεύουσι, δύο μόνας ἡμέρας κατ' ἀλλαγὴν ἔχουσιν ὡς β' νϛ' τ' ιζ' κεφ. κ'. — ϛ'
D

## Περὶ τριῶν ἡμερῶν.

ἐὰν ἐκ τῆς ἐμοῦ δένδρου εἰς τὸν σὸν ἀγρὸν βάλανοι πέσωσι καὶ οὐ συγχωρεῖς μοι τὰς βαλάνους ἐκλέξασθαι διδοταί μοι ἡ ἀδ ἐξηβιβεύδουμ ἤτοι παραπεπτικὴ ἀγωγὴ μετὰ σοῦ καὶ ἐὰν βοσκήσεις αὐτάς. καὶ τὸ ἰντέρδικτον ἤτοι ἡ νομικὴ παραγγελία ἡ δὲ γλαύνδε λεγομένη ἔχει τριῶν ἡμερῶν τῆς συλλέγειν τὰς βαλάνους μοι συγκειμένην ὡς β' ι' τῶν διγ. δ'. θ' τὸ δὲ βασιλικῶν β'. ιε' τ' δ'. θεμ. β'. — α'

E τὸ κοντινουάτι * ῥῆμα τοπικοῖ τὸ παραχρῆμα τρεῖς ἡμέρας σημαίνει. ὡς β' β' τῆς κεφ. τ' θ'. δ' γ'. τῶν δὲ βασιλικῶν β' κ'. τ α', κεφ. μγ'. καὶ β' γ' τ' α'. δ' ια' τῶν δὲ βασιλικῶν β'. ζ' τ' ϛ κεφ. ιε'. — β' [* al. ἐπίρρημα.]

τὴν πλάνην τῆς συνηγόρου αὐτοῦ, δύναταί τις τριῶν ἡμερῶν ἐντὸς διορθοῦσθαι ὡς β'. β τοῦ κεφ. τ' θ'. δ' γ'. καὶ τὸ βασιλικῶν β' κ'. τ' α' κεφ. μγ. — γ'

ὁ δικαστὴν παραιτούμενος ἔσω τριῶν ἡμερῶν μετὰ τὴν παραίτησιν ὀφείλει αἱρετὸν ἐπιλέξασθαι ὡς β' γ' τῆς κεφ. τ' α'. δ'. ιη' τῶν δὲ βασιλικῶν β' ζ. τ' ϛ'. κεφ. ιε'. — δ'

## Περὶ ἑπτὰ ἡμερῶν.

F τὰ θηρία τὰ ἐκ τῶν δυσικῶν πεμπόμενα εἰς τὴν βασιλίδα ἐν ἑκάστῃ πόλει ἑπτὰ ἡμέρας μόνον δύνανται διατρέφεσθαι ὡς β' α' τῆς κεφ. τ' μ' δ'. ϛ. ἥτις οὐκ ἐστιν εἰς τὰ βασιλικά. — α'

αἱ ἑπτὰ ἡμέραι αἱ περὶ τῆς πάθους χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν καὶ αἱ μετὰ τὸ πάθος ἑπτὰ ἄπρακτοι εἰσὶν ὡς β' γ' τῆς κεφ. τ' ιβ. δ' ϛ' τῶν δὲ βασιλικῶν β. ζ τ' ιζ κεφ. κϛ' θεμ. γ'. — β'

## Περὶ θ' ἡμερῶν.

οὐδεὶς δύναται τὰς κληρονόμους τοῦ τελευτήσαντος περὶ τῶν ἐννέα ἡμερῶν ἐν αἷς πενθοῦσιν αἰτιᾶσθαι ἤτοι ἐνάγειν ἢ παρενοχλεῖν. τὰ γὰρ πραττόμενα περὶ τῶν ἐννέα ἡμερῶν παρὰ τῶν πενθούντων, οὐκ ἔξεστιν. μετὰ δὲ τὰς θ' ἡμέρας ἀκωλύτως πᾶς ἐνάγων μὴ προκειματιζόμενος πενταχρονίαν παραγραφήν. ὡς νεαρὰ ρα'. τῶν δὲ βασιλικῶν β' κϛ' τ' β' κεφ. α' θεμ. δ'. — α'
G

## Περὶ δέκα ἡμερῶν.

ἐπὶ δέκα ἡμέρας ἐδίκτον ἤτοι παραγγελία ἄρχοντος προτίθεσθαι ὀφείλει μετὰ τῆς προσπτῶσαι — α'

μετὰ

κατὰ τὴν προκατάρξιν ἀπολιμπανομένου ἕως τρίτου ὡς β ι´ τῶν διγ. τ. κ. δ´ ξθ. ὅπερ οὐκ ἔστιν εἰς τὰ Βασιλικά, ἡ δὲ κατὰ τὸ κεφ. ριβ νεαρὰ κειμένη ἐν β τῶν Βασιλικῶν ζ. τ λ. κεφ. γ. λ ἡμέρας παρέχει ἑκάστῳ ἐδίκτῳ ἤτοι παραγγέλματι ἕως τρίτου. A

β´ Η ἀπροθέσμως ἀντιφώνησις δέκα ἡμέρας ἔχει προθεσμίαν. ὁ γὰρ μέτριος χρόνος δέκα ἡμέραι εἰσὶν ὡς β. ιγ´ τ´ ι. δ´ κα´. τῶν δὲ Βασιλικῶν β κε τ ζ. κεφ. κ´.

γ´ Οὐ μόνον ἐν τῇ κυρίᾳ ὁ ἐκκαλεσάμενος δύναται ἐγγυμνάζειν τὴν ἔκκλητον ἀλλὰ καὶ πρὸ τεσσάρων ἡμερῶν καὶ μετὰ πέντε ἡμέρας ὥστε δέκα ἡμέρας ἔχειν κυρίας εἰς τὴν ἔκκλητον. ὡς β ζ. τῶν κεφ. τ ξς. δ´ ι. τῶν δὲ Βασιλικῶν β θ´ τ α´. κεφ. ρκε θεμ. γ.

δ´ Ἐὰν ὁ πραιτωρ μέλλῃ πληρωθῆναι ἐν ᾧ τὰ χρηματικὰ δικαστήρια πέρας δέχονται καὶ οἱ τοὺς ἀπολιμπάνονται, ὀφείλει ὁ παρὼν πρὸ δέκα ἡμέρας ὑπομνῆσαι διὰ τοῦ δικάζοντος τὸν ἀπόντα. καὶ εἰ μὴ ἔλθῃ συνεισελθὼν χρὴ τὸν δικαστὴν διαγνώσκειν καὶ ἀποφαίνεσθαι ὡς β ι´. τῶν διγ. τ´ α´. δ´. οὐ ἔστιν εἰς τὰ Βασιλικά. ἀναγίνωσκε καὶ τὰ γεγραμμένα τῷ Θεοδώρῳ ἐν τῇ ιγ δ´ τοῦ α´ τ´ τοῦ γ´ β τοῦ κεφ. ἐν οἷς μέμνηται καὶ τ´ ῃ δ´ μγ τοῦ ζ β ὅπερ οὐδὲ αὐτὸ ἔστιν εἰς τὰ Βασιλικά. B

ε´ Τῇ σιωπῇ τῶν δέκα ἡμερῶν ἡ ψῆφος τοῦ αἱρετοῦ δικαστοῦ κυροῦται ὡς β β´ τοῦ κεφ. τ´. ν´. ὅπερ οὐκ ἔστιν εἰς τὰ Βασιλικά.

ζ´ Ὁ αἰτιαθεὶς καὶ διαδεχθεὶς μὴ παραγινομένου τοῦ αἰτιασαμένου ἔσω δέκα ἡμερῶν ἀφίεται ὁρκῷ αὐτοῦ λαμβάνων τὰς δαπάνας. καταδικάζεται γὰρ ὁ αἰτιασάμενος εἰ μὴ παραγένηται ὑποπίπτει ὡς ὁ μετὰ τὸ κώδικα ἤτοι ἡ περὶ παρασταθήσιμον φησὶ νεαρὰ ιγ´ τῶν δὲ Βασιλικῶν β ζ. τ ιβ κεφ. ζ´. C

η´ Πᾶσα ἔκκλητος ἢ διὰ τὸ καταδικασθέντος ἢ δι᾽ ἐντολέων ἢ διαφέροντος ἢ κρατοῦντος ἢ πέμποντος ἐντὸς δέκα ἡμερῶν δύναται πέμπεσθαι ὡς ἡ κατὰ τὸ κεφ. νεαρὰ περὶ ἐκκλήτων ἤτοι κγ´. τῶν δὲ Βασιλικῶν β´ θ τίτλος β´ κεφ. γ´.

θ´ Η τῶν ὑπάρχων ψῆφος ἀντιφιλαφᾶται ὅθεν μετὰ τὸ προσενεχθῆναι ταύτην, δύναται ὁ καταδικασθεὶς διδασκαλικὸν αὐτοῖς ἐπιδοῦναι τοῖς ὑπάρχοις, ἢ τοῖς τούτων συμπόνοις, ἢ τοῖς τὰς δίκας εἰσάγουσιν ἐντὸς δέκα ἡμερῶν καὶ παρέχει ὁ νικήσας ἐγγύας ὡς ἅπερ λαμβάνει ἐμφανῆ παρὰ τὸν νόμον νικήσας ἀναδίδωσι μετὰ ἐπαυξήσεως, μετὰ γὰρ τὰς δέκα ἡμέρας χωρὶς ἐγγύας ἀναψηλάφησις γίνεται ὡς νεαρὰ ριθ´ τῶν δὲ Βασιλικῶν β θ τίτλος ϛ κεφ. ι´. D

ι´ Ὁ παρὰ ἐπισκόπου μετὰ κληρικοῦ ἢ μοναχοῦ ἢ ἀσκητρίας δικασάμενος ἐντὸς δέκα ἡμερῶν δύναται ἐκκλητεύειν τῷ ἄρχοντι ἐπιδιδόναι ὥστε ἐπ᾽ αὐτοῦ τὰ κριθέντα ἐξεταθῆναι· καὶ ἐὰν ὁ ἄρχων ἐναντία τῷ ἐπισκόπῳ ψηφίσηται τότε ἔκκλητος δίδοται καὶ ζητεῖται ἡ καταδίκη ὡς νεαρὰ ργ. τῶν δὲ Βασιλικῶν β γ´ τ α´. κεφ. λα´.

## Περὶ δεκαπέντε ἡμερῶν.

α´ Οἱ μάρτυρες μόνας δεκαπέντε ἡμέρας ἀναγκάζονται παραμένειν εἰς τὸ δικαστήριον ἐν ταῖς χρηματικαῖς δίκαις ὡς β λ τοῦ κεφ. τ´ κ. λ ιγ´. τῶν δὲ Βασιλικῶν β κα τίτλ. α κεφ. λα. E

β´ Ἐν ταῖς ιε´ ἡμέραις τοῦ πάσχα μήτε περὶ ἰδιωτικῶν μήτε περὶ δημοσίων αἰτιῶν γινέσθω ὄχλησις ὡς β γ´ τοῦ κεφ. τ. ιβ δ´. ς´ τῶν δὲ Βασιλικῶν β ζ τ´ ιζ κεφ. κγ´. θεμ. ι´.

## Περὶ εἴκοσιν ἡμερῶν.

α´ Ἐντὸς εἴκοσιν ἡμερῶν οἱ ἐπίσκοποι ὀφείλουσι παρασκευάζειν τοὺς ἄρχοντας καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκβάλλειν τοὺς ἐμβεβλημένους ἐν τῇ φυλακῇ οἰκέτας, καὶ εἰ μὴ φάσωσι αἱ δεσπόται ἔσω εἴκοσιν ἡμερῶν ἀπολύειν αὐτοὺς ὡς β θ´ τοῦ κεφ. τ´ δ´. δ´ ς´. τῶν δὲ Βασιλικῶν ϛ ζ´ τ´. λε´. κεφ. κβ θεμ. β´. F

β´ Ὁ αἰτιαθεὶς οὐ δέκα μόνον ἀλλὰ πλεῖον ἀλλὰ καὶ εἴκοσιν ἡμέρας ἔχει ὑπὲρ τῆς ἀπολογίας τοῦ δοθέντος βιβλίου ἤτοι λιβέλλου. ὡς ἡ περὶ παραστασίμων νεαρὰ νγ. τῶν δὲ Βασιλικῶν ϛ ζ τ ιϛ κεφ. κ´. ἔξεστι δὲ ἐντὸς τούτων τῶν εἴκοσι ἡμερῶν παραιτεῖσθαι τὸν δικαστὴν ὡς ἡ ξς νεαρά. τῶν δὲ Βασιλικῶν ϛ ζ´ δ´. κεφ. α´ θεμ. ϛ.

γ´ Ἐὰν χρεωστῇ εὐαγὴς οἶκος ἢ τε ἐν Κωνσταντινουπόλει εἴτε ἐν ἐπαρχίᾳ δημοσίᾳ καὶ θέλῃ πωλῆσαι ἀκίνητον, ὀφείλει ὁ διοικητὴς τιρόθημα ποιεῖν ἐντὸς εἴκοσιν ἡμερῶν, καὶ οὕτω πωλεῖν τῷ πλεῖον διδόντι ὡς νεαρὰ ρκ´. τῶν δὲ Βασιλικῶν ϛ ι´ τ´ ϛ. κεφ. ιθ´ θεμ. γ.

δ´ Πᾶσα δίκη γυμναζομένη ὑπὸ τῶν διαδεχθέντων ἀρχόντων εἴτε χρηματικῶς εἴτε ἐγκληματικῶς ὀφείλει ἐντὸς εἴκοσιν ἡμερῶν πληρωθῆναι ἀφ᾽ οὗ προκατήρξατο. εἰ γὰρ ῥαθυμήσει ὁ ἄρχων περὶ τὴν τιμωρίαν αὐτὴν αὐτὸς μὲν δέκα λίτρας ζημιοῦται, ἡ δὲ δίκη σβέννυται. ὡς ϛ α´ τοῦ κεφ. τ μθ´ λ α´. τῶν δὲ Βασιλικῶν τ´ γ´ κεφ. θ. θεμ. θ´. G

Ἐὰν

A Ἐὰν δὲ ἐγγυητὴς τοῦ ὑπεύθυνος μὴ δείσῃ χρόνον καὶ εἴπῃ τυχὸν ὅτι ἐγγυῶμαι αὐτὸν, κἂν τελευτήσῃ ἢ ἀφανὴς γένηται καὶ συμβῇ τοῦτο γενέσθαι ἐντὸς εἴκοσιν ἡμερῶν, ἑτέρον προβάλλεσθαι ὡς β΄ β΄ τοῦ κεφ. τ΄. ιβ΄ διάταξις τελευταία ἥτις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ Βασιλικά. ε΄

Ὁ οἰκέτην ὑποδεξάμενος καὶ ἔσω κ΄ ἡμερῶν καταμηνύσας συγγινώσκεται ὡς β΄ ια΄ τ΄ δ΄. δ΄ α΄. τῶν δὲ Βασιλικῶν β. ζ. τ΄ ζ΄ κεφ. α΄. θεμ. β΄. ς΄

Ὅτι παραγωγὴ τῶν μαρτύρων τῶν ἐνδημούντων, ἐντὸς κ΄ ἡμερῶν δίδοται. ζ΄

## Περὶ λ΄ ἡμερῶν.

B Ἐὰν ὁ κατήγορος ἀποθάνῃ ἢ ἐμποδισθῇ ἐπεξελθεῖν τῇ κατηγορίᾳ ἀπαλείφεται τὸ ὄνομα τοῦ ἐναγομένου ἐκ τῶν ἐγγράφων. ἄλλος δὲ ἐντὸς λ΄ ἡμερῶν συναπτομένων, δύναται ἐξ ὑπαρχῆς κατηγορῆσαι αὐτοῦ ὡς β΄ μα΄ τ΄ β΄ δ΄ ς΄ τῶν δὲ Βασιλικῶν β΄ ξ τ΄ λδ΄ κεφ. γ θεμ. β΄. α΄

Ἐὰν τῶν ἐγκλημάτων δημοσία ἀπόλυσις γένηται δι᾽ ἐπίσημον ἡμέραν ἢ διὰ δημοσίαν ἱλαρίαν ἀποχαρμονὴν ἢ διὰ πρᾶγμα αἰσίως ἀπαντῆσαν. τῇ πολιτείᾳ τριάκοντα συναπτοὺς ἡμέρας δίδονται τῷ κατηγόρῳ εἰς τὸ δύνασθαι ἀνανεῶσαι τὴν κατηγορίαν ἐν αἷς δύναται προσελθεῖν τῷ ἄρχοντι, ἀριθμοῦνται δὲ μετὰ πεπλήρωσιν τῶν ἀπράκτων δι᾽ ἃς ἡ ἄφεσις γέγονεν ὡς β μη΄ τ΄ ις΄ τῶν δὲ Βασιλικῶν β΄ ξ. τ΄ α. ιζ ιη΄ ιθ΄. β΄

C Ἄνηβος συγχωρεῖται τὴν εἴρησιν τοῦ διαπραχθέντος πράγματος αὐτοῦ παρὰ δημοσίου ἀπαιτητοῦ ἐὰν ἐντὸς λ΄ ἡμερῶν καταβάλῃ τὸ τέλος ὡς β δ΄ τοῦ κεφ. τ΄ ξα΄ τῶν δὲ Βασιλικῶν β. νς΄ τ δ΄ κεφ. δ΄. γ΄

Ταῖς γινομέναις ἀμνημονίαις παρὰ τῶν δανειστῶν περὶ χρεῶν καθολικαῖς ἢ ἐκ μέρους ὑπὲρ κεφαλαίου ἢ τόκου ἢ ἄλλου οἱουδήποτε συναλλάγματος ἤγουν, αἱ ἀρίθμησις χρημάτων ἢ δόσις ῥητῶν εἰδῶν ἐγγέγραπται ἔσω λ΄ μόνον ἡμερῶν μετὰ τὴν τοῦ βιβλίου ἀμνημονῶν ἔκθεσιν ἀριθμουμένων, ἡ παραγραφὴ τῆς ἀναργυρίας δύναται ἀντιτίθεσθαι. μετὰ γὰρ τὴν παραδρομὴν αὐτῶν παύεται ἡ τοιαύτη παραγραφὴ καὶ οὐδὲ ὅρκος μετὰ τὸν τοιοῦτον χρόνον ἐπιφέρεται. ἐπὶ δὲ ὁμολογίας τῶν παραθήκης ἢ ὑπολείξεως περὶ δημοσίων γινομένης ἢ ἐπὶ ὁμολογίας ἀπαρτισμοῦ τῶν προικὸς συντελεσθείσης D ἀναργυρεία οὐκ ἔστιν ὅτι ἐπιφέρεται ὅρκος ὡς β δ΄ τοῦ κεφ. τ. γ΄ δ΄ ιε΄. τῶν δὲ Βασιλικῶν β. κγ΄ τ΄ α΄ κεφαλ. ογ΄. δ΄

Ἐπὶ τῶν χρηματικῶν αἰτήσεων ὁ μὴ εὐπορῶν ἐγγυητὴν παρασχεῖν τὸ ὀφειλ. μέχρι τῶν λ΄ ἡμερῶν μένει ἐν τῇ φυλακῇ, εἰ δὲ χρεία δὲ πλείονος ὑπερθέσεως ὀφείλει ἐξωμοσίᾳ καταπιστευθῆναι. ὡς β΄ θ΄ τοῦ κεφ. τ δ΄. δ΄ ς΄ τῶν δὲ Βασιλικῶν β ζ. τ΄ ι. κεφ. λβ΄ θεμ. δ΄. ε΄

Μετὰ τὸ δοθῆναι τὴν κέλευσιν πᾶς δικαστὴς ὀφείλει ἐντὸς λ ἡμερῶν τοῖς δικαζομένοις διδόναι τὰ πεπραγμένα μετὰ τῆς ἰδίας ὑπογραφῆς ὡς νεαρὰ ρκγ΄. τῶν δὲ Βασιλικῶν β θ. τ β. κεφ. ιγ΄. ς΄

E Ἐὰν δοῦλος στρατεύσηται ἐν ἀγνοίᾳ τοῦ δεσπότου αὐτοῦ μετὰ τὸ γνῶναι αὐτὸν δικεδικεῖται ἐντὸς λ΄ ἡμερῶν ὡς β΄ ιβ τοῦ κεφ. τ΄ λγ΄ δ΄ ς΄ τῶν δὲ Βασιλικῶν β΄ νζ. τ΄ α. κεφ. μγ. εἰ γὰρ εἰδότος τοῦ δεσπότου αὐτοῦ στρατεύσηται, ἐλευθεροῦται καὶ ἔτι πατρωνικῷ δικαίῳ ὑπόκειται ὡς τοῦ αὐτοῦ β΄ κη τ΄ τοῦ Βασιλικῶν κεφ. μδ΄. ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν δούλων γινομένων ἀξιωματικῶν καὶ ἐπὶ τῶν ἀπελευθέρων εἰ ἀξίας ἢ στρατείας εἰδότων αὐτῶν καὶ μὴ ἀντιλεγόντων τύχωσιν, οὐκ ἔτι ὑπόκεινται πατρωνικῷ δικαίῳ ὡς β΄ τῶν Βασιλικῶν μθ΄ τ΄ α΄ κεφ. κα΄ θεμ. β ὡς εἰ μὴ εἰδέναι δύναιντο αὐτοὺς καταδουλοῦσθαι δοκοῦσι γὰρ ἀχάριστοι εἶναι ὡς β΄ ιβ τοῦ κεφαλ. τ΄ λγ΄ δ΄ ς΄ τῶν δὲ Βασιλικῶν β΄ νζ΄ τ΄ α΄ κεφαλ. μζ΄ καὶ μθ΄ τ΄ β κεφαλ. τελευτ. ζ΄

Τὸ τρίτον κεφάλαιον τοῦ ἀκυλίου ἀναδέχεται εἰς τὰς ὄπισθεν λ΄ ἡμέρας τοῦ φθαρέντος πράγματος, F καὶ κατ᾽ αὐτὰς ποιεῖται τὴν διατίμησιν ὡς β΄ θ. τ΄ β΄. δ΄ κζ. τῶν δὲ Βασιλικῶν β΄ ξ. κεφαλ. κε΄ θεμ. δ΄. η΄

Εἰ ἀποδημεῖ ὁ κηδεμὼν ἔσω λ΄ ἡμερῶν ὑπομιμνησκέτω αὐτὸν ὁ ἄρχων ὅτι ὠνομάσθη ἐπίτροπος ἢ κουράτωρ ὡς β΄. κς΄ δ΄. τελευτ. τῶν δὲ Βασιλικῶν β. λη΄ τ΄. ι κεφ. κη. θ΄

Ἔσω λ΄ ἡμερῶν ὀφείλει ἄρχεσθαι ὁ κληρονόμος τοῦ ἰνβεντα ρίου μετὰ τὸ ἀνοιγῆναι τὴν διαθήκην ἢ μετὰ γνωσθῆναι αὐτῷ ἡ τούτου ἄνοιξις ἢ μετὰ γνῶναι κατενεχθεῖσαν αὐτῷ τὴν κληρονομίαν ἐξ ἀδιαθέτου. ὡς β΄ ς΄ τοῦ κεφ. τ΄ λ΄. τῶν δὲ Βασιλικῶν β λε΄. τ΄ ια. κεφ. πθ΄. ι΄

Ἔσω λ΄ ἡμερῶν ὀφείλει πληροῦσθαι μετὰ τὰς ἐγγραφὰς ὁ κατηγορούμενος ὡς β θ΄. τοῦ κεφ. τ΄ γ΄ δ΄. β΄. τῶν δὲ Βασιλικῶν β΄. ξ τ΄ λε΄ κεφ. ις΄. ια΄

G Μετὰ λ΄ ἡμέρας ἡ ὀργὴ τοῦ Βασιλέως ἀνίεται ὡς β΄ θ΄ τοῦ κεφ. τ΄ μζ΄ δ΄ κ΄. τῶν δὲ Βασιλικῶν β ξ. τ΄ α΄ κεφ. νε΄. ιβ΄

Ἐντὸς λ΄ ἡμερῶν δίδονται οἱ ἀπόστολοι ὡς β΄ ζ΄ τοῦ κεφαλ. τ΄. ξβ. δ΄ κβ ἥτις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ Βασιλικά. ιγ΄

ιδ΄ Διὰ λ΄ ἡμερῶν ὀφείλει παρέχεσθαι ὁ διακατέχων φισκάλια ἀκίνητα πράγματα. ὡς β΄ ι΄ τοῦ κωδ. τ΄ ια΄ δ΄ τελευταίας. τῶν δὲ βασιλικῶν β. νς΄ τ΄ ζ΄. κεφ. π΄ θεμ. δ΄. A

ιε΄ Εἴσω λ΄ μετὰ τὰς ἐγγραφὰς περὶ τοῦ ὑβρισθῆναι τὸν ἐναγόμενον λαμβάνει ὁ κατηγορήσας τινὰ ἐγκληματικῶς ἀβολιτίονα ἤτοι ἄφεσιν. μετὰ δὲ ταύτας, οὐκέτι δύναται αὐτῶν συγχώρησιν εἰ μὴ συναινεῖ αὐτῷ ὁ ἐναγόμενος, ὡς β΄ θ΄ τοῦ κωδ. τ΄ μβ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄ τ΄ ξβ΄ κεφ. γ΄.

ις΄ Μετὰ τὴν διάζευξιν ἐντὸς λ΄ ἡμερῶν ὀφείλει ἡ γυνὴ διαμαρτύρασθαι τῷ μέρει τοῦ ἀνδρὸς ὅτι ἐγκυμονεῖ ὡς β΄ κε΄ τ΄ γ΄ δ΄ α΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ λα΄ τ΄ ι΄ κεφ. α΄.

ιζ΄ Μετὰ μόνα δὲ ὡρισμένας προθεσμίας πέμπεται ὁ ἐξκουσεύτης. ὡς β΄ ι΄ τοῦ κωδ. τ΄ ιθ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ νς΄. τ΄ κ΄. κεφ. κδ΄.

ιη΄ Οἱ ἀπελάται ἔσω λ΄ ἡμερῶν τὰ αὐθεντικὰ πιττάκια τῶν ἀποφάσεων ὀφείλουσι παρέχειν ἢ αὐτόθεν ἀποπληροῦν τὸ ἐπίδικον. ὡς β΄ ι΄ τοῦ κωδ. τ΄ λζ΄ δ΄ ι΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β. νζ΄. τ΄ δ΄. κεφ. ι΄. B

ιθ΄ Μέχρι λ΄ ἡμερῶν ὁ τῆς ἀσυλίας λόγος τοῦ ἄρχοντος ἔρρωται ὡς ἡ περὶ μανδάτων πείρασις. νεαρ. ιζ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄. ε΄. τ΄ γ΄ κεφ. κα΄.

κ΄ Ἔκαστον ἔδικτον ἢ τοι παράγγελμα προστιθέμενον τελειοῦται λ΄ ἡμέραις. ὡς νεαρ. ρξ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ζ΄. τ΄. δ΄. κεφ. γ΄.

κα΄ Καὶ αἱ διαβολαὶ τῶν μαρτύρων διὰ λ΄ ἡμέρας προχωροῦσι.

## Περὶ μ΄ ἡμερῶν. C

α΄ Ἐν τῇ ἁγίᾳ τεσσαρακοστῇ οὐ κινεῖται ἐγκληματικὸν ὑπεξῃρημένων τῶν λῃστῶν. τιμωροῦνται γὰρ καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ νηστείᾳ ὡς β΄ γ΄. τοῦ κεφαλ. τ΄ ιβ΄. δ΄ ι΄. καὶ ια΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄, ζ΄, τ΄ ιζ΄. κεφαλ. κβ΄ καὶ κγ΄.

## Περὶ ν΄ ἡμερῶν.

α΄ Οἱ ἄρχοντες οὐκ ὀφείλουσι τὴν ἐπαρχίαν καταλιμπάνειν διαδεχόμενοι πρὸ ν΄ ἡμερῶν ὥστε οἱ σύμπονοι ὥστε οἱ δομέστικοι ὡς β΄ α΄ τοῦ κεφ. τ΄ μθ΄. καὶ τ΄ να΄ δ΄ γ΄. νεαρ. η΄. καὶ ζ΄ καὶ ρκη΄ καὶ ρξα΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ς΄ τ΄ γ΄ κεφ. θ΄. θεμ. ζ΄ καὶ κεφ. ι΄ καὶ ια΄. D

β΄ Αἱ ν΄ ἡμέραι τοῖς ἐπιτρόποις ἀφ΄ οὗ γνῶσι τρέχουσι καὶ ἐν ταύταις εἰ βούλονται χρῶνται ἐξκουσατίονι. εἰ δὲ παρέλθωσιν ὑπόκεινται τῇ περὶ τῶν ἐπιτρόπων ἀγωγῇ ὡς β΄ κζ΄. τῶν διγ. τ΄ α΄. δ΄ ιγ΄. καὶ λβ΄. καὶ β΄ ε΄. τοῦ κεφ. τ΄. ξβ΄. δ΄ ι΄ καὶ ια΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ λη΄ τ΄ α΄ κεφ. ια΄ καὶ λβ΄ καὶ κ΄ καὶ ξα΄.

## Περὶ ξ΄ ἡμερῶν.

α΄ Ἄχρι ξ΄ ἡμερῶν συναπτῶν ἐκεῖνα ὁ ἀνὴρ δικαίῳ ἀνδρὸς περὶ τῆς γυναικὸς τὸ μοιχικὸν ὡς β΄ θ΄. τ΄ θ΄. δ΄. ς΄. καὶ β΄ δ΄. τ΄ δ΄. δ΄. λ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄ τ΄ λζ΄ κεφ. με΄ καὶ β΄ ι΄ τ΄ δ΄ κεφ. κθ΄. σήμερον δὲ ὡς φησὶ νεαρ. ριζ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ κη΄. τ΄ ζ΄ κεφ. α΄. ἐγγραφὰς ἀπαγγελόμενος. αὐτῷ γὰρ αὐτὸ ἡ διαφορὰ τοῦ δικαίου ἀνδρὸς καὶ οὐκέτι δύναται μεταμελεῖσθαι μετὰ τὴν ἐγγραφὴν μὴ συγχωρήσας τῆς γυναικός. πλὴν δοκεῖ τισὶ αἰνιγματῶδες. οὐ γὰρ λέγει τοῦτο ῥητῶς ἡ νεαρὰ ἀλλ΄ ἁπλῶς φησι προσήκειν τὸν ἄνδρα ἐγγράφως δηλαδὴ μετὰ τὰς ἑξήκοντα ἡμέρας. E

β΄ Ὁ θέλων ἀντιτίθεσθαι κομπιοσατίονα ἤτοι ἀντίλογον τῷ φίσκῳ, ὀφείλει ἀποδεικνύειν ἔσω δύο μηνῶν ὅτι κεχρεώστηται αὐτῷ ὅπερ βούλεται ἀντιλογίζεσθαι ὡς β΄ μθ΄ τῶν διγ. τ΄. ιδ΄. διατ. μ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ νς΄, τ΄ β΄ κεφ. μα΄. θεμ. δ΄.

γ΄ Ὅτι μὴ ῥητῶς περὶ τῶν κεφαλαίων δὲ αἰδιλικίας τουτέστι τοῦ ἀγορανόμου ἐδίκτου ἤτοι παραγγέλματος ὁ πράτης ὑπόκειται, ἡ ἀναστρέφουσα τὸ πραθὲν ἀγωγὴ ἔσω δύο μηνῶν κινεῖται ὡς β΄ κα΄. τ΄ α΄. δ΄. κ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν. β΄ ιθ΄ τ΄ ι΄. κεφ. κ΄. F

δ΄ Ὁ πιπράσκων ὑποζύγια λέγεται καὶ τὰ πάθη καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν καὶ δίδοται τὸ ἐπικείμενον αὐτοῖς διὰ τὸ πραθῆναι κόσμον. ὁ δὲ τοῦτο μὴ ποιῶν ὡς τὸ δοῦναι τὸν κόσμον ἢ ἀναλαβεῖν τὰ ὑποζύγια διὰ τὸ μὴ δοθῆναι τὸν κόσμον ἔσω ξ΄ ἡμερῶν ἐνάγεται. ὡς β΄ κα΄ τ΄ α΄. δ΄ λ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄. ιθ΄ τ΄ ι΄. κεφ. κθ΄ θεμ. β΄.

ε΄ Ἐὰν πωλήσῃ τίς οἰκέτην ἐφ΄ ᾧ εἰ ἀπαρεσθῇ ὁ ἀγοραστὴς ἀποστρέφεσθαι αὐτόν. εἰ μὴ ἐκφωνηθῇ χρόνος, ἔσω ἑξήκοντα ἡμερῶν δύναται τοῦτο ποιεῖν, εἰ δὲ διηνεκῶς δόξει διηνεκῶς. εἰ δὲ ὑπερθέσιν ὁ πράτης ἐποίησεν ἢ ὁ παρὼν ὁ ἀναλαβεῖν ὀφείλων ἢ εὐλόγως ἕτερον παρεῖπεν καὶ μετὰ τὰς ξ΄ ἡμέρας ὡς β΄ κα΄ τ΄ α΄. δ΄ κγ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄. ιθ΄. τ΄ ι΄. κεφαλ. κγ΄. θεμ. ια΄. εἰ δὲ καὶ ζεῦγος ἵππων πραθῇ διὰ τὸ ἓν καὶ τὸ ἕτερον ἀναστρέφεται ὡς τοῦ αὐτοῦ β΄ καὶ τῶν βασιλικῶν κε΄. τὰ αὐτὰ καὶ περὶ θρεμμάτων ὡς τοῦ αὐτοῦ β΄ καὶ τ΄ τῶν βασιλικῶν κεφ. κθ΄ θεμ. δ΄. G

A Μετὰ δύο μῆνας τῆς διοικήσεως οἱ ἐπίτροποι ὑπὸ τόκους εὐθύνονται ὡς β΄ ϛ΄ τ΄ ζ΄. δ΄. ζ. καὶ παρὰ οβ τῶν δὲ Βασιλικῶν β΄ λζ΄. τ΄ ζ΄. κεφαλ. ϛ΄ θεμ. δ΄ καὶ τ ια΄ κεφ. δ θεμ. β΄. οὐδὲ γὰρ εὐθὺς ἀπαιτοῦνται τόκους ἀλλ᾽ ὅτε ὁ δίμηνος ὡς ἄρτι παρέλθῃ ἢ τοσοῦτος χρόνος ἐν ᾧ ἠδύναντο δανεῖσαι ὡς τὸ αὐτοῦ β΄ καὶ τ΄ τῶν Βασιλικῶν κεφαλ. ιγ΄. θεμ. β΄. καὶ δ΄. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἐπὶ τοῦ συγχωρηθέντος. ε

Ἐὰν δύο μῆνας ἔσται ὁ νόμος καὶ ἑξήκοντα ἡμέραι αὐτὸ τοῦτον προσδέχονται ὡς β΄ ν΄. τ΄ ιζ΄. δ΄ ϛ΄ τῶν δὲ Βασιλικῶν β. β΄. τ γ΄ κεφ. ζό. ζ

B Κατὰ τοὺς δύο μῆνας τοὺς ἀπράκτους, ἀργεῖ τὰ δικαστήρια. περὶ δὲ τῶν φισκαλίων ἤτοι τῶν δημοσίων καὶ τῶν τῶν ταμιακῶν πραγμάτων καὶ περὶ μαγιστρων ἤτοι ἀρχόντων καὶ ἐν ταῖς ἀπράκτοις ἡμέραις κινεῖται δικαστήριον ὡς β΄ γ΄ τῶν κεφ. τ΄. ιϛ δ΄ δ΄ καὶ ε΄. τῶν δὲ Βασιλικῶν β΄ ζ΄. τ΄ ιζ. κεφαλ. κα΄ καὶ κγ΄. η

Ὁ ἐμφυτευσάμενος θέλων πωλῆσαι τὸ δίκαιον τῆς ἐμφυτεύσεως ὀφείλει διαμαρτυρίαν ἐμπέμπειν τῷ προωτοτύπῳ δεσπότῃ καὶ δηλοῦν τὴν τιμήν. ἐὰν γὰρ μὴ θελήσῃ αὐτὸς ὁ πρωτότυπος ἀγοράσαι μετὰ δύο μῆνας ἑτέρῳ πιπράσκεται καὶ ἀναγκάζεται ὁ δεσπότης δέξασθαι ἀγοραστὴν μετὰ δύο μῆνας τῆς διαμαρτυρίας ὡς β΄ δ΄. τοῦ κεφ. τ΄ ξϛ΄ δ γ΄. τῶν δὲ Βασιλικῶν β κ΄. τ΄ α΄ κεφ. γ΄. θ

Ἐὰν οἱ τὰ δημόσια χρήματα χρεωστοῦντες ἐξαιτῶσι προθεσμίαν ἐπὶ τῷ χρέει ἐπὶ δὲ ἐλαχίστῳ ποσότητι οὐ πλείων τῶν δύο μηνῶν ὑπέρθεσις αὐτοῖς δίδοται. ἐπὶ δὲ μεγάλῳ οὐ πλείων τῶν τριῶν. ὡς β΄ C μβ΄ τῶν διγ. τ΄. ιδ΄ δ΄ μ΄ τῶν δὲ Βασιλικῶν β΄ νε΄ τ΄ β΄. κεφ. μ΄ θεμ. ι΄. ι

Οἱ ἔχοντες πράγματα τοῦ καταχρεωθέντος ἐπὶ τυραννίδι ἐν τῇ βασιλίδι πόλει ἔσω δύο μηνῶν, καὶ ἔσω ὀκτὼ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ὀφείλουσι καταμηνῦσαι ἐπεὶ τοίνυν μετὰ τῶν πραγμάτων τὸ τετραπλάσιον παρέχουσιν ὡς β δ΄ τοῦ κεφαλ. τ΄ μθ΄. δ τελευταῖα. τῶν δὲ Βασιλικῶν β ξ. τ΄ νβ. κεφ. τελευτ. ια

Ὀλίγος χρόνος νοοῦνται οἱ δύο μῆνες ὡς β΄ ε΄. τοῦ κεφ. τ΄ θ΄ δ΄ β. ἥτις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ Βασιλικά. ιβ

Οἱ δύο μῆνας οἰκήσας τῇ γυναικὶ κληρονομεῖ αὐτὴν ὡς β΄ ϛ΄ τοῦ κεφ. τ΄ λζ΄. δ. ιθ΄. τῶν δὲ Βασιλικῶν β μδ΄. τ΄ δ΄. κεφ. μγ΄. ὁ δὲ Ἀνατόλιος φησὶν ὅτι οὐ μόνον εἰ δίμηνον συνοικήσας τις τῇ γυναικὶ τὰ καταλειφθέντα λαμβάνει, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ πλείονα χρόνον. D

Ἐὰν ὁ κληρονόμος μὴ δώσει τὸν ληγατευθέντα οἰκέτην ἵνα ἐλευθερωθῇ καὶ περὶ τούτου δικάσονται, καὶ εἰς τὴν τιμὴν καταδικασθῇ μετὰ δύο μῆνας τῆς προκαταρξεως ὁ οἰκέτης ἐλευθεροῦται. ὁ δὲ κληρονόμος εἰς τὸ τετραπλάσιον τῷ ληγαταρίῳ παρέχων τὰς ἐπὶ τῇ δίκῃ δαπάνας καταδικάζεται ὡς β΄ ζ΄. τοῦ κεφ. τ΄ δ. δ΄. ιζ΄ τῶν δὲ Βασιλικῶν β΄ μγ΄. τ΄ ιγ΄ κεφ. ιε΄. ιγ

Ἀφ᾽ οὗ γνῷ ὁ κληθεὶς εἰς στρατηγίαν πόλεως ἢ εἰς ἄλλην τιμήν, δύο μῆνας ἔχειν εἰς τὸ ἐκκαλέσασθαι καὶ παραιτήσασθαι ὡς β ζ τοῦ κεφ. τ΄ κγ΄ δ΄. α. τῶν δὲ Βασιλικῶν β΄ θ΄. τ΄ α΄ κεφ. ρκε΄. ιδ

Ὁ ἐπὶ ταβουλλαρίῳ ὡς ἐν καταθέσει τινὰ ἐγγυώμενος ἐπὶ ἰδιωτικῇ αἰτίᾳ ἐντὸς δύο μηνῶν κατέχεται εἰ μὴ ἄρα ῥητῶς εἰς πλείονα χρόνον ἠγγυήσατο. εἰ δὲ ἐπὶ δημοσίᾳ αἰτίᾳ ἠγγυήσατο δοκεῖ ἐγγράφως ἐγγυᾶσθαι καὶ διηνεκῶς κατέχεται σημείωσαι οὖν ὅτι ὁ ἐγγράφως ἐγγυώμενος ἐντὸς δύο μηνῶν ἐνέχεται κατὰ πρόληψιν ὡς β ν΄ τοῦ κεφ. τ΄ μ΄ δ΄ κζ. τῶν δὲ Βασιλικῶν β΄ κϛ΄ τ΄ α΄ κεφ. ον΄. E ιε

Οἱ οἰκέται τῆς μοιχευθείσης παραδραμόντων δύο μηνῶν μετὰ τὴν λύσιν τοῦ γάμου καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν τῆς γυναικὸς ἐλευθεροῦνται καὶ ἐκποιοῦνται ὡς β΄ θ΄ τοῦ κεφ. τ΄ θ΄. δ΄ γ΄ καὶ λε΄ τῶν δὲ Βασιλικῶν β ξ. τ΄ λζ΄ κεφ. μγ΄ καὶ ξϛ΄ θεμ. β. ις

Αἱ νεαραὶ διατάξεις μετὰ δύο μῆνας ἰσχύουσι τοῦ ἐμφανισθῆναι ὡς νεαρὰ ξϛ΄. τῶν δὲ Βασιλικῶν β΄ β΄ τ΄ ϛ κεφ. κγ΄. ιζ

Αἱ ἀφέσεις αἱ ἀπὸ τῶν διαιτητῶν εἰς τοὺς δικαστὰς δύο μῆνας ἔχουσι προθεσμίαν πρὸς τὴν κυρίαν. ὡς νεαρὰ πβ΄ τῶν δὲ Βασιλικῶν β ζ΄ τίτλος α΄ κεφ. ϛ΄ θεμ. β΄. F ιη

Κληρικῶν ἐγκληματικῶν ἐναγομένων καὶ ὑπὸ ἄρχοντος κρινομένων ἡ περὶ αὐτῶν ἀπόφασις οὐκ ὀφείλουσιν ὑπερβαίνειν δύο μῆνας, ἀλλ᾽ ἐν τούτῳ τίμιοι ἦσαν ὡς νεαρὰ πγ΄ ἥτις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ Βασιλικά. ιθ

Ὁ ἐνάγων ὀφείλει ἐγγύας παρέχειν πρὸ τοῦ τοῦ βιβλίου πομπῆς ἤτοι πρὸ τοῦ ὑπομνησθῆναι τὸν κατηγορούμενον περὶ τοῦ εἴδους τῆς κατηγορίας ὅτι ἕως δύο μηνῶν προκατάρχεται τῆς δίκης. ἐπὶ δὲ [illegible] παρέχει τῷ ἐναγομένῳ τὰ δαπανήματα συντείνοντα μέν τοι εἰς λϛ΄ ν. ὡς νεαρὰ ζϛ΄ ἧς τὸ α΄ τοῦτο κεφ. οὐκ ἔστιν εἰς τὰ Βασιλικά. κ

G

## Περὶ μηνῶν τριῶν.

Εἴ τις δέῃ τὸ ἀγαγεῖν ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας μάρτυρας προθεσμίαν ζητήσει τριῶν μηνῶν ὀφείλει αὐτῷ προθεσμία παρασχεθῆναι ὡς β γ΄ τοῦ κεφαλ. τ΄ ια΄ δ α΄ τῶν δὲ Βασιλικῶν β΄ ζ. τ΄ ιζ΄ κεφαλ. ια΄. α

β΄ Ὁ γραφεὶς κληρονόμος δύναται ἔσω τριῶν μηνῶν παραιτεῖσθαι καὶ οὐκ ἐνέχεται δανεισταῖς κἂν προείγνω ὅτι κληρονόμος ἐστὶν ὡς β΄ ϛ΄. τοῦ κωδ. τ΄ λ΄. δ΄ κβ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ λε΄. τ΄ ιδ΄. κεφ. πζ΄ θεμ. α΄ καὶ θ΄. τοῦτο δὲ νόμιζε ἐπὶ μείζονος, ὁ γὰρ ἐλάττων ἀδιαστίκτως παραιτεῖται καὶ μετὰ ἔμμιξιν ὡς β΄ β΄ τοῦ κωδ. τ΄ λγ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ι΄. τ΄ κα΄ κεφ. α΄.

γ΄ Ὁ ποιῶν ἰνβεντάριον ἤτοι ἀπογραφὴν ἔσω λ΄ ἡμερῶν ἀφ᾽ οὗ ἐμφανισθῇ ἡ διαθήκη ἢ ἀφ᾽ οὗ γνῷ ὅτι κληρονόμος ἐστὶν, ὀφείλει ἄρχεσθαι καὶ πληροῦν αὐτὸ ἔσω τριῶν μηνῶν. εἰ μὴ ἄρα ἄπεισιν ἢ ἀλλαχοῦ εἰσὶ τὰ κληρονομιαῖα πράγματα. τότε γὰρ ἐντὸς ἐνιαυτοῦ ὀφείλει πληρῶσαι τὸ ἰνβεντάριον ἤτοι τὴν ἀπογραφὴν ὡς β΄ ϛ΄ τοῦ κωδ. τ΄ λ΄. δ΄ κβ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ λε΄ τ΄ ιδ΄ κεφ. πζ΄.

δ΄ Ὁ κτίζων εἰ ἐγκαλεῖται καινοτομῶν ἔσω τριῶν μηνῶν ὀφείλει λέγειν τὴν δίκην καὶ εἰ μὴ τμηθῇ τοῖς τόποις ἀσφαλίζεσθαι ὅτι ἐὰν ὀφθῇ κακῶς οἰκοδομήσας καταστρέφει αὐτὰ οἰκείοις ἀναλώμασιν ὡς β΄ η΄ τοῦ κωδ. τ΄ ι΄ δ΄ ιβ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ νε΄ τ΄ ια΄ κεφ. ια΄ θεμ. τελευτ.

ε΄ Ἡ περὶ βουλευτικῆς τύχης δίκη ἔσω τριῶν μηνῶν ὀφείλει πληροῦσθαι ἐπεὶ ὁ ἄρχων δέκα λίτρας καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ πέντε ζημιοῦται ὡς β΄ ι΄ τοῦ κωδ. τ΄ λβ΄ δ΄ ηγ΄ ἥτις οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς βασιλικοῖς.

ϛ΄ Τοῦ γάμου συσταθέντος ἄχρι δεκαετίας τὴν περὶ ἀναργυρίας προῖκα ὅτε ἀνὴρ καὶ ὁ κληρονόμος αὐτοῦ, ἐντὸς τριῶν μηνῶν κινοῦσι μέμψιν ὡς νεαρὰ ρ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ κθ΄ τ΄ γ΄.

ζ΄ Τοῦ ἑνὸς τῶν δικαζομένων ταῖς οἰκείαις δικαιολογίαις ἀποταξαμένου μετὰ τοὺς διηγητικοὺς ἀγῶνας, τοῦ δὲ ἑτέρου λέγοντος ἔχειν τι καὶ ἄλλο προσθεῖναι ὁ δικαστὴς ὀφείλει δοῦναι τούτῳ τῷ μέρει μῆνα ἕνα εἰς προθεσμίαν πρὸς τὸ ἔτι δύνασθαι ἑαυτὸν βοηθῆσαι. καὶ αὖθις ἕτερον μῆνα, καὶ ἔτι ἄλλον μῆνα, μετὰ δὲ τὴν τριῶν μηνῶν παραδρομὴν ἀποφαίνεσθαι κατ᾽ αὐτοῦ ὡς νεαρὰ ρι΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ζ΄. τ΄ δ΄. κεφ. ι΄ θεμ. ιβ΄.

η΄ Ὁ ἐκ λαϊκῶν ὀφείλει τρεῖς μῆνας σχολάσαι τῇ λειτουργίᾳ καὶ οὕτως γίνεσθαι ἐπίσκοπος. ὡς νεαρὰ ρκγ΄ κεφ. ι΄ ὅπερ οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά.

## Περὶ ἑκατὸν ἡμερῶν.

α΄ Αἱ τῶν ἐκ πλαγίου συγγενῶν διαδοχαὶ ἔσω ἑκατὸν ἡμερῶν συναπτῶν αὐτῶν ἀφ᾽ οὗ γνωσθῇ ὅτι ἥρμοσεν καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ καιρῷ ἢ ἀποδέχονται αὐτὰς ἢ παραιτοῦνται ὡς β΄ ϛ΄ τοῦ κωδ. τ΄ θ΄ δ΄ β΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ μ΄. τ΄ α΄ κεφ. ιι΄.

β΄ Ὁ τῆς διασκέψεως χρόνος ἑκατὸν ἡμέραι εἰσὶν, ὡς β΄ η΄ τοῦ κεφαλ. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ λε΄ τ΄ ιγ΄ κεφ. β΄.

γ΄ Ἐὰν ὁ θετός μου ἀδελφὸς μετὰ θάνατόν μου ἔσω ἑκατὸν ἡμερῶν αὐτεξούσιος γένηται ἀπόλλει τὴν διαδοχὴν ὡς β΄ λγ΄ τῶν διγ. τ΄ κ΄. δ΄ γ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ με΄ τ΄ β΄ κεφ. ιθ΄.

## Περὶ τετραμηνῶν.

α΄ Ἐὰν ὁ κοινωνὸς ὀχλήσῃ τὸν κοινωνὸν ὑπὲρ τοῦ κτίσαι τὸν ἐπίκοινον οἶκον κἀκεῖνος μὴ κτίσαντος αὐτὸν κτίσῃ μόνος δύναται τοὺς τόκους καὶ αὐτὸ τὸ τῶν δαπανημάτων κεφάλαιον ἀπαιτεῖν αὐτὸν ἔσω τετραμήνου μετὰ τὴν ἀνανέωσιν: μετὰ δὲ τοὺς τέσσαρας μῆνας εἰ μὴ λάβοι ταῦτα γίνεται τοῦ οἴκου δεσπότης ὃν ἔκτισε μονομερῶς ὡς β΄ ιζ΄. τ΄ β΄. δ΄ κθ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ιβ΄. τ΄ α΄. κεφαλ. κθ΄ θεμ. κ΄.

β΄ Τέσσαρας μῆνας συνεδρευέτω τις ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐπαρχίᾳ καὶ μόνον εἰ μὴ γένοιτο κέλευσις βασιλέως ἢ πρόσταξις ἐπάρχου ἐπεὶ δημεύεται καὶ τιμωρεῖται ὡς β΄ α΄ τοῦ κωδ. τ΄ να΄ δ΄ ι΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ϛ΄ τ΄ α΄ κεφ. ξγ΄ θεμ. β΄.

γ΄ Εἰς τὸ γυμνασθῆναι παραίτησιν τοῦ ἐπιτρόπου, τέσσαρες μῆνες ἁρμόζουσιν ὡς β΄ κζ΄ τῶν διγ. τ΄ α΄. δ΄ λβ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄. λη΄ τ΄ α΄ κεφ. λβ΄.

δ΄ Τετραμήνου παρέχεται τοῖς κατακριθεῖσιν ὑπέρθεσις καὶ μετὰ τοῦτο τόκους ἑκατοστιαίους ἀπαιτοῦνται ὡς β΄ ζ΄ τοῦ κωδ. τ΄ νδ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ θ΄ τ΄ γ΄ κεφ. πε΄ καὶ οἱ ἐγγυηταὶ δὲ αὐτῶν ἔχουσι τὴν τετράμηνον ὡς τοῦ κεφ. καὶ τ΄ τῶν βασιλικῶν θεμ. β΄.

ε΄ Ἐὰν ὁ υἱὸς τοῦ ἐκκαλεσαμένου τελευτήσῃ οἱ κληρονόμοι αὐτοῦ οὐ μόνον τὸν ὑπόλοιπον χρόνον ἔχουσιν ἀλλὰ καὶ ἑτέρους τέσσαρας μῆνας λαμβάνουσιν, καὶ μετὰ τὴν διάσκεψιν ὡς β΄ ζ΄ τοῦ κωδ. τ΄ ξϛ΄ δ΄ ϛ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ θ΄ τ΄ α΄ καὶ ρμδ΄.

ϛ΄ Ἐὰν ἡ τῶν ἀπολιμπανομένων κατασκευασθεῖσα παρὰ τοῦ δεσπότου αὐτοῦ οἰκία, βλάπτει τὸν παρόντα γείτονα, ὀφείλει ὁ δεσπότης διὰ τετραμήνου καταμηνύειν καὶ ἐπανιστᾶν τὸ πρωτότυπον. εἰ δὲ καταμηνυθεὶς οὐ παραστῇ τότε αὐτὸς ὁ φροντιστὴς δικαιολογούμενος εἰ καταδικασθῇ πᾶσαν τῆς καινοτομίας εὐπορῶν ἀποδίδωσι. μὴ εὐποροῦντος δὲ αὐτοῦ ἐκ τῆς περιουσίας τοῦ ἀπόντος ἀπαιτεῖται. ὡς νεαρὰ ξθ΄. τῶν

A ξδ'. τῶν δὲ βασιλικῶν β κ' τ' κα' κεφ. β'. θεμ. ι'.

ζ' Πρεσβύτερος καὶ διάκονος καὶ ὑποδιάκονος τῷ δικαίῳ τῆς μονῆς τῆς συγγενείας εἰς ἐπιβοηθείαν ἢ εἰς παραιτουμένην ἐὰν βληθῶσιν ἐντὸς τεσσάρων μηνῶν ἀφ' οὗ γνῶσι, δύνανται ἐκουσίως ὑπεισέρχεσθαι εἰς ἄλλην μὴ προκειματιζόμενοι ὡς παρὰ ρκγ'. τῶν δὲ βασιλικῶν β γ' τ' α' κεφ. ια'.

α' Ἐάν τις τῶν δικαζομένων ὑπὲρ χρηματικῆς αἰτίας ὀμόσῃ μὴ διαδικάσαι ἢ ἐπαγγέλλεσθαι ἐντὸς τετραμήνου μετὰ τὸ προσενεχθῆναι τὴν ψῆφον, ἀριθμουμένης δοθῆναι παρ' αὐτοῦ δοθέν τι ἢ ὑποσχεθέν, τὸ μὲν δοθὲν τετραπλοῦν ἀπαιτεῖται. τὸ δὲ ὑποσχεθὲν διπλοῦν, μετὰ δὲ τέσσαρας μῆνας οὐκ ἔστι ποινήν τι ζητεῖται ὡς παρὰ ρκδ'. τῶν δὲ βασιλικῶν β' ζ. τ' δ' κεφ. ζ'.

B

## Περὶ μηνῶν πέντε.

α' Ὁ ἐκκαλούμενος παρὰ δικαστοῦ δοθέντος παρὰ ἄρχοντος ἔχει δύο μῆνας εἰς τὸ γυμνάσαι τὴν πρώτην κυρίαν καὶ τὰς ἄλλας τρεῖς κυρίας λαμβάνει ἐχούσας ἀνὰ τριάκοντα ἡμέρας: οὐκέτι δὲ καὶ τὴν ἑτέραν τρίμηνον τὴν τῆς ρεπαρατίονος ἤτοι τῆς ἀνανεώσεως καὶ περὶ ἐντριτισμοῦ: οὐ γὰρ ἁρμόζει ρεπαρατίον ἤτοι ἀνανέωσις ἐν ταῖς περὶ δικαστῶν ἐκκλήτοις ὡς β ζ τῆς κεφ. τ' ξγ'. δ' β θεμ. β. καὶ γ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' θ' τ' α' κεφ. ρκε θεμ. παρατέλλων ἢ τελευταῖον.

β' Ἐὰν οἱ χολάρειοι περὶ κομμάτων ἀπολειφθῶσιν ἔσω πέντε μηνῶν περὶ χρημάτων οὐκ ἐνάγονται ὡς β

C ιβ τ' κθ' δ' β τῶν δὲ βασιλικῶν β νζ. τ' α κεφ. λγ' θεμ. β.

## Περὶ μηνῶν ἕξ.

α' Ἐάν τις ἀπὸ ἐξουσιαστοῦ λάβῃ ἀγρὸν ἀσφαλῶς μὲν αὐτὸν κατέχει καὶ τὰς δαπάνας τῆς προκαταβολῆς οὐκ ἀναγκάζεται καταβαλεῖν. ἐὰν δὲ τις λέγῃ δεσπότην ἑαυτὸν εἶναι ἢ ὑποκεῖσθαι αὐτῷ τὸ πρᾶγμα, κινεῖται, καὶ εἰ νικήσει ἀναγκάζεται τὰς δαπανήματα δοῦναι ἃ πεποίηκεν ἐκεῖνος εἰς βελτίωσιν τοῦ ἀγροῦ. ἔσω δὲ ἑξαμήνου ὀφείλει τις ἐναγαγεῖν περὶ γὰρ τὴν ἑξάμηνον οὐδεὶς δύναται ἐνάγειν ὡς β' κα' τῆς κεφ. τ' νι. τῶν δὲ βασιλικῶν β νε' τ' ιδ' κεφ. α θεμ. ζ

D

β' Ἡ ρεδιβιτόρια τουτέστιν ἡ τὸ πραθὲν πρᾶγμα ἀναστρέφουσα ἀγωγὴ ἔσω ἓξ μηνῶν κινεῖται οὐτιλίων ἤτοι συνεχῶν. τρέχει δὲ ὁ χρόνος ἀφ' οὗ ἡ πρᾶσις γέγονεν ἢ ἀφ' οὗ ὑπέσχετο ἢ ἐπηρωτήθη ὁ πράτης περὶ τῶν αἰτιῶν τοῦ διαπραθέντος ἔγει καὶ ἂν ἔμφασις περὶ αἰτιῶν ὡς β κα' τῶν διγ. τ' α'. δ' κ' τῶν δὲ βασιλικῶν β ιθ' τ' ι κεφ. κ'.

γ' Ὅταν μὴ ῥητῶς ὑπόσχηται ὁ πράτης περὶ τῶν κρυπτῶν αἰτιῶν τοῦ πιπρασκομένου ἡ κοντιμινόρια τουτέστιν ἡ τὸ τίμημα μειοῦσα ἀγωγὴ ἐντὸς ἓξ μηνῶν κινεῖται καὶ οὐκ ἐκτείνεται εἰς ἐνιαυτόν. ὡς β κα τῶν διγ. τ α' δ' ιθ' τ ι κεφ. α' ἀφ' οὗ γνῷ δηλονότι τὸ πάθος ἢ ὀφείλει γνῶναι ὁ ἀγοραστὴς ὡς β κα' τῶν διγ. τ' α' δ' μη' τῶν δὲ βασιλικῶν β' ιθ τ' ι κεφ. μγ'.

E

δ' Οἱ ἐπίτροποι ἑξαμήνου ἔχουσι προθεσμίαν ἐν τῷ πρώτῳ ἐνιαυτῷ εἰς τὸ δανεῖσαι τὰ χρήματα τῶν ὀρφανῶν ὡς β' κς'. τ' ζ. δ' κ ὅπερ κεῖται μετὰ β' τοῦ βασιλικῶν λζ. τ' ζ κεφ. κ. οὐκ ἔχει δὲ τὰ περὶ τῆς ἑξαμήνου. τὸ δὲ εἰρημένον περὶ τῆς διμήνου ἐν τῷ ζ'. δ' τοῦ αὐτοῦ β'. καὶ τ' τῶν διγ. τῶν δὲ βασιλικῶν β λζ'.

ε' Ἐὰν ὁ ἄρχων μὴ μένῃ τὰς πεντήκοντα ἡμέρας μετὰ τὴν διαδοχὴν ἐν τῷ θέματι παραπέμπεται ἐκεῖσε καὶ ποιεῖ ἑξάμηνον ἀπολογούμενος περὶ κλοπιμαίων καὶ δωροληψιῶν καὶ ἐγκλημάτων. ἐν β τῶν βασιλικῶν ς' τ' γ' κεφ. θ' θεμ. ζ οὐκ ἔχει δὲ περὶ τῶν ς' μηνῶν.

ς' Ὀφείλει ὁ ἐπίσκοπος εἰ ἀπὸ μοναχῶν ἐστὶν ἢ ἀπὸ λαϊκῶν χειροτονούμενος ἑξάμηνον ἐν κλήρῳ ποιεῖν

F ὡς παρὰ ς' κεφ. ε' ὅπερ οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά.

ζ' Ἐὰν μὴ οἰκονόμοι τὰς συνηθείας δῶσι τοῖς δικανικοῖς καὶ ταῖς ἀσκητρίαις ἐντὸς ἑξαμήνου τοῦ ἀπὸ τρίτου ἐκάστου τόκον παρέχουσιν ὡς παρὰ νθ' τ' δ' κεφ. β θεμ. ι'.

η' Ὁ διὰ τὸ ἔχειν ἐπιβοσκὰς τρεῖς παραιτούμενος τῇ τετάρτῃ ἐὰν μὴ πλεῖον τῶν ἓξ μηνῶν ἀφεστήκασι τῆς ὕβρεως οἱ κρατούμενοι ἢ ὁ μέλλων κληρονομεῖσθαι οὐκ ἀφεθήσεται ὡς β κε' τῶν διγ. τ' α' δ' κ. τῶν δὲ βασιλικῶν β' λα' τ' α κεφ. κ'.

θ' Ὁ ὑποφθίμενος τὸ κῆνσον καταβαλεῖν λεγάτον ἔσω ἓξ μηνῶν ἀπὸ τῆς ἐμφανείας τῆς διαθήκης ἀριθμουμένων ἀπαιτεῖται καὶ καρποὺς καὶ τόκους καὶ πᾶσαν νόμιμον ἐπαύξησιν ἀπὸ τοῦ χρόνου τῆς τελευτῆς τοῦτο καταλιπόντος ὡς παρὰ ρλα'. τῶν δὲ βασιλικῶν β' ι τ' γ' κεφαλ. δ'

G θεμ. ς'.

ι' Ἔσω ἑξαμήνου δεῖ γίνεσθαι τὸ τοῦ ἐπισκόπου ψήφισμα. ἐὰν δὲ ὑπερθῶνται οἱ ψηφίζεσθαι ὀφείλοντες τηνικαῦτα ἐκεῖνος ᾧ ἁρμόζει χειροτονεῖν τὸν ἐπίσκοπον κινδύνῳ τῆς ἰδίας ψυχῆς ὃν θέλει χειροτονεῖ ὡς παρὰ ρκγ' κεφ. ς' ὅπερ οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά.

ια' Εἰ μὲν ἐν αὐτῇ τῇ ἐπαρχίᾳ ἐν ᾗ λέγεται ἡ δίκη φησί τις εἶναι τὰ πρὸς τὴν δίκην αὐτῷ συμβαλλόμενα δικαιώματα ἢ πρόσωπα καὶ αἰτεῖται προθεσμίαν τριῶν μηνῶν αὐτῷ δίδοται, εἰ δὲ ἐν ἑτέρᾳ ἐπαρχίᾳ πλησιαζούσῃ τῷ τόπῳ ἐν ᾧ λέγεται ἡ δίκη μηνῶν ἕξ. εἰ δὲ διαπόντιός ἐστιν ἡ ἐπαρχία μηνῶν θ'. ὡς β' γ' τοῦ κεφ. τ' ια'. τῶν δὲ Βασιλικῶν β' ζ' τ' ζ' κεφ. ια'.

ιβ' Ἐάν τις ἐγγυήσηται πρόσωπον παραστῆσαι ἔσω χρόνου ῥητοῦ εἰ δὲ μὴ παραστήσῃ παρέχειν πρόστιμον οὐχ ἅμα τῷ παρελθεῖν τὸν χρόνον ἀπαιτεῖται τὸ πρόστιμον ἀλλ' ἔχει προθεσμίαν ἄλλων ἓξ μηνῶν. μετὰ δὲ τοὺς ἓξ μῆνας ἀπαιτεῖται αὐτό, εἰ μή τινι ὁ ἐγγυηθεὶς ἐτελεύτησεν ἐν τῇ πρώτῃ προθεσμίᾳ τῷ ἐγκειμένῳ τῇ ἐπερωτήσει. εἰ γὰρ ἐν τῇ δευτέρᾳ προθεσμίᾳ ἐτελεύτησεν ἀπαιτεῖται καὶ οὕτως τὸ πρόστιμον ὡς β' η' τοῦ κεφ. τ' μ' δ' ιε' τῶν δὲ Βασιλικῶν β'. κε' τ' α' κεφ. πζ'.

ιγ' Ἐὰν δὲ ἀναφορᾶς δημοσίων προσώπων ὑπὲρ φόνου κατενεχθῶσι τινὲς οὐκ ὀφείλουσιν ἐγγυηταῖς καταπιστευθῆναι ἀλλὰ βληθῆναι εἰς φυλακὴν μέχρις ἑξαμήνου πειρωμένου τοῦ πράγματος. εἰ δὲ ὑπὸ ἰδιωτῶν κατηγορηθῶσι δηλονότι μετὰ ἐγγράφων νομίμων, ὀφείλουσιν ἐγγύας διδόναι ἢ μένειν ἐν τῇ φυλακῇ ἕως ἐνιαυτοῦ τεμνομένου τοῦ πράγματος ὡς β' θ' τοῦ κεφ. τ' δ' τῶν δὲ Βασιλικῶν β' ξ' τ' λε' κεφ. κζ' θεμ. ε'.

ιδ' Πᾶσα φισκαλία δίκη ἤτοι τοῦ δημοσίου ταμιείου ἔσω ἓξ μηνῶν μετὰ τὴν προκατάρξιν περαιοῦται εἰ μὴ ἄρα ὑπέρθεσις ἀναγκαία δέῃ ὡς β' ι' τοῦ κεφ. τ' α' δ' ια' τῶν δὲ Βασιλικῶν β' νς' τ' β' κεφ. τελευταῖον.

ιε' Ἐὰν τελευτήσῃ ἢ ἀφανὴς γένηται ὁ ὑπὸ δίκην παρά τινος δοθεὶς ἐντολεὺς μετὰ τὴν εἰκοσὴν ἡμέραν τοῦ προτιθεμένου παρὰ τοῦ ἄρχοντος διατάγματος περὶ τοῦ προβληθῆναι ἄλλον ἓξ μηνῶν ἔχει προθεσμίαν ὁ πρωτότυπος ἐν ἀπουσίᾳ ὢν πόῤῥω διακειμένης ἐπαρχίας εἰς τὸ ἕτερον προβάλλεσθαι ἢ αὐτὸς παραγενέσθαι. εἰ γὰρ μὴ ἔστι μακρὰν ἐκ τοῦ ἄρχοντος ὁρίζεταί τις προθεσμία ὡς β' β' τοῦ κεφ. τ. ιβ' δ'. τελευταῖα. ἥτις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ Βασιλικά.

ις' Ἐὰν ὁ κληρονόμος κληθεὶς ἀγνωμονήσῃ μέχρις ἑξαμήνου εἰσπέμπεται ὁ ληγατάριος οὐ μόνον εἰς τὴν νομὴν τῶν κληρονομιαίων πραγμάτων ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν τῶν ἰδίων αὐτοῦ τοῦ κληρονόμου ὡς β' λε' τῶν διγ' τ' δ'. δ' δ'. θεμ. θ' καὶ τ' ς' β' τοῦ κεφ. τ' νδ' δ' ς' τῶν δὲ Βασιλικῶν β' μδ'. τ' κβ' κεφ. δ' θεμ. θ' καὶ τ' λα' κεφ. ς'.

ιζ' Ὀφείλει ὁ ἐπίσκοπος παρασκευάζειν ἄρχοντα ἐντὸς ἑξαμήνου ψῆφον ἐκφέρειν περὶ τῶν ἐν φυλακῇ ἀπορούντων ἐγγύης χάριν φονίων. ὡς β' θ' τοῦ κεφ. τ' δ'. δ' ι' τῶν δὲ Βασιλικῶν β' ξ' τ' λε' κεφ. κβ' θεμ. γ' καὶ ς'.

ιη' Βεβαίως ἐχέτω τὴν γῆν ὁ λαβὼν παρ' ἐξισωτοῦ μὴ ἀπαιτούμενος λοιπάδας τοῦ προλαβόντος χρόνου. εἰ δέ τις ἐκδικεῖ αὐτὴν κινείτω τὴν ἁρμοδίαν ἀγωγὴν ἐντὸς μηνῶν ἓξ ὡς β' ια' τοῦ κεφ. τ' νι' τῶν δὲ Βασιλικῶν β' νς' τ' ιδ'. κεφ. α' θεμ. τελευταῖον.

ιθ' Ὁ στρατευόμενος καὶ μετὰ τὸ νουμεράτον ἓξ μῆνας ἀπολειφθεὶς μετὰ πέντε ἀνθρώπους στρατεύεται καὶ ὑποστρέφει ὡς β' ιβ' τοῦ κεφ. τ' μβ' δ' β' τῶν δὲ Βασιλικῶν β' νζ' τ' α' κεφ. μζ'.

κ' Ἐὰν ἐλεύθερος τοῦ τελευτήσαντα βουλευτὴν ὡς συγγενὴς θέλει κληρονομῆσαι καὶ ἑαυτὸν ἐπιδοῦναι εἰς τὴν βουλὴν ὀφείλει ἐντὸς ἓξ μηνῶν ἐν ὑπομνήμασι κατατίθεσθαι τοῦτο. ὡς νεαρὰ ϛα' ἥτις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ Βασιλικά.

κα' Οἱ δεσπόται τῶν τόπων ἀπολιμπανόμενοι ἓξ μῆνας ἔχουσιν εἰς τὸ ἐλθεῖν καὶ καταβαλεῖν τὰ δημόσια καὶ ἀναλαβεῖν τοὺς ἀγροὺς ἀπὸ τῶν νεμομένων ὡς β' ια' τοῦ κεφ. τ' νδ' δ' ια' τῶν δὲ Βασιλικῶν β' νς' τ' ιδ' κεφ. ια'.

## Περὶ μηνῶν ἑπτά.

α' Ὁ ἑπταμηνιαῖος γεννηθεὶς τέλειος ἐστὶ καὶ γνήσιος τοῖς γονεῦσιν ὡς β' α' τῶν διγ' τ' ε'. δ' ι'. τῶν δὲ Βασιλικῶν β' μς' τ'. α' κεφ. ι' καὶ β' μ' τ' α' κεφ. ιε' θεμ. ς'.

## Περὶ ὀκτὼ μηνῶν.

α' Οἱ ἔχοντες πράγματα ἐν ἐπαρχίᾳ τοῦ ὑπὸ τυραννίδι δημευθέντος εἰ μὴ ἔσω ὀκτὼ μηνῶν προσαγγέλωσι τετραπλάσιον αὐτὰ καταβάλλουσιν ὡς β' θ' τοῦ κεφ. τ' μβ' δ' ε' τῶν δὲ Βασιλικῶν β' ξ' τ' νβ' κεφ. ιζ'.

β' Ὁ διοικητὴς ἔχει ὀκτὼ μῆνας πρὸς τὸ μηνῦσαι τῷ πρωτοτύπῳ τῷ ὄντι ἐν τοῖς ὅροις τῆς ῥωμαϊκῆς ἐξουσίας εἰς τὸ παραγενέσθαι ἢ τὴν δίκην αὐτῶν ἐπιτρέψαι τῷ μηνύοντι ἢ ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ καταστῆσαι διφένσορα. εἰ δὲ μηνυθεὶς μὴ ἔλθῃ καὶ παραδράμῃ ὁ τοιοῦτος χρόνος προστρέπεται ἡ δίκη κατὰ νώτιον τοῦ διοικητοῦ καὶ μηνύοντος· καὶ ἐὰν καταδικασθῇ οὐκέτι ὁ μηνυθεὶς δύναται κινεῖν ὡς παρὰ γνώμην αὐτοῦ δικάσαντος ὁ μηνύσας ὡς νεαρὰ ξθ'. τῶν δὲ Βασιλικῶν β' ε' τ' κα' κεφ. β' θεμ. γ' δ' ς'.

Περὶ

## Περὶ θʹ μηνῶν.

Ὁ ἐγκαλούμενος περὶ θανάτου δικαστοῦ ἔχει μὲν τὴν τῶν ἓξ μηνῶν προθεσμίαν καὶ τὰς ἄλλας λαʹ ἡμέρας πρὸς κυρίας. οὐ λαμβάνει δὲ τὴν ἄλλην ἐπιπαρατείνουσαν ἤτοι τὴν ἀπὸ ἀνακαινισμοῦ τῆς δίκης τρίμηνον ὡς βʹ ζʹ τοῦ κεφ. τʹ ξγʹ δʹ β ἥτις κεῖται μὲν γοῦν β τῶν βασιλικῶν θʹ. τ κ. παρὰ ρκςʹ. τὸ δὲ δεύτερον αὐτῆς θέμα τοῦτο τὸ περὶ διαστήματος ἤτοι θανάτου δικαστῶν παρελείφθη καὶ ἐδείχθη μᾶλλον ἡ πβʹ. παρὰ γοῦν β τῶν βασιλικῶν ζʹ. τ κʹ κεφ. ιʹ.

## Περὶ μηνῶν ιαʹ.

Ἐὰν μετὰ τὸ ἐκ τοῦ θανάτου τοῦ ἀνδρὸς ἐνδέκατον περαιούμενον μῆνα τέκῃ ἡ γυνή, σφόδρα δεῖ τὸ γενόμενον ἤτοι φθορὰ ἀσελγία, αἰσχρότης καὶ τοῖς αὐτοῖς ὑπόκειται ἐπιτιμίοις οἷς καὶ ἡ περὶ τοῦ πενθίμου καιροῦ γεγαμηκυῖα. ὡς παρὰ λθʹ τῶν δὲ βασιλικῶν β κη τ ιι κεφ. γ.

## Περὶ ἐνιαυτοῦ.

Ὁ σιτοκρασίαν τῶν καρπῶν ἔχων κυρίως περὶ τὴν διαπράτειαν ἔχοντος τὸ ἀκίνητον διὰ τὸ πραγματεύεσθαι αὐτὸν τὸ ἀκίνητον καὶ ἀνατρέχει εἰς τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ἡ διατίμησις αὐτοῦ καὶ περὶ τοῦ ληγάτου ἐνείσαγεται ἡ ἀναδρομὴ τοῦ ἐνιαυτοῦ ὡς β θʹ τῶν διγ. τ β δʹ ιβ τῶν δὲ βασιλικῶν β ξ τ γ κεφ. ιβ.

Ἀφ' οὗ ἐστρατεύθη οὐκ ἀφ' οὗ ἐτελεύτησεν ὁ οἰκέτης ἀνατρέχει ὁ χρόνος ὡς β θ τῶν διγ. τ βʹ. δʹ κ. τῶν δὲ βασιλικῶν β ξ τ γ κεφ. κʹ.

Πάντα τὰ περὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ κέρδη ἀπαιτεῖ ὁ διαπράτης κυρίως τὸ ἀκίνητον περὶ τοῦ ἀναιρεθέντος οἰκέτου ὡς β θ τῶν διγ. τ β. δʹ κβ τῶν δὲ βασιλικῶν β ξ τ γ κεφ. κβ θεμ. γ.

Μετὰ θάνατον τοῦ ὑπεξουσίου ἢ τοῦ δούλου ἢ μετὰ τὴν αὐτεξουσιότητα τοῦ υἱοῦ, ἢ μετὰ τὴν ἐλευθερίαν ἢ ἐκποίησιν τοῦ δούλου, ἐνιαυσιαία ἐστὶν ἡ περὶ πεκουλίου ἀγωγή. ὁ δὲ ἐνιαυτὸς συνεχὴς ἐστὶν ἀρχόμενος ἀφ' οὗ τις ἐνεχείρησε χρεῖ τοῦ νικῆσαι. ὅθεν ἐπὶ τοῦ ἀρτίου χρέους οὐκ ἀριθμεῖται πρὶν ἐκβῇ ἡ αἵρεσις. λέγεται δὲ ὁ κληρονόμος τοῦ πατρὸς κἂν ὁ δημόσιος γραφῇ κληρονόμος ὡς β ιεʹ τῶν διγ. τ β. τῶν δὲ βασιλικῶν β ιη τ ς κεφ. αʹ.

Ὁ κληρονόμος τοῦ λαβόντος παραθήκην ἀπὸ δόλου αὐτοῦ ἔσω ἐνιαυτοῦ ὑπόκειται ὡς β ιςʹ τῶν διγ. τ γʹ δʹ ιαʹ τῶν δὲ βασιλικῶν β ιγ τ β κεφ. ιαʹ.

Ἡ μετὰ τὸ τίμημα ἀγωγὴ ὅταν ῥητῶς ὁ πράτης ἀντιφωνήσῃ τὰς αἰτίας τοῦ πραθέντος, ἐνιαυσιαία συνεχὴς ἐστὶν ὡς β κα τῶν διγ. τ α. δʹ ιαʹ τῶν δὲ βασιλικῶν β ιθ τʹ ι κεφ. ιαʹ θεμ. ςʹ.

Ἐάν τις στρατιωτικῶς διαθῆται καὶ ἀποστρατευθῇ μετὰ ἐνιαυτὸν οὐκ ἰσχύει ἡ τοιαύτη διαθήκη ὡς στρατιωτικὴ ὡς β κθ. τ γ δʹ ζ τῶν δὲ βασιλικῶν β. λθ τ β κεφ. ςʹ.

Ἐντὸς ἐνιαυτοῦ εἰ μὴ δοθῇ τὸ καταλειφθὲν ἐν ἀγαθῇ οἰκίᾳ διπλοῦν ἀπαιτεῖται ὡς β αʹ τοῦ κεφ. τʹ γʹ. δʹ μʹ. ἥτις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά.

Οὔτε ἡ τοῦ ἀποκαρεμένης γαμετὴ περὶ ἐνιαυτὸν ἀκινδύνως γαμεῖται εἰ μὴ ἐγκυμονοῦσα ἐνδον τοῦ αὐτοῦ φαίνεται ὡς β αʹ τοῦ κεφ. τ γʹ δʹ νβ ἥτις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά.

Μετὰ τελευτὴν τοῦ ἀνδρὸς ἔσω ἐνιαυτοῦ ἀντιτίθησί τις περὶ ἀναργυρίας προικὸς παραγραφὴν ὡς β δʹ τοῦ κεφ. τʹ λʹ δʹ τελευταία καὶ β ι τοῦ κεφ. τ ιι δʹ γʹ αἵτινες οὐκ εἰσὶν εἰς τὰ βασιλικά.

Καὶ ἡ διαλύουσα εὐλόγως τὸν γάμον μετὰ ἐνιαυτὸν ἀκινδύνως γαμεῖται ὡς β ι τοῦ κεφ. τ ιζ δʹ η καὶ θʹ αἵτινες οὐκ εἰσὶν εἰς τὰ βασιλικά. ἐτέθη γὰρ ἀντ' αὐτῶν τὸ ιβ κεφ. τῆς ιβʹ νεαρᾶς γοῦν β τῶν βασιλικῶν κηʹ τʹ ζ κεφ. ςʹ.

Ὁ λέγων παρὰ ἐξισωτοῦ βλαβῆναι ὀφείλει ἐντὸς ἐνιαυτοῦ κινεῖν ὡς β ιβ τοῦ κεφ. τʹ νι δʹ εʹ τῶν δὲ βασιλικῶν β νεʹ τʹ ιαʹ κεφ. ιʹ.

Οἱ μὴ αἰτήσαντες τῷ ἀνήβῳ ἔσω ἐνιαυτοῦ ἐπίτροπον ἐκπίπτουσι τῆς κληρονομίας αὐτοῦ ὡς β ε τοῦ κεφ. τʹ νι δʹ ς ἥτις κεῖται μὲν γοῦν β τῶν βασιλικῶν με τ αʹ κεφ. μβ. οὐκ ἔχει δὲ τὸν χρόνον προκείμενον. καὶ β τῶν διγ. λη τʹ ιζ κεφ. ιβ. τῶν δὲ βασιλικῶν β μʹ τίτλῳ αʹ κεφ. κςʹ θεμ. ια.

Ἡ περὶ ὕβρεως ἀγωγὴ ἐνιαυσιαία ἐστί. λύεται δὲ τῇ παρασιωπήσει ὡς β θʹ τοῦ κεφ. τʹ λεʹ. δʹ ιʹ. τῶν δὲ βασιλικῶν β ξ τ κα κεφ. μηʹ. θεμ. βʹ.

Ὁ διὰ μέγα ἔγκλημα γενόμενος ἀναζητούμενος καὶ ἐντὸς ἐνιαυτοῦ μὴ παραγενόμενος αἰσκομίζεται ἡ οὐσία αὐτοῦ καὶ εἰ καὶ μετὰ ταῦτα ἐπανέλθῃ οὐ δύναται αὐτὴν ἐπιζητεῖν: εἰ δὲ ἐπὶ εἴκοσιν ἐνιαυτοὺς μὴ κατάσχῃ τὰ πράγματα αὐτοῦ ὁ φίσκος οὐκέτι δύναται αὐτὰ ἐκδικεῖν. ὡς βʹ μηʹ τῶν διγ. τ ιζ. τῶν δὲ βασιλικῶν β ξ. τ μθ κεφ. αʹ καὶ β κγ ςʹ ἑξ ζʹ.

Εἴσω

A μεῖον καὶ ἔσω ἐνιαυτοῦ μὴ ἀπολαβὼν αὐτὸ τῷ γὰρ ῥοδίῳ νόμῳ κατέχεται, ὡς β' μὴ τῶν διγ. τ' ιγ'. τῶν δὲ βασιλικῶν β' ξ' τ' μ' κεφ. ι' θεμ. δ'.

Ἐὰν ἀδιάθετος τελευτήσας τὸν ὑπεξούσιον στρατιώτην κερδήσῃ τὸ πεκούλιον ὁ πατὴρ αὐτοῦ πρὸς τὸ μέτρον τοῦ πεκουλίου ἐντὸς συναπτοῦ ἐνιαυτοῦ, παρὰ τῶν δανειστῶν ἐνάγεται. εἰ δὲ ἐκ διαθήκης ταῦτα ἔχει τὰ πράγματα διηνεκῶς ἐνέχεται τουτέστιν ἐπὶ τριακονταετίαν ὡς β' θ' τῶν διγ. τ' ιζ'. τῶν δὲ βασιλικῶν β' νζ' τ' β' κεφ. ιε'. λη'

Ἐὰν ἐνιαυτὸς μετὰ τὴν κατηγορίαν διαδράμῃ οὐκ ἐμποδίζονται πράττειν τιμὰς οἱ μὴ αὐτὸς ἐμ- λθ'

B ποδίσαι πληρωθῆναι τὴν κατηγορίαν ἐντὸς ἐνιαυτοῦ ὡς β' ι' τῶν διγ. τ' δ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' νδ' τ' δ' κεφ. ς'.

Ἡ ἐπὶ ἀναχίσει τοῦ διὰ χρόνου διαπωλούσας διδομένη ἀγωγὴ μετὰ ἐνιαυτὸν οὐ κινεῖται ὡς β' μδ' τῶν διγ. τ' ζ'. τῶν δὲ βασιλικῶν β' νβ' τ' α' κεφ. λδ' θεμ. γ'. λα'

Ἡ διδομένη ἀγωγὴ κατὰ τοῦ φθείροντος ἐπαγαγόντος, ἐντὸς μὲν ἐνιαυτοῦ τὸ τετραπλοῦν ἀπαιτεῖ μετὰ δὲ τὸν ἐνιαυτὸν τὸ ἁπλοῦν μόνον ὡς β' δ' τῶν διγ. τ' β' τῶν δὲ βασιλικῶν β' ι' τ' β' κεφ. ια' θεμ. γ'. λβ'

Ἐὰν ναύκληρος, λέγει ναυάγιον ὑπομεμενηκέναι, προσήκει αὐτὸν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐν ᾗ λέγει τοῦτο συμβῆναι ἐλέγξαι διὰ μαρτύρων τὸ συμβὰν καὶ ἀποδεῖξαι ἔσω ἐνιαυτοῦ ἀναγχθῆναι περὶ αὐτοῦ τοῖς ἐπάρχοις ἵνα διὰ τούτου χρόνου ζητηθῇ ἡ ἀλήθεια. ὡς β' ια' τοῦ κεφ. τ' ς' τῶν δὲ βασιλικῶν β' νγ' τ' γ' μ'

C κεφ. μς'. ἐὰν δὲ ῥαθυμήσῃ ἐντὸς ἐνιαυτοῦ ποιῆσαι οὕτως οὐκέτι δύναται τοῦτο πράττειν. αὕτη ἡ δίκη ἡ περὶ τοῦ ναυαγίου τῶν ναυκλήρων ἔσω διετίας ὀφείλει τιμηθῆναι ὡς β' ια' τοῦ κεφ. τ' ς' δ' ι'. ἧς τοῦτο τὸ μέρος οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά.

Ἐὰν μεθ' ὁ ἁρμόσῃ τινὶ τὸ καταλειφθὲν αὐτῷ παρὰ τοῦ διαθεμένου ἐκ ψήφου δικαστικῆς οὗτος ὑπομνησθεὶς εἶναι ὁ κληρονόμος ἢ λεγατάριος ἢ καθ' ὁμάδα φιδεικομμισσάριος ἤτοι ὁ τὸ ὅλον τῆς οὐσίας διὰ ἀποκαταστάσεως λαβὼν ἐν ἐνιαυτῷ ὅλῳ. ἐκλύσει μὴ πράττων τοῦτο ὅπερ προσετάχθη. εἰ μὲν τις εἴη ἐκείνων τῶν ἀναγκαστικῶς ἐκ τοῦ νόμου τι λαμβανόντων οὐδὲν λαμβάνει εἰ μὴ τὴν νομίμην μοῖραν. ὁ δὲ ἐξωτικός ἐστιν οὐδὲν ὅλως λαμβάνει οὐδὲ περὶ φαλκιδίου πρόφασιν ὡς παρὰ α' τῶν δὲ μα'

D βασιλικῶν β' μα' τ' δ' κεφ. α'.

Ἐὰν ἡ γυνὴ τοῦ ὄντος ἐν ἐκστρατείᾳ τελευτήσας ἀκούσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς μετὰ ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων ὁμόσωσιν οἱ πρίορες τοῦ ἀριθμοῦ αὐτοῦ ὅτι ἐτελεύτησεν, ὀφείλει καὶ ἄλλον ἐνιαυτὸν πενθεῖν αὐτόν. ὡς παρὰ ρκζ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' κη' τ' ζ' κεφ. ζ'. μβ'

Πᾶσα γυνὴ ὀφείλει ἐνιαυτὸν πενθεῖν τὸν ἄνδρα αὐτῆς καὶ μὴ γαμηθῆναι πρὸ συμπληρώσεως ἐνιαυτοῦ ὡς β' γ' τῶν διγ. τ' β' καὶ β' κγ' τῶν διγ. τ' β' δ' δ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' κα' τ' β' κεφαλ. ι' θεμ. τελευταῖον καὶ κεφ. κ' καὶ β' κη' τ' ι' κεφ. ιγ' θεματ. καὶ ι'. εἰ δὲ καὶ αὐτὴ ἡ γυνὴ τῇ αἰτίαν τῆς λύσεως παράσχῃ δίχα δύο θεμάτων οὐ δύναται ἄλλῳ γαμηθῆναι πρὸ συμπληρώσεως πενταετίας ὡς παρὰ μγ'

E ρκζ'. τῶν δὲ βασιλικῶν β' κη' τ' ζ' κεφ. ς' τὰ δὲ δύο θέματα ταῦτα εἰσὶν ὅτι ἐπὶ μοιχείᾳ κατεκρίθη ὡς β' τῶν βασιλικῶν κη' τ' ξ' κεφ. α'. θεμ. δ' καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ὅτι ἀλόγως ἀποστάσιον πέμψα τῷ ἀνδρί, τότε γὰρ εἰς μοναστήριον βάλλεται ὡς β' ς' τ' τοῦ αὐτοῦ κεφ. θ' θεμ. β' καὶ τὰ ἑξῆς ἡ δὲ ποινὴ τῆς ἀλόγου πομπῆς τοῦ ἀποστασίου κοινὴ ἐστὶ καὶ ἐπὶ ἀνδρὸς νοουμένη, ταῦτα δὲ πάντα ἀσφαλῶς κεῖται καὶ ἀνάγνωθι ταῦτα πρὸς τούτοις καὶ τὴν ρλδ' νεαρὰν ἐν β' τῶν βασιλικῶν τ' ζ' κεφ. θ', τὸ γὰρ κείμενον ἐν τέλει τῆς ρκζ', ἐν τοῖς βασιλικῶν οὐ κεῖται.

Ἐάν τις ἐν τελευταίᾳ βουλήσει κελεύσῃ ξενῶνα γενέσθαι ὀφείλει ἐντὸς ἐνιαυτοῦ κτισθῆναι ὡς παρὰ ρλα' τῶν δὲ βασιλικῶν β' ι' τ' γ' κεφ. β'. μδ'

Οὐδεὶς τῶν ἐπισκόπων πλέον ἐνιαυτοῦ ὀφείλει εἶναι ἔξω τῆς ἑαυτοῦ ἐπισκοπῆς ὡς παρὰ ρκγ' τῶν δὲ με'

F βασιλικῶν β' γ' τ' α' κεφ. ιζ'.

Ἐὰν ἀγνοοῦντος τοῦ δεσπότου ἐν κλήρῳ καταλεγῇ ὁ δοῦλος αὐτοῦ ἔξεστιν αὐτῷ ἐντὸς ἐνιαυτοῦ ἀφ' οὗ γνῷ ἀναλαμβάνειν αὐτὸν ὡς παρὰ ρκγ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' γ' τ' α' κεφ. ο'. μς'

Αἱ ποινὴν ἄγουσαι ἀγωγαὶ ἐνιαυσιαῖαι εἰσὶν ὡς β' μδ' τῶν διγ. τ' ζ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' νβ' τ' α' κεφ. λδ'. ἄλλως τε δὲ καὶ αἱ ἀναρχίαι ἐντὸς ἐνιαυτοῦ τὰς ποινὰς ἔχουσιν. ὡσαύτως δὲ καὶ αἱ ἐπὶ βασίαι ὡς β' μζ' τῶν διγ. τ' ϛ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' ξ' τ' ιζ' κεφαλ. β' θεμ. β' καὶ κεφ. δ'. θεμ. σ' καὶ κεφαλ. κζ'. μζ'

Δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἑκάστης πόλεως καὶ τρεῖς εὐυπολήπτους κατ' ἔτος ἐποπτεύειν τὰ ἔργα τῆς πόλεως καὶ παρασκευάζειν μετρεῖσθαι ταῦτα καὶ λογοθετεῖσθαι τοὺς διοικοῦντας ὡς β' α' τοῦ κεφ. τ' δ' δ' κε' ἥτις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά. μη'

G

## Περὶ διετίας.

Τοῦ ἐνοίκου μὴ φαινομένου, δύναται ὁ μισθώσας μετὰ διετίαν ἀνοίγειν καὶ τὰ πράγματα αὐτοῦ ἀπογράφεσθαι α'

γράφεσθαι διὰ δημοσίων προσώπων ἐπὶ δικαστοῦ τιμωρουμένων καὶ τῶν οἴκων μεταλαμβάνεται ὡς β ι δ. τοῦ δ ιγ. τ β δ με. τῶν δὲ βασιλικῶν β κ΄ τίτλος κεφ. ϛ΄. A

β΄ Αἱ ἐγκληματικαὶ δίκαι ἔσω εἰκοσαετίας ὀφείλουσι τέμνεσθαι ὡς β γ τοῦ κεφ. τ α δ ιγ. τῶν δὲ βασιλικῶν β ζ τ ϛ κεφ. ιγ.

γ΄ Ἡ περὶ δούλου ἀγωγὴ εἰ μὴ ἔσω δύο ἐνιαυτῶν συνάπτεται ἐξ οὗ ἐγένετο ὁ δοῦλος ἀριθμουμένων καὶ ἀρχθῇ καὶ πληρωθῇ σβέννυται ὡς β β τοῦ κεφ. τ λ δ τελευταία. τῶν δὲ βασιλικῶν β ι τ γ κεφ. τελευταῖον ἑτέρας δὲ ἀγωγῆς ὑπούσης, οὐ δίδοται ἡ περὶ δούλου ὡς ἀτιμωτικὴ ὡς β δ. τῶν δ ιγ. τ γ. τῶν δὲ βασιλικῶν β γ τ γ κεφ. α.

δ΄ Ἐὰν ἐντρεπτεύωνται γυνὴ ἤτοι ἀντιφωνῶνται τινὰ ξένον μετὰ δύο ἔτη δὲ ἀντιφωνήσεως ἀκυρώσαι ... συνάπτειν ἢ καὶ ἐγγυῶνται ... οὐκέτι βοηθεῖται ... ὡς β δ τοῦ κεφ. τ ... δ κϛ τῶν δὲ βασιλικῶν β κϛ τ ζ κεφ. πβ διὰ τοῦτο δὲ ξένον ... τῇ μετὰ τὴν ... ὅτι ἡ γυνὴ ... πολλάκις ... ἐπηρεάζειν ... τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ὡς ἀντιφωνῶνται βοηθεῖται ὡς β. τῶν βασιλικῶν κθ τ ζ. B

ε΄ Ἡ περὶ τῆς ἀναργυρίας παραγραφὴ μετὰ δύο ἔτη συναπτὰ οὐκ ἀντιτίθεται ὡς β δ τοῦ κεφ. τ λ δ ιδ τῶν δὲ βασιλικῶν β κγ τ α κεφ. ιγ.

ϛ΄ Ὁ μνηστευσάμενος κόρην ... μὴ ὁρίσας χρόνον ἐν τῇ μνηστείᾳ ὀφείλει ἔσω διετίας γαμεῖν αὐτὴν παρὼν ἐν τῇ αὐτῇ ἐπαρχίᾳ, ἐπεὶ τοίγε καὶ ἀκινδύνως ἡ κόρη ἑτέρῳ συνάπτεται ὡς β ε ι τοῦ κεφ. τ α δ β. τῶν δὲ βασιλικῶν β κη τ α κεφ. ιι. εἰ δὲ ἄπεστιν ἔσω τριετίας ὡς β ... τ δ αὐτὸς κεφ. ὁμοίως. C

ζ΄ Ὁ ἐπαγγειλάμενος προῖκα μετὰ διετίαν τοῦ γάμου δίδωσι τόκους καὶ προσόδους ἐκ τρίτου ἑκατοστῆς ὡς β ι τοῦ κεφ. τ ιβ δ λ. τῶν δὲ βασιλικῶν β κθ τ α κεφ. ξια.

η΄ Ἐὰν ἐγγράφως σύμφωνον πῶς καὶ πότε ὁ δανειστὴς ὀφείλει πωλεῖν τὸ ἐνέχυρον ἰσχύει τὸ σύμφωνον. εἰ δὲ μὴ ἐγγράφως ἔξεστι τῷ δανειστῇ ἐξ ἀποφάσεως δικαστικῆς ἢ καὶ ἐκ παραγγελίας δύο ἐνιαυτῶν μετὰ τὴν ἀπόφασιν ἢ τὴν παραγγελίαν διαδραμόντων πωλῆσαι τὸ ἐνέχυρον. εἰ δὲ μηδεὶς ἀγοράσῃ τότε τῷ δανειστῇ βουλομένῳ δικαίῳ δεσποτείας κτήσασθαι τὸ ἐνέχυρον, ἀνάγκη ἐστὶ ταῦτα ποιῆσαι καὶ εἰ μὲν πάρεστιν ὁ χρεώστης διαμαρτυρίαν αὐτῷ πέμψαι εἰ δὲ μὴ πάρεστι καταλαβεῖν τὸ δικαστήριον καὶ προσελθεῖν τῷ ἄρχοντι ἵνα διὰ τάξεως εὑρεθῇ καὶ ὁρίσῃ χρόνον ὁ ἄρχων ἐντὸς ὀφείλει ζητηθῆναι ὁ χρεώστης καὶ εἰ μὴ εὑρεθῇ, δοῦναι τὸ χρέος καὶ λάβῃ τὸ ἐνέχυρον εἰ δὲ μὴ φανῇ καὶ δεύτερον ξένον ὁρίσει χρόνον καὶ εἰ μὴ δὲ οὕτω παραγένηται, τότε ὁ δανειστὴς προσελθὼν τῷ βασιλεῖ αἰτεῖν δικαίῳ δεσποτείας κτήσασθαι τὸ ἐνέχυρον μετὰ δὲ τὴν αἴτησιν ταύτην ἔχειν δεῖ τὸν χρεώστην εἰς προθεσμίαν ἄλλα δύο ἔτη ἐν οἷς δυνήσεται προσενεγκεῖν τὸ χρέος μετὰ τῶν τόκων καὶ λαβεῖν τὸ ἐνέχυρον. παρελθόντων δὲ τῶν δύο ἐνιαυτῶν τηνικαῦτα δεσποτείας δικαίῳ κεκτῆσθαι τὰ ἐνέχυρα τὸν δανειστὴν ὡς β ν τοῦ κεφ. τ λγ. τῶν δὲ βασιλικῶν β κε τ ζ κεφ. ιη. D

E

θ΄ Τοῖς πρεσβεύουσι διετίας ἀλητευσία παρέχεται ὡς β ν ιϛ ζ. τῶν δὲ βασιλικῶν β νϛ τ θ κεφ. η.

ι΄ Ἡ περὶ τῶν ναυκλήρων δίκη ναυαγίου συμβάντος ὀφείλει τέμνεσθαι ἔσω διετίας ὡς β ια τοῦ κεφ. τ ϛ δ ι οὐκ τοῦτο τὸ μέρος οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά.

ια΄ Εἰ μὲν ἔσω διετίας ὁ γάμος λυθῇ ἢ τε θανάτῳ ἢ τε διαζυγίῳ ἔξεστι καὶ τῷ ἀνδρὶ περὶ τῆς ἀναργυρίας μέμψασθαι καὶ τῷ αὐτοῦ κληρονόμῳ ἔσω ἑτέρου ἐνιαυτοῦ. εἰ δὲ ἄχρι δέκα ἐτῶν ἐκτεθῇ ὁ γάμος δύναται καὶ αὐτὸς καὶ ὁ κληρονόμος αὐτοῦ ἔσω τριῶν μηνῶν κινεῖν τὴν μέμψιν εἰ δὲ παραδράμῃ ἡ δεκαετία οὔτε αὐτῷ οὔτε τῷ κληρονόμῳ δίδοται μέμψεως ἄδεια. εἰ δὲ ἀφῆλιξ ἐστὶν ὁ ἀνὴρ τοσοῦτος εἰς ἀποκατάστασιν αὐτῷ δίδοται χρόνος ἐπὶ τῷ μέμψασθαι ὥστε μὴ ὑπερβῆναι δεκαετίαν ἐκ τοῦ καιροῦ τῶν γάμων εἰ δὲ οἱ τούτου κληρονόμοι ἀφήλικες εἶεν εἴτε τελείας εἴτε ἀτελοῦς ὄντος πενταετίαν ἔχουσι μόνον εἰς τὸ κινῆσαι τὴν μέμψιν ὡς παρὰ ρ. τῶν δὲ βασιλικῶν β κθ τ γ. F

ιβ΄ Τὴν μοιχευθεῖσαν γυναῖκα καὶ εἰς μοναστήριον βληθεῖσαν ἔξεστι τῷ ἀνδρὶ ἔσω διετίας ἀναλαβεῖν εἰ βουληθῇ εἰ δὲ ὁ εἰρημένος χρόνος παρέλθῃ πρὸ τοῦ αὐτὴν ἀναλαβέσθαι αὐτὴν τότε κείρεται καὶ τὸ μοναχικὸν σχῆμα λαμβάνει τὸ ὑπόλοιπον αὐτῆς βίον ἐν τῷ μοναστηρίῳ οὖσα. ὡς παρὰ ρλδ κεφ. ιβ. τῶν δὲ βασιλικῶν β κη τ ζ κεφ. α θεμ. γ.

ιγ΄ Πᾶς μισθωτὸς ἢ ἐμφυτευτὴς εἴπου ἐπάγει ἢ πῆττο χεῖρον ποιῶν τὸ μισθωθὲν ἢ ἐμφυτευθὲν αὐτῷ πρᾶγμα ἢ ἀγνωμονῶν ὑπὲρ διετίαν, ἀπαιτεῖται τὸ συμφωνηθέντα κανόνα καὶ ἀποκαθιστᾷ τὴν πρώτην ὄψιν τοῦ πράγματος. εἰ δὲ φύγῃ καὶ ἀφανὴς γένηται, τὸ ἱκανὸν τῷ σπατῷ εἰκὸς ἐκ τῶν ἐκείνου πραγμάτων περιποιεῖται μὴ λογιζομένων αὐτῷ τῶν ἐμπονημάτων. ὡς παρὰ ρ κ. τῶν δὲ βασιλικῶν β ν τ β κεφ. ιι. μὴ ἐναντιοῦσθαι δὲ τὸ κείμενον ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ G

τοῦ κεφ.

[illegible] κεφ. [illegible] τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ κ΄ τ΄ β΄ κεφ. δ΄. [illegible] τὰ αἰτούμενα [illegible] [illegible] ὀφείλει [illegible].

Οἱ μὴ πεμφθέντες εἰς νομὴν [illegible] ἀγωγὰς κινοῦσι τοῖς πεμφθεῖσιν ὡς β΄ [illegible] τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ θ΄ [illegible] κεφ. [illegible]

Καὶ [illegible] ἀγωγὴ [illegible] ἐντὸς δύο ἐτῶν ὡς β΄ ζ΄ τ΄ μβ΄ δ΄ α΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ θ΄ τ΄ α΄ κεφ. ιγ΄.

Οἱ ἄπορα [illegible] τόπια μετὰ δύο ἔτη [illegible] ὡς β΄ ια΄ τ΄ νθ΄. δ΄ ζ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ νς΄ τ΄ ιδ΄ κεφ. ζ΄.

Ὁ ἐρήμου ἀγροῦ ἐπιβὰς, ἐντὸς δύο μηνῶν ἐτῶν [illegible] παρὰ τοῦ δεσπότου αὐτοῦ [illegible] [illegible] ὡς β΄ ια΄ τ΄ νθ΄ [illegible] τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ νς΄ τ΄ ιδ΄ κεφαλ. κ΄.

Μετὰ διετίαν [illegible] ἐκλείπτο, μὴ παρενοχληθήσονται ὡς β΄ ζ΄ τοῦ κεφ. τ΄ [illegible] καὶ παρὰ μθ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ θ΄ τ΄ α΄ κεφ. [illegible] θεμ. ι΄ [illegible] β΄ κεφ. ζ΄ θεμ. δ΄. εἰ μὴ προφανῶς [illegible] ὡς β΄ μθ΄ τῶν δ΄ ιγ΄. τ΄ α΄ δ΄ ιε΄ καὶ ιθ΄ καὶ τ΄ [illegible] τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ θ΄ τ΄ α΄ κεφ. ιη΄ καὶ ιθ΄ καὶ μδ΄.

Ὁ [illegible] ἀλλὰ [illegible] τὰ [illegible] διετίαν εἰς ἔργον δημόσιον βάλλεται ὡς β΄ μζ΄ τ΄ κε΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄ τ΄ λα΄ κεφ. α΄.

## Περὶ τριετίας.

Ὁ ἄλλων ὕδωρ διὰ τριῶν ἐτῶν [illegible] τὸ τοῦ δεσπότου τοῦ κτήματος [illegible] [illegible] ὡς β΄ γ΄ τ΄ λδ΄ δ΄ [illegible] τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ νη΄ τ΄ ζ΄ κεφ. β΄.

Τὰ [illegible] πράγματα [illegible] πίστει [illegible] διὰ τριετίας [illegible] ὡς β΄ ζ΄ τοῦ κεφ. τ΄ λζ΄ τοῦ β΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ν΄ τ΄ ιβ΄ κεφ. [illegible]

Ὁ διὰ τρισὶ χρόνοις μὴ [illegible] τὸ ἐμφυτευτικὸν τέλος [illegible] πρόσωπον παρέχομένον, ἐκπίπτει τῆς ἐμφυτεύσεως ὡς β΄ δ΄. τ΄ ξς΄ δ΄ β΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ κ΄ τ΄ β΄ κεφ. β΄ [illegible] τοῦτο ὁ [illegible] διὰ τρισὶ χρόνοις, [illegible] ὁ ἐμφυτευσάμενος ὡς β΄ α΄ τοῦ κεφ. τ΄ δ΄ λβ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ κ΄ τ΄ β΄ κεφ. [illegible] τοῖς εὐαγέσιν οἴκοις [illegible] [illegible] κεφ. θ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ κ΄ τ΄ β΄ κεφαλ. ι΄ ὅτι μέχρι δύο ἐτῶν καὶ μόνων εἰ μὴ παρέχωσιν αὐτὸ [illegible].

Τὸ καταβληθὲν διὰ τρισὶ χρόνοις ἐπαύσιον λεγάτον, πιστεύεται καὶ εἰς τοὺς ἑξῆς χρόνους [illegible] καταβεβλῆσθαι καὶ [illegible]. εἰ μὴ ἕτερα ὁ καταβαλὼν φανερῶς δείξει ὅτι διὰ τρισὶ καὶ μόνον ὀφειλόμενος [illegible] ὡς β΄ [illegible] τοῦ κεφ. τ΄ μβ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ μδ΄. τ΄ α΄ κεφ. [illegible].

Τὰ δημόσια τέλη διὰ τριετίας μισθοῦται ὡς β΄ δ΄ τοῦ κεφαλ. τ΄ ξα΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ νς΄ τ΄ δ΄ κεφ. δ΄.

Εἰ ὁ μνηστευσάμενος κόρην ἐν ἀπουσίᾳ διάγων, μὴ διὰ τριετίας τὸν γάμον [illegible], [illegible] ἡ κόρη ἑτέρῳ συναφθῆναι ὡς β΄ ε΄ τοῦ κεφ. τ΄ α΄ δ΄ β΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ κη΄ τ΄ α΄ κεφ. ιε΄.

Ὁ παῖς τὸν πατέρα τριέτης γενόμενος ἀπαιτεῖ διατροφὰς ὡς β΄ η΄. τ΄ μς΄ δ΄ θ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ λα΄ τ΄ β΄ κεφ. ιγ΄.

Εἰ τὰ [illegible] ἐκ ναυαγίου φυλαχθῆναι πράγματα [illegible] τῶν ναυαγησάντων ἀλόγως τινὲς [illegible] [illegible] ποιήσαντες, ἐλεύθεροι μὲν ὄντες, ῥοπάλοις τυπτόμενοι διὰ τρισὶ χρόνοις ἐξορίζονται. δοῦλοι δὲ ὄντες, φραγελλίζονται καὶ μεταλλίζονται ὡς β΄ μζ΄ τῶν διγ. τ΄ θ΄ δ΄ [illegible] τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ηγ΄ τ΄ γ΄ κεφ. λγ΄.

Πᾶσα χρηματικὴ δίκη [illegible] τῶν εἰς δημοσίαν αἰτίαν [illegible] διαλαμβάνει β΄ [illegible] τῶν βασιλικῶν νς΄ τ΄ δ΄ κεφ. τελευτ. [illegible] τριῶν ἐτῶν οὐκ ὀφείλει μηκύνεσθαι ὡς β΄ γ΄ τ΄ α΄. δ΄ ιγ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ζ΄ τ΄ ε΄ κεφ. ιγ΄.

Πᾶς ὑποκείμενος τέλει [illegible] ἀπαιτούμενος αὐτὸ εἰ [illegible] ἀποδείξας παρελθόντων τριῶν ἐτῶν μὴ ἀπαιτεῖσθαι τὸ ὄπισθεν τούτων χρόνων ἐπιζητούμενα τέλη ὡς β΄ ι΄ τοῦ κεφ. τ΄ κε΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ νς΄ τ΄ η΄ κεφ. κθ΄.

Ὁ παραιτησάμενος κληρονόμος ἐὰν μὴ παρὰ τοῦ [illegible] ἐπράθη τὰ πράγματα ἕως τριῶν ἐνιαυτῶν λαμβάνει πάλιν αὐτὰ ὡς β΄ ς΄ τοῦ κεφαλ. τ΄ λα΄ δ΄ ς΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ λε΄ τ΄ δ΄ κεφαλ. ζγ΄.

Πᾶσα [illegible] τῆς δημοσίας ἀπόφασις ἕως τριῶν ἐνιαυτῶν ἀναψηλαφᾶσθαι δύναται [illegible] δὲ καὶ μετὰ τρία ἔτη ὅτι προφανῶς ὁ δημόσιος περιγράφη ἢ προδίδωκέ τις τὴν δημοσίαν ὑπόθεσιν ὡς β΄ ι΄ τοῦ κεφ. τ΄ θ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ νς΄ κεφ. ιζ΄.

Τῷ θέλοντι γενέσθαι μοναχῷ εἰ μὲν ὁ ἡγούμενος γνωρίζει αὐτὸν ὅτι ὁ τύχῃ [illegible] [illegible]

συναφθῇ, λύεσθαι τὸ μοναχικὸν σχῆμα· εἰ δὲ ἀγνοεῖται, ἐντὸς μὲν τῶν τριῶν ἐτῶν δεῖ γινώσκειν αὐτὴν τὸ A
τοιοῦτον ἅγιον σχῆμα. μετὰ δὲ τριετῆ χρόνον παράσχῃ αὐτῷ τοῦτο, ὡς παρὰ ξγ´ τῶν δὲ βασιλικῶν τ
δ´ τ´ α´ κεφ. κ´ θεμ. δ´.

δ´ Ἐάν τις ἀγάγηται γυναῖκα καὶ μὴ δυνηθῇ ἐπὶ τριετίαν πρᾶξαι τὰ τῆς φύσεως τοῦ ἀνδρὸς ὡς αὐτῷ δεῖ, ἀνεγκλήτως λύεται ὁ τοιοῦτος γάμος, ὡς παρὰ κβ´ κεφ. ι´ τῶν δὲ βασιλικῶν β´ κη´ τ´ ζ´ κεφ. ι´ θεμ. β´.

## Περὶ τετραετίας.

α´ Ἐντὸς τετραετίας ὁ δημόσιος ἐνάγεται ὑπὲρ ὧν ἐξεποίησε ἀλλοτρίων πραγμάτων πρὸς τὴν δεσποτείαν αὐτῶν, ὡς β´ ζ´ τῶν κεφ. τ´ λβ´ δ´ ϛ´ τῶν δὲ βασιλικῶν β´ ν´ τ´ ιγ´ κεφ. β´.

β´ Ὁ τίτλος τῆς ἀποκαταστάσεως ἐνιαυτὸς ἤτοι ὁ ὡρισμένος σύμμετρος τετραετία ἐστὶν, ὡς β´ β´ τοῦ κεφ. τ´ ν´ δ´ ζ´ τῶν δὲ βασιλικῶν β´ ι´ τ´ λα´ κεφ. τελευτ.

γ´ Ὁ ἀκληρονόμητα πράγματα νεμηθεὶς ἐπὶ τέσσαρας ἐνιαυτοὺς ἔχει κατὰ τοῦ δημοσίου παραγραφὴν, ὡς β´ ζ´ τῶν κεφ. τ´ ζ´ δ´ α´ τῶν δὲ βασιλικῶν β´ γ´ τ´ ιγ´ κεφ. α´.

δ´ Ὁ περὶ τῆς ἀποκαταστάσεως λόγος ἐντὸς τεσσάρων ἐνιαυτῶν μετὰ τὸ κεφ. χρόνον ἐὰν μὴ ἐνεχθῇ καὶ πληρωθῇ σβέννυται, ὡς β´ β´ τοῦ κεφ. τ´ κα´ δ´ ζ´ καὶ τ´ ιγ´ δ´ ζ´ τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ´ ι´ τ´ δ´ κεφ. μζ´ καὶ τ´ λα´ κεφ. τελευτ.

ε´ Ὁ δημόσιος ἐὰν ἄνευ τετραετίας μονωθῇ αὐτῷ τὰ βακάντια πράγματα καὶ ἀκληρονόμητα οὐκ ἔτι ἔχει ἀγωγὴν, ὡς β´ μθ´ τῶν διγ. δ´ α´ τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ´ ις´ τ´ ϛ´ κεφ. α´ θεμ. β´.

ϛ´ Καὶ τὸ τῆς ὑπερθεματισμοῦ δίκαιον καὶ τὸ τῆς ὑπὲρ τὸ διπλάσιον ἐντὸς τετραετίας ἱκανοῦσθαι κινεῖσθαι. ἰστέον δὲ ὅτι ζητεῖται μὲν τοῦτο τοῖς νόμοις τῆς διηγήσεως ἀλλ᾽ ἐπιλύομεν, ὡς ἐμάθομεν ἐν τῷ ι´ β´ τῶν βασιλικῶν τ´ α´ κεφ. α´ ἡ ἀποκατάστασις δίδοται διὰ τὴν ἡλικίαν ἢ τὸν φόβον ἢ τὴν πανουργίαν ἢ τὴν ἀπουσίαν ἢ τὴν ἐναλλαγὴν τῆς καταστάσεως ἢ τὴν δικαίαν πλάνην, ὁ δὲ τέλειος τῆς ἀποκαταστάσεως χρόνος τετραετής ἐστιν, ἱκανοῦσθαι παρὰ τοῖς παλαιοῖς, καὶ τὸ περὶ τοῦ ὑπερθεματισμοῦ καὶ τὸ περὶ τοῦ ὑπὲρ τὸ διπλασιασμὸν δίκαιον καὶ ἄχρι τετραετίας κινεῖται ὡς ἐκ μιᾶς τῶν εἰρημένων αἰτιῶν τὴν ἀρχὴν λαμβάνον καὶ τοῦτο κρατοῦσιν ἐν τῷ δικαστηρίῳ ἄλλοι λοιπὸν ὡς νόμον τάξιν.

## Περὶ πενταετίας.

α´ Ἡ πενταετία τῆς διατυπώσεως ἤτοι τῆς κατὰ τῆς διαθήκης μέμψεως πρὸς ὡς διαλαμβάνει β´ γ´ τῶν κεφ. τ´ κη´ δ´ ις´ κεφ. λδ´. τῶν δὲ βασιλικῶν β´ λδ´ τ´ α´ κεφ. λϛ´ καὶ μθ´ τοῖς νέοις μετὰ τοὺς κε´ χρόνους τρέχει, ὡς β´ β´ τῶν κεφ. τ´ μ´ δ´ ϛ´ τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ´ ι´ τ´ κγ´ κεφ. ϛ´. μετὰ δὲ τούτους τοὺς χρόνους οὐ δυνατόν ἐστι κινεῖσθαι εἰ μὴ ἐκ μεγάλης καὶ δικαίας αἰτίας ὡς δηλοῖ τὸ παρακείμενον σχόλιον τῷ εἰρημένῳ μθ´ κεφ. τοῦ α´. τ´. λδ´ β. τῶν βασιλικῶν.

β´ Ὁ αἰχμάλωτος πέντε ἔτη δουλεύσας τῷ ἀναρρυσαμένῳ αὐτὸν ἐλευθεροῦται, ὡς β´ ϛ´ τοῦ κεφ. τ´ ι´ δ´ κ´ τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ´ λδ´ τ´ ϛ´ κεφ. τελευτ.

γ´ Τὸ ἀλόγως πέμπειν ῥεπούδιον ἤτοι ἀποστάσιον, οὐ λύει τὸν γάμον δηλονότι ἕως ὅτε παρέλθῃ πενταετία ἐπὶ γυναικός. ἐπὶ δὲ ἀνδρὸς, ἐνιαυτός. ἀλλὰ καὶ ἡ μοιχευθεῖσα ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ ὑπόκειται τῷ ἀνδρὶ, ὡς β´ ι´ τῶν κεφ. τ´ ιζ´ δ´ κ´ ἅτινα οὐκ ἐστὶν ὡς τὰ βασιλικά. ἐδέχθη γὰρ ἀντὶ ταύτης τὸ ιβ´ κεφ. τῆς κβ´ νεαρᾶς.

δ´ Τὸ μοιχικὸν μετὰ πενταετίαν σβέννυται, ὡς β´ μη´ τῶν διγ. τ´ ε´. δ´ κε´ καὶ ϛ´ θ´ τῶν κεφ. τ´ θ´ δ´ κζ´ τῶν δὲ βασιλικῶν β´ ξ´ τ´ λζ´ κεφ. κα´ θεμ. δ´ καὶ κεφ. ξβ´.

ε´ Εἴσω πενταετίας ὁ μὴ φανεὶς ἔτι ζῶν πρὸς τὴν οἰκείας καταστάσεως οἱ τελευτήσαντες οὐ ζητεῖται μετὰ τοὺς πενταετεῖς ἐνιαυτοὺς τὰ περὶ τῆς τύχης αὐτοῦ, ὡς ϛ´ μ´ τῶν διγ. τ´ ε´ τῶν δὲ βασιλικῶν β´ μα´ τίτλος ιε´ κεφ. α´.

ϛ´ Ὁ μοιχὸς μετὰ πενταετίαν οὐκ ἐνάγεται, ὡς ϛ´ μη´ τῶν διγ. τ´ ε´. δ´ λ´. τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ´ ξ´ τ´ λζ´ κεφ. λ´ καὶ μα´.

ζ´ Εἴσω πενταετίας ἐκδικεῖ ὁ δεσπότης τὸ γεγονότα παρὰ γνώμην αὐτοῦ κωδικελλάριον αὐτῷ, ὡς ϛ´ ιζ´ τῶν κεφ. τ´ ε´. δ´ δ´ τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ´ ϛ´ τ´ κε´ κεφ. ε´.

η´ Ἡ εἰς τοὺς ἄρχοντας Κωνσταντινουπόλεως γινομένη δωρεὰ μετὰ ἀρχὴν, τῇ πενταετίᾳ κυροῦται. τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ συμπόνων αὐτῶν καὶ δομεστίκων, ὡς β´ α´ τῶν κεφ. τ´ ιγ´ τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ´ ϛ´ τίτλος γ´ κεφάλαιον τελευταῖον.

θ´ Μετὰ πενταετίαν τῆς ἐλευθερίας οὐδεὶς ἀναβοᾷ εἰς εὐγένειαν, ὡς β´ μ´ τῶν διγ. τ´ ιδ´. δ´ δ´. τῶν δὲ βασιλικῶν β´ μη´ τ´ ι´ κεφ. δ´.

Καὶ

A Καὶ μετὰ θάνατον τῆς μοιχευθείσης γυναικὸς ἕως πέντε ἐνιαυτῶν ψηφιζομένων ἐξόντι ἀμέρτη(?) ἡ μοιχεία, δύναταί τις κατηγορεῖν τοῦ μοιχοῦ κ(αὶ) β΄ μη΄ τῶν διγ. τ΄ ε΄ δ΄ θ΄. τοῦ δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄ τ΄ λζ΄ κεφ. ιγ΄ θεμ. ε΄. α΄

Κατὰ τροφὴν καὶ παιγνίαν ἐφόνευσέ τις τινὰ καὶ ὁ αὐθέντης μετὰ πενταετίαν αὐτὸν ἐξεδίδου ἀπεδέχθη ὡς β μη΄ τῶν διγ. τ΄ θ΄ δ΄ δ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄ τ΄ λθ΄ κεφ. δ΄. ια΄

Ἐπὶ πενταετίαν ἐξεταζόμενος ὁ ἄρχων ἀπεχόμενος συνηγορεῖν ἀμελεῖ ὡς β΄ β΄ τῶν κεφ. τ΄ ς΄ δ΄ κ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ν΄ τ΄ δ΄ κεφ. ια΄. ιβ΄

B Πενταετίας παραδραμούσης οὐκέτι ζητεῖ ὁ δημόσιος τὸ κληρονομηθὲν ἤτοι τὸ ἀποκρυβὲν ἀκομμέρκευτον, ἀλλ' οὐδὲ πρὸ τῆς πενταετίας ἐν ᾧ μὴ φαίνεται τὸ πρᾶγμα μήτε ὑπὸ δόλον κρύπτεται τυχὸν γὰρ δοῦλος ὢν καὶ ἀπελευθερώθη ὡς β΄ δ΄ τοῦ κεφ. τ΄ ξα΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ νε΄ τ΄ δ΄ κεφ. ς΄. ιγ΄

Ἐὰν παρὰ τὴν διάταξιν τὶς ἐκβιβασθῇ ἤτοι ἀπαιτηθῇ ἢ ὀχληθῇ ὁ ἀπαιτήσας ἢ ὀχλήσας δημεύσει καὶ ἐξορίᾳ πενταετίας ὑποβληθήσεται ὡς παρὰ ριβ΄ κεφ. δ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄ τ΄ δ΄ κεφ. β΄ θεμ. β΄. ιδ΄

Ἐάν τις ἐν τελευταίᾳ βουλήσει κελεύσῃ ἐκπτώσιμον οἶκον γενέσθαι ὀφείλει ἕως πέντε ἐνιαυτῶν οἰκοδομεῖσθαι ὡς παρὰ ρλα΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ε΄ τ΄ γ΄ κεφ. ζ΄. ιε΄

C Τὸ δὲ πεπλαστὸς ἔγκλημα μετὰ πενταετίαν οὐ κινεῖται ὡς β΄ μη΄ τῶν διγ. τ΄ ιγ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄ τ΄ μη΄ κεφ. α΄. ις΄

Ὁ ἀποστὰς τῆς ἐκκλησίας καὶ γενόμενος ἕλλην ἢ ἰουδαῖος καὶ μετὰ θάνατον κατηγορεῖται ἐντὸς πέντε χρόνων συναπτῶν. ὡς β΄ α΄ τοῦ κεφ. τ΄ ζ΄ δ΄ β΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄ τ΄ νδ΄ κεφ. κα΄. ιζ΄

## Περὶ χρόνων ἑπτά.

Ἱμφας δὲν ἤτοι νήπιος ὁ ἔλαττον τῶν ἑπτὰ ἐτῶν. ὡς β΄ ε΄ τοῦ κεφ. τ΄ θ΄ δ΄ γ΄ καὶ τ΄ λ΄ δ΄ ιζ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ μ΄ τ΄ α΄ κεφ. ια΄ καὶ β΄ λα΄ τ΄ ιδ΄ κεφ. πγ΄ καὶ οὐ μνηστεύεται ὡς β΄ κγ΄ τῶν διγ. τ΄ α΄ δ΄ ια΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ κη΄ τ΄ α΄ κεφ. ια΄. α΄

D Διὰ ἑπταετίας τοῦ ἐκβληθέντος ὁ καταχεθεὶς καὶ τελευτήσας ὑπὲρ αὐτοῦ διαπιάζει τῆς γῆς. β΄

Ἀπὸ ἑπτὰ χρόνων ἐνάγεταί τις, αὐθεντεῖ τοῦ ἐπιτρόπου ὡς β΄ κς΄ τῶν διγ. τ΄ ζ΄ δ΄ κγ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ λζ΄ τ΄ ζ΄ κεφ. κγ΄. γ΄

## Περὶ ὀκτὼ χρόνων.

Ὁ ἀναγνώστης ἐλάττων ὢν τῶν ὀκτὼ χρόνων οὐ χειροτονεῖται ὡς παρὰ ρκγ΄ κεφ. κ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ γ΄ τ΄ α΄ κεφ. ε΄. α΄

## Περὶ δεκαετίας.

E Τὰ ἀκίνητα μεταξὺ παρόντων διὰ δεκαετίας καὶ ἀπόντων εἰκοσαετίας τῇ χρονίᾳ νομῇ διαπιάζονται ὡς β ζ΄ τοῦ κεφ. τ΄ λ΄ καὶ λγ΄ καὶ λδ΄ καὶ παρὰ ριθ΄ κεφ. η΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ν΄. τ΄ ι΄ καὶ ια΄ ιβ΄ καὶ λδ΄ κεφ. ια΄. α΄

Οὐκ ἀντιτίθεται τῇ ἐν διαβίτῃ κονδικτίᾳ ἤτοι τῶν μὴ χρεωστουμένων καταβληθέντων δὲ τῇ ἀπαιτήσει ἡ τοῦ μακροῦ χρόνου παραγραφὴ ἤτοι ἡ τῶν ι΄ καὶ κ΄, ἀλλ' ἐτῶν λ΄. ὡς β΄ ιβ΄ τῶν διγ. τ΄ ς΄ δ΄ ιβ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ κδ΄ τ΄ ς΄ κεφ. ιβ΄. β΄

Πολὺς χρόνος λέγεται καὶ ἡ δεκαετία ὡς β΄ γ΄ τοῦ κεφ. τ΄ λδ΄. δ΄ α΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ν΄ τ΄ β΄ κεφαλ. α΄. γ΄

F Ὁ φυγὰς οἰκέτης διὰ χρόνους οὐ διαπιάζεται ὡς β ς΄ τοῦ κεφ. τ΄ α΄ δ΄ α΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄ τ΄ ζ΄ κεφαλ. ς΄. δ΄

Τὰ περὶ κακοῦ ἀρχθέντα διὰ χρόνους τῇ δεκαετίᾳ ἢ καὶ εἰκοσαετίᾳ οὐ διαπιάζονται ὡς β ζ΄ τοῦ κεφ. τ΄ λγ΄ δ΄ ς΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ν΄ τ΄ ια΄ καὶ ς΄. ε΄

Μετὰ δέκα ἔτη οὐκ ἀκυροῦται ἡ διαθήκη εἰ μὴ ἐν τῷ μέσῳ ὁ διαθέμενος εἶπε παρουσίᾳ μαρτύρων ὅτι οὐ θέλει ταύτην ἐρρῶσθαι ὡς β΄ ε΄ τοῦ κεφ. τ΄ κγ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ λε΄ τ΄ β΄ κεφ. κβ΄. ς΄

Ὁ χρόνος τῆς πρὸ τοῦ πρωτικῆς ἀναργυρίας δεκαετία ἐστὶν ὡς παρὰ ρ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ κδ΄ τ΄ γ΄. ζ΄

Οἱ ὑποδεχόμενοι τοὺς ἀπελάτας ἐπὶ δεκαετίαν ἐξορίζονται ὡς β΄ μζ΄ τῶν διγ. τ΄ ιδ΄ δ΄ γ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄ τ΄ κε΄. κεφ. γ΄ θεμ. δ΄.

G Εἰ τοὺς εἰς μέταλλον ἀποδεδομένους ὑπὸ ἀπορίαν τοῦ δικαστοῦ μὴ δεσμεῖσθαι χρόνος δέκα ἐνιαυτῶν δοκοῦσιν δεσμεῖσθαι τῇ καταδίκῃ αὐτῶν. ὡς β΄ μη΄ τῶν διγ. τ΄ ιθ΄ δ΄ κγ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄ τίτλος να΄ κεφ. κβ΄. η΄

Ἡ χρῆσις τῶν καρπῶν καὶ ἡ ἀγωγὴ τοῦ νεωτέρου ἡ ἐπὶ τῇ ἀγνοίᾳ τοῦ δέκα καὶ εἴκοσι γενομένης φθείρον(ται) ὡς β. γ΄ τοῦ κωδ. τ. λγ΄ δ. κγ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β. ις΄ τ. κ΄ κεφ. λβ΄. **A**

ιε΄ Ὁ πειθόμενος ἐν πόλει δέκα ἔτη δοκεῖ τὴν οἴκησιν ἐκεῖ ἔχειν ὡς β. ι΄ τοῦ κωδ. τ. μ΄ δ. β΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β. νδ΄ τ. β΄ κεφ. β΄.

ιϛ΄ Ἐάν τις αἰτήσῃ παρὰ βασιλέως ἐξεῖναι αὐτῷ πανήγυριν ἐπιτελεῖν ἤτοι τὴν λεγομένην ἀτέλειαν κατὰ τὴν δέκα ἐτῶν χρόνον, τῷ τοιούτῳ δικαίῳ ἐπαναστῆναι αὐτὸν ὡς β. ι΄ τοῦ διγ. τ. ια΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β. νδ΄ τ. ϛ΄ κεφ. ζ΄.

## Περὶ χρόνων ιβ΄. **B**

α΄ Ἡ πρὸ τῶν δώδεκα ἐτῶν γαμουμένη, γάμον οὐ ποιεῖ. εἰ δὲ πρὸ τούτων μνηστεία, αὕτη μένει ὡς β. λγ΄ τῶν διγ. τ. α΄ δ. η΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β. κη΄ τ. α΄ κεφ. ι΄ καὶ εἰ ἐθέλοι λῦσαι ταύτην, εἰ μὲν πρόστιμον ἐπηρωτήθη, ἀπαιτηθήσεται αὐτὸ ὡς παραβαίνων τὰ σύμφωνα. εἰ δὲ ἀρραβὼν ἐδόθη μόνον, αὐτὸς διπλασιάζεται. ὡς β. ι΄ τοῦ κωδ. τ. α΄ δ. ι΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β. κη΄ τ. β΄ κεφ. β΄.

β΄ Αἱ θήλειαι μετὰ ιβ΄ ἔτη ἔφηβοι κρίνονται ὡς β. ι΄ τοῦ κωδ. τ. ξ΄ δ. γ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β. λη΄ τ. ιδ΄ κεφαλ. γ΄.

## Περὶ χρόνων δεκατεσσάρων. **C**

α΄ Ὑπεξουσιοῦμεν τοὺς ἄρρενας ἕως δεκατεσσάρων χρόνων. τὰς δὲ θηλείας ἕως ιβ΄ ὡς β. κη΄ τῶν διγ. τ. ϛ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β. λε΄ τ. ι΄ κεφ. β΄.

β΄ Ὁ ἐλάττων τῶν δεκατεσσάρων χρόνων, οὐ βασανίζεται ὡς β. μη΄ τῶν διγ. τ. ιη΄ δ. θ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ξ΄ τ. ν΄ κεφ. θ΄ ὅτι μάρτυς. ὡς β. κβ΄ τῶν διγ. τ. ε΄ δ. κ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β. κα΄ τ. α΄ κεφαλ. ιϛ΄.

γ΄ Ὁ δεκατεσσάρων ἐτῶν γενόμενος καὶ διατίθεται καὶ ἐλευθεροῖ ἐν διαθήκῃ ὡς ριθ΄. νεαρὰ κεφ. γ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β. μα΄ τ. κϛ΄ κεφ. β΄.

## Περὶ χρόνων δεκαπέντε. **D**

α΄ Ταύτης οἷς ἐνεχειρίσθη φροντὶς τοῦ δημοσίου ἔργου μέχρι δεκαπέντε ἐτῶν καὶ ἐνάγονται μόνον μετὰ τῶν αὐτῶν κληρονόμων εἰ ζημία συμβῇ εἰς γὰρ τὰ τυχηρὰ οὐκ ἐνέχονται ὡς β. ν΄ τοῦ κωδ. τ. ια΄ δ. η΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β. νϛ΄ τ. ιβ΄ κεφ. κ΄.

β΄ Βουλευτὴς ἢ ταξεώτης οὐ δημιοῦται κληρικὸς ἢ ἐπίσκοπος χειροτονηθῆναι εἰ μὴ ἐν μοναστηρίῳ δεκαπέντε ἔτη ἐποίησεν ἐκτελῶν τὸν μοναχικὸν βίον ὡς νεαρὰ ρλζ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β. γ΄ τ. α΄ κεφ. κ΄, ἀλλ᾽ οὐδὲ ὁ πρός τις λαϊκὸς εὐθέως ἐπίσκοπος χειροτονεῖται, εἰ μὴ πρότερον τρεῖς μῆνας ποιήσει ἐν κληρικοῖς τελῶν ὡς νεαρὰ ρκγ΄ κεφ. ι΄ ὅπερ οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά. ὅτι δὲ σχολάζει θρόνος εἰ μὴ ἐντὸς μηνῶν ἐξ διὰ τῶν κληρικῶν καὶ τῶν πρώτων τῆς πόλεως γένηται ψήφισμα. τότε ὁ μέλλων χειροτονηθῆναι κινδύνῳ τῆς ἰδίας ψυχῆς, ἂν βούληται χειροτονεῖν δύναται καὶ ὁ παρὰ τὴν διάταξιν ταύτην χειροτονῶν ἐπίσκοπος αὐτὸς ἐν ἔτος χωρίζεται τῆς λειτουργίας ὡς νεαρὰ ρκγ΄ κεφ. ϛ΄ ὅπερ οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά. **E**

γ΄ Ὁ ἀτύλως ἀγρὸς δουλούμενος καὶ δίκην παρέχει διατιμώμενος εἰς ιε΄ ἔτη ὡς β. γ΄ τ. ιγ΄ δ. λε΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β. μζ΄ τίτλος κεφ. ζ΄ θεμ. γ΄.

## Περὶ χρόνων δέκα ἕξ.

α΄ Ὁ τὰ ἓξ καὶ δέκα ἔτη ἀνύων γεωργὸς, οὐ γίνεται σιτώνης ὡς β. ν΄ τῶν διγ. τ. ι΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β. νϛ΄ τ. ι΄ κεφ. ε΄. **F**

## Περὶ χρόνων δεκαεπτά.

α΄ Ὁ πλησιάζων τοῖς δεκαεπτὰ ἔτεσι ἢ ἀρξάμενος τῶν ιη΄. δύναται συνηγορεῖν ὡς β. γ΄ τ. α΄ δ. α΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β. η΄ τ. α΄ κεφ. α΄ θεμ. γ΄.

β΄ Ὁ προξενεύτης μὴ ἔστω ἔλαττον τῶν ιζ΄ ἐτῶν ὡς β. γ΄ τ. ϛ΄.

γ΄ Ὁ ἔλαττον τῶν δεκαεπτὰ γεγονὼς οὐδὲ ἐπὶ φιδεικομμίσσου δίδωσιν ἐλευθερίαν χωρὶς τελευταίας βουλήσεως ὡς β. μ΄ τῶν διγ. τ. α΄ δ. κ΄ καὶ τ. ε΄ δ. ε΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β. μη΄ τ. α΄ κεφ. κ΄ καὶ τ. β΄ κεφ. α΄. **G**

## Περὶ χρόνων ιη΄.

α΄ Ἡ πλείω καὶ μεγάλη ἥβη τῶν ἀρρένων, δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη εἰσὶν ὡς β. λα΄ τ. α΄ δ. ιγ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν

A λικῶν β΄ μα΄ τ΄ ια΄ κεφ. ιγ΄ καὶ ἰνστ. α΄ τ΄ ι΄ τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ΄ λγ΄ τ΄ α΄ κεφ. μζ΄.

Ὁ ἐρηθεὶς τῶν μείζων ὀκτὼ καὶ δέκα ἔτεσιν ὀφείλει ἀπὸ τοῦ ἐρηθέντος μένειν ὡς ἰνστ. α΄ τ΄ ι΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ κγ΄ τ΄ α΄ κεφ. μζ΄ θεμ. δ΄.

Ἡ αἰτοῦσα συγγνώμην ἡλικίας τὰ δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη ὀφείλει πληρῶσαι ὡς β΄ β΄ τι μβ΄ … β΄. τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ΄ ι΄ τ΄ κζ΄ κεφ. β΄ θεμ. β΄.

Ἐάν τις ἐν διαθήκῃ καταλίπῃ κληρονόμον ἥττονα τῶν δεκαοκτὼ ἐτῶν καὶ αἰχμαλωτισθῇ, ὁ μέλλων … ἐγγραφεὶς πρὸς τὴν ἀνάρρυσιν τοῦ γράψαντος αὐτὸν κληρονόμον, συγχωρεῖται δὲ τῇ τοιαύτῃ ἀτελεῖ

B ἡλικίᾳ. ὡς παρὰ μὲν τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ λε΄ τ΄ γ΄ κεφ. λα΄ θεμ. τελευταῖον.

## Περὶ χρόνων κ΄.

Ἐνιαυτὸν πολλῶν, πρόκειμαι ὑφίσταται μείζον τῶν κ΄ ἐνιαυτῶν ὡς ἰνστ. α΄ τ΄ κ΄ καὶ β΄ α΄ τ΄ α΄ διγ. α΄ καὶ ϛ΄ μ΄ τ΄ ιγ΄ δ΄ α΄ κωδ. … δ΄ ϛ΄ ἅ τινα ἀναφέρει ὡς τὰ βασιλικά, οἷ καὶ οἱ τίτλοι ἑρμηνεύονται ἐν β΄ μα΄ τῶν δὲ βασιλικῶν τ΄ θ΄ καὶ ι΄.

Ὁ ἐλάττων τῶν κ΄ ἐνιαυτῶν οὐ δύναται ἐν ζωῇ ἐλευθερῶν εἰ μὴ κατὰ τὴν νομικὴν παρατήρησιν ὡς β΄ ϛ΄ μ΄ τῶν διγ. τ΄ ϛ΄ … τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ μα΄ τ΄ β΄ κεφ. ι΄ θεμ. β΄ καὶ γ΄ καὶ κεφ. θ΄.

Οἱ μείζονες τῶν κ΄ ἐνιαυτῶν αἰτοῦσι συγγνώμην ἡλικίας ὡς ϛ΄ ϛ΄ τ΄ μδ΄ δ΄ ϛ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ΄ ι΄ τ΄ κζ΄

C κεφαλ. β΄.

Ὁ ἐπιβὰς τῆς τελευταίας ἡμέρας τοῦ κ΄ ἐνιαυτοῦ καλῶς ἐλευθεροῖ ὡς ϛ΄ μ΄ τῶν διγ. τ΄ α΄ δ΄ α΄. τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ΄ μα΄ τ΄ α΄ κεφ. α΄.

Ὁ ἐλάττων τῶν κ΄ ἐτῶν, οὐ δύναται πωλεῖν περὶ ὅρων ἐλευθερίας ὡς ϛ΄ ιγ΄ τ΄ ζ΄ δ΄ … τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ΄ ιθ΄ τ΄ ζ΄ κεφ. δ΄.

Ὁ ἐλάττων τῶν κ΄ ἐτῶν οὐ δύναται δικάζειν ὡς ϛ΄ δ΄ τῶν διγ. τ΄ η΄ δ΄ μα΄ τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ΄ ζ΄ τ΄ β΄ ϛ΄ κεφαλ. μα΄.

Τὰ ἐγκλήματα κ΄ ἐνιαυτοῖς φθείρονται ὡς ϛ΄ θ΄ τοῦ κωδ. τ΄ κϛ΄ δ΄ ιϛ΄ καὶ ϛ΄ μδ΄ τῶν διγ. τ΄ γ΄ δ΄ ιϛ΄ ζη΄

D τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ΄ ξ΄ τ΄ μα΄ κωδ. μζ΄ καὶ ϛ΄ να΄ τ΄ γ΄ κωδ. ιϛ΄. χωρὶς τῶν περὶ μοιχείας ὡς ϛ΄ μη΄ τῶν διγ. τ΄ ιϛ΄ δ΄ κϛ΄ καὶ ϛ΄ θ΄ τοῦ κωδ. τ΄ θ΄. δ΄ κζ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ΄ ξ΄. τ΄ λξ΄ κεφ. κα΄ θεμ. δ΄ καὶ κεφ. ξ΄ ϛ΄ καὶ … ἐγκαλέσαντος ἤτοι τοῦ καταβλάπτοντος περὶ τὰ δημόσια χρήματα ἢ τὰ … ὡς ϛ΄ μη΄ τῶν διγ. τ΄ ιγ΄. δ΄ κ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ΄ ξ΄ τ΄ με΄ κωδ. ν΄. ταῦτα γὰρ τῇ … ἐκτείνονται τὸ δὲ περὶ ὕβρεως δι΄ ἐνιαυτοῦ ὡς ϛ΄ θ΄ τοῦ κωδ. τ΄ λε΄ δ΄ ϛ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ΄ ξ΄ τ΄ κα΄ κωδ. μα΄.

Ὁ περὶ κ΄ ἔτη στρατευσάμενος ἀπέχεται πολιτικῶν λειτουργιῶν ὡς ϛ΄ κζ΄ τῶν διγ. τ΄ α΄ δ΄ θ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ λα΄ τ΄ α΄ κωδ. θ΄ θεμ. ϛ΄.

Ἐν τοῖς πολιτικοῖς λογοθεσίοις ὁ παρὰ τὴν ψῆφον πλέον καλῶς ἀναψηλαφᾶται μετὰ δέκα καὶ εἴκοσιν ἐνιαυτοὺς ὡς ϛ΄ ν΄ τ΄ η΄ δ΄ ϛ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ να΄ τ΄ ι΄ κωδ. ϛ΄.

E Ἐάν τις καλῇ πίστει διατρέψῃ ἐν ἐλευθερίᾳ περὶ εἴκοσιν ἐνιαυτοὺς ὁ κακῇ πίστει περὶ μ΄ οὐ δύναται περὶ τύχης ὀχλεῖσθαι εἰ μὴ ἐστὶ φυγὰς ὡς ϛ΄ ζ΄ τοῦ κωδ. τ΄ κϛ΄. δ΄ α΄ καὶ τ΄ λθ΄ δ΄ ϛ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ΄ μθ΄ τ΄ να΄ κωδ. α΄ καὶ ϛ΄ ν΄ τ΄ ιδ΄ κεφ. ϛ΄.

Ἡ προσαγγελία τῶν βακάντων ἤτοι τῶν ἀκληρονομήτων πραγμάτων τετραετία παραγράφεται, εἰ δὲ ἤρχθη ἡ περὶ τούτων δίκη καὶ ὑπὲρ τοὺς κ΄ ἐνιαυτοὺς ἐκτείνεται ὡς ϛ΄ μθ΄. τ΄ ιδ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ΄ νϛ΄ τ΄ β΄ κεφ. α΄ θεμ. ϛ΄ περὶ δὲ τῆς οὐσίας τῶν … ἤτοι ἀναζητουμένων κ΄ ἔτη φυλάττονται ὡς ϛ΄ μα΄ τοῦ ιζ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ΄ ξ΄ τ΄ μθ΄ κεφ. β΄ καὶ δ΄ καὶ αἱ δίκαι αἵ τινες ἐκ τοῦ πρώτου δηλάτορος ἤτοι καταμηνυτοῦ προσεδόθησαν λέγονται καὶ περὶ τῶν ἀκληρονομήτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων πραγμάτων ὑπὲρ τοὺς κ΄

F ἐνιαυτοὺς ἐκτείνονται ὡς ϛ΄ μθ΄ τ΄ ιδ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ νϛ΄ τ΄ ϛ΄ κεφ. α΄ θεμ. ϛ΄.

## Περὶ χρόνων κε΄.

Ἐπίτροπος ἢ κουράτωρ εἰ μὴ ἔστιν κε΄ ἐνιαυτῶν ὁ ἐπιτροπευθεὶς … ὡς β΄ α΄ τ΄ ζ΄ δ΄ ιζ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ΄ λγ΄ τίτλος α΄ κωδ. ιγ΄ θεμ. δ΄.

Ὁ ἐλάττων τῶν κε΄ ἐνιαυτῶν εἰς φροντίδα οὐ καλεῖται πλὴν περὶ τούτου … ὁ κε΄ χρόνος αὐτοὶ συμπληρούμενος παραλαμβάνονται ὡς ϛ΄ ν΄ τῶν διγ. α΄ δ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ να΄ τ΄ δ΄ κεφαλ. ζ΄.

G Ὁ πληρώσας τὸν κε΄ ἐνιαυτὸν τέλειός ἐστι καὶ ὁ μὴ πληρώσας ἀτελὴς καὶ οὐ δύναται … τὰ γ΄ … ὡς ϛ΄ δ΄ τ΄ δ΄ δ΄ α΄ τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ΄ ι΄ τίτλος δ΄ κωδ. α΄.

Ὁ μείζων τῶν κε΄ ἐνιαυτῶν νόμον ἀγνοήσας οὐ συγγινώσκεται ὡς ϛ΄ α΄ τ΄ ζ΄ δ΄ ϛ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ β΄ δ΄ τ΄ δ΄ κεφ. κα΄.

ε΄ Ὁ ἔξω τῶν κ΄ ἐνιαυτῶν δανεικῶν λόγος οὐκ ἀπαιτεῖται ὡς β ι΄ τ΄ λ΄ δ΄ ι΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β λζ τ΄ δ΄ κεφ. κ. A

ς΄ Καὶ μετὰ τὸν κ΄ χρόνον οἱ ἄσωτοι καὶ οἱ μαινόμενοι κουρατωρεύονται ὡς β ι΄ τ΄ ι΄ δ΄ α΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β λη τ΄ ι΄ κεφ. ιζ.

ζ΄ Διάκονος ἢ ὑποδιάκονος ἔσω τῶν κε΄ ἐνιαυτῶν οὐ γίνεται ὡς παρὰ ρκγ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β γ΄ τ α κεφ. κς΄.

η΄ Ἐὰν ἡ ἀπροσωποδεῖσα παρά τινος καὶ λόγου λάβῃ τὸ διακείμενον καὶ ὑπερβῇ τὸν κε΄ ἐνιαυτὸν διαιρεῖται ταύτην ἀγαγεῖν δὲ ὁ τῆς ἐπιτροπῆς ὡς β ι΄ τοῦ κεφ. τ΄ ε δ΄ ι καὶ αὕτη μὲν ἡ διάταξις οὐκ ἐδόθη εἰς τὰ βασιλικά. ἔστι δὲ ἀντὶ ταύτης τὸ ξε΄ δ΄ τοῦ β τ΄ τοῦ κδ΄ β γ΄ β΄ τῶν βασιλικῶν κι΄ τ΄ ι΄ κεφαλ. ια΄. B

θ΄ Οἱ λόγοι τοῦ κουράτωρος περὶ τῶν κε΄ ἐτῶν τοῦ ἀφήλικος οὐκ ἀπαιτοῦνται ἐφ᾽ ὧν μόνον κουράτωρ ὡς β΄ ι τοῦ κεφ. τ΄ λζ΄ δ΄ ιδ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ λι΄ τ΄ θ κεφ. κγ΄.

ι΄ Ἐὰν ὁ ἀφῆλιξ συγγνώμην ἡλικίας αἰτήσας διαπράξηται οὐκ ἔξεστι ἡ δωρεὰ εἰ μὴ ἄρα μετὰ τοὺς κε΄ ἐνιαυτοὺς δίκαια ἢ κε΄ ἐνιαυτοὶ παραδράμωσιν ὡς β ι΄ τοῦ κεφ. τ΄ ιδ΄ δ΄ δ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ι΄ τ΄ δ΄ κεφ. τελευταῖον.

ια΄ Οἱ παῖδες οἱ ὑπεξούσιοι ὄντες μέχρι τῶν κε΄ ἐνιαυτῶν λόγους χορηγοῦντες οὐ λειτουργοῦσιν ὡς β΄ ι΄ τῆς κεφ. τ΄ ι΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β νδ΄ τ΄ ζ΄ κεφ. ε΄. C

## Περὶ χρόνων. κθ΄.

α΄ Μετὰ τὸν κε΄ ἐνιαυτὸν καὶ τὸ ὁτέλειον ἤτοι συμπαντὴν τουτέστι τὸν κθ΄ δύναται ὁ ἐπίτροπος τὴν ἐπιτροπευθεῖσαν πρὸς γάμον ἀγαγεῖν μετὰ τὸ δοῦναι τοὺς λόγους ὡς β κγ΄ τῶν διγ. τ΄ β δ΄ ξε. τῶν δὲ βασιλικῶν β κι΄ τ΄ ι΄ κεφ. ιη ζήτει καὶ β μα΄ τ΄ ι δ΄ ζ γ΄ β τῶν βασιλικῶν ξ τ λξ κεφ. θ΄ καὶ εὑρήσεις περὶ ἐνιαυτοῦ κς΄.

β΄ Ἀφῆλιξ ἐπιτυχὼν ὅρκον εἰ περιγράφῃ ὡς τοῦτο ἔχει ρεστιτουτίωνα καὶ κογνίτα τουτέστιν ἀνατροπὴν τῆς αἰτίας διαγνωσθείσης ἕως τοῦ κθ΄ ἐνιαυτοῦ ὡς β΄ ιβ τ β΄ δ΄ θ τῶν δὲ βασιλικῶν β κβ΄ τ ι κεφ. ε θεμ. δ. D

γ΄ Καὶ ἡ ἐμφύτευσις ἤτοι ἐκμίσθωσις μέχρι τῶν κ΄ χρόνων ὑπεκτείνεται ὡς β΄ α΄ τ΄ β΄. δ΄ κδ΄ ἡ δὲ διάταξις αὕτη οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικὰ οὐδὲ μέμνηται κθ΄ χρόνων, ἀλλὰ μόνον κ΄ περὶ δὲ κθ΄ διαλαμβάνει ἡ ρκ παρὰ ιγ β ι τῶν βασιλικῶν τ΄ β κεφ. ι΄.

## Περὶ χρόνων λ΄.

α΄ Ἡ τῆς κληρονομίας ἀπαίτησις οὐκ ἐκβάλλεται διὰ μακροῦ χρόνου ὡς β ζ τοῦ κεφ. τ΄ λδ΄ δ΄ δ΄ καὶ β ε΄ τ΄ λ δ΄ ε τῶν δὲ βασιλικῶν β ν΄ τ ιβ κεφ. δ΄ καὶ β λε τ ιδ΄ καὶ οδ΄. E

β΄ Ἡ ἐπὶ τῇ πράσει ἀγωγὴ μακροῦ χρόνου παραγραφῇ οὐκ ἐκβάλλεται ὡς β κ΄ τοῦ κεφ. τ΄ μδ΄ δ΄ κα΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β ιθ΄ τ ιθ κεφ. κα΄.

γ΄ Ἡ περὶ ἀπαιτήσεως κληρονομίας καὶ πᾶσα προσωπικὴ ἀγωγὴ διὰ τριακονταετίας αναιρεῖται ὡς β γ΄ τοῦ κεφ. τ΄ λα δ΄ ζ΄ καὶ β δ΄ τοῦ κεφ. τ΄ ιι τῶν δὲ βασιλικῶν β μβ τ΄ α΄ κεφ. νζ καὶ β κς΄ τίτλος γ κεφ. β.

δ΄ Ἡ φαβιανὴ δίκαιός ἐστιν ὡς β λι΄ τῶν διγ. τ΄ ε΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β μθ΄ τίτλος ε΄ κεφαλ. γ΄ θεμ. ε΄.

ε΄ Τὸ φινιουμ ρεγουνδόρουμ ἤτοι τὸ περὶ ὅρων καὶ ὁροθεσίων δικαστήριον τῇ αὐτῇ φωνῇ τῇ τριακονταετίᾳ σβέννυται ὡς β γ τοῦ κεφ. τ΄ λθ΄ δ΄ ε΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β νι΄ τ θ΄ κεφ. τελευταῖον. F

ς΄ Αἱ προσωπικαὶ ἀγωγαὶ τριακονταετίᾳ σβέννυνται εἰ μὴ ἐντεῦθεν πληρωθῇ ἤγουν διακοπῇ ὁ χρόνος διὰ ὑπομνήσεως ἤτοι κελεύσεως βασιλέως ἢ ἄρχοντος ὡς β΄ ζ τοῦ κεφ. τ΄ λθ΄. δ΄ γ΄. καὶ τ΄ μ΄ δ΄ α. τῶν δὲ βασιλικῶν β ν΄ τ ιδ΄ κεφ. ι καὶ τ. ιι κεφ. α΄.

ζ΄ Χωρὶς βίας ὁ λ΄ ἔτη ἀπαρεμποδίστως νεμηθεὶς διασώζει ὡς β΄ γ΄ τοῦ κεφ. τ΄ δ΄ δ΄ τελευταίᾳ τῶν δὲ βασιλικῶν β ν τ γ΄ κεφ. νθ΄.

η΄ Αἱ τεμποράλιαι ἀγωγαὶ ἤτοι αἱ πρόσκαιροι καὶ ἐμπρόθεσμοι τῇ τριακονταετίᾳ σβέννυνται καὶ ὅτι ἐν τῶν τριῶν διπλῶν δικαστηρίων οἷον τὸ περὶ κοινῶν πραγμάτων διαιρέσεως περὶ οὗ διαλαμβάνει β ιβ τῶν βασιλικῶν τ΄ β τὸ περὶ φαμιλίας διαιρέσεως περὶ οὗ διαλαμβάνει β μβ τ΄ γ΄ τὸ περὶ ὅρων ἐθυνομένων, περὶ οὗ διαλαμβάνει β΄ νι΄ τ θ αἱ διπλαῖ λέγονται ὅτι ὧδε τούτων ἑκάτερον μέρος καὶ ἐνάγει καὶ ἐνάγεται ὡς φησὶ β΄ ιβ τ΄ β΄ κεφ. β καὶ β νι΄ τ΄ θ΄ κεφ. ια΄ καὶ β΄ μβ τ΄ γ΄ κεφ. β θεμ. β. ὅτι ἡ φούρτι ἤτοι ἡ περὶ τῆς κλοπῆς ἀγωγὴ περὶ ἧς διαλαμβάνει β ξ τῶν βασιλικῶν G

A βασιλικῶν, τ. ιβ΄ ὅτι ἡ προθεσμία [illegible] ἡ περὶ κοινωνίας [illegible] βασιλικῶν [illegible] νόμον [illegible] ἤτοι ἡ περὶ κινητῶν πραγμάτων δικαίως ἀγοραζομένων, περὶ [illegible] β ξ. τῶν βασιλικῶν τ. ιβ. [illegible] τ. λ΄ ἐτῶν ἰσχύει. ὡς β ζ. τοῦ κεφαλ. τ. μ δ. [illegible] βασιλικῶν β. ν τ. ια κεφαλ. α. καὶ τὸ παρακείμενον τούτου σχόλιον. [illegible] ὅτι [illegible] ἀπολύεται [illegible] ὡς β τῶν βασιλικῶν ξ δ΄ κεφαλ. λθ΄.

Ὁ λ΄ ἔτη γεωργήσας [illegible] ὡς β. ια΄ τ. κεφ. τ. μα δ. ιθ΄ τῶν βασιλικῶν β. ια τ. α κεφ. ια.

B Αἱ ἐκ [illegible] ἀγωγαὶ ἤτοι ἡ περὶ [illegible] πραγμάτων [illegible] περὶ πραγμάτων [illegible] προσωπικαὶ εἰσὶν ὡς β β τ. κεφ. τ. ιη δ κγ. τῶν βασιλικῶν β ιξ κ β κεφ. κγ.

Ἐὰν ὁ [illegible] γεωργὸς [illegible] λ΄ ἢ μ΄ χρόνοις, ὃ προσκομιστής ἀδικοῦντες ὡς β. κ τ. ξε δ. κ. τ. μα δ. [illegible] τῶν βασιλικῶν νε τ. ια καὶ περὶ τῆς [illegible] περιλαμβάνεται [illegible] τῶν βασιλικῶν τίτλος α΄ κεφ. κε΄.

Οὐδὲ λ΄ ἔτη [illegible] περὶ γεωργίας ὡς β ια τ. ξε δ. ε καὶ ὁ μὲν ια τ. ἐξελέχθη ἐν β τῶν βασιλικῶν νε τ. α. [illegible] περιλάφθη.

C Μετὰ τὴν ἄδειαν ἡ τριακονταετία [illegible] αὐτίκα [illegible] ἀπὸ τοῦ μέρους αὐτοῖς διαφέροντα ὡς παρὰ κβ τῶν βασιλικῶν β κη τ. ιδ. κεφ. α περὶ τὸ τέλος.

Ἐὰν [illegible] πίστει [illegible] πρᾶγμα ἕτερος [illegible] πίστει [illegible] ἀγοράσῃ ἐντὸς λ΄ ἐτῶν ἐνάγεται ὡς [illegible] πίστει [illegible] ὡς παρὰ ριθ κεφ. ν τῶν βασιλικῶν β ν τ. ια κεφ. ια.

Τὰ [illegible] τῶν [illegible] ἀγωγαὶ τριακονταετία αὐτίκα [illegible] ὡς β ν. τ. κεφ. τ. ια δ. γ τῶν βασιλικῶν β λη τ. γ κεφ. κθ΄.

Τοῖς [illegible] μετὰ τὸν κ΄ χρόνον [illegible] ὡς

D β β τ. κεφ. τ. μ δ. β καὶ γ τ. κα δ. ιε [illegible] κθ δ. ε. τῶν βασιλικῶν β ι τ. κγ κεφ. β καὶ β λθ τ. α΄ κεφ. λγ καὶ β με τ. α κεφ. ια.

Αἱ τοῦ φίσκου [illegible] ἀγωγαὶ [illegible] τῇ τοῦ χρόνου παραγραφῇ τῇ τῆς τριακονταετίας δηλονότι ὅσαι γὰρ περὶ τοῦ φίσκου ἀγωγαὶ κινοῦνται [illegible] ὑπερβαίνειν τὴν [illegible] τῇ τριακονταετίᾳ [illegible] ὡς β ι τ. κεφαλ. τ. α δ. ε τῶν βασιλικῶν β νε τ. β κεφ. ν καὶ β μθ τ. [illegible] τῶν βασιλικῶν β νε τ. β κεφ. α [illegible] β καὶ σημείωσαι ὅτι περὶ ἀγωγῶν [illegible] παρὰ τοῦ φίσκου [illegible] πραγμάτων [illegible] διαλέγεται, οὐ μέντοι περὶ ὧν πραγμάτων κατέχει καὶ ἀπόλλυσιν. [illegible] μ΄ [illegible] ὡς β ια [illegible] κεφ. τ. ξβ δ. ιβ τῶν βασιλικῶν β νε τ. ια κεφ. λα.

E Οἱ [illegible] λ΄ ἔτη εἰς τὴν γῆν ἐκ τῆς γεωργίας ἀναχωρεῖν οὐ δύνανται ἤτοι εἰσὶν οἱ λεγόμενοι κολωνοὶ ὡς β ια τ. κεφ. τ. μη δ. κγ τῶν βασιλικῶν β νε τ. α κεφ. κβ.

Οὐκ ὀφείλει πρεσβύτερος χειροτονεῖσθαι εἰ μὴ πληρώσει λ΄ ἔτη ὡς νεαρὰ κγ κεφ. [illegible] τῶν βασιλικῶν β γ κεφ. κς τ. α.

## Περὶ χρόνων λε.

Ὁ ἐπίσκοπος χειροτονούμενος οὐκ ὀφείλει ἧττον τῶν λε΄ χρόνων [illegible] κατὰ φησὶ [illegible] ρκγ νεαρᾶς κεφ.

F γ. ὅπερ οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικὰ ἐλέχθη γὰρ μᾶλλον τὸ τῆς ρλζ νεαρᾶς κεφ. α ὅπως καὶ λ΄ χρόνων αὐτὸν ὑπάρχοντα [illegible] χειροτονεῖσθαι ὡς β γ τῶν βασιλικῶν τ. α κεφ. γ.

## Περὶ χρόνων μ΄.

Ἡ μὲν τριακονταετία [illegible] ἀγωγὴ τῇ μ΄ ἐτίᾳ σβέννυται καὶ οὐδὲ περὶ κατασκευῆς μετὰ μ΄ ἔτη τις ἐνάγεται ὡς β ζ τ. κεφ. τ. λθ δ. ς τῶν βασιλικῶν β ν τ. ιδ κεφ. ς.

Μετὰ μ΄ ἔτη περὶ παρελθόντος δημοσίου ἤτοι περὶ [illegible] οὐκ ἐνάγεταί τις ὡς β ζ τοῦ κεφ. τ. λθ δ. ε τῶν βασιλικῶν β ν τ. ιδ κεφ. ζ [illegible] δηλοῦται τοιοῦτον [illegible] πλάτους τῆς θαλάσσης. [illegible] τοῦτο φησὶ ὁ Ἁρμενόπουλος προστιθεὶς ὅτι εἰ [illegible] τοῦ παρελθόντος

G χρόνου τελέσματα μὴ ἀπαιτεῖται τινὸς τὰ τοῦ μέλλοντος μεθοδεύεται ὡς β ια τ. κεφ. τ. μη δ. θ τῶν βασιλικῶν β νε τίτλος α κεφ. κ.

Ὁ μετὰ ἐναγωγὴν ἡσυχάσας μ΄ ἔτη οὐκέτι δύναται κινεῖν ἀλλ' οὐδὲ ὁ κληρονόμος αὐτοῦ ὡς β ζ τ. λθ δ.

λδ' ἀλ β. τῶν βασιλικῶν β. ι' τ' α' κεφ. α'. ὅτι καὶ [illegible] ἀγωγὴ [illegible] εἰς τὸ [illegible] συνεπιθεῖσα [illegible] εἰς τεσσαρακονταετίαν.

η' [illegible] αὐτοῦ [illegible] ἐγγὺς [illegible] μετὰ [illegible] βασιλέως [illegible] ἀγρὸν καὶ [illegible] ὡς β' ιε' τῶν κεφ. τ' ξβ' [illegible] τῶν βασιλικῶν β. ιν. τ' [illegible] τελευταῖον.

θ' Ἡ τῶν [illegible] χρόνος [illegible] β μ' τῶν κεφ. τ' β' [illegible] μισθίας [illegible] τοὺς λ' χρόνους καὶ τοὺς κ' καὶ ι' καὶ τρεῖς καὶ α' ὡς παρὰ [illegible] τῶν δὲ βασιλικῶν β. [illegible] τῶν κεφ. τελευταῖον.

ι' Ἀντὶ τῶν [illegible] καὶ [illegible] μισθίᾳ [illegible] ὡς παρὰ [illegible] τῶν δὲ βασιλικῶν β. ι' τ' γ' κεφ. [illegible]

ια' Ἡ [illegible] ἐτῶν [illegible] ὡς παρὰ [illegible] τῶν δὲ βασιλικῶν β. [illegible] κεφ. [illegible]

ιβ' Ἡ [illegible] ἀγωγὴ [illegible] χρόνοις [illegible] τὸ πρᾶγμα [illegible] εἰ δὲ [illegible] μετὰ τῆς μισθίας [illegible] τῷ δημοσίῳ [illegible] ὡς β. ζ' τῶν κεφ. τ' λζ' [illegible] καὶ τ' λζ' [illegible] τῶν δὲ βασιλικῶν β. ν' [illegible] κεφ. α'. [illegible]

## Περὶ χρόνων κ'.

α' Οὐκ ἀντίκειται χρόνος τοῖς ἀπαιτοῦσι τὸ καταβληθὲν εἰς τιμὴν ἀπηγορευμένων [illegible] μόνος ὁ [illegible] ὡς β. γ' τῶν κεφ. τ' μγ' [illegible] ὁ χρόνος παρὰ [illegible] παρὰ δὲ τῷ θαλελαίῳ [illegible] μᾶλλον ὁ θαλελαῖος [illegible] τῶν βασιλικῶν [illegible] γ.

β' Βουλευτὴς καὶ μετὰ πεντήκοντα ἔτη λειτουργεῖ ὡς β. ι' τῶν κεφ. τ' λβ' [illegible] εἰς τὰ βασιλικὰ [illegible] τ'.

γ' Μετὰ πεντήκοντα χρόνους [illegible] ἐργασίας [illegible] ἀπαιτεῖται ὁ ἀπελεύθερος ὡς β. λε' τ' α' [illegible] τῶν δὲ βασιλικῶν β. μθ' τ' γ' κεφ. λδ'.

δ' Ὁ [illegible] τὰ πεντήκοντα ἔτη νόμιμος [illegible] ὡς β. ς' τῶν κεφ. τ' [illegible] τῶν δὲ βασιλικῶν β. μ' τ' α' κεφ. μδ'.

## Περὶ χρόνων νε'.

α' Μετὰ πεντήκοντα πέντε ἔτη [illegible] λειτουργιῶν προσωπικῶν ὡς β. ι' τῶν κεφ. τ' ν' [illegible] τῶν βασιλικῶν β. [illegible] τ' ιζ' κεφ. ς'.

## Περὶ χρόνων ξ'.

α' Μετὰ ξ' ἔτη [illegible] τις [illegible] τυχὸν συγχωρεῖ [illegible] παιδοποιίαν [illegible] ὡς β. α' τ' ξ' [illegible] ις' τῶν δὲ βασιλικῶν β. λγ' τ' α' κεφ. ιγ' θέμ. γ'.

β' Ἡ μείζων τῶν ξ' ἐτῶν γαμεῖσθαι [illegible] ν' ἐτῶν [illegible] ὡς β. ι' τῶν κεφ. τ' [illegible] τῶν δὲ βασιλικῶν β. [illegible] τ' δ' κεφ. μ'.

γ' Κἂν ξ' ἔτη ὁ ἐλευθερωθεὶς ὡς δοῦλος [illegible] προκειματίζηται ὡς β' ζ' τῶν κεφ. τ' [illegible] τῶν δὲ βασιλικῶν β. μγ' τ' [illegible] κεφ. [illegible]

## Περὶ χρόνων ο'.

α' Μετὰ ο' ἔτη ποτὲ μὲν ἔχει τις ἐξκουσατίονα ἐπιτροπῆς καὶ [illegible] βαρῶν, ποτὲ δὲ [illegible] ὡς β. κζ' τῶν διγ. τ' α' καὶ β. ι' τῶν κεφ. τ' ξζ' καὶ β. ν' τῶν διγ. τ' δ' καὶ [illegible] καὶ β. ι' τῶν κεφ. τ' μβ' τῶν δὲ βασιλικῶν β. λη' τ' α' κεφ. β' καὶ κεφ. [illegible] καὶ β. [illegible] τ' α' κεφ. γ' θέμ. [illegible] κεφ. θέμ. ι' καὶ [illegible] κεφ. β' θέμ. β' καὶ κεφ. ς' καὶ ιζ'.

β' Οἱ μείζονες τῶν ο' ἐνιαυτῶν οὐκ ὀφείλουσιν ἄκοντες καλεῖσθαι εἰς τὸ βουλευτήριον. οἱ δὲ [illegible] οἱ μείζονες εἰσὶ τῶν ο' ἐνιαυτῶν οὐκ ὀφείλουσι [illegible] ἀναγκάζεσθαι λειτουργῶν τιμὰς δὲ πράττειν ὀφείλουσιν ὡς β. ι' τῶν κεφ. τ' λβ' [illegible] τὰ βασιλικὰ ὅτι [illegible] ὁ [illegible] γὰρ [illegible] βουλευτῶν.

γ' Ὁ ὑπερβὰς τὰ ο' ἔτη ἀπαλλάττεται προσωπικῶν λειτουργιῶν ὡς β. ι' τ' [illegible] τῶν δὲ βασιλικῶν β' [illegible] τ' ς' κεφ. γ'.

Περὶ

648

A

## Περὶ χρόνων β'.

Ἡ χρῆσις τῶν καρπῶν τῆς πόλεως μετὰ ρ' ἔτη σβέννυται ὡς ὁ μακρόχρονιος ἄνθρωπος ὡς Β' ξ' τ' α' Δ' ις'. τῶν δὲ βασιλικῶν Ϛ' ις' τ' α' κεφ. νδ'.

Τὰ εἰς ἀνάρρυσιν αἰχμαλώτων τῇ ἑκατονταετίᾳ ἀποκλείονται ὡς Β' α' τρ κεφ. τ' Ϛ' δ' κγ'. τοῦτο δὲ εἰς μὲν τὰ βασιλικὰ οὐ κεῖται. φησὶ δὲ ὁ Θεόδωρος ἐν ἑκατοστῇ ἰνδικάτῃ παρὰ τὸ μέχρι τῶν κρατεῖν τὸ δὲ πρότερον κεφ. τοῦ γ' τ' τοῦ ι'. Β' τῶν βασιλικῶν δηλοῖ ὅτι ἐκινήθη.

B

## Περὶ ἀορίστου χρόνου.

Ἐὰν ὁ δικαστὴς μὴ ὁρίσῃ χρόνον τῇ καταβολῇ μέτριος χρόνος δίδοται ὡς Β' Δ' τ' ν' Δ' κα' τῶν δὲ βασιλικῶν Ϛ' ξ' τ' Β' κεφ. κα' θεμ. τελευταῖον. ὁ δὲ μέτριος χρόνος προγράφει εἰς τὴν δικαιοτίαν. α'

Ὁ ἐρωτώμενος περὶ τοῦ καταθέσθαι τι ἐν δικαστηρίῳ ὀφείλει λαμβάνειν διάσκεψιν ὡς Β' ια' τ' α' δ' ι' τῶν δὲ βασιλικῶν Β' μβ' τ' Δ' κεφ. Β'. β'

Καὶ περὶ ἡλικίας τὶς ἀναγκάζεται ἐφ' ὅτι ἀποκρίνεσθαι ὡς Ϛ' ια' τ' α' δ' κ' τῶν δὲ βασιλικῶν Ϛ' μβ' τ' δ' κεφ. κ. γ'

C Ἡ σέρβη κορώνης ἤτοι ἡ περὶ δούλου ὑποφθορᾶς ἀγωγὴ διηνεκής ἐστιν ὡς Β' ια' τ' γ' δ' ιγ' τῶν δὲ βασιλικῶν Β' ξ' τ' ε' κεφ. ια'. δ'

Καὶ ἐν τῷ μέσῳ τῆς δίκης διαλύεταί τις ὡς Β' ιϛ' τ' ε' δ' κγ' τῶν δὲ βασιλικῶν Β' νδ' τ' ϛ' κεφ. ιη' θεμ. γ'. ε'

Κοινωνία διηνεκῶς οὐ συναλλάττεται ὡς Β' ιζ' τ' Ϛ' δ' λα' τῶν δὲ βασιλικῶν Ϛ' ιβ' τ' α' κεφ. λα'. ϛ'

Πρὸ ὑπερθέσεως τόκος ἐπὶ παρακαταθήκης οὐ καλῶς ἀπαιτεῖται ὡς Β' ις' τ' γ' Δ' κϛ' τῶν δὲ βασιλικῶν Ϛ' ιγ' τ' Β' κεφ. κα'. ζ'

Οἱ κεφαλικῶς κατακριθέντες μετὰ τὴν ἔκκλητον διατίθεσθαι δύνανται ὡς Ϛ' κη' τ' γ' δ' ϛ' τῶν δὲ βασιλικῶν Ϛ' λθ' τ' Ϛ' κεφ. ι' θεμ. κ'. η'

D Τὸ παραχρῆμα ἐπὶ τῶν ἐκ διαθήκης καταλελειμμένων πρὸς ἅπαξ τὸ μετὰ τὸν ἐμφανισμὸν αὐτοῦ καὶ τῇ ἀποδοχῇ ἐν τῇ κληρονομίας σημαίνει χρόνον ὡς Ϛ' α' τ' γ' δ' μα' ἥτις οὐκ ἐδέχθη ἐν τοῖς βασιλικοῖς. θ'

Μετὰ ἐνιαυτὸς πέτρος ἐλευθερούσθω. μετὰ διετίαν ἐλευθεροῦται ὡς Β' μ' τοῦ δ' ιγ. τ' γ' δ' ιζ. τῶν δὲ βασιλικῶν Ϛ' μη' τ' γ' κεφ. ιζ' θεμ. ι'. ι'

Διηνεκὴς χρόνος ἐστὶν ὁ ἕως τῆς τελευτῆς τοῦ τὴν χρῆσιν ἔχοντος ὡς Β' γ' τοῦ κεφ. τ' λγ' Δ' ιβ' τῶν δὲ βασιλικῶν Ϛ' ις' τ' κ' κεφ. κη'. ια'

Αἱ προσωπικαὶ ἀγωγαὶ μακρῷ χρόνῳ οὐκ ἀποκλείονται ὡς Β' Β' τοῦ κεφ. τ' ια' δ' η' τῶν δὲ βασιλικῶν E Β' κζ' τ' Β' κεφ. κ' καὶ Ϛ' ν' τ' ιβ' κεφ. ι'. ιβ'

Καὶ λυγάτα τινὰ ἐπὶ δωρεαῖς ἐπὶ συναλλάγματα πρὸς καιρὸν ἰσχύουσιν ὡς Ϛ' ε' τ' λζ' δ' κϛ' τῶν δὲ βασιλικῶν Β' μδ' τ' δ' κεφ. μθ'. ιγ'

Εἰ καὶ τὰ μάλιστα τῷ ὄντι ἤτοι τὸ περὶ βίας ἰντερδίκτον μέχρις ἐνιαυτοῦ κινεῖται ὅμως ἡ περὶ βίας παραγραφὴ διηνεκῶς ἀντιτίθεται ὡς Ϛ' κ' τ' λε' Δ' ι' τῶν δὲ βασιλικῶν Β' να' τ' δ' κεφ. κζ' καὶ Β' ν'. ιδ'

Ὁ περπετοῦος ἤτοι διηνεκὴς χρόνος σημαίνει ἐπὶ τὸ ἄχρις οὗ ὁ κανὼν καταβάλλεται ὑπὸ τοῦ ἐμφυτευσαμένου ὡς ἰνστ. γ' τ' κε' ἐπὶ τοῦ τῆς τριακονταετίας καὶ τεσσαρακονταετίας οὐ μὴν ἀλλὰ ἐπὶ τὸ ἕως F τῆς τοῦ ἀνθρώπου ζωῆς οἷον ἐπὶ τῶν ἀγωγῶν αἵτινες οὐ δίδονται κατὰ κληρονόμων ἀλλὰ ἐπὶ τῇ τοῦ ἐναγομένου περιορίζονται βιωτῇ ὡς ἰνστ. δ' τ' ιβ' ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ τῆς ἰνστιτούτου ἐν τοῖς βασιλικοῖς οὐκ ἐξελήφθη βιβλίοις ἰδέδωκα μὲν δὲ τύποις τὰ ἐκ τῶν διγέστων καὶ τοῦ κώδικος ἐν τοῖς προσφόροις τίτλοις ληφθέντα νόμιμα. ἰστέον δὲ ὅτι καὶ τὸ ι' θεμ. τοῦ α' δ' τοῦ ιβ' τ' τοῦ α' Β' τοῦ διγ. ὅπερ ἐτέθη μὲν ἐν Β' τῶν βασιλικῶν ε' τ' δ' κεφαλ. Β' θεμ. ι' διαλαμβάνει δὲ ὡς ὁ τῆς πόλεως ἔπαρχος δύναταί τινα εἴργειν κλεισουρογρείας καὶ φόρου καὶ προσκαίρως καὶ διηνεκῶς ἀντὶ τοῦ μέχρι τῆς ζωῆς τοῦ ἀνθρώπου ἐδίδαξε. ιε'

Πολλάκις ὁ νόμος πολὺν χρόνον καλεῖ τὸν ἀρκοῦντα εἰς τὸ ποιῆσαι προκατάταξιν ὡς Β' Β' τ' α' δ' ια' τῶν δὲ βασιλικῶν Β' ζ' τίτλος ις' κεφ. ι'. ιϛ'

Διηνεκῆ καλεῖ χρόνον ὁ νόμος καὶ τὸν μέχρι τῆς ζωῆς τοῦ δεηθέντος λαμβάνειν διατροφὰς ὡς Β' Β' τῶν G διγ. τ'. ις'. τῶν δὲ βασιλ. Ϛ' ια' τίτλ. Ϛ. κεφ. η'. ιζ'

Μέτριος χρόνος νοεῖται ὁ ἀρκῶν πρὸς τὸ τὸν μισθώσασθαι οἶκον ἢ διαθεῖναι τὰ οἰκόσκευα ἢ ζητῆσαι συνήγορον ὡς Ϛ' δ' τ' ε' δ' ις' τῶν δὲ βασιλικῶν Β' ι' τίτλος λε' κεφ. ι. θεμ. δ'. ιη'

Οἶναν

ιθ' Ὁ φυγόμενος τῇ ἐρήμῃ ἐκ προκατάρξεως καλῶς πίστει ... ὡς β' ς' τ' α' δ' μι. τῶν δὲ βασιλικῶν β' κ' α' κεφ. λγ'.

κα' Ἐπὶ τῆς περιουσίας ... τῆς κληρονομίας ἀπαιτήσεως ἀγωγῆς καὶ ἐκ ... ὑπομνήσεως διακόπτεται χρόνος ὡς β' ι' τ' γ' δ' κε τῶν δὲ βασιλικῶν β' μβ' τ' α' κεφ. κα θεμ. ...

κβ' Αἱ προστεθεῖσαι ἀγωγαὶ διὰ δεήσεως ἢ ἀντιγραφῆς ... ὡς β' ... τῶν δὲ βασιλικῶν β' τ' ι' κεφ. ι.

κβ' Χρόνος παρὰ τοῦ δικαστοῦ τυπούμενος ὀφείλει δίδοσθαι τοῖς ἐγγυηταῖς ἀπαιτουμένοις. ἀγωγῆς τοὺς προθεσμίας ὡς παρὰ δ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' κς' τ' β'.

κγ' Ὁ τῆς ἀναργυρίας χρόνος ... τοὺς παλαιοὺς ἦν πενταετής ... τῇ δὲ Ἰουστινιανοῦ διατάξει διετία ὡς ἰνστ. γ' τ' κ' καὶ β' δ' ... κεφ. τ' λ' δ' ... τῶν δὲ βασιλικῶν β' κγ' τ' α' κεφ. ογ'.

B

ΤΕΛΟΣ.

# IACOBI CVIACII
## OBSERVATIONVM ET EMENDATIONVM
### LIBER V.

*De conditione iurisiurandi.* CAP. I.

EDICTO prætoris remittitur conditio iurisiurandi non tantùm in heredum institutionibus, sed etiam in legatis & in iis quæ instar legatorum sunt, non in conuentionibus. Nam etsi quod testator testamento remittere potest, possint etiam conuentione ij quorum interest l. pactum. D. de pact. non tamen quod lex, edictum, constitutio in testamento remittit, continuo etiam in conuentione aut contractu remittit, sicut & quod in testamentorum causa admittit, exempli gratia, cautionem Mucianam, eandem in contractibus non admittit. In libertatibus quoque conditio iurisiurandi non remittitur. l. 12. D. de inan. testa. quæ l. coniungenda est cum l. 8. D. de cond. instit. Hæc edictum ponit, illa exceptionem edicti. & huius exceptionis ratione Marcellus in l. non dubitamus. D. de cond. & dem. plerunque ait non quidem in turpium, sed in earum quæ remittuntur numerum conditionem iurisiurandi referri. Fauore autem libertatis ea exceptio introducta est, vt citius & facilius perueniatur ad libertatem. Seruus enim ita manumissus, Si iurauerit se x. daturum, iurando nec dando liber fiet. Legatarius vel heres dando nec iurando suis actionibus vtetur: qui etsi iurare paratus sit nihil aget, nisi & id dederit vel fecerit quod se daturum vel facturum iurare iussus est. Itaque in libertatibus non reprobatur conditio iurisiurandi, in ceteris reprobatur & remittitur, cuius rei causa olim adeundus erat prætor, vt Cicero indicat in prætura vrbana, dum de P. Trebonij testamento loquitur. Hodie ipso iure remittitur & improbatur, & quod ita reiectum est pro puro habetur. d. l. 8. §. vlt. licet heredi, vt diximus, non remittatur quod iurisiurandi conditione adstrinxit testator. Ceterùm non quod iurare iubetur, sed iusiurandum in conditione est. Hoc igitur circumscripto, pura institutio purum'ue legatum relinquitur. Id notandum est, nudam conditionem iurisiurandi nunquam remitti, quinimo ei necessariò parendum est. Fac Gaium ita testari, Titius si iurauerit heres esto, Titio si iurauerit x. lego. l. Antistius. D. de adq. her. l. municipibus. D. de cond. & dem. His verbis nudum iusiurandum iniungit, cui rei satisfaciet heres si hæc verba fuerit præfatus, quibus & veteres in prosperis rebus exoptandis vtebantur: *Testor diuinum numen, fas mihi sit eam hereditatem id'ue legatum capere*, vel, *Ex animi mei sententia hanc hereditatem hoc'ue legatum habeo.* quæ si vti verisimile est, animo heredis vel legatarij fuerit præfatus, non dubitamus quin hereditatem eo facto vel legatum agnouerit, quod tamen ceteris conditionibus potestatiuis satisfaciẽdo non adsequitur. l. ei qui ita. D. de cond. inst. Itaque eius conditionis, Si iurauerit, duo singularia recepta sunt, vt explenda sit omnimodo, vt eam explendo statim hereditas vel legatum adquiratur. Id ad extremum adiiciam. l. 26. D. de cond. & dem. quæ ad hanc quæstionem remittendi iurisiurandi pertinet, deprauatam videri, quòd hanc scripturam, *Si* x x. *dederit aut iurauerit se aliquid facturum*, referat vnam conditionem exprimere habentem duas partes. Ea enim scriptura profectò duas conditiones continet disiunctiuo modo præscriptas, quarũ vna vnam tantùm, altera duas partes habet. Itaq; quod & quæ in ea lege sequũtur suadent, sic malim, *Hæc scriptura, Si iurauerit se xx. daturum aut aliquid facturum.*

*De cautione Muciana.* CAP. II.

IN tractatu cautionis Mucianæ valde mihi aliàs negotium exhibuit §. vlt. l. 4. D. de conditio. inst. quòd huius conditionis nomine, Si seruum hereditarium

γράφεσθαι διὰ δημοσίων προσώπων ἐπὶ δικαστοῦ προτιμωμένων καὶ τὸν οἶκον μεταλαμβάνειν ὡς βιβ. ια δ ιγ. τ β δ μς΄. τῶν δὲ Βασιλικῶν β κ΄ τίτλος κεφ. νς΄. A

β΄ Αἱ ἐγκληματικαὶ δίκαι εἴσω διετίας ὀφείλουσι τέμνεσθαι ὡς β γ τοῦ κεφ. τ α δ΄ ιγ. τῶν δὲ Βασιλικῶν β΄ ζ΄ τ΄ ε κεφ. ιγ΄.

γ΄ Ἡ περὶ δούλου ἀγωγὴ εἰ μὴ εἴσω δύο μηνῶν τῶν συναπτῶν ἀφ' οὗ ἐγένετο ὁ δοῦλος ἀριθμουμένων καὶ ἀρχθῇ καὶ πληρωθῇ σβέννυται ὡς β β΄ τοῦ κεφ. τ ιε δ΄ τελευταία. τῶν δὲ Βασιλικῶν β΄ ιζ΄ γ κεφ. τελευταῖον ἑτέρας δὲ ἀγωγῆς οὔσης, ὁ δίδοται ἡ περὶ δούλου ὡς ἀτιμαστικὲς ὡς β δ τῶν δ ιγ΄ τ΄ γ΄. τῶν δὲ Βασιλικῶν β γ΄ τ΄ γ κεφ. α΄.

δ΄ Ἐὰν ἐντιμελετήσῃ γυνὴ ἤτοι ἀντιφωνήσῃ τινὰ ξένον μετὰ δύο ἔτη τῆς ἀντιφωνήσεως δια... πείθεσθαι συναφθῆναι ἢ καὶ ἐγγυήσηται, ... οὐκέτι βοηθεῖται διὰ τὸ δόγμα... ὡς β δ ... κεφ. τ ιθ δ΄ ιβ τῶν δὲ Βασιλικῶν β κς΄ τ ζ κεφ. πβ διὰ τοῦτο δὲ ξένον εἶπε ... διὰ τὸ ... τῇ μετὰ τὸ ... ὅτι ἡ γυνὴ ... πολλάκις ... ἐπιτρέπεται ... τὸν ἀνδρὸς αὐτῆς ὡς ἀντιφωνήσασα βοηθεῖται ὡς β. τῶν Βασιλικῶν κθ τ ζ B

ε΄ Ἡ περὶ τῆς ἀναργυρίας παραγραφὴ μετὰ δύο ἔτη συναπτὰ οὐκ ἀντιτίθεται ὡς β δ τοῦ κεφ. τ λ δ΄ ιδ. τῶν δὲ Βασιλικῶν β κγ΄ τ α κεφ. ιγ΄.

ς΄ Ὁ μνηστευσάμενος κόρην καὶ μὴ ὁρίσας χρόνον ἐν τῇ μνηστείᾳ ὀφείλει εἴσω διετίας γαμεῖν αὐτὴν παρὼν ἐν τῇ αὐτῇ ἐπαρχίᾳ, ἐπεὶ ... καὶ ἀκινδύνως ἡ κόρη ἑτέρῳ συναπτέται ὡς β΄ ε τοῦ κεφ. τ α. δ β. τῶν δὲ Βασιλικῶν β κη΄ τ α κεφ. ιε. ἡ δὲ ἀπόντων εἴσω τριετίας ὡς β τὸ αὐτὸ φησὶ τ δ αὐτὸς κεφ. ὁμοίως. C

ζ΄ Ὁ ἐπαγγειλάμενος προῖκα μετὰ διετίαν τοῦ γάμου δίδωσι τόκους καὶ προσόδους ἐκ τρίτου ἑκατοστῆς ὡς β ε τοῦ κεφ. τ ιβ δ΄ λ. τῶν δὲ Βασιλικῶν β κθ΄ τ α κεφ. ξια.

η΄ Ἐὰν ἐγγράφως σύμφωνον πῶς καὶ πότε ὁ δανειστὴς ὀφείλει πωλεῖν τὸ ἐνέχυρον ἰσχύει τὸ σύμφωνον. εἰ δὲ μὴ ἐγγράφως ἔξεστι τῷ δανειστῇ μετὰ ἀποφάσεως δικαστικῆς ἢ καὶ ἐκ παραγγελίας δύο φιλικῶν μετὰ τὴν ἀπόφασιν ἢ τὴν παραγγελίαν διαδραμόντων πωλῆσαι τὸ ἐνέχυρον. εἰ δὲ μηδεὶς ἀγοράσῃ τότε τῷ δανειστῇ βουλομένῳ δεσποτείας κτήσασθαι τὸ ἐνέχυρον, ἀνάγκη ἐστὶν ἐπιτάσσεσθαι τὰ αὐτὰ ποιῆσαι καὶ εἰ μὲν πάρεστιν ὁ χρεώστης διαμαρτυρίαν αὐτῷ πέμψαι εἰ δὲ μὴ πάρεστι καταλαβεῖν τὸ δικαστήριον καὶ προσελθεῖν τῷ ἄρχοντι ἵνα διὰ τάξεως εὑρεθῇ καὶ ὁρίσῃ χρόνον ὁ ἄρχων ἐντὸς ὀφείλει ζητηθῆναι ὁ χρεώστης καὶ εἰ μὴ εὑρεθῇ, δῶ τὸ χρέος καὶ λάβῃ τὸ ἐνέχυρον εἰ δὲ μὴ φανῇ καὶ δεύτερον ἕτερον ὁρίσει χρόνον καὶ εἰ μὴ δὲ οὕτω παρέλθωσι, τότε ὁ δανειστὴς προσελθὼν τῷ βασιλεῖ αἰτεῖν δίκαιον δεσποτείας κτήσασθαι τὸ ἐνέχυρον μέχρι δὲ τὴν αἴτησιν ταύτην ἔχειν διὰ τὸν χρεώστην εἰς προθεσμίαν ἄλλα δύο ἔτη ὧν ἐντὸς δικάζεται ἀποκομίζειν τὸ χρέος μετὰ τῶν τόκων καὶ λαβεῖν τὸ ἐνέχυρον. παρελθόντων δὲ τῶν δύο φιλικῶν τελειοῦται δεσποτείας δικαίῳ κρατεῖσθαι τὰ ἐνέχυρα τὸν δανειστὴν ὡς β ν τοῦ κεφ. τ λγ. τῶν δὲ Βασιλικῶν β κε τ ζ κεφ. νγ΄. D

θ΄ Τοῖς πρεσβεύουσι διετίας ἀλειτουργησία παρέχεται ὡς β ν΄ τ ζ. τῶν δὲ Βασιλικῶν β νδ΄ τ θ΄ κεφ. η΄. E

ι΄ Ἡ περὶ τῶν ναυκλήρων δίκη ναυαγίου συμβάντος ὀφείλει τέμνεσθαι εἴσω διετίας ὡς β ια τοῦ κεφ. τ ς΄ δ ι ὡς τοῦτο τὸ μέρος οὐκ ἔστιν εἰς τὰ Βασιλικά.

ια΄ Εἰ μὲν εἴσω διετίας ὁ γάμος λυθῇ εἴτε θανάτῳ εἴτε διαζυγίῳ ἔξεστι καὶ τῷ ἀνδρὶ περὶ τῆς ἀναργυρίας μέμψασθαι καὶ τῷ αὐτοῦ κληρονόμῳ εἴσω ἑνὸς ἐνιαυτοῦ. εἰ δὲ ἄχρι διετίας ἐκτὸς ἐλυθῇ ὁ γάμος δύναται καὶ αὐτὸς καὶ ὁ κληρονόμος αὐτοῦ εἴσω τριῶν μηνῶν κινεῖν τὴν μέμψιν εἰ δὲ παραδράμῃ ἡ διετία ὑπὸ αὐτοῦ ἢ ὑπὸ τοῦ κληρονόμου δίδοται μέμψεως ἄδεια. εἰ δὲ ὀφείλει δεῖν ὁ ἀνὴρ τοσοῦτος ὡς ἀποκαταστῆσαι αὐτῷ δίδοται χρόνος ὥστε τῷ μέμψασθαι ὥστε μὴ ὑπερβῆναι δεκαετίαν ἐκ τοῦ καιροῦ τῶν γάμων εἰ δὲ οἱ τούτου κληρονόμοι ἀφήλικες εἶεν ὥστε τελείως ὥστε ἀτελοῦς ὄντος πενταετίαν ἔχουσι μόνον εἰς τὸ κινῆσαι τὴν μέμψιν ὡς παρὰ ρ΄ τῶν δὲ Βασιλικῶν β κθ΄ τ γ΄. F

ιβ΄ Τὴν μοιχευθεῖσαν γυναῖκα καὶ εἰς μοναστήριον βληθεῖσαν ἔξεστι τῷ ἀνδρὶ εἴσω διετίας ἀναλαβεῖν εἰ βουληθῇ εἰ δὲ ὁ εἰρημένος χρόνος παρέλθῃ πρὸ τοῦ αὐτὴν ἀναλαβέσθαι αὐτὴν τότε κείρεται καὶ τὸ μοναχικὸν σχῆμα λαμβάνει τὸ ὑπόλοιπον αὐτῆς βίον ἐν τῷ μοναστηρίῳ οὖσα. ὡς παρὰ ρλδ κεφ. ιβ τῶν δὲ Βασιλικῶν β κη τ ζ κεφ. α θεμ. γ΄.

ιγ΄ Πᾶς μισθωτὴς ἢ ἐμφυτευτὴς οἴκου ἀγροῦ ἢ ἄλλο χωρίον ποιῶν τὰ μισθωθὲν ἢ ἐμφυτευθὲν αὐτῷ πρᾶγμα ἢ ἀγνωμονῶν ὑπὲρ διετίαν, ἀπαιτεῖται τὰ συμφωνηθέντα κανόνα καὶ ἀποκαθιστᾷ τὴν πρώτην ὄψιν τοῦ πράγματος. εἰ δὲ φύγῃ καὶ ἀφανὴς γένηται, τὸ ἱκανὸν τῷ δεσπότῃ ἐκ τῶν ἐκείνου πραγμάτων περιποιεῖται μὴ λογιζομένων αὐτῷ τῶν ἐμποιημάτων. ὡς παρὰ ρ κ. τῶν δὲ Βασιλικῶν β ι τ β κεφ. ιε. μὴ ἐναντιωθῇ δέ σοι τὸ κείμενον ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ G

τοῦ κεφ.

A ... κεφ. τ. δ. λβ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. κ. τ. β. κεφ. δ. ὅτι ἐντὸς τριετίας δεῖ ἀναμένειν τὸν ἀγνωμονήσαντα ... καὶ ἄχρι ... λέγεται.

Οἱ μὴ πεμφθέντες εἰς νομὴν δανεισταὶ ἔσω διετίας κινοῦσι τοῖς πεμφθεῖσιν ὡς β. ζ. ... δ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. θ. τίτλ. ζ. κεφ. ιβ.

Καίσαρος δόγμα ... ἐνιαυτὸν ... μὲν ἀγωγὴ ... ἐντὸς δύο ἐτῶν ὡς β. ζ. τ. μβ. δ. α. τῶν δὲ βασιλικῶν β. θ. τ. α. κεφ. ιγ.

Οἱ ἄπορα κρατοῦντες τόπια μετὰ δύο ἔτη συντελεῖν ὡς β. ια. τ. νθ. δ. ζ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. νς. τ. ιδ. κεφ. ζ.

B Ὁ ξένος ἀγροῦ ἐπιβὰς, ἐντὸς δύο μόνων ἐτῶν γινέσθω παρὰ τοῦ δεσπότου αὐτοῦ καὶ ἀναδιδοὺς αὐτὸν λαμβανέτω ὃ ἐπ᾽ αὐτὸν ἐδαπάνησεν, ὡς β. ια. τ. νθ. δ. κ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. νς. τ. ιδ. κεφαλ. κ.

Μετὰ διετίαν ... ὁ ψῆφος ἐκλύετο, μὴ παρακληθησόμενος ὡς β. ζ. τοῦ κεφ. τ. ξγ. δ. ι. καὶ παρὰ μθ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. θ. τ. α. κεφ. ... θεμ. ι. κ. τοῦ β. κεφ. ζ. θεμ. δ. εἰ μὴ προφανῶς ... ὡς β. μθ. τῶν διγ. τ. α. δ. ιε. καὶ θ. καὶ τ. ... δ. α. τῶν δὲ βασιλικῶν β. θ. τ. α. κεφ. ις. καὶ ιθ. καὶ μδ.

Ὁ πρὸς χάριν ἀλλὰ ... τὰ ὑποθήκια ... διετίαν εἰς ... δημόσιον βάλλεται ὡς β. μζ. τοῦ κεφ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ξ. τ. λα. κεφ. α.

C

## Περὶ τριετίας

Ὁ ἔλκων ὕδωρ ἐπὶ τρία ἔτη διὰ ἀλλοτρίου ἀγροῦ ἐν εἰδήσει τοῦ δεσπότου τοῦ κτήματος, κτᾶται ... ὡς β. γ. τ. λδ. δ. ε. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ... ζ. κεφ. β.

Τὰ ... πράγματα καλῇ πίστει ... τριετίαν ... ὡς β. ζ. τοῦ κεφ. τ. λδ. δ. β. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ν. τ. ιβ. κεφ. ε.

Ὁ ἐπὶ τρισὶ χρόνοις μὴ ... τὸ ἐμφυτευτικὸν τέλος ... παρεχόμενον, ἐκπίπτει τῆς ἐμφυτεύσεως ὡς β. δ. τ. ξε. δ. β. τῶν δὲ βασιλικῶν β. κ. τ. β. κεφ. β. ...

D ... ὁ δεσπότης ἐπὶ τρισὶ χρόνοις, ... ἐμφυτευσάμενος ὡς β. α. τοῦ κεφ. τ. δ. λβ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. κ. τ. β. κεφ. ... τοῖς εὐαγέσιν οἴκοις ... ζ. κεφ. θ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. κ. τ. β. κεφαλ. ι. ὅτι μέχρι δύο ἐτῶν καὶ μόνον εἰ μὴ παράσχωσιν αὐτὸ ἐκδιώκονται.

Τὸ καταβληθὲν ἐπὶ τρισὶ χρόνοις ἐνιαύσιον λεγάτον, πιστεύεται καὶ εἰς τοὺς ἑξῆς χρόνους διηνεκῶς καταλελεῖφθαι καὶ ἀπαιτεῖται. εἰ μὴ ... ὁ καταβαλὼν φανερῶς δείξῃ ὅτι ἐπὶ τρισὶ καὶ μόνον ὀφείλεται χρόνοις ... ὡς β. ... τοῦ κεφ. τ. μβ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. μδ. τ. α. κεφ. ριε.

Τὰ δημόσια τέλη ἐπὶ τριετίαν μισθοῦνται ὡς β. δ. τοῦ κεφαλ. τ. ξα. τῶν δὲ βασιλικῶν β. νς. τ. δ. κεφ. δ.

E Εἰ ὁ μνηστευσάμενος κόρην ἐν ἀπουσίᾳ διάγων, μὴ ἐπὶ τριετίας τὸν γάμον ἐκπληρώσει, δύναται ἡ κόρη ἑτέρῳ συναφθῆναι ὡς β. ε. τοῦ κεφ. τ. α. δ. β. τῶν δὲ βασιλικῶν β. κη. τ. α. κεφ. ιι.

Ὁ παῖς τὸν πατέρα τριετὴς γενόμενος ἀπαιτεῖ διατροφὰς ὡς β. η. τ. μς. δ. θ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. λα. τ. β. κεφ. ιγ.

Εἰ τὰ δυνάμενα ἐκ ναυαγίου φυλαχθῆναι πράγματα παρὰ τῶν ναυαγησάντων ἀλόγως τινὲς ὑφήρπασαν ὡς βαρυτέραν πρᾶξιν ποιήσαντες, ἐλεύθεροι μὲν ὄντες, ῥοπάλοις τυπτόμενοι ἐπὶ τρισὶ χρόνοις ἐξορίζονται. δοῦλοι δὲ ὄντες, φραγελλίζονται καὶ μεταλλίζονται ὡς β. μζ. τῶν διγ. τ. θ. δ. ... τῶν δὲ βασιλικῶν β. νγ. τ. γ. κεφ. λγ.

F Πᾶσα χρηματικὴ δίκη ὑπεξηρημένων τῶν εἰς δημοσίαν αἰτίαν ἀνηκουσῶν ... διαλαμβάνει β. τῶν βασιλικῶν νς. τ. δ. κεφ. τελευτ. πέρα τῶν τριῶν ἐτῶν οὐκ ὀφείλει μηκύνεσθαι ὡς β. γ. τ. α. δ. ιγ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ζ. τ. ς. κεφ. ιγ.

Πᾶς ... τέλη ... ἀπαιτούμενος αὐτὰ εἰ δείξει ἀποδείξεις παρελθόντων τριῶν ἐτῶν μὴ ἀπαιτεῖσθαι τὰ ὄπισθεν τούτων χρόνων ἐπιζητούμενα τέλη ὡς β. ι. τοῦ κεφ. τ. κβ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. νς. τ. η. κεφ. κθ.

Ὁ παραιτησάμενος κληρονόμος ἐὰν μὴ παρὰ τοῦ δανειστοῦ ἐπράθη τὰ πράγματα ἕως τριῶν ἐνιαυτῶν λαμβάνει πάλιν αὐτὰ ὡς β. ς. τοῦ κεφαλ. τ. λα. δ. ς. τῶν δὲ βασιλικῶν β. λε. τ. δ. κεφαλ. ζγ.

G Πᾶσα ... τοῦ δημοσίου ἀπόφασις ἔσω τριῶν ἐνιαυτῶν ἀναψηλαφᾶσθαι δύναται ... ὅτι δὲ καὶ μετὰ τρία ἔτη ὅτι προφανῶς ὁ δημόσιος περιγράφη ἢ προδίδωσί τις τὴν δημοσίαν ὑπόθεσιν ὡς β. ι. τοῦ κεφ. τ. θ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. νς. κεφ. ς.

Τῷ θέλοντι γενέσθαι μοναχῷ εἰ μὲν ὁ ἡγούμενος γνωρίζει αὐτὸν ὅτι ... τύχῃ ... διατρι-

συναφθῇ λύσει τὸ μοναχικὸν σχῆμα. εἰ δὲ ἀγνοεῖ ζα, ἐντὸς μὲν τῶν τριῶν ἐτῶν δεῖ φυλάσσειν τοῦτο τὸ A τοιοῦτον ἅγιον σχῆμα. μετὰ δὲ τριετῆ χρόνον ὑπερέχει αὐτῷ τοῦτο ὡς παρὰ ξγ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ δ΄ τ΄ α΄ κεφ. α΄ θεμ. δ΄.

ιδ΄ Ἐάν τις ἀγάγηται γυναῖκα καὶ μὴ δυνηθῇ διὰ τριετίαν πρᾶξαι τὰ τῆς φύσεως τοῦ ἀνδρὸς ὡς αὐτὴν δείκνυται ἡ γυνὴ ἀκινδύνως λύσει τὸν τοιοῦτον γάμον ὡς παρὰ λε΄ κεφ. ι΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ κη τ΄ ζ κεφ. γ΄ θεμ. β΄.

## Περὶ τετραετίας.

α΄ Ἐντὸς τετραετίας ὁ δημόσιος ἐνάγεται ὑπὲρ ὧν ἐξεποιήσατο ἀλλοτρίων πραγμάτων περὶ τῆς διαπράξεως αὐτῶν ὡς β΄ ζ΄ τῶν κεφ. τ΄ λβ΄ δ΄ ϛ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ν΄ τ΄ ιγ΄ κεφ. β΄.

β΄ Ὁ ὑτίλιος τῆς ἀποκαταστάσεων ἐνιαυτὸς ἤτοι ὁ ὡρισμένος σύμμετρος τετραετία ἐστὶν ὡς β΄ β΄ τῶν κεφ. τ΄ ιϛ δ΄ ζ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ι΄ τ΄ λα΄ κεφ. τελευτ.

γ΄ Ὁ ἀδέσποτα ὄντα πράγματα νεμηθεὶς διὰ τέσσαρας ἐνιαυτοὺς ἔχει κατὰ τῆς δημοσίου παραγραφὴν ὡς β΄ ζ΄ τῶν κεφ. τ΄ ζ΄ δ΄ α΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ γ΄ τ΄ ιγ΄ κεφ. α΄.

δ΄ Ὁ περὶ τῆς ἀποκαταστάσεως λόγος ἐντὸς τεσσάρων ἐνιαυτῶν μετὰ τὸν κεφ. χρόνον ἐὰν μὴ ἐναχθῇ καὶ πληρωθῇ σβέννυται ὡς β΄ β΄ τῶν κεφ. τ΄ κα΄ δ΄ ζ΄ καὶ τ΄ ιγ΄ δ΄ ζ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ι΄ τ΄ ιδ΄ κεφ. με΄ καὶ τ΄ λα΄ κεφ. τελευτ.

ε΄ Ὁ δημόσιος ἐὰν ἄσω τετραετίας μηνυθῇ αὐτῷ τὰ βακάντια πράγματα καὶ ἀκληρονόμητα οὐκ ἔτι ἔχει ἀγωγὴν ὡς β΄ μθ΄ τῶν διγ. δ΄ α΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ νϛ΄ τ΄ β΄ κεφ. α΄ θεμ. β΄.

ϛ΄ Καὶ τὸ τῆς ὑπερθεματισμοῦ δίκαιον καὶ τὸ τῆς ὑπὲρ τὸ διπλάσιον ἐντὸς τετραετίας ἱκανοῦται κινεῖσθαι. ἰστέον δὲ ὅτι ῥητῶς μὲν τοῦτο τοῖς νόμοις οὐ διηγόρευται ἀλλ᾽ ἀπεδείχθη, ὡς ἐμάθομεν ἐν τῷ ι΄ β΄ τῶν βασιλικῶν τ΄ α΄ κεφ. α΄ ἡ ἀποκατάστασις δίδοται διὰ τὴν ἡλικίαν ἢ τὸν φόβον ἢ τὴν πανουργίαν ἢ τὴν ἀπουσίαν ἢ διὰ ἐναλλαγὴν τῆς καταστάσεως ἢ τὴν δικαίαν πλάνην, ὁ δὲ τέλειος τῆς ἀποκαταστάσεως χρόνος τετραετὴς ἐστὶν, ἱκανοῦται παρὰ τοῖς παλαιοῖς, καὶ τὸ περὶ τῆς ὑπερθεματισμοῦ καὶ τὸ περὶ τῆς ὑπὲρ τὸν διπλασιασμὸν δίκαιον καὶ ἐντὸς τετραετίας κινεῖται ὡς ἐκ μιᾶς τῶν εἰρημένων αἰτιῶν τὴν ἀρχὴν λαμβάνον. καὶ τοῦτο ἐκράτησεν ἐν τῷ δικαστηρίῳ ἄλλου λείποντος νόμου ῥητοῦ.

## Περὶ πενταετίας.

α΄ Ἡ πενταετία τῆς διανομῆς ἤτοι τῆς κατὰ τῶν διαθηκῶν μέμψεως περὶ ἧς διαλαμβάνει β΄ γ΄ τῶν κεφ. τ΄ κη δ΄ ις κεφ. λδ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ λδ΄ τ΄ α΄ κεφ. λγ΄ καὶ μθ΄ τοῖς νῦν μετὰ τοὺς ι΄ χρόνους τρέχει ὡς β΄ β΄ τῶν κεφ. τ΄ μ΄ δ΄ ϛ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ι΄ τ΄ κγ κεφ. ϛ΄. μετὰ δὲ τούτους τοὺς χρόνους οὐ δυνατόν ἐστι κινεῖσθαι εἰ μὴ ὑπὸ μεγάλης καὶ δικαίας αἰτίας ὡς δηλοῖ τὸ παρακείμενον σχόλιον τῷ ἀρχομένῳ μθ΄ κεφ. τοῦ α΄. τ΄. λδ΄ β΄. τῶν βασιλικῶν.

β΄ Ὁ αἰχμάλωτος πέντε ἔτη δουλεύσας τῷ ἀναρρυσαμένῳ αὐτὸν ἐλευθεροῦται ὡς β΄ η΄ τῶν κεφ. τ΄ ν΄ δ΄ κ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ λδ΄ τ΄ β΄ κεφ. τελευτ.

γ΄ Τὸ ἀλόγως πέμπειν ῥεπούδιον ἤτοι ἀποστάσιον, οὐ λύει τὸν γάμον δηλονότι ἕως ὅτε παρέλθῃ πενταετία διὰ γυναικὸς. διὰ δὲ ἀνδρὸς, ἐνιαυτὸς. ἀλλὰ καὶ ἡ μοιχευθεῖσα ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ ὑπόκειται τῷ ἀνδρὶ ὡς β΄ η΄ τῶν κεφ. τ΄ ιζ΄ δ΄ κ΄ ἥτις οὐκ ἔστιν ὡς τὰ βασιλικά. ἐδείχθη γὰρ ἀντὶ ταύτης τὸ ιβ΄ κεφ. τῶν κβ΄ παρῆς.

δ΄ Τὸ μοιχικὸν κατὰ πενταετίαν σβέννυται ὡς β΄ μη΄ τῶν διγ. τ΄ ε΄. δ΄ κε΄ καὶ β΄ θ΄ τῶν κεφ. τ΄ θ΄ δ΄ κζ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄ τ΄ λζ΄ κεφ. κε΄ θεμ. δ΄ καὶ κεφ. ξβ΄.

ε΄ Εἴσω πενταετίας ὁ μὴ ἐναχθεὶς ἔτι ζῶν περὶ τῆς οἰκείας καταστάσεως ἀποτελευτήσας οὐ ζητεῖται μετὰ τοὺς πεντεκαιδεκατοὺς τὰ περὶ τῆς τύχης αὐτοῦ ὡς β΄ μ΄ τῶν διγ. τ΄ ιε΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ μϛ΄ τίτλος ια΄ κεφ. α΄.

ϛ΄ Ὁ μοιχὸς μετὰ πενταετίαν οὐκ ἐνάγεται ὡς β΄ μη΄ τῶν διγ. τ΄ ε΄. δ΄ λ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄ τ΄ λζ΄ κεφ. λ΄ καὶ μα΄.

ζ΄ Εἴσω πενταετίας ἐκκλησιαστικὴ ὁ δεσπότης τὸ γεγονότα παρὰ γνώμην αὐτοῦ κωδικέλλον αἰτεῖται ὡς β΄ ιϛ΄ τῶν κεφ. τ΄ ι΄. δ΄ δ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ϛ΄ τ΄ κε΄ κεφ. ι΄.

η΄ Ἡ εἰς τοὺς ἄρχοντας Κωνσταντινουπόλεως γινομένη δωρεὰ μετὰ διαδοχὴν, τῇ πενταετίᾳ κυροῦται. τὸ αὐτὸ καὶ διὰ συμπόνων αὐτῶν καὶ δομεστίκων ὡς β΄ α΄ τῶν κεφ. τ΄ ιγ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ϛ΄ τίτλος γ΄ κεφάλαιον τελευταῖον.

θ΄ Μετὰ πενταετίαν τῆς ἐλευθερίας οὐδεὶς ἀναβοᾷ εἰς δουλείαν ὡς β΄ μ΄ τῶν διγ. τ΄ ιδ΄. δ΄ δ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ μϛ΄ τ΄ ε΄ κεφ. δ΄.

Καὶ

A δ' Καὶ μετὰ θάνατον τῆς μοιχευθείσης γυναικὸς ἐντὸς πέντε χρόνων τῶν ψηφιζομένων ἐξότε ἡμάρτηται ἡ μοιχεία, δύναταί τις κατηγορεῖν τοῦ μοιχοῦ. ὡς β΄ μθ΄ τῶν διγ. τ΄ ε΄ δ΄ θ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄ τ΄ λζ΄ κεφ. ιγ΄ θεμ. ε΄.

ια΄ Κατὰ τρυφὴν καὶ πανουργίαν ἐφόνευσέ τις τινὰ καὶ ὁ αὐθέντης αὐτοῦ μετὰ πενταετίαν αὐτὸν ἐξορίζεσθαι ἀπεδείχθη ὡς β΄ μθ΄ τῶν διγ. τ΄ ς΄ δ΄ δ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄ τ΄ λθ΄ κεφ. δ΄.

ιβ΄ Ἐπὶ πενταετίαν ἐξορίζεται ὁ ἄρχων ἀνεχόμενος συνηγορεῖν αὐθεντικῶς ὡς β΄ β΄ τοῦ κωδ. τ΄ ς΄ δ΄ ... τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ν΄ τ΄ δ΄ κεφ. ια΄.

B ιγ΄ Πενταετίας παραδραμούσης οὐκέτι ζητεῖ ὁ ἁρμόσιος τὸ κλεφθὲν πλανηθὲν ἤτοι τὸ ἀποκρυβὲν ἀπομμεμερισμένον, ἀλλ' οὐδὲ πρὸ τῆς πενταετίας, ἐν ᾧ μὴ φάσκεται τὸ πρᾶγμα μέχρι τοῦ δόλου κρύπτεσθαι τυχὸν γὰρ δοῦλος ὢν καὶ ἠλευθερώθη ὡς β΄ δ΄ τοῦ κωδ. τ΄ ξα΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ νς΄ τ΄ δ΄ κεφ. β΄.

ιδ΄ Ἐὰν παρὰ τὴν διάταξιν τις ἐκβιβασθῇ ἤτοι ἀπαιτηθῇ ἢ ὀχληθῇ ὁ ἀπαιτήσας ἢ ὀχλήσας δημεύσει καὶ ἐξορίᾳ πενταετίας ὑποβληθήσεται ὡς παρὰ ριβ΄ κεφ. δ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄ τ΄ δ΄ κεφ. β΄ θεμ. β΄.

ιε΄ Ἐάν τις τῷ τελευταίῳ βουλήσει κελεύσῃ ἐνεχύριον οἶκον γενέσθαι ὀφείλει ἐντὸς πέντε χρόνων οἰκοδομεῖσθαι ὡς παρὰ ρλα΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ε΄ τ΄ γ΄ κεφ. ζ΄.

C ις΄ Τὸ δὲ πεκουλάτου ἔγκλημα μετὰ πενταετίαν οὐ κινεῖται ὡς β΄ μη΄ τῶν διγ. τ΄ ιγ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄ τ΄ μη΄ κεφ. ι΄.

ιζ΄ Ὁ ἀποστὰς τῆς ἐκκλησίας καὶ γενόμενος ἕλλην ἢ ἰουδαῖος καὶ μετὰ θάνατον κατηγορεῖται ἐντὸς πέντε χρόνων συναπτομένων. ὡς β΄ α΄ τοῦ κωδ. τ΄ ζ΄ δ΄ β΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄ τ΄ νδ΄ κεφ. κα΄.

## Περὶ χρόνων ἑπτά.

α΄ Ἔμφασις δίκης ἔστιν νόμιμος ὁ ἔλαττον τῶν ἑπτὰ ἐτῶν. ὡς β΄ ε΄ τοῦ κωδ. τ΄ θ΄ δ΄ γ΄ καὶ τ΄ λ΄ δ΄ ιζ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ μ΄ τ΄ α΄ κεφ. ι΄ καὶ β΄ λα΄ τ΄ ιδ΄ κεφ. ιγ΄ καὶ ὁ μνηστεύεται ὡς β΄ κγ΄ τῶν διγ. τ΄ α΄ δ΄ ια΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ κη΄. τ΄ α΄. κεφ. ια΄.

D β΄ Διὰ ἑπταετίας τοῦ ἐκδικηθέντος ὁ καταχωσθεὶς καὶ τελευτήσας ὑπὲρ αὐτοῦ διανέμεται τῆς γῆς.

γ΄ Ἀπὸ ἑπτὰ χρόνων ἐνάγεταί τις, αὐθέντης τοῦ ὑπηρέτου ὡς β΄ κς΄ τῶν διγ. τ΄ ζ΄ δ΄ κγ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ λζ΄ τ΄ ζ΄ κεφ. κγ΄.

## Περὶ ὀκτὼ χρόνων.

α΄ Ὁ ἀνάγνωστος ἐλάττων ὢν τῶν ὀκτὼ χρόνων οὐ χειροτονεῖται ὡς παρὰ ρκγ΄ κεφ. ι΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ γ΄ τ΄ α΄ κεφ. ς΄.

## Περὶ δεκαετίας.

E α΄ Τὰ ἀκίνητα μεταξὺ παρόντων διὰ δεκαετίας καὶ ἀπόντων εἰκοσαετίας τῇ χρονίᾳ νομῇ διασώζονται ὡς β΄ ζ΄ τοῦ κωδ. τ΄ λ΄ καὶ λγ΄ καὶ λθ΄ καὶ παρὰ ριθ΄ κεφ. η΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ν΄. τ΄ ε΄. καὶ ιε΄ ιβ΄ καὶ ιθ΄ κεφ. ια΄.

β΄ Οὐκ ἀντιτίθεται τῇ ὑποθεκαρίᾳ κονδικτικίᾳ ἤτοι τῶν μὴ χρεωστουμένων καταβληθέντων δὲ τῇ ἀπαιτήσει ἡ τοῦ μακροῦ χρόνου παραγραφὴ ἤτοι ἡ τῶν ι΄ καὶ κ΄. ἀλλ' ἐτῶν λ΄. ὡς β΄ ιβ΄ τῶν διγ. τ΄ ς΄ δ΄ ιβ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ κδ΄ τ΄ ς΄ κεφ. ιβ΄.

γ΄ Πολὺς χρόνος λέγεται καὶ ἡ δεκαετία ὡς β΄ γ΄ τοῦ κωδ. τ΄ λδ΄. δ΄ α΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ νη΄ τ΄ β΄ κεφαλ. α΄.

F δ΄ Ὁ φυγὰς οἰκέτης διὰ χρόνου οὐ διασώζεται ὡς β΄ ς΄ τοῦ κωδ. τ΄ α΄ δ΄ α΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄ τ΄ ζ΄ κεφαλ. ς΄.

ε΄ Τὰ περὶ κακῶς ἀρχθέντα διὰ χρόνου τῇ δεκαετίᾳ ἢ καὶ εἰκοσαετίᾳ οὐ διασώζονται ὡς β΄ ζ΄ τοῦ κωδ. τ΄ λγ΄ δ΄ ε΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ν΄ τ΄ ια΄ καὶ ς΄.

ς΄ Μετὰ δέκα ἔτη οὐκ ἀνυρεῖται ἡ διαθήκη εἰ μὴ γὰρ τῷ μέσῳ ὁ διαθέμενος ἄνευ παρουσίας μαρτύρων ὅτι οὐ θέλει ταύτην ἐρρῶσθαι ὡς β΄ ς΄ τοῦ κωδ. τ΄ κγ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ λε΄ τ΄ β΄ κεφ. κβ΄.

ζ΄ Ὁ χρόνος τῆς πρὸς προικὸς ἀναργυρίας δεκαετία ἐστὶν ὡς παρὰ ρ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ κθ΄ τ΄ γ΄.

Οἱ ὑπολειχόμενοι τοὺς ἀπελάτας ἐπὶ δεκαετίαν ἐξορίζονται ὡς β΄ μζ΄ τῶν διγ. τ΄ ιδ΄ δ΄ γ΄ τῶν δὲ

G βασιλικῶν β΄ ξ΄ τ΄ κε΄. κεφ. γ΄ θεμ. δ΄.

η΄ Εἰ τοὺς εἰς μέταλλον ἀποδεδομένους ἐπὶ ἀπαιτείαν τοῦ δικαστοῦ μὴ δοθῇ χρόνος δέκα ἐνιαυτῶν δοκοῦσιν δοθῆναι τῇ καταδίκῃ αὐτῶν. ὡς β΄ μη΄ τῶν διγ. τ΄ ιθ΄ δ΄ κγ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ξ΄ τίτλος να΄ κεφ. κβ΄.

ε Ἡ χρῆσις τῶν καρπῶν καὶ ἡ δουλεία τοῦ νοσοῦντος ὡσαύτως τῇ ἀχρησίᾳ τῶν εἴκοσι καὶ εἴκοσι γίνονται φθείρονται, ὡς Β γ τοῦ κωδ. τ λγ δ ιγ τῶν δὲ βασιλικῶν Β. ιε τ κ κεφ. λβ.

ια Ὁ ποιήσας ἐν πόλει δέκα ἔτη δοκεῖ τὴν οἴκησιν ἐκεῖ ἔχειν ὡς Β ι τ κωδ. τ μ δ Β. τῶν δὲ βασιλικῶν Β νδ τ Β κεφ. Β.

ιβ Ἐάν τις αἰτήσῃ παρὰ βασιλέως ἐξεῖναι αὐτῷ πανήγυριν ἐπιτελεῖν ἤτοι τὴν λεγομένην ἐκκλησίαν καὶ τῶν δέκα ἐτῶν μὴ χρήσηται τῷ τοιούτῳ δικαίῳ ἐκπίπτει αὐτοῦ ὡς Β ν τ διγ. τ ια τῶν δὲ βασιλικῶν Β νδ τ ς κεφ. ζ.

## Περὶ χρόνων ιβ.

α Ἡ πρὸ τῶν δώδεκα ἐτῶν γαμουμένη, γάμον οὐ ποιεῖ. εἰ δὲ πρὸ τῶν μνηστεία, αὕτη μένει ὡς Β λγ τῶν διγ. τ α δ η. τῶν δὲ βασιλικῶν Β κη τ α κεφ. ς ὁ ὡσαύτως θέλων λῦσαι ταύτην εἰ μὲν πρόστιμον ἐπηρωτήθη, ἀπαιτηθήσεται αὐτὸ ὡς παραβαίνων τὰ σύμφωνα. εἰ δὲ ἀρραβῶνα ἐδόθη μόνον, αὐτὸς διπλασιάζεται. ὡς Β ε τ κωδ. τ α δ ε. τῶν δὲ βασιλικῶν Β κη τ Β κεφ. Β.

β Αἱ θήλειαι μετὰ ιβ ἔτη ἔφηβοι κρίνονται ὡς Β ε τ κωδ. τ ξ δ γ. τῶν δὲ βασιλικῶν Β λγ τ ιθ κεφαλ. γ.

## Περὶ χρόνων δεκατεσσάρων.

α Ὑπεξουσιοῦμεν τοὺς ἄῤῥενας ἕως δεκατεσσάρων χρόνων. τὰς δὲ θηλείας ἕως ιβ ὡς ε κη τ διγ. τ ς τῶν δὲ βασιλικῶν Β λε τ ι κεφ. Β.

β Ὁ ἐλάττων τῶν δεκατεσσάρων χρόνων οὐ βεβαιοῦται ὡς ε μη τῶν διγ. τ ιη δ θ. τ δὲ βασιλικῶν ε ξ τ ν κεφ. θ ὅτι μάρτυς. ὡς Β κβ τ διγ. τ ε δ κ. τῶν δὲ βασιλικῶν Β. κα τ α κεφαλ. ιε.

γ Ὁ δεκατεσσάρων ἐτῶν γενόμενος καὶ διατίθεται καὶ ἐλευθεροῖ ἐν διαθήκῃ ὡς ριθ. παρὰ κεφ. γ τῶν δὲ βασιλικῶν Β μη τ κς κεφ. Β.

## Περὶ χρόνων δεκαπέντε.

α Πάντες οἱ ἐντελλόμενοι φροντίδα δημοσίων ἔργων μέχρι δεκαπέντε ἐτῶν κινδυνεύουσι μόνοι μετὰ τῶν αὐτῶν κληρονόμων εἰ ζημία συμβῇ εἰς γὰρ τὰ τυχηρὰ οὐκ ἐνέχονται ὡς Β η τ κωδ. τ ια δ ν τῶν δὲ βασιλικῶν. Β νθ τ ιβ κεφ. κ.

β Βουλευτὴς ἢ ταξεώτης οὐ δύναται ἢ κληρικὸς ἢ ἐπίσκοπος χειροτονηθῆναι εἰ μὴ ἐν μοναστηρίῳ δεκαπέντε ἔτη ἐποιήσεν ἐκτελῶν τὸν μοναχικὸν βίον ὡς παρὰ ρλζ τῶν δὲ βασιλικῶν ε γ τ α κεφ. κ, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἕτερός τις λαϊκὸς εὐθέως ἐπίσκοπος χειροτονεῖται εἰ μὴ πρότερον τρεῖς μῆνας ποιήσει ἐν κληρικοῖς τελῶν ὡς παρὰ ρκγ κεφ. ι ὅπερ οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά. ὅτι δὲ χολάζει θρόνος εἰ μὴ ἐντὸς μηνῶν ἐξ διὰ τῶν κληρικῶν καὶ τῶν πρώτων τῆς πόλεως γένηται ψήφισμα. τότε ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι κινδύνῳ τῆς ἰδίας ψυχῆς, ὃν βούλεται χειροτονεῖν δύναται καὶ ὁ παρὰ τὴν διάταξιν ταύτην χειροτονῶν ἐπίσκοπος ἐν ἑνὶ ἔτει χωρίζεται τῆς λειτουργίας ὡς παρὰ ρκγ κεφ. ε ὅπερ οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά.

γ Ὁ ἀδελφὸς ἀγρὸς ἀγοραζόμενος καὶ δίκην παρέχει διατιμώμενος ὡς ι ἔτη ὡς Β γ τ ηγ δ λς τῶν δὲ βασιλικῶν Β μζ τίτλος κεφ. ζ θεμ. γ.

## Περὶ χρόνων δέκα ἕξ.

α Ὁ τὸ ἓξ καὶ δέκατον ἀνύων ἐνιαυτὸν, οὐ γίνεται σιτώνης ὡς Β ν τῶν διγ. τ ε τῶν δὲ βασιλικῶν Β νδ τ ι κεφ. ε.

## Περὶ χρόνων δεκαεπτά.

α Ὁ πληρώσας τοὺς δεκαεπτὰ ἐνιαυτοὺς ἀρξάμενος τοῦ ιη. δύναται συνηγορεῖν ὡς Β γ τ α δ α τῶν δὲ βασιλικῶν Β θ τ α κεφ. α θεμ. γ.

β Ὁ προκαρκτικὸς μὴ ἔσω ἥττων τῶν ιζ ἐτῶν ὡς Β γ τ ς.

γ Ὁ ἥττων τῶν δεκαεπτὰ ἐνιαυτῶν οὐδὲ κατὰ φιδεϊκόμισσον δίδωσιν ἐλευθερίαν χωρὶς τελευταίας βουλήσεως ὡς Β μ τ διγ. τ α δ κ καὶ τ ε δ ι. τῶν δὲ βασιλικῶν Β μη τ α κεφ. κ καὶ τ Β κεφ. α.

## Περὶ χρόνων ιη.

α Ἡ τελεία καὶ μεγάλη ἥβη τῶν ἀῤῥένων, δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη εἰσὶν ὡς Β λα τ α δ ιγ τῶν δὲ βασιλικῶν

A λικῶν β' μοδ' τ' ιοδ' κεφ. ιγ' καὶ ἰνστ. α' τ' ι' τῶν δὲ βασιλικῶν β' λγ' τ' α' κεφ. μζ'.

Ὁ ἐρηθεὶς τῶν μείζων ὀκτὼ καὶ δέκα ἐτῶν ὀφείλει ἐπὶ τῶν ἐρηθευομένων ὡς ἰνστ. α' τ' ι' τῶν δὲ βασιλικῶν β' λγ' τ' α' κεφ. μζ' θεμ. δ'.

Ἡ αἰτοῦσα συγγνώμην ἡλικίας τὰ δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη ὀφείλει πληρῶσαι ὡς β' β' τί μοδ' β'. τῶν δὲ βασιλικῶν β' ι' τ' κζ' κεφ. β' θεμ. β'.

Ἐάν τις ἐν διαθήκῃ καταλίπῃ κληρονόμον ἥττονα τῶν δεκαοκτὼ ἐτῶν καὶ αἰχμαλωτισθῇ ὁ μελλήσας ἐγγραφεὶς παρὰ τῇ ἀναγορεύσει τῶν γραφέντος αὐτὸν κληρονόμον, συγγινώσκεται δὲ τῆς τοιαύτης ἀτελοῦς

B ἡλικίας. ὡς παρὰ μεν τῶν δὲ βασιλικῶν β' λα' τ' γ' κεφ. λα' θεμ. τελευταῖον.

## Περὶ χρόνων κ'.

Ὁ ἑαυτὸν πωλῶν, πρόκειμαι ὑφίσταται μείζων ὢν τῶν κ' ἐνιαυτῶν ὡς ἰνστ. α' τ' κ' καὶ β' α' τ' α' [illegible] α' καὶ β' μ' τ' ιγ' δ' α' [illegible] δ' β' ἅ τινα ἐκ τούτων εἰς τὰ βασιλικὰ οὐ καὶ οἱ τίτλοι εὑρίσκονται ἐν β' μ' τῶν δὲ βασιλικῶν τ' θ' καὶ ι'.

Ὁ ἥττων τῶν κ' ἐνιαυτῶν ἐν δύναται ἐν ζωῇ ἐλευθερῶν εἰ μὴ κατὰ τὴν νομικὴν παρατάξιν ὡς β' β' μ' τῶν διγ. τ' β' [illegible] καὶ δ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' μ' τ' β' κεφ. ι' θεμ. β' καὶ γ' καὶ κεφ. δ'.

C Οἱ μείζονες τῶν κ' ἐνιαυτῶν αἰτοῦσι συγγνώμην ἡλικίας ὡς β' β' τ' μδ' δ' β' τῶν δὲ βασιλικῶν β' ι' τ' κζ' κεφαλ. β'.

Ὁ ἐπιβὰς τῆς τελευταίας ἡμέρας τῶν κ' ἐνιαυτοῦ καλῶς ἐλευθεροῖ ὡς β' μ' τῶν διγ. τ' α' δ' α'. τῶν δὲ βασιλικῶν β' μη' τ' α' κεφ. α'.

Ὁ ἥττων τῶν κ' ἐτῶν, οὐ δύναται πωλεῖν ἐπὶ ὅρῳ ἐλευθερίας ὡς β' ιη' τ' ζ' δ' δ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' ιθ' τ' ζ' κεφ. δ'.

Ὁ ἥττων τῶν κ' ἐτῶν οὐ δύναται δικάζειν ὡς β' δ' τῶν διγ. τ' η' δ' μα' τῶν δὲ βασιλικῶν β' ζ' τ' β' κεφαλ. μα'.

Τὰ ἐγκλήματα κ' ἐνιαυτοῖς φθείρονται ὡς β' θ' τῶν κωδ. τ' κβ' δ' ιβ' καὶ β' μη' τῶν διγ. τ' γ' δ' ιβ' ζ'

D τῶν δὲ βασιλικῶν β' ξ' τ' μα' κεφ. μζ' καὶ β' να' τ' γ' κεφ. ιβ'. χωρὶς τῶν περὶ μοιχείας ὡς β' μη' τῶν διγ. τ' ε' δ' κϛ' καὶ β' θ' τῶν κωδ. τ' θ' δ' κζ'. τῶν δὲ βασιλικῶν β' ξ' τ' λξ' κεφ. κα' θεμ. δ' καὶ κεφ. ξ' β' καὶ τοῦ δ' πεκουλάτου ἤτοι τῶν καταβλαπτόντων περὶ τὰ δημόσια χρήματα ἢ τὰ διαφορηθέντα ὡς β' μη' τῶν διγ. τ' ιγ' δ' κ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' ξ' τ' μα' κεφ. ν'. τοῦτο γὰρ τῇ πενταετίᾳ κλείονται τὸ δὲ περὶ ὕβρεως δι' ἐνιαυτοῦ ὡς β' θ' τῶν κωδ. τ' λε' δ' ϛ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' ξ' τ' κα' κεφ. μα'.

Ὁ ὑπὲρ κ' ἔτη στρατευσάμενος ἀπέχεται πολιτικῶν λειτουργιῶν ὡς β' κζ' τῶν διγ. τ' α' δ' θ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' λη' τ' α' κεφ. θ' θεμ. β'.

Ἐν τοῖς πολιτικοῖς λογοθεσίοις ὁ παρὰ τὴν ψῆφον πλείω καλῶς ἀναψηλαφᾶται μετὰ δέκα καὶ

E εἴκοσιν ἐνιαυτοὺς ὡς β' ν' τ' η' δ' ϛ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' νδ' τ' ι' κεφ. ϛ'.

Ἐάν τις καλῇ πίστει διατρίψῃ ἐν ἐλευθερίᾳ ὑπὲρ εἴκοσιν ἐνιαυτοὺς ἢ κακῇ πίστει ὑπὲρ μ'. οὐ δύναται παρὰ τύχης ὀχλεῖσθαι εἰ μὴ ἐστι φυγὰς ὡς β' ζ' τῶν κωδ. τ' κβ'. δ' α' καὶ τ' λθ' δ' ϛ'. τῶν δὲ βασιλικῶν β' μη' τ' κδ' κεφ. α' καὶ β' ν' τ' ιδ' κεφ. ϛ'.

Ἡ προσαγγελία τῶν βακάντων ἤτοι τῶν ἀκληρονομήτων πραγμάτων τετραετία παρατρέχει, εἰ δὲ μὴ ἤρχθη ἡ περὶ τούτων δίκη καὶ ὑπὲρ τοὺς κ' ἐνιαυτοὺς ἐπικρατεῖται ὡς β' μθ' τ' ιδ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' νϛ' τ' β' κεφ. α' θεμ. β' ὑπὲρ δὲ τῇ οὐσίᾳ τῶν ῥιψασπίδων ἤτοι ἀναζητουμένων κ' ἔτη φυλάττονται ὡς β' μη' τ' ιζ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' ξ' τ' μθ' κεφ. β' καὶ δ' καὶ αἱ δίκαι αἵ τινες ἀπὸ τοῦ πρώτου δηλάτορος ἤτοι καταμηνυτοῦ προσηνέχθησαν λέγονται καὶ ὑπὲρ τῶν ἀκληρονομήτων καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων πραγμάτων ὑπὲρ τοὺς κ'

F ἐνιαυτοὺς ἐκτείνονται ὡς β' μθ' τ' ιδ'. τῶν δὲ βασιλικῶν β' νϛ' τ' β' κεφ. α' θεμ. β'.

## Περὶ χρόνων κε'.

Ἐπίτροπος ἢ κουράτωρ εἰ μὴ ἔστιν κε' ἐνιαυτῶν ὁ ἐπιτροπευθεὶς ἀρχὴ ἐρηθεύεται αὐτὸν ὡς β' α' τ' ζ' δ' ιζ'. τῶν δὲ βασιλικῶν β' λγ' τίτλος α' κεφ. ιγ' θεμ. δ'.

Ὁ ἥττων τῶν κε' ἐνιαυτῶν ὡς φροντίδα οὐ καλεῖται πλὴν ὑπὲρ τούτου ἤδη θέματι κεχρησθεὶς ὁ κε' χρόνος αὐτὸς συμπληρωμένος παραλαμβάνεται ὡς β' ν' τῶν διγ. τ' δ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' νδ' τ' δ' κεφαλ. ζ'.

G Ὁ πληρώσας τῶν κε' ἐνιαυτὸν τέλειός ἐστι καὶ ὁ μὴ πληρώσας ἀτελὴς καὶ οὐ δύναται κυρίως δικάζειν τὰ ἴδια ὡς β' δ' τ' δ' δ' α' τῶν δὲ βασιλικῶν β' ι' τίτλος δ' κεφ. α'.

Ὁ μείζων τῶν κε' ἐνιαυτῶν νόμον ἀγνοήσας οὐ συγγινώσκεται ὡς β' α' τ' ζ' δ' β' τῶν δὲ βασιλικῶν β' β' τ' δ' κεφ. ια'.

ε΄ Ο ἄπειρος τῶν κ΄ ἐνιαυτῶν δανεικῶν λόγους οὐκ ἀπαιτεῖ, ὡς β ι΄ τ΄ λ΄ δ΄ ι΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β λζ τ΄ δ΄ κεφ. κ΄.

ς΄ Καὶ μετὰ τὸν κ΄ χρόνον οἱ ἄσωτοι καὶ οἱ μαινόμενοι κουρατωρεύονται, ὡς β ι΄ τ΄ ι΄ δ΄ α΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β λη τ΄ ι΄ κεφ. ιζ΄.

ζ΄ Διάκονος ἢ ὑποδιάκονος ἥττων τῶν κε΄ ἐνιαυτῶν οὐ γίνεται, ὡς παρὰ ρκγ΄. τῶν δὲ βασιλικῶν β γ΄ τ΄ α΄ κεφ. κε΄.

η΄ Ἐὰν ἡ ἀντιπροικισθεῖσα παρά τινος καὶ λόγους λάβῃ τοῦ διοικήσεως καὶ ὑπερβῇ τὸν κε΄ ἐνιαυτὸν διαλύεται, ταύτην ἀγαγέσθω ὁ τῆς ἐπιτρόπου υἱὸς ὡς β ι΄ τοῦ κεφ. τ΄ ς΄ δ΄ ι΄ καὶ αὕτη μὲν ἡ διάταξις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά. ἔστι δὲ ἀντὶ ταύτης τὸ ξς΄ δ΄ τοῦ β τ΄ τοῦ κδ΄ β γὰρ β΄ τῶν βασιλικῶν κε΄ τ΄ ι΄ κεφαλ. ια΄.

θ΄ Οἱ λόγοι τοῦ κουράτωρος πρὸ τῶν κε΄ ἔτους τοῦ ἀφήλικος οὐκ ἀπαιτοῦνται, ἐφ᾽ ὅσον μένει κουράτωρ, ὡς β ι΄ τοῦ κεφ. τ΄ λζ΄ δ΄ ιδ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β λη΄ τ΄ θ΄ κεφ. κγ΄.

ι΄ Ἐὰν ὁ ἀφῆλιξ συγγνώμην ἡλικίας αἰτήσας δωρήσηται, οὐκ ἐρρῶται ἡ δωρεὰ εἰ μὴ ἄρα μετὰ τοὺς κε΄ ἐνιαυτοὺς δίχα ἢ κε΄ ἐνιαυτοὶ παραδράμωσιν, ὡς β ι΄ τοῦ κεφ. τ΄ ολ΄ δ΄ ολ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β΄ ι΄ τ΄ δ΄ κεφ. τελευταῖον.

ια΄ Οἱ παῖδες οἱ ὑπεξούσιοι εἰσὶ μέχρι τῶν κε΄ ἐνιαυτῶν λόγους χαλάζοντες ἢ λειτουργοῦσιν, ὡς β ι΄ τοῦ κεφ. τ΄ ι΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β νδ΄ τ΄ ζ΄ κεφ. ι΄.

## Περὶ χρόνων. κθ΄.

α΄ Μετὰ τὸν κε΄ ἐνιαυτὸν καὶ τὸν ὕστερον ἤτοι συνεχῆ τουτέστιν τὸν κθ΄ διαλύεται ὁ ἐπίτροπος τῇ ἐπιτροπευθείσῃ πρὸς γάμον ἀγαγέσθαι μετὰ τὸ δοῦναι τοὺς λόγους, ὡς β κγ΄ τῶν διγ. τ΄ β΄ δ΄ ξς. τῶν δὲ βασιλικῶν β κη΄ τ΄ ι΄ κεφ. ιη ζήτει καὶ β μα΄ τ΄ ι΄ δ΄ ζ γὰρ β τῶν βασιλικῶν ξ τ΄ λξ κεφ. θ΄ καὶ εὑρήσεις περὶ ἐνιαυτοῦ κε΄.

β΄ Ἀφῆλιξ ἐπιτυχὼν ὅρκον ὃν περιέγραψεν ὡς τοῦτο ἔχει ῥεσλιτουτιῶνα καῦζα κογνίτα τουτέστιν ἀνατροπὴν τῆς αἰτίας διαγνωσθείσης ἕως τοῦ κθ΄ ἐνιαυτοῦ, ὡς β΄ ιβ τ΄ β΄ δ΄ θ΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β κβ΄ τ΄ ι΄ κεφ. α΄ θεμ. δ΄.

γ΄ Καὶ ἡ ἐμφύτευσις ἤτοι ἐκμίσθωσις μέχρι τῶν κ΄ χρόνων ὑπεραποτείνεται, ὡς β α΄ τ΄ β΄. δ΄ κδ΄ ἡ δὲ διάταξις αὕτη οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικὰ οὐδὲ μέμνηται κθ χρόνον, ἀλλὰ μόνον κ΄ περὶ δὲ κθ΄ διαλαμβάνει ἡ ρκ παρὰ ιη β ι΄ τῶν βασιλικῶν τ΄ β κεφ. ι΄.

## Περὶ χρόνων λ΄.

α΄ Ἡ τῆς κληρονομίας ἀπαίτησις οὐκ ἐκβάλλεται διὰ μακροῦ χρόνου, ὡς β ζ τοῦ κεφ. τ΄ λα΄ δ΄ δ΄ καὶ β ς΄ τ΄ λ΄ δ΄ ς τῶν δὲ βασιλικῶν β ι΄ τ΄ ιβ κεφ. δ΄ καὶ β λς τ΄ ιδ΄ καὶ ιδ΄.

β΄ Ἡ ὑπὲρ τῆς προικὸς ἀγωγὴ μακροῦ χρόνου παραγραφῇ οὐκ ἐκβάλλεται, ὡς β α΄ τοῦ κεφ. τ΄ μα΄ δ΄ κα΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β ιθ΄ τ΄ ιθ κεφ. κα΄.

γ΄ Ἡ περὶ ἀπαιτήσεως κληρονομίας καὶ πᾶσα προσωπικὴ ἀγωγὴ διὰ τριακονταετίας ἀναιρεῖται, ὡς β γ΄ τοῦ κεφ. τ΄ λα δ΄ ζ΄ καὶ β δ΄ τοῦ κεφ. τ΄ λα΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β μβ τ΄ α΄ κεφ. νζ καὶ β κς΄ τίτλος γ κεφ. β.

δ΄ Ἡ φαβιανὴ δίκη ἐστὶν ὡς β λα΄ τῶν διγ. τ΄ ι΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β μθ΄ τίτλος ς΄ κεφαλ. γ΄ θεμ. ς΄.

ε΄ Τὸ φινιουμ ρεγουνδόρουμ ἤτοι τὸ περὶ ὅρων καὶ ὁροθεσίων δικαστήριον τῇ ἀντιφωνήτῳ τριακονταετίᾳ σβέννυται, ὡς β γ τοῦ κεφ. τ΄ λθ΄ δ΄ ε΄ τῶν δὲ βασιλικῶν β νη΄ τ΄ θ΄ κεφ. τελευταῖον.

ς΄ Αἱ προσωπικαὶ ἀγωγαὶ τριακονταετίᾳ σβέννυνται, εἰ μὴ ἐνεπεξεργάσθῃ, ἤγουν διακοπῇ ὁ χρόνος διὰ ὑπομνήσεως ἢ κέλευσιν βασιλέως ἢ ἄρχοντος, ὡς β ζ τοῦ κεφ. τ΄ λθ΄. δ΄ γ΄. καὶ τ΄ μ δ΄ α. τῶν δὲ βασιλικῶν β ν΄ τ΄ ιδ΄ κεφ. ι καὶ τ. ιε κεφ. α΄.

ζ΄ Χωρὶς βίας ὁ λ΄ ἐτίᾳ ἀπαιρικόντως νεμηθεὶς διασώζει, ὡς β ν΄ τοῦ κεφ. τ΄ δ΄ δ΄ τελευταία τῶν δὲ βασιλικῶν β ν τ΄ γ΄ κεφ. ιθ΄.

η΄ Αἱ τεμπορέλιαι ἀγωγαὶ ἤτοι αἱ πρόσκαιροι καὶ ἐμπρόθεσμοι τῇ τριακονταετίᾳ σβέννυνται καὶ ὅτι ἐν τῶν τριῶν διπλῶν δικαστηρίων οἷον τὸ περὶ κοινῶν πραγμάτων διαιρέσεως περὶ οὗ διαλαμβάνει β ιβ΄ τῶν βασιλικῶν τ΄ β τὸ περὶ φαμιλίας διαιρέσεως περὶ οὗ διαλαμβάνει β μβ τ΄ γ΄ τὸ περὶ ὅρων ἰθυνομένων, περὶ οὗ διαλαμβάνει β΄ νη΄ τ΄ θ αἱ διπλαῖ λέγονται ὅτι ἐν τούτων ἑκάτερος μέρος καὶ ἐνάγει καὶ ἐνάγεται, ὡς φησὶ β΄ ιβ τ΄ β΄ κεφ. β καὶ β νη΄ τ΄ θ΄ κεφ. ιε΄ καὶ β΄ μβ τ΄ γ΄ κεφ. β θεμ. β. ὅτι ἡ φοῦρτι ἤτοι ἡ περὶ τῆς κλοπῆς ἀγωγὴ περὶ ἧς διαλαμβάνει β ξ τῶν βασιλικῶν

647

A βιβλίου, τ. ιβ. ὅτι ἡ προθεσμία τεσσάρων ἐτῶν ἡ περὶ κοινωνίας ... βασιλικῶν ... νόμων ... ἤτοι ἡ περὶ ... πραγμάτων βιαίως ἁρπαγέντων. περὶ ... β. ξ. τῶν βασιλικῶν τ. ιβ. ... τὰ ... ἰσχύει ὡς β. ζ. τοῦ κεφαλ. τ. μ. δ. ... βασιλικῶν β. ι. τ. ιε. κεφαλ. α. καὶ τὸ παρακείμενον τούτω σχόλιον. ... ὅτι ... ἐκ ... ἐγωγὴ οὐκ ἀπόλλυται ... ὡς β. τῶν βασιλικῶν ... κεφαλ. λθ.

... λ. ἔτη γεωργὸς ... ὡς β. ια. τοῦ κεφ. τ. μα. δ. ιθ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ... κεφ. ιε.

B Αἱ ἐκ διακρίσεως τικτόμεναι τέσσαρες ἀγωγαὶ ἤτοι ἡ περὶ ... ἡ κατ᾿ ... περὶ διακρίσεως πραγμάτων ... ἡ περὶ πραγμάτων ... ὡς παρὰ ... προσωπικαὶ εἰσὶν ὡς β. β. τοῦ κεφ. τ. η. δ. κγ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ιζ. τ. β. κεφ. κγ.

Ἐὰν ὁ ... τοῦ ἐναπογράφου γεωργοῦ ... λ. ἢ μ. χρόνοις, ὁ προσκομματιζόμενος ... ὡς β. ια. τ. ξε. δ. ... τ. μα. δ. ... καὶ ὁ ... ξε. τ. ... β. τῶν βασιλικῶν νε. τ. ια. ἡ δὲ περὶ τοῦ ἐναπογράφου διάταξις παρελείφθη ... μα. τ. ... β. τῶν βασιλικῶν τίτλῳ α. κεφ. κε.

Οὐδὲ λ. ἔτη ... ἐν ... ἐνάγεται περὶ γεωργίας ὡς β. ια. τ. ξε. δ. ς. καὶ ὁ μὲν ια. τ. ἐξελήφθη ἐν β. τῶν βασιλικῶν νε. τ. ια. ἡ δὲ διάταξις αὕτη

C παρελείφθη.

Μετὰ τὴν ... ἡ τριακονταετία τοῖς ... πᾶσιν αὐτίκα ... ὡς παρὰ κβ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. νη. τ. ιδ. κεφ. α. περὶ τὸ τέλος.

Ἐὰν καλῇ πίστει νομισθῇ τις πρᾶγμα ἑτέρου, ἢ καλῇ πίστει αὐτὸ ἀγοράσῃ ... λ. ... ἐνάγεται ὡς καλῇ πίστει νομισθεὶς ὡς παρὰ ρθ. κεφ. ... τῶν δὲ βασιλικῶν β. ... τ. ια. κεφ. ια.

Τῇ περὶ τῆς ἐπιτρόπων ἀγωγῇ τριακονταετία αὐτίκα ... ὡς β. ... τοῦ κεφ. τ. ... δ. ... τῶν δὲ βασιλικῶν β. λη. τ. γ. κεφ. κθ.

Τοῖς υἱοῖς μετὰ τὸν κ. χρόνον ... τὸ μέμψεως τῆς διαθήκης ἡ τριακονταετία ὡς

D β. β. τοῦ κεφ. τ. μ. δ. β. καὶ γ. τ. κη. δ. ις. ... τ. κθ. δ. ... τῶν δὲ βασιλικῶν β. ι. τ. κγ. κεφ. ... καὶ β. λθ. τ. α. κεφ. λγ. καὶ β. μα. τ. α. κεφ. ιδ.

Αἱ τοῦ φίσκου ... ἀγωγαὶ ... τῇ τοῦ χρόνου παραγραφῇ τῇ τῆς τριακονταετίας δηλονότι ὅσαι γὰρ περὶ τοῦ φίσκου ἀγωγαὶ κινοῦνται κατά τινων ... τὴν εἰκοσαετίαν τῇ τριακονταετίᾳ ... ὡς β. ι. τοῦ κεφαλ. τ. α. δ. ς. τῶν δὲ βασιλικῶν β. νς. τ. β. κεφ. ... καὶ β. μθ. τοῦ διγ. τ. ιδ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. νς. τ. β. κεφ. α. θεμ. β. καὶ σημείωσαι ὅτι περὶ ἀγωγῶν κινουμένων παρὰ τοῦ φίσκου εἰς ἐκδίκησιν πραγμάτων ὧν ... ἡ διάταξις διαλέγεται, ὁ μέντοι περὶ ὧν πραγμάτων κατέχει καὶ ἀπόλλυσιν. ... ὡς β. ια. τοῦ κεφ. τ. ξβ. δ. ιβ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. νς. τ. ιδ. κεφ. λα.

E Οἱ πενήσκοντες λ. ἔτη εἰς τὴν γῆν ἐκ τῆς γεωργίας ἀναχωρεῖν οὐ δύνανται ἔτι δὲ εἰσὶν οἱ λεγόμενοι κολωνοὶ ὡς β. ια. τοῦ κεφ. τ. μη. δ. κγ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ... τ. α. κεφ. κβ.

Οὐκ ὀφείλει πρεσβύτερος χειροτονεῖσθαι εἰ μὴ πληρώσοι λ. ἔτη ὡς ... κγ. κεφ. ... τῶν δὲ βασιλικῶν β. γ. κεφ. κς. τ. α.

## Περὶ χρόνων λε.

Ὁ ἐπίσκοπος χειροτονούμενος οὐκ ὀφείλει ἔλαττον τῶν λε. χρόνων εἶναι κατά φησι τῆς ρκγ. νεαρᾶς κεφ.

F γ. ὅπερ οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά ... μᾶλλον τὸ τῆς ρλζ. νεαρᾶς κεφ. α. ὅπερ καὶ λ. χρόνων αὐτὸν ὑπάρχοντα ἐπιτρέπει χειροτονεῖσθαι ὡς β. γ. τῶν βασιλικῶν τ. α. κεφ. ς.

## Περὶ χρόνων μ.

Ἡ μὲν τριακονταετίας ἀνατρεπομένη ἀγωγὴ τῇ μ. ἐτίᾳ σβέννυται καὶ οὐδὲ περὶ καταστάσεως μετὰ μ. ἔτη τις ἐνάγεται ὡς β. ζ. τοῦ κεφ. τ. λθ. δ. ς. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ν. τ. ιδ. κεφ. ς.

Μετὰ μ. ἔτη περὶ περιελθόντος δημοσίου ἤτοι περὶ ... οὐκ ἐνάγεταί τις ὡς β. ζ. τοῦ κεφ. τ. λθ. δ. ς. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ... τ. ιδ. κεφ. ζ. ... τούτων ... τῆς θαλάσσης. ... φησὶ ὁ Ἑρμοπολίτης προτιθεὶς ὅτι ... τοῦ περιελθόντος

G χρόνου τελέσματα μὴ ἀπαιτεῖται τινὸς τὰ τοῦ μέλλοντος ... ὡς β. ια. τοῦ κεφ. τ. μη. δ. θ. τῶν δὲ βασιλικῶν β. ν. τίτλος α. κεφ. κ.

Ὁ μετὰ ἐναγωγὴν ἡσυχάσας μ. ἔτη οὐκέτι δύναται κινεῖν ἀλλ᾿ οὐδὲ ὁ κληρονόμος αὐτοῦ ὡς β. ζ. τ. λθ. δ.

Margin (right, top to bottom): ιδ. ς. λα. ιβ. ιγ. ιδ. ιε. ις. ιζ. ιη. ιθ. α. α. β. γ.

λδ' [illegible] τῶν δὲ βασιλικῶν β. ν' [illegible] κεφ. [illegible] ὅτι [illegible] ἀγωγὴ [illegible] εἰς τὸ [illegible] ἐνιαυτὸν [illegible] εἰς τεσσαρακοστὴν [illegible].

η' Ὁ δὲ [illegible] ἐγγὺς [illegible] μὲ ἔτη [illegible] χρόνου [illegible] μὲν εἰς τὸ [illegible] τῶν δὲ χρεωστούμενος [illegible] βασιλέως λαβὼν ἀργὸν καὶ [illegible] μὲ ἔτη [illegible] καταβαλλόμενος [illegible] ὡς β' [illegible] κεφ. [illegible] τὸ [illegible] τῶν δὲ βασιλικῶν β. [illegible] κεφ. τελευταῖον.

θ' Ἡ τῶν [illegible] οἰκείων [illegible] ὡς [illegible] κεφ. [illegible] ἔχουσι δὲ καὶ τοὺς λ' χρόνους καὶ τοὺς κ' καὶ ι' καὶ τρεῖς καὶ α' ὡς παρὰ [illegible] τῶν δὲ βασιλικῶν β. [illegible] κεφ. τελευταῖον.

ι' Ἀντὶ τῶν δέκα καὶ ε' [illegible] ἐτῶν [illegible] μόνον [illegible] ὡς παρὰ [illegible] τῶν δὲ βασιλικῶν β' [illegible] κεφ. [illegible]

ια' Ἡ [illegible] ἐτῶν [illegible] ὡς παρὰ [illegible] τῶν δὲ βασιλικῶν β. [illegible] κεφ. [illegible]

ιβ' Ἡ [illegible] ἀγωγὴ [illegible] χρόνοις [illegible] τὸ πρᾶγμα [illegible] ὁ δὲ [illegible] μὴ [illegible] εἰς [illegible] ὁ δὲ [illegible] κινήσει [illegible] προσγενέσθαι τῇ [illegible] κεφ. [illegible] ὡς [illegible] κεφ. τ' λζ' [illegible] καὶ τ' λζ' [illegible] τῶν δὲ βασιλικῶν β. [illegible] κεφ. [illegible]

## Περὶ χρόνων κ'.

α' Οὐκ ἀντίκειται χρόνος τοῖς ἀπαιτοῦσι τὸ καταβληθὲν εἰς [illegible] ἐκχωρουμένων [illegible] μόνος ὁ [illegible] ὡς β' γ' τοῦ κεφ. τ' μγ' [illegible] ὁ χρόνος παρὰ [illegible] τῷ [illegible] παρὰ δὲ τῷ Θαλελαίῳ [illegible] μᾶλλον ὁ Θαλελαῖος [illegible] τῶν βασιλικῶν [illegible] τ' κ' [illegible]

β' Βουλευτὴς καὶ μετὰ πεντήκοντα ἔτη λειτουργεῖ ὡς β' ι' τοῦ κεφ. τ' λβ' δ' [illegible] εἰς τὰ βασιλικὰ [illegible] τ'.

γ' Μετὰ πεντήκοντα χρόνους ἑτέρας [illegible] ἐργασίας [illegible] ἀπαιτεῖται ὁ ἀπελεύθερος ὡς β' λα' τ' α' δ' λε' τῶν δὲ βασιλικῶν β' μθ' τ' γ' κεφ. λδ'.

δ' Ὁ τεχθεὶς [illegible] ὑπερβάσης τὰ πεντήκοντα ἔτη νόμιμος [illegible] ὡς β' ς' [illegible] κεφ. τ' [illegible] τῶν δὲ βασιλικῶν β' μ' τ' α' κεφ. μδ'.

## Περὶ χρόνων νε'.

α' Μετὰ πεντήκοντα πέντε ἔτη [illegible] λειτουργιῶν προσωπικῶν ὡς β' ι' τοῦ κεφ. τ' ν' [illegible] τῶν δὲ βασιλικῶν β' [illegible] τ' ιζ' κεφ. ς'.

## Περὶ χρόνων ξ'.

α' Μετὰ ξ' ἔτη [illegible] τοῦτο δὲ εἰ μὴ εὐλόγως [illegible] τυχεῖν συγγνώμης ὅτι [illegible] ὡς β' α' τ' ξ' δ' ις' τῶν δὲ βασιλικῶν β' λγ' τ' α' κεφ. ιγ' θεμ. γ'.

β' Ἡ μείζων τῶν ξ' ἐτῶν γαμεῖσθαι τῷ [illegible] τῶν ν' ἐτῶν δύναται ὡς β' ι' τοῦ κεφ. τ' [illegible] δ' κζ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' [illegible] τ' δ' κεφ. μ'.

γ' Κἂν ξ' ἔτη ὁ ἐλευθερωθεὶς ὡς δοῦλος [illegible] προσχηματίζηται ὡς β' ζ' τοῦ κεφ. τ' [illegible] δ' γ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' [illegible] τ' [illegible] κεφ. [illegible]

## Περὶ χρόνων ο'.

α' Μετὰ ο' ἔτη ποτὲ μὲν ἔχει τις ἐξκουσατίονα ἐπιτροπῆς καὶ ἑτέρων βαρῶν, ποτὲ δὲ οὔ. ὡς β' κζ' τῶν διγ. τ' α' καὶ β' ι' τοῦ κεφ. τ' ξζ' [illegible] β' ν' τῶν διγ. τ' δ' καὶ [illegible] καὶ β' ι' τοῦ κεφ. τ' μβ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' λη' τ' α' κεφ. β' καὶ κεφ. [illegible] β' [illegible] τ' δ' κεφ. γ' θεμ. [illegible] κεφ. θεμ. ι' καὶ τ' [illegible] κεφ. β' θεμ. β' καὶ κεφ. ς' καὶ ιζ'.

β' Οἱ μείζονες τῶν ο' ἐνιαυτῶν οὐκ ὀφείλουσιν ἄκοντες καλεῖσθαι εἰς τὸ βουλευτήριον. οἱ δὲ [illegible] οἱ μείζονες εἰσὶ τῶν ο' ἐνιαυτῶν οὐκ ὀφείλουσι [illegible] ἀναγκάζεσθαι λειτουργεῖν [illegible] ὀφείλουσιν ὡς β' ι' τοῦ κεφ. τ' λβ' δ' ι' [illegible] τὰ βασιλικὰ ὅτι μὴ δὲ ὁ [illegible] γὰρ [illegible] βελτιόνων.

γ' Ὁ ὑπερβὰς τὰ ο' ἔτη ἀπαλλάττεται προσωπικῶν λειτουργιῶν ὡς β' ι' τ' [illegible] τῶν δὲ βασιλικῶν β' [illegible] τ' ς' κεφ. γ'.

Περὶ

A

## Περὶ χρονίων β'.

α' Ἡ χρῆσις τῶν καρπῶν τῆς πόλεως μετὰ ρ' ἔτη σβέννυται ὡς ὁ μακροχρόνιος ἄνθρωπος ὡς β' ζ τ' α' διγ. ϛ'. τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ ιϛ' τ' α' κεφ. νδ'.

β' Τὰ εἰς ἀνάρρυσιν αἰχμαλώτων τῇ ἑκατονταετίᾳ ἀποκλείονται ὡς β' α' τῶ κεφ. τ' ϛ δ' κγ'. τοῦτο δὲ ὡς μὲν τὰ βασιλικὰ οὐ κεῖται. φησὶ δὲ ὁ θεόδωρος ἐν ἑκάστῃ ἐνδικάτῃ παρὰ ὅτι μέχρι νῦν κρατεῖ τὸ δὲ τρίτον κεφ. τοῦ γ' τ' τοῦ ι' β' τῶν βασιλικῶν δηλοῖ ὅτι κινηθῇ.

B

## Περὶ ἀορίστου χρόνου.

α' Ἐὰν ὁ δικαστὴς μὴ ὁρίσῃ χρόνον τῇ καταβολῇ, μέτριος χρόνος δίδοται ὡς β' δ' τ' γ' δ' κα' τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ ξ' τ' β' κεφ. κα' θεμ. τελευταῖον. ὁ δὲ μέτριος χρόνος προσγράφει εἰς τὴν δικαστίαν.

β' Ὁ ἐρωτώμενος περὶ τοῦ κατατεθεῖσθαι τι ἐν δικαστηρίῳ ὀφείλει λαμβάνειν διάσκεψιν ὡς β' ια' τ' α' δ' ι' τῶν δὲ βασιλικῶν β' μβ' τ' δ' κεφ. β.

γ' Καὶ περὶ ἡλικίας τις ἀναγκάζεται ἐφ' ὅτι ἀποκρίνεσθαι ὡς ϛ ια' τ' α' δ' κ' τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ μβ' τ' δ' κεφ. κ.

C

δ' Ἡ σίρβη καρύστης ἤτοι ἡ περὶ δούλου ὑποφθορᾶς ἀγωγὴ διηνεκής ἐστιν ὡς β' ια' τ' γ' δ' ιγ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' ξ' τ' ϛ' κεφ. ια'.

ε' Καὶ ἐν τῷ μέσῳ τῆς δίκης διαλύεταί τις ὡς β' ιβ τ' ϛ' δ' κγ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' νδ' τ' ϛ' κεφ. ιη' θεμ. γ'.

ϛ' Κοινωνία διηνεκῶς οὐ συναλλάττεται ὡς β' ιζ' τ' ϛ δ' λα' τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ ιβ' τ' α' κεφ. λα'.

ζ' Πρὸ ὑποθέσεως τόκος ὑπὲρ παρακαταθήκης οὐ καλῶς ἀπαιτεῖται ὡς β' ιϛ' τ' γ' δ' κϛ' τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ ιγ' τ' β' κεφ. κα'.

η' Οἱ κεφαλικῶς καταγνωσθέντες μετὰ τὴν ἔκκλησιν διατίθεσθαι δύνανται ὡς ϛ κη' τ' γ' δ' ϛ' τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ' λθ' τ' ϛ κεφ. ϛ' θεμ. κ'.

D

θ' Τὸ παράχρημα ἐπὶ τῶν ἐκ διαθήκης καταλελειμμένων πρὸς ἅπαξ τῶν μετὰ τὸν ἐμφανισμὸν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀποδοχὴν τῆς κληρονομίας σημαίνει χρόνον ὡς ϛ α' τ' γ' δ' μα' ἥτις οὐκ ἐδέχθη ἐν τοῖς βασιλικοῖς.

ι' Μετὰ ἐνιαυτὸς πέντε ὁ ἐλευθερώθω. μετὰ δωτίαν ἐλευθεροῦται ὡς β' μ' τῶν διγ. τ' γ' δ' ιζ. τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ μη' τ' γ' κεφ. ιζ θεμ. ϛ'.

ια' Διηνεκὴς χρόνος ἐστὶν ὁ ἕως τῆς τελευτῆς τοῦ τὴν χρῆσιν ἔχοντος ὡς β' γ' τοῦ κεφ. τ' λγ' δ' ιβ' τῶν δὲ βασιλικῶν ϛ ιϛ τ' κ' κεφ. κη'.

ιβ' Αἱ προσωπικαὶ ἀγωγαὶ μακρῷ χρόνῳ οὐκ ἀποκλείονται ὡς β' β τοῦ κεφ. τ' ια' δ' ι' τῶν δὲ βασιλικῶν

E

β' ιζ' τ' β' κεφ. κ' καὶ ϛ ν' τ' ιβ κεφ. ι.

ιγ' Καὶ λεγάτα τινὰ ἐπὶ δωρεαὶ ἐπὶ συναλλάγματα πρὸς καιρὸν ἰσχύουσιν ὡς ϛ ϛ' τ' λζ' δ' κϛ' τῶν δὲ βασιλικῶν β' μδ' τ' δ' κεφ. μθ'.

ιδ' Εἰ καὶ τὰ μάλιστα τῷ ἰνδίβι ἤτοι τὸ περὶ βίας ἰντερδίκτον μέχρις ἐνιαυτοῦ κινεῖται, ὅμως ἡ περὶ βίας παραγραφὴ διηνεκῶς ἀντιτίθεται ὡς ϛ κ' τ' λϛ' δ' ι' τῶν δὲ βασιλικῶν β' να' τ' δ' κεφ. ιζ καὶ β' ν'.

ιε' Ὁ περιττὸς ἤτοι διηνεκὴς χρόνος σημαίνει ἐπὶ τῶν ἄχρις οὗ ὁ κανὼν καταβάλλεται ὑπὸ τοῦ ἐμφυτευσαμένου ὡς ινστ. γ' τ' κδ' ἐπὶ τῆς τριακονταετίας καὶ τεσσαρακονταετίας οὐ μὴν ἀλλὰ ἐπὶ τῆς ἕως

F

τῆς τοῦ ἀνθρώπου ζωῆς οἷον ὑπὲρ τῶν ἀγωγῶν αἵτινες οὐ δίδονται τῷ κληρονόμῳ ἀλλὰ ἐπὶ τῇ τῶν ἐναγομένων περιορίζονται ὡς ινστ. δ' τ' ιβ' ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ τῆς ἰνστιτούτων ἐν τοῖς βασιλικοῖς οὐκ ἐξελήφθη βιβλίοις ἰσοδυναμεῖ δὲ τούτοις τὰ ἐκ τῶν διγέστων καὶ τοῦ κώδικος ἐν τοῖς προσφόροις τίτλοις ληφθέντα νόμιμα. ἰστέον δὲ ὅτι καὶ τὸ ι' θεμ. τοῦ α' δ' τοῦ ιβ' τ' τοῦ α' β' τῶν διγ. ὅπερ ἐτέθη μὲν ἐν β' τῶν βασιλικῶν ϛ' τ' δ' κεφαλ. β' θεμ. ι' διαλαμβάνει δὲ ὡς ὁ τῆς πόλεως ἔπαρχος δύναταί τινα εἴργειν καὶ συνηγορίας καὶ φόρου καὶ προσκαίρως καὶ διηνεκῶς ἀντὶ τοῦ μέχρι τῆς ζωῆς τοῦ ἀνθρώπου ἐδίδαξε.

ιϛ' Πολλάκις ὁ νόμος πολὺν χρόνον καλεῖ τὸν ἀρκοῦντα εἰς τὸ ποιῆσαι προκατάταξιν ὡς β' β' τ' α' δ' ια' τῶν δὲ βασιλικῶν β' ζ' τίτλος ιϛ' κεφ. ι'.

ιζ' Διηνεκῆ καλεῖ χρόνον ὁ νόμος καὶ τὸν μέχρι τῆς ζωῆς τοῦ ὀφείλοντος λαμβάνειν διατροφὰς ὡς β' β' τῶν

G

διγ. τ'. ιε'. τῶν δὲ βασιλ. ϛ ια' τίτλ. ϛ. κεφ. η'.

ιη' Μέτριος χρόνος νοεῖται ὁ ἀρκῶν πρὸς τὸ μισθώσασθαι οἶκον ἢ διαθεῖναι τὰ οἰκόσκευα ἢ ζητῆσαι συνήγορον ὡς ϛ δ' τ' ϛ' δ' ια' τῶν δὲ βασιλικῶν β' ι' τίτλος λα' κεφ. ι. θεμ. δ'.

ὁ ἐνὰγ

# IACOBI CVIACII OBSERVATIONVM ET EMENDATIONVM

## LIBER V.

*De conditione iurisiurandi.* CAP. I.

A EDICTO prætoris remittitur conditio iurisiurandi non tantùm in heredum institutionibus, sed etiam in legatis & in iis quæ instar legatorum sunt, non in conuentionibus. Nam etsi quod testator testamento remittere potest, possint etiam conuentione ij quorum interest. l. pactum. D. de pact. non tamen quod lex, edictum, constitutio in testamento remittit, continuo etiam in conuentione aut contractu remittit, sicut & quod in testamentorum causa admittit, exempli gratia, cautionem Mucianam, eandem in contractibus non admit-

B tit. In libertatibus quoque conditio iurisiurandi non remittitur. l. 12. D. de man testa. quæ l. coniungenda est cum l. 8. D. de cond. instit. Hæc edictum ponit, illa exceptionem edicti. & huius exceptionis ratione Marcellus in l. non dubitamus. D. de cond. & dem. plerunque ait non quidem in nupium, sed in earum quæ remittuntur numerum conditionem iurisiurandi referri. Fauore autem libertatis ea exceptio introducta est, vt citius & facilius perueniatur ad libertatem. Seruus enim ita manumissus, Si iurauerit se x. daturum, iurando nec dando liber fiet. Legatarius vel heres dando nec iurando suis actionibus vtetur: qui etsi iurare paratus sit nihil aget, nisi & id dederit vel fecerit quod

C se daturum vel facturum iurare iussus est. Itaque in libertatibus non reprobatur conditio iurisiurandi, in ceteris reprobatur & remittitur, cuius rei causa olim adeundus erat prætor, vt Cicero indicat in prætura vrbana, dum de P. Trebonij testamento loquitur. Hodie ipso iure remittitur & improbatur, & quod ita reiectum est pro puro habetur. d. l. 8. §. vlt. licet heredi, vt diximus, non remittatur quod iurisiurandi conditione adstrinxit testator. Ceterùm non quod iurare iubetur, sed iusiurandum in conditione est. Hoc igitur circumscripto, pura institutio purum'ue legatum relinquitur. Id notandum est, nudam conditionem iurisiurandi nunquam remitti, quinimo ei necessariò parendum est. Fac Gaium ita testari, Titius si iurauerit heres esto, Titio si iurauerit x.

D lego. l. Antistius. D. de adq. her. l. municipibus. D. de cond. & dem. His verbis nudum iusiurandum iniungit, cui rei satisfaciet heres si hæc verba fuerit præfatus, quibus & veteres in prosperis rebus exoptandis vtebantur: *Testor diuinum numen, fas mihi sit eam hereditatem id'ue legatum capere*, vel, *Ex animi mei sententia hanc hereditatem hoc'ue legatum habeo.* quæ si vti verisimile est, animo heredis vel legatarij fuerit præfatus, non dubitamus quin hereditatem eo facto vel legatum agnouerit, quod tamen ceteris conditionibus potestatiuis satisfaciẽdo non adsequitur. l. ei qui ita. D. de cond. inst. Itaque eius conditionis, Si iurauerit, duo singularia recepta sunt, vt explenda sit omnimodo, vt eam explendo statim hereditas vel legatum adquiratur. Id ad extre-

E mum adiiciam. l. 26. D. de cond. & dem. quæ ad hanc quæstionem remittendi iurisiurandi pertinet, deprauatam videri, quòd hanc scripturam, *Si x x. dederit aut iurauerit se aliquid facturum*, referat vnam conditionem exprimere habentem duas partes. Ea enim scriptura profectò duas conditiones continet disiunctiuo modo præscriptas, quarũ vna vnam tantùm, altera duas partes habet. Itaq;, quod & quæ in ea lege sequũtur suadent, sic malim, *Hæc scriptura, Si iurauerit se xx. daturum aut aliquid facturum.*

*De cautione Muciana.* CAP. II.

F IN tractatu cautionis Mucianæ valde mihi aliàs negotium exhibuit §. vlt. l. 4. D. de conditio. inst. quòd huius conditionis nomine, Si seruum hereditarium

non alienauerit, coheredem coheredi dicat præstare cautionem Mucianam, quod & de hac conditione, Si seruum nō manumiserit, traditur in l. Mucianæ. & l. cùm sub hac. D. de cond. & dem. quas tamen constat viuo herede vel legatario morte serui expleri, nec eam mortem expectari triste esse, cùm & liberi hominis & coniugis in pari genere conditionis mors expectetur, & cōstitutionibus id tantùm periculosum & triste visum sit in liberis, à quorum latere mater vel libertus ne discederent testator iussit. l. cùm tale in pri. D. de cond. & dem. Item quòd illam conditionem, Si seruum hereditarium non manumiserit, adscriptam heredi ex asse instituto, neget remedio cautionis impleri posse. Cur enim legitimo heredi cauere non poterit, cuius interest eam conditionem non impleri? Sed postea animaduerti in eis conditionibus quæ morte alterius quàm heredis vel legatarij, cui sunt adscriptæ, possunt impleri, ideo Mucianam aut velut Mucianam cautionem non interponi, quòd omnibus locis, quibus ita respondetur, ea quę sub eis conditionibus relicta proponuntur, apertè sint relicta post mortem alterius. Ac primùm in l. cum tale. §. Titius. D. de cond. & dem. post mortem heredis nominatim fideicommissum relictum est. Porrò mori is potest viuo fideicommissario. Quocirca mors heredis expectatur. In l. hoc genus. D. eod. mors Titij expectatur, quia, vti lex ait, legatum post mortem Titij relictum videtur. Eademq; ratione in l. auia. §. Titio. D. eod. mors mulieris expectatur. Et in l. pater. §. socrus. D. eod. quid aliud hæc verba significant, *Si cum marito in matrimonio perseuerauit*, quæ vi ipsa negantia sunt, [illegible] si vsque ad mariti mortem, vel diuortium culpa mariti factum in matrimonio perseuerauerit? ideoq; mors mariti expectatur. Non sic dicemus si hanc testator conditionem adscribat, Si Stichum non alienauerit, Si Stichum non manumiserit. Non dicit post mortem Stichi, vel, Si Stichus id nō fecerit, vel, Si Stichus id noluerit, vel, Si cū Sticho permanserit, verùm ita, Si ipse Stichum non manumiserit vel non alienauerit. Apertè legatum in tempus mortis Stichi non confert, ideoq; nec eius mors spectatur, & fortè cautione non oblata si contingeret eo casu Stichum mori, dicerem adhuc expectandā mortem legatarij aut heredis, perinde ac si testator ita dixisset, Cùm morietur Sticho non manumisso vel non alienato. Ac similiter huius conditionis nomine, Si iterum vxorem non duxerit, præstatur cautio Muciana, licet viuo legatario, vt ostenditur in No. 22. expleri posit, puta si legatario sacerdotium obueniat, ita vt nulla nuptiarum spes supersit. Qua ratione & hanc conditionem, Si sine liberis decesserit, sacerdotio expleri verissimum est, vt & Theodorus in eadem No. notauit. Sed ille casus non spectatur, quia solam legatarij mortem, non etiam eum casum testatorem spectasse constat. Quod attinet ad alteram dubitationem, ego ita censeo. Vt in specie l. Mucianæ. §. vlt. D. de cond. & dem. & l. mulier. D. de cond. inst. hæc conditio adscripta heredi ex asse, Si dotem non petierit, impossibilis est, quòd post aditionem non sit à quo petere, atque adeò cui vel cauere vel acceptum facere possit: ita hoc genere conditionis adscripto, Si seruum hereditarium non alienauerit, id impleri nequit, quoniam adita hereditate nullus est futurus seruus hereditarius, atque adeò serui eiusmodi non alienandi nulla cautio interponi potest. Seruum enim hereditarium iacente semper hereditate dicimus, non etiam adita. Atque ita in hac etiam conditione, Si seruum hereditarium manumiserit, seruum hereditarium accipi oportet. l. mulier. §. j. D. de cond. inst. Frustra verò eius solius temporis ratione quo iacet hereditas, mox aditurus legitimo heredi caueret se non petiturum, vel se hereditarium seruum non manumissurum.

### *Ad §. Vtrùm. l. si is qui ducenta. D. de reb. dub.* CAP. III.

HVius stipulationis, Si illud aut illud non feceris, & illius, Si quid eorum, quæ vt fierent superiùs comprehensum est, non feceris, idem est effectus, vt neutri aliter scilicet satisfiat, quàm si vtrunque factum sit, nec prosit aliquid fecisse, si aliquid factum non sit. & hoc proponitur in l. si is qui ducenta. §. cùm ita. D. de reb. dub. Alius est effectus stipulationis ita conceptæ, Si quid eorum feceris quæ vt non fierent comprehensa sunt, hæc nempe, vt neutrum fiat, nec prosit aliquid non fecisse si aliquid factum sit. quæ differentia traditur in d. l. si is qui ducenta. §. vtrùm, vers. illius effectus, eiusmodi verbis, vt aliis stipulationum formulis, congruere non possint, quàm iis duabus, Si quid eorum factum erit, quæ vt non fierent

A rent comprehensa sunt; Si illud aut illud factum non erit. Hæc non committitur vtroque facto. Illa non committitur neutro facto. Hæc committitur etiam si aliquid factum sit. Illa committitur etiam si aliquid factum non sit. Itaque quod proponitur initio sic necessariò restitui oportet, *Verùm ita concipias stipulationem, Si illud aut illud factum non erit, an hoc modo; Si quid eorum factum erit, quæ vt non fierent comprehensa sunt hoc interest; &c.* Quid enim intersit deinde explicatur in illo loco; *Illius effectus, &c.* & iam antè inter illas, Si illud aut illud factum non erit, &c., Si quid eorum factum non erit, nullum esse discrimen fuerat demonstratū. At committi stipulationem

B illam; Si illud aut illud factum non erit, etiam altero facto, Iurisconsultus ostendit hac ratione in d. §. verùm, quia quemadmodum altero facto verū est illud aut illud factum esse; verum etiam sit, Illud aut illud factum non esse: Nec enim semper ex duabus contrariis orationibus vna est vera altera falsa; sed duæ aduersæ simul possunt esse falsæ, veluti, Omnis actio est in factum, Nulla actio est in factum, & si ex liberis alij puberes, alij impuberes decesserint, siue ita statuas, omnes impuberes decessisse, siue omnes puberes decessisse, vtrumque falsum erit. Nam oratio vniuersalis tota falsa est si in ea sit aliquid falsi. At simul veræ esse non possunt, vt, Omnis heres defendere debet mortem defuncti, Nullus heres defendere debet mortem defuncti. Aduersis autem contrariæ

C simul possunt esse veræ, vt; Quidam tutor à tutela excusatur, Quidam tutor à tutela non excusatur, Et ex duobus quæ fieri oportet altero tantùm facto, Illud aut illud factum esse, & illud aut illud factum non esse. Nam oratio particularis tota vera est, si quid in ea sit veri. Falsæ autem simul esse nequeunt, veluti; Quidam curatores testamento dantur, Quidam curatores testamento non dantur. De contradicentibus siue disparatis, quas Aristoteles ἀντιφατικῶς ἀντικειμένας, quarum tria genera, nihil Iulianus in hoc loco. Nihil etiam ipse, Nihil, inquam, Iulianus de eis. Itaque perperam Iuliani scripto annectitur à quibusdam exemplum tale, Si ex iis qui sisti debuerunt, quidam

D stati, quidam non stati sint, Omnes statos esse, Non omnes statos esse: quæ orationes nec veræ nec falsæ simul esse possunt, nec sunt ex genere earum quas Iulianus tractat, qui pugnantia continentes tantùm proponit. Hæ sunt aduersæ siue ἐναντίαι & contrarias, Hæ sunt aduersis contrariæ siue ἀντικείμεναι, vel, vt recentiores loquuti sunt, ὑπεναντίαι. Idem significationem dicit quod Aristoteles κατηγόρημα, Ex vniuerso quod ille καθόλου, Ex aliquo quod ἐν μέρει, Cicero de parte, orationes quod λόγους ἀποφαντικούς. Nec verò iis quæ diximus aduersatur vers. *Proinde.* Qui interrogatus an quid eorum quæ obiiciuntur fecerit, respondet, Non feci, hoc respondet, Nihil feci. Itaq; si aliquid eorum fecerit, aliquid non fecerit, mentitur. Similiter enim si promiserit quis c. si quid

E eorum fecisset quę superiùs comprehensum est ne faceret, committit in stipulationem si aliquid eorum fecerit, aliquid non fecerit. Hoc enim promittit, eorum se nihil facturum. Rogerius & Placentinus mendum subesse viderunt, sedem mendi non viderunt. Itaque quo loco non oportuit negationem sustulerunt, ita legentes, Si illud aut illud factum erit, & *Illius*, malè referentes ad priore loco positam stipulationem, *Huius* ad posteriorem. Alij etiam malè in eo §. hæc verba, *Si qui liberorum partim puberes partim impuberes decesserint*, grandioribus literis scribunt quasi testatoris vel contrahentium verba, cùm illa potius ita scribi debuissent quasi ἀποφάνσεις, Omnes impu-

F beres decessisse, Omnes puberes decessisse.

*Quid sit donatio propter nuptias, quid ὑπόβολον, & Harmenopuli definitio quæ deprauata est, quemadmodum restituenda sit, explicatur.* CAP. IIII.

DOnatio propter nuptias opponitur doti. Dos est quæ datur marito vxoris nomine: Donatio propter nuptias, quæ propter dotē datur vxori mariti nomine. Dos est donatio propter nuptias vxoris. Donatio propter nuptias est dos mariti. atq; ideo quæ donantur propter nuptias ἀντίφερνα vocantur l. vlt. C. de don. ante nupt. vel pro. nupt. Ea in dotem à muliere plerumque redigebantur.

G l. generaliter. §. hoc obseruari. C. de sec. nupt. ex quo §. hic No. 22. locus sumptus est, κἂν εἰ δωρεὰ πῶς συναναδοθῇ καὶ ἡ προγαμιαία δωρεὰ τῇ προικί, ab Eustathio explicatus rectè, ab Accursio malè. Porrò eodem iure est dos, ac donatio propter nuptias, eadem vtrunque pacta recipit, eadem vtriusque quantitas ex No. 97. Quibus ex

casibus si in persona mariti existant, maritus lucratur dotem, vel aliquam partem ex A ea, eisdem si in persona vxoris existant, tantundè vxor lucratur ex donatione propter nuptias. Ei simile est quod posteriores dixere ὑπόβολον, id est, incrementum dotis, vel quod mortuo marito vxori superstiti redditur supra dotem, ἐκ τοῦ ὑποβάλλειν, quod est maiori rei vel summæ minorem adiicere. Græci aliàs reddidere dimidiam, aliàs tertiam, nisi aliud conuentum fuisset. Moribus Tolosanorum redditur hodie dimidia, vt si c. sint in dote, c l. Est apud Harmenopulum lib. 4: definitio hypoboli valde deprauata. verba eius hæc sunt: ὑπόβολον καλεῖται, τὸ ἐπὶ τῇ προτελευτῇ τῆς γυναικός, ὅταν ἀποθανούσης τῆς γυναικὸς ἡ προὶξ ἀπαιτεῖται παρὰ τοῦ ἀνδρός, τοῦτο ὑποβαλλόμενον ἤγουν ὑποτιθέμενον. Sed legendum, ὅταν ἀποθανόντος τοῦ ἀνδρὸς ἡ προὶξ ἀπαιτῆται παρὰ τῆς γυναικός. Nam vt quæ in Harmenopulo sub eo titulo περὶ ὑποβόλου sequuntur aperte demonstrant, non mortua vxore, sed mortuo marito hypobolo locus est. Quod & iis verbis adnotatum reperi in Harmenopulo Bibliothecæ regiæ: εἶχε γὰρ τὸ πρωτότυπον οὕτως· εἰκάζει ἐσφαλμένον εἶναι. ὤφειλε γὰρ γράφειν ἀποθανόντος τοῦ ἀνδρός. Confirmatur iis quæ de hypobolo scripsit Georgius Phobenus hoc modo: τὸ ὑπόβολον ὃ καὶ προγαμιαῖον καλεῖται, λαμβάνει ἰδίᾳ τις συμφωνίᾳ δίχα ὥσπερ καρπὸς τῆς προικὸς συμφωνούμενος ἀποτίθεσθαι. εἰ δὲ καὶ ὑπόβολον λέγεται. ἔχει δὲ τοῦτο τὸ προνόμιον· θανόντος γὰρ τοῦ ἀνδρὸς ἐπικερδαίνει ἡ γυνὴ τὸ τῆς προικὸς ποσότητος· καὶ εἰ μὲν συμφωνηθῇ ῥητῶς μέχρι τοῦ τρίτου τῆς προικὸς δίδοται τὸ ἔλαττον. εἰ δὲ μὴ συμφωνηθῇ τὸ ἥμισυ τῆς εἰρημένης προικὸς δίδοται. καλεῖται δὲ τοῦτο καὶ πρὸ γάμου δωρεὰ διότι καὶ πρὸ τοῦ γάμου συμφωνεῖται. Et Demetrius Chartophylax Achiepiscopus Bulgariæ, quem librum habet Pet. Faber vir nunquam satis laudatus, quæst. 55. τὴν γε μὴν ἀπαίτησιν τοῦ ὑποβόλου πότε χώραν ἔχειν ὁπηνίκα προτελευτήσῃ τῆς γυναικὸς ὁ ἀνήρ. Multum item distat donatio propter nuptias à donatione quæ moribus nostris fit respectu matrimonii, cuius fauor nimius est nec iure Romano receptus, & ab eo quod Douarium vocamus, quod etiam Romano iure receptum non est. Id apparebit statim si definitio donationis propter nuptias cum eorum definitionibus conferatur, quæ tales sunt: Donatio D fauore matrimonii est, quæ alterutri coniugum fit à parente vel extraneo coniugii non coniugis nomine. Douarium est vsusfructus dimidiæ vel tertiæ partis bonorum mariti, qui vxori debetur post mortem mariti. Donationes ergo propter nuptias hodie sunt penitus ex vsu sublatæ.

*De præscriptione c. annorum.* CAP. V.

Quæ priuatis competunt actiones excluduntur præscriptione annorum xxx. ex Theodosii illa Constitutione non scriptis modò nostrorum, sed & exterorum, vt alio notauimus loco, celebratissima. Quæ verò ecclesiis E vel aliis venerabilibus locis vel ciuitatibus competunt actiones, vel quæ debentur in redemptionem captiuorum, quorum exactio plerunque ad episcopos pertinet, non excluduntur nisi c. annorum præscriptione ex l. vlt. C. de sacr. eccl. Pertinet ea lex ad Orientales ecclesias. Ad Occidentales No. 9. & quidem omnes, nedum ad Romanam, quod conuersio latina liquidò demonstrat. Græca forma deest nec inuenitur in basilico. Omnes verò fatentur à No. 111. supradictam l. vlt. corrigi introducta in ecclesiarum ceterorumq; locorum pietati & Deo consecratorum actionibus xl. sublata c. annorum præscriptione. Introducta iam ante illam quidem fuerat F xl. annorum præscriptio No. 131. hæc tamen c. annorum non fuerat nominatim sublata. Quæso, cur etiam non fatentur correctam No. 9? Est namque No. 111. posterior, nec est cur plus Occidenti quàm Orienti tribuatur. Et ita quoque sentiunt ex nostris interpretibus complures, & ex veteribus Iulianus Antecessor Constantinopolitanus. Nec igitur placeat Irnerii nec iuris Pontificii conditorum sententia. Extat verò 111. Nouellæ summa quædam Græcè conscripta cum hac valde notanda Græci interpretis obseruatione, quam Theodori esse didici ex libro τῶν χρονικῶν διαταγμάτων, vt quæ debentur in redemptionem captiuorum hodie etiam non oporteat excludi nisi c. annorum præscriptione, quòd in ea No. de eis nihil meminerit Iustinianus. Qua G ratione etiam putem aduersus ciuitates in iis quæ eis legata, per fideicommissum relicta, donata, vendita sunt, non posse opponi nisi c. annorum præscriptionem ex l. vlt. C. de sacr. eccles. Ipsa Nouella integra relata est inter edicta Iustiniani sub falso titulo

περὶ

A περὶ κυνηγεσίων. Nouellam Harmenopulus appellat non edictum lib. 1. tit. 3. Non videbo autem cur à Nouellis ea edicta separanda fuerint, cùm tamen edicta περὶ συναλλαγμάτων & περὶ πίστεως & ὅτι ὑπερτίθεσθαι τοὺς ἄρχοντας, &c. inter Nouellas referantur. In legibus antiquis Caroli & Ludouici ita est scriptum: *Ne X. anni vel XX. vel XXX. annorum præscriptio religiosis domibus opponatur, sed sola XL. annorum curricula. & non solum in ceteris rebus, sed etiam in legatis & hereditatibus.*

*Emendatio §, quoniam. l. cum tabulis. D. de his quæ vt indig. auf. siue de concubinis.* CAP. VI.

B QVi dicuntur filij naturales siue nothi, spurij aut vulgò quæsiti non sunt. Nothi sunt qui ex concubina domi sine nuptiis vxoris loco retenta, quam Græci παλλακὴν vocant, nascuntur. Spurij qui & σπόριοι, & terræ filij patre incerto geniti quasi σποράδην (sic legendum apud Valerium siue Iulium Paridem lib. 10.) ex scortatione, stupro, adulterio, incesto: quæ vitia in concubinam non cadunt. Est enim legibus probata, & vt eleganter Iulianus antecessor ait in No. 18, legitimam vxorem imitatur. Nothi ex constitutionibus ab intestato aliquid iuris in bonis parentum habent non extantibus filiis legitimis, inquin & ex testamento extan-
C tibus legitimis vnciæ, non extantibus etiam solidi ex No. περὶ νόθων capacitatem habent. Spurij ex vtraque causa incapaces sunt, ac ne alimentis quidem digni, quæ tamen nothi habent etiam ab intestato extantibus filiis legitimis. Nothos nusquam spurios aut vulgò quæsitos appellari dico. Nec proferat mihi quisquam in hanc rem §. quoniam. l. cum tabulis. D. de iis quæ vt ind. auf. Est enim meo quidem iudicio nondum is §. bene à quoquam aut restitutus aut explicatus. Restituendum vero ipse ac explicandum ita censeo. Concubinatus pugnat cum stupro, stuprum lege Iulia vindicatur. Concubinatus nulla lege vindicatur. Cum ingenua stuprum committitur, nec potest cum ea concubinatus constitui nisi vel testato, vel sine testatione si obscuro lo-
D co nata sit vel vulgò quæstum fecerit. l. in concubinatu. D. de concub. Vulgò, non palam dico. Sunt hæc diuersa. l. probrũ. D. de rit. nupt. Adhæc stupro cognita, non etiam quæ in concubinatu fuit, nihil ex eius cui benignè fecit, testamento capere potest. Cum concubina est connubium, Cum stupro cognita non est connubium. Cocceius Cassianus V. C. Rufinam ingenuam honore pleno dilexit. hic est honor maritalis, quo secernitur vxor à concubina. l. item legato. §. pen. De lega. 3. l. donationẽs. D. de donatio. Concubina enim matrisfamilias honestatem non habet, nisi patroni concubina sit. l. probrum. D. de rit. nupt. Post Rufinæ mortem filiam eius, id est, priuignam suam
E in concubinatum assumpsit. Non est nouum hoc, vt cum qua non est connubium, sit concubinatus, nam & cum ancilla, cum adulterij damnata, cum quinquagenaria, cum muliere eius prouinciæ in qua quis officium administrat, est concubinatus, non etiam connubium. Ergo iure priuignam Cassianus in concubinatum habuit. Atqui erat ingenua, vt pote Rufinæ ingenuæ filia. Ceterùm eam vulgò quæstum fecisse apparuit. Sic legendum arbitror. Nam & Flor. *quæsitum* legitur non *quæsitam* sine verbo tamen, *Fecisse*, quod, vt & alia aliis locis, me auctore licebit addere. Iure ergo eam Cassianus in concubinatum habuit. Proinde quod ei sub alumnæ appellatione Cassianus reliquit quasi educasset eam vnà cum matre, iure relictum videri, nec quasi cum ea
F commisso stupro auferendum Seuerus & Antoninus iudicauerunt. Fuit enim cum muliere ingenua quæ vulgò quæstum fecerat, concubinatus, non stuprum. Hæc est huius §. sententia. Hodie si concubinatus non legitimæ coniunctioni, sed scortationi deputatur, quod plerisque placet, & relata hac de re est Constantini Porphyrogennetæ constitutio quædam apud Harmenopulum, quod ius diximus constitutionibus tribui nothis, nullis tribuetur. Ex eo enim necessariò consequitur, filios ex concubinatu susceptos spurios esse, concubinas scorta non concubinas: vt in No. 18. de duabus concubinis eodem tempore domi retentis, & ex eis susceptis filiis Iustinianus
G dixit. Denique nullos esse hodie nothos, nullos filios naturales.

*Ad l. cum heredes. C. qui testa. fac. poss.* CAP. VII.

NOn esse differentiam inter principem & priuatos quod ad ius capiendi attinet ex testamento vel codicillis, Imppp. Valens, Valentinianus & Gratianus defi-

 nierunt

nierunt in l. cum heredes. C. qui test. fac. poss. quod postea Theodosio displicuit, cuius constitutio extat in l. 2. C. Th. de testa. Ius enim sibi ipse ex codicillis vel epistolis fideicommissariis capiendi ademit, non etiam priuatis. De ea Theodosij constitutione, Symmachus V. C. scripsit in quadam ex eis epistola quæ nondum editæ sunt. Tot vero sunt fere non editæ quot editæ, quarum, si quis typographus poposcerit, facturi copiam sumus libenter, vt istius nunc facimus, cuius verba hæc sunt. CVM ciuiles & bel-
,, licas laudes Domini nostri Theodosij stilo honore percurrerem, magis eum contigisse
,, in communia, quàm satisfecisse singulis fateor. & leges eius bonis pacis admiscui, quas
,, vt noueram priscis ademisse admirationem, ita seruasse nobis parem gloriam non pu-
,, tabam. Verum hæc recens cautio de fideicommissis & codicillorum commodis ab
,, optimo principe in æternum repudiatis tandem claritudine egreditur lucem superio-
,, rum, quantum augustius est regendis, quàm subditis modum ponere. Atque vtinam
,, priuata auaritia mentem intelligat latoris, & mores de legibus trahat. Neque enim la-
,, tet quid sponte ceteros velit facere qui suspecta compendia primus exhorruit. Ego
,, certe vereor ne improborum sitis ad se existimet peruenire quæstum caducum, fiatq;
,, innocentium causa deterior, si ad eos tantum falsi redeat occasio, qui neq; lege neque
,, pudore cohibentur. Ergo quia dominorum conditio restrictio est priuatis cupiditati-
,, bus, medicina iuris occurrat. Frigentia diu apud homines criminosos vetera decreta,
,, quorum vigor cum latoribus suis occidit. Tantum denuo legibus seueritatis adden-
,, dum est, quantum flagitia creuerunt. Alioquin si maioris partis deseritur emendatio,
,, frustra se asperis sanctionibus solus Imperator adstrinxit, qui bonus semper & integer
,, fuit. Imperator autẽ Iustinianus non hanc Theodosij, sed illam Valenti constitutionem magis probauit. Illam enim retulit in suum Codicem, ex Theodosij eam tantam partem sumpsit; quæ pertinet ad quæstionem falsi motam super codicillis aut epistolis, ex quibus relicta priuati petunt. l. vlt. C. ad leg. Cor. de fal. Symmacho magis probatur ius vetustissimum, non in principis modo, sed & in priuatorum causa, vt codicillis saltem epistolisq; relicta fideicommissa nullo iuris vinculo continerentur. Quod & ipse, quum falsi materiam ingentem submoueat, sequor non inuitus.

*Capsarij, Fugitiuarij.* CAP. VIII.

CApsarios esse eos qui in balineis mercede vestimenta seruanda suscipiunt Paulus scribit in l. 1. § vlt. D. de off. præf. vig. quod nullum alium auctorem scio qui dilucidius confirmarit, quàm Epiphanium in Panarii libro secundo, dum Adamianorum pessimos ac nefandissimos mores describit, quos inter cetera nudis corporibus refert conuentus habuisse in hypocaustis, & ad fores adstitisse ipsis quosdam capsariorum instar, qui eorum vestimenta susciperent & custodirent. Verba Epiphanij hæc sunt: πρῶτον γάρ φασι τὰς παρ' αὐτοῖς ἐκκλησίας ἀπὸ φωλεοὺς καὶ σπήλυγγας ἐν ὑποκαύστοις οἴκοις ... ἱματιοφύλακας καί τινας πρὸς ταῖς θύραις ... ἐπ' αὐτῶν ... Pars ea balinei, in qua constituebantur capsarij, ἀποδυτήριον dicebatur. Dicuntur alia significatione capsarij, qui pueris euntibus in scholam libros portant. l. 13. D. de man. vind. quo pertinet illud Iuuenalis Satyr. 10. Quisquis adhuc vno partam colis asse Mineruam, Quem sequitur custos angustæ vernula capsæ. Fugitiuarij autem in l. si apud te. D. de præscr. ver. & l. 1. C. Th. si vag. pet. manc. hi videntur esse qui fugitiuos seruos persequuntur. quod hic L. Annei Flori locus indicat lib. 3. dum bello seruili vti capta fuerint prætorum castra, fugatiq; ciues narrat, *Ita*, inquit, *qui per fugitiuarios detrahi debuissent, prætorios duces profugos prælio ipsi sequebantur.* Sic ex duobus antiquis nostris exemplaribus legimus, Sic ex suis legit Elias Vinetus vir de bonis literis optimè meritus.

*Ad l. si vindicari. C. de pœnis.* CAP. VIIII.

QVod constituitur in l. si vindicari. C. de pœnis, pugnare videtur cum eo quod iidem Imperatores antè constituerunt in l. pen. C. de custo. reo. vt conuictum velox pœna subduceret. Dantur namque in l. si vindicari, conuicto & damnato à principe iusti dies xxx. cui constitutioni quid causam præbuerit ex Theodorito, Sozomeno, & aliis alij notarunt. Nescio an adhuc quis-

quam

A quam indicarit id iuris à Sidonio Apollinare s.c. Tiberiano tribui t. Epist. *Ex vetere*, inquit, s.c. *Tiberiano* x x x. *dierum vitam post sententiam trahit.* At Corn. Tacitum lib. 3. itemq; Suetonium in Tiberio. c.75. non x x x. sed x. tantùm dierum spatium s.c. quod auctore Tiberio factum est, damnatis prorogatum scribere. igitur cum Tacito & Suetonio pugnare Sidonium, nisi quod adiecit dierum Theodosius, id etiam s.c. Tiberiano deputaueris, vt sæpe quod legibus Iuliis additum est posterioribus constitutionibus, nihilominus constat Iustinianum legibus ipsis adscribere multis in locis. Confirmata autem vel restituta fuit ea Theodosij Constitutio No. Nicephori Botoniati, πρὸ τοῦ μὴ ἐσωθεν τῶν λ΄ ἡμερῶν γίνεσθαι σωματικὴν ποινήν, quam habemus, & ab Eustathio breuiter iis verbis expressa, μετὰ λ΄ ἡμέρας ἡ ὀργὴ τοῦ βασιλέως κινεῖ).

B

## *Consortes, Sors, Hereditas.* CAP. X.

Consortes cùm dicimus, communionem significamus. Atque ita consortes eiusdem litis sunt, quorum communis lis est, qui simul litem contestati sunt. Frequenter autem de fratribus hoc dicimus qui pro indiuiso commune patrimonium habent, fratres esse consortes. Sic loquitur Paulus in l. si is qui tres. D. de exc. tut. Sic Velleus Paterculus. *Fuluij*, inquit, *Censoris frater C & quidem consors.* Cicero 4. Ver. *Cùm ex agris tres fratres cōsortes profugissent.* Plinius 8. Epist. *Consors frater in patris potestate emancipatam filiam adoptionis fraude reuocauerat.* Ausonius in monosyllabis. *Tum Iouis & consors germanus Tartareus Dis.* Prosper Aquitanicus in Chronico. *Attila rex Hunnorum Bledam fratrem & consortem suum perimit.* Et hæc inter fratres consortio aut voluntaria est, vt si consensu societatem contraxerint. l. cum duobus. §. idem Papinianus. D. pro socio. aut necessaria, vt si à parentibus indiuisas hereditates acceperint. Non omnes igitur fratres consortes sunt. Hi tantùm consortes sunt, quos vel voluntas congregauit, vel fortuna coniunxit.

D Festus siue Paulus inter consortes ait erctum citum & disertionem fieri. quod fit arbitrio familiæ erciscundæ vel communi diuidundo. Existimo autem apud Paulum esse legendum *disortionem.* Vt enim consortem & consortionem dicimus, ita & disortem & disortionem. Augustinus in Grammatica. *Consors & disors in genitiuo singulari tis habent.* Disors autem dicitur dissimilis sortis. Eadē verò ratione reliquos propinquos & extraneos consortes dicemus: quorum est hoc quoq; proprium, vt siue fratres, siue propinqui, siue extranei sint consortes, inuicem habeāt ius προτιμήσεως ex No. Romani Lapaceni, quod non habent qui consortes non sunt, etiam si propinqui sint. Vt Græcis κλῆρος, sic Latinis sors hereditas est. Galli quoq; hereditatem vocant *Eschoite*, quasi

E sorte obtigerit. Appellationis ratio nota est, nec verò eadem cum ea, propter quam hereditatem dicimus. Hereditas enim, vt rectè Cassiodorus scribit in Psalmum 2. & 15. & 77. ab hero dicta est, id est, domino, quòd eam iure legitimo dominus possideat. Quod & nos probauimus iam lib. 2. Institutionum tit. de hered. qualit. & diff. Si quis verò miretur quòd quæ in herede syllaba producitur, ea in hero corripiatur, legat Gellium lib. 12. cap. 3. Quae illic Gellius tradit, non videntur sine accommodari posse.

## *Loci quidam Cæsaris & Plinij emendati, & quid sint coactilia & impilia apud Vlpianum.* CAP. XI.

F

Coactilia in l. argumento. D. de auro & arg. leg. indumenta sunt strictiùs compacta ex villis crassioribus, quo ex genere petasi & καυνάκαι & galbinæ, vel molliora alia quædam quæ ex lanis xylinis, caprinis, ouillis conficiuntur, cuiusmodi sunt Thoracomachi qui loricas superinducuntur. Plinius lib. 8. cap. 48. Lanæ & per se coactam vestem faciunt. Sic legendum, vt tunicas ex coactis factas apud Cæsarem III. de bello ciuili. Lego ex veteribus coactis, non vt vulgò, subcoactis. Studiosè cum auctorem conferens cum scriptis codicibus, id etiam reperi lib. 2. de bello Gallico, dum recensentur Galliæ populi qui in Cæsarem arma

G sumpserunt, pro Catuacos, legendum Atuatucos, qui quales sint non ignoratur. Hi sunt qui Aduatici dicuntur, à Dione Ἀτουατικοὶ, in libris scriptis modò Atuatici, modò Atuatici & Atuatuca vrbs. Sic legendum lib. 7. *Impedimenta omnium legionum Atuatucam contulit. Tribus horis Atuaticum peruenire potestis. Ipsi Atuatucam*

conten

*contendunt.* Catuaci verò illi penitus ignorantur. Inueni quoq; lib. 5. illo loco, *Omnes verò se Britanni glasto inficiunt, quod ceruleum efficit colorem,* non *glasto* vel *vitro*, vt est apud Pomponium Melam scriptum, sed *nitro* esse legendum. Quod confirmat Vitruuius lib. 7. cap. 11. qui ex nitri flore ceruleum fieri ait. Porrò in eadem l. argumento, Vlpianus ait impilia vestis loco esse. Plinius lib. 19. cap. 2. esse laneam naturam, ex qua impilia vestesq; quædam conficiuntur. Sic habent manuscripti. malè impressi, *mapalia*. Impilia vocat quæ VIII. περὶ φυτῶν Theophrastus, ex quo illa sumpsit πόδια. An igitur fasciæ pedules & impilia idem? Pedules sic dicuntur, vt pedula auctore Festo, quæ Græci πέδιλα vel πόδια. B

*Explicatur §. vsuræ. l. tutor. D. de administ. tut.* CAP. XII.

TVtor primo anno intra sex menses pecunias collocare debet. l. si tutor. D. de adm. tut. idoneis scilicet nominibus. Sic legendum in l. 3. C. de vsur. pupil. Sequentibus annis singulis duo ei menses dantur, quorum ratione nullæ ab eo pecuniarum vsuræ exiguntur. Detrahuntur hi duo menses ex singulis annis in ponenda vsurarum ratione, quòd tantum temporis ad exigendas, & rursus collocandas pecunias tutori suppetere necessarium videatur. Dixi, singulis annis: idq; l. tutor. §. vsuræ. D. de adm. tut. adiiciendum censeo ex No. 72. & ex scholio C apud Constantinum lib. 5. Epit. apposito ad sententiam. l. si tutor, in hunc modum: τὸ δὲ εἰρημένον περὶ τῶν δύο μηνῶν, νόησον περὶ ἑκάστου τῶν ἑξαμηνιαίων: vbi περὶ ἑκάστου sic accipitur, περὶ ἑκάστου ἐνιαυτοῦ vel χρόνου. Ergo singulis annis eximitur illud duorum mensium spatium, cuius nullæ pupillo præstantur vsuræ, atque ita ei vsuræ non præstantur statim, id est, perpetuò & perseueranter, sine intermisione, sine laxamento. Sic accipi sæpe in aliis auctoribus duo celebres Grammatici notarunt, Nonius & Donatus. Quòd si pecunias tutor in suos vsus conuerterit, statim ab eo exigentur vsuræ, id est, sine illo laxamento duorum mensium. quod Græci his verbis exprimunt, πάντα δὲ οὐκ ἔστιν ἐπὶ τῷ συγχωρουμένῳ. D

*De solemnibus manumißionum ex XII. tabul. & de vicesima manumissorum.* CAP. XIII.

EX veteribus auctoribus quos habemus, circumductiones illas & iniuriosa ῥαπίσματα quæ in manumisionibus interueniebant ex XII. tab. quorum Iustinianus meminit in No. 81. & l. vlt. C. de emanc. lib. nemo melius descripsit, quàm Claudianus in libro de IIII. Cōsulatu Honorij his versibus:

*Te fastos ineunte quater, solemnia ludit* E
*Omnia libertas, deductum vindice morem*
*Lex celebrat, famulusq; iugo laxatus herili*
*Ducitur, & grato remeat securior ictu,*
*Tristis conditio pulsata fronte recedit*
*In ciuem, rubuere genæ, tergoq; remouit*
*Verbera promißi felix iniuria voti.*

Hæc ita legibus XII. tab. agebantur non in seruorum modò, sed & in filiorum manumisionibus: atque ideo manumittere sic dicimus, quasi palma sine colapho infracto dimittere. Ambrosius 2. Epist. Libertas quam manumissus accipit, & palma lictoris donatus acquirit. Cornutus in Persium. Quotiens, inquit, manumittebant eos alapa percussos circumagebant, & liberos confirmabant. Vnde manumisio dicta est, eo quòd manus ei immitteretur. Quod ait de circumactione quam Iustinianus circumductionem, alij vertiginem vocant, Arrianus bellè confirmat in Epictetum lib. 2. his verbis: ὅταν στρέψῃ τις ἐπὶ στρατηγοῦ τὸν αὐτοῦ δοῦλον οὐδὲν ἐποίησεν; ἐποίησέ τι, ἔστρεψε τὸν αὐτοῦ δοῦλον ἐπὶ στρατηγοῦ; ναὶ καὶ εἰκοστὴν αὐτοῦ δοῦναι ὀφείλει. & id maximè notandum quod ait de danda vicesima manumissi, quæ introducta est lege lata C. Mario & Cn. Manlio Coss. vt T. Liuius scribit. Ad quam pertinet etiam quod ita scribit lib. 3. ὁ δοῦλος εὐθὺς εὔχεται ἀφεθῆναι ἐλεύθερος. διατί; δοκεῖτε ὅτι τοῖς εἰκοστώναις ἐπιθυμεῖ δοῦναι ἀργύριον. Significat eum qui appetit libertatem, pecuniam vicesimariis dare cupere. G

*De immodicis & inofficiosis donationibus.* CAP. XIIII.

Si

SI parens vni ex liberis vltra dodrantem, vel secundum No. Iustiniani, vltra bessem aut semissem donauerit, vel etiam si totum suum patrimonium in vnum ex liberis contulerit (quod est in Constitutionibus positis sub tit. de inof. don. patrimonium exhaurire, exinanire, vacuum facere, euiscerare, & in No. 92. exantlare, siue ἐξαντλεῖν) ceteris liberis datur actio, qua donata reuocatur pro quadrantis aut trientis hodie semissis ue ratione. Donationem in assem, in'ue partem virilem reuocari nusquam legitur. Debitam tantùm portionem reuocari aut repleri confirmant admodum multæ cõstitutiones tituli de inoff. donat. & quòd Symmachus in epistolis scribit his verbis, *Actionem ex Placidiani V. C. nomine qui pater puellæ fuit immodicarum donationum causa manasse respondit, supplementum verò vnciarum ab herede Placidiæ asseruit postulari.* Et quod Iustinianus in No. 92. cuius speciem ita rectè ex magistro Harmenopulus posuit. Pater quatuor habet filios Primum, Secundum, Tertium, Quartum, & LX libras auri in bonis. Singulis ergo pro debita portione debet quinque. Primo & Secundo donat directò XXX. libras. Testamentò autem reliquorum bonorum diuisione facta inter omnes liberos Primo & Secundo XXV. libras attribuit, Tertio & Quarto aspergit quinque. Placet Tertio & Quarto supplendarum aliarum quinq; librarum aduersus fratres Primum & Secundum actionem dari, atque adeò in ponenda Falcidia non præsentium modò, sed etiam antè donatorum bonorum rationem haberi. Subiicit & eius Nouellæ ex alio auctore vt breuem & elegantem epitomen, ἐὰν δὲ ὁ γονεὺς εἴς τινα τῶν παίδων ἄμετρον δωρεὰς παρὰ τὸ γονικὸν αὐτοῦ, μένουσι ὁ φαλκίδιος τοῖς λοιποῖς ἀδελφοῖς, εἰ μὴ ἀρκεῖ ἀχάριστοι εἰσίν. Nec huic sententiæ vllo modo aduersatur l. Titia Seio. §. Imperator. D. de lega. 2. dum extantibus nepotibus duobus, & in vnum ab auia collata donatione immodica, alteri ait donatorum pro dimidia parte reuocationem dari. Dimidiam enim quartæ partis intelligit. idq; ita explicari conuenit ex l. si mater. C. de inof. don. Quod & verissimum & apertissimum est.

## *Ad l. si de vi. D. de iudiciis.* CAP. XV.

QVod dicitur, mota controuersia proprietatis & possessionis prius de possessione, quàm de proprietate cognoscendum esse, malè nostri interpretes probari putant eo quod refertur Adrianũ Pium nõ modò rescripsisse, sed etiam decreuisse in l. si de vi. D. de iudic. l. 5. D. ad leg. Iul. de vi pub. *Si de vi,* inquit, *& possessione quæratur.* De vi quæritur duobus modis, ciuiliter & criminaliter. Ciuiliter, per interdictum Vnde vi: Criminaliter legibus Iuliis. l. 1. §. 1. D. vnde vi. l. 4. C. eod. l. 1. C. quan. ciui. act. Cùm de vi ciuiliter quæritur, & de possessione restituenda quæritur. Est igitur de vi & de possessione tunc vna eademq; quæstio. Cùm de vi criminaliter quæritur, diuersæ sunt quæstiones. Nec enim quidquam possessorium iudicium cum criminali commune habet. l. si quis. C. ad leg. Iul. de vi. Proinde in l. si de vi, fingendum non est de vi ciuiliter quæri, quandoquidem separat in ea Callistratus vim à possessione, & duas quæstiones facit, vnam de vi, alteram de possessione, cui adiungit Martianus in d. l. 5. vel de dominio. Fingendum igitur de vi criminaliter quæri, de proprietate vel de possessione ciuiliter. quod & legum ambarum inscriptiones suadent. Vna est ex Callistrati v. de cognitionibus, Altera ex Martiani IIII. Institutionum, qui libri, vt ex indice Labitti nostri viri optimi & doctissimi constat, omnino ad res criminales spectant. Restat in eis legibus non hoc proponi, prius esse cognoscendum de possessione, quàm de proprietate, sed de ipso vis crimine, quàm vel de proprietate vel de possessione. Maiorem quæstionem minori præferri, quod sæpæ aliàs fit. l. vlt. C. de ord. cog. Ceterùm pugnat valde cum ea sententia l. 1. C. de appel. l. si quis. C. ad l. Iul. de vi. & fateri cogimur ita quondam rescripsisse & decreuisse Pium, idq; tantummodo à Callistrato & Martiano referri. Nihil verò ab ipsis disputari ea de re atque concludi. Posteriores constitutiones esse sequendas, atque his similia quædam annotauimus in l. 5. D. qui testa. fac. poss.

## *De vicesima hereditatum locus.* CAP. XVI.

SCio multa esse in Pandectis vexata ab interpretibus, quæ nisi ex iure antiquo repetita interpretatione nunquam quisquam liquidò explicaturus est, præsertim in libris de legatis, & vnum inter cetera in l. cum filiof. De leg. 1. quod etiam

q si ind

si indicaui, vix vlli occurret, nisi iuris antiqui peritissimo. Sed hoc nolo. Est aliud in l. filiusf. §. Diui. 2. eod. tit. quod explicare decreui. Vt ante Iustiniani Nouellam 119. præceptum testatoris alienationem prohibētis non erat fraudi heredi quominus quartam detraheret ex lege Falcidia, vt non est fraudi creditoribus quominus pignora distrahant, ita fisco non est fraudi quominus detrahat vicesimam ex lege Iulia. Bonorum alienatione vetita excipiuntur pignora, excipitur vicesima. & hoc est quod ait in eo §. nec creditoribus ea præcepta testatorum, nec fisco fraudi esse, ab interpretibus malè perceptum. Excipiebatur & Falcidia, quæ tamen hodie cùm possit prohiberi, & prohibitione illa comprehenditur. De vicesima scripsi in sententiis receptis Pauli.

*De interdictis, edictis, actionibus.* CAP. XVII.

INterdicta etiam decreta vocantur §. sunt autem. Inst. de interd. l. 1. D. de tab. exhib. M. Tullius pro Cecinna. *Nego me ex decreto prætoris restitutum esse.* & paulò pòst. *Non sum ex decreto restitutus.* Actionis quoque verbo interdicta continentur. l. actionis. D. de obl. & act. l. 3. D. de mor. inf. l. ob id. §. vlt. D. ad l. Aq. Idem Tullius in eadem oratione. *Hanc puto me habere actionem vt per interdictum meum ius teneam.* & infrà, *Vtrùm hanc actionem habetis quâ nos vsi sumus.* & infrà, *Huiusce generis vna est actio per hoc interdictum quo nos vsi sumus.* & paulò pòst coniunctim, *Huius rei interdictum atque actionem.* Ergo interdictum actio est. Actio formula quædam prætoria. Interdictum quoque formula est siue ἀπόφασις, vt Theophilus ait §. 1. & §. pen. de interd. id est, sermo siue effatum quoddam prætoris. Vtrunque in albo proponitur. l. 1. C. de interd. Vt interdictum non tantùm de possessione editur vel quasi possessione, sed & de proprietate interdictum & quasi proprietate. l. 2. §. quædam. D. eod. Sic actio non tantum de proprietate vel quasi, sed & de possessione potest esse, vt condictio incerti per quam possessio condicitur. l. 2. D. de condict. trit. l. heres. D. ad Treb. Non omnis tamen actio interdictum est. Hinc quæritur quid interdictum distet ab actione, quæ interdictum non est. Ego qua consueui breuitate vtar, summa differētia hæc est, interdicti & actionis ordinem, solemnitatem, executionem, formulam esse diuersam, effectum eundem. Quod exemplis comprobari facilè potest. Possessionem repetimus per interdictum vnde vi, aut per condictionem incerti. l. 1. §. restituere. D. vti poss. l. vlt. C. de actio. emp. Vtriusque idem est effectus. Tam enim per condictionem, quàm per interdictum possessionem qui agit, adsequitur. Ordo & formula diuersa est. Ad interdictum ibatur vi & deductione quadam moribus facta, aduocatis amicis in rem præsentem, vt constat ex oratione pro Cecinna, quæ obseruatio & diligentia nulla erat in condictione incerti. Interdicti formula hæc erat, VNDE TV ILLVM VI DEIECISTI EO RESTITVAS. Actionis hæc, SI PARET ILLVM ILLI PER VIM POSSESSIONEM ABSTVLISSE NEQVE RESTITVETVR L. TITIVS IVDEX ESTO. Ceterùm vtraque actio penitus est in personam. Quod non ita contingit semper. Nam interdicta omnia vi ipsa personalia sunt, licet quandoq; non in personam, sed in rem scribantur. l. 1. §. pen. D. de interd. Actiones aliæ in rem, aliæ in personam, aliæ vi & scriptura sunt eiusmodi, aliæ vi tantùm non scriptura, vt Quod metus causa, quam tamen si malit actor in personam scribere, non prohibebitur, licet contra illas quæ in personam scribi solent, vtique semper necesse sit ita scribi. Sequuntur alia exempla. De arboribus cædendis est interdictum, est & actio ex XII. eiusdem potestatis, non eiusdem ordinis & formæ. De precario est interdictum, est & condictio incerti. Vtriusq; finis & effectus idem, ratio agendi diuersa. De reuocandis iis quæ in fraudem creditorum gesta sunt, est actio in factum siue Pauliana, quæ proponitur in l. 1. D. quæ in fraud. cred. & interdictum fraudatorium, quod proponitur in l. ait prætor. eod. tit. vbi quod subiicitur de actione in factum causa cognita in ignorantem danda, referri oportet ad actionem Paulianam priore loco propositam. Vtriusque verò idem fere est effectus, executio non est eadem. De tabulis proferendis heredi interdictum datur. datur & actio ad exhibendum. Idem vtraque consequitur, non eodem tamen ordine. De executione interdictorum eleganter Aggenus Vrbicus libro secundo (edito integriorem intelligo) ita scribit. *De loco si possessio petenti firma est etiam interdicere licet, dum cetera ex interdicto diligenter agantur. Magna enim alea est litem ad interdictum deducere, cuius est executio*



*perpl*

A *perplexissima. Si verò possessio minus firma est mutata formula iure Quiritium peti debet proprietas loci.* Illa verborum differentia, cui causam dat varietas illa formularum, omittenda non est. Interdicere commune esse prætoris & actoris. Agere actoris proprium. Prætorem qui interdictum dat, interdicere. Prætorem qui actionem dat, non agere. Nunc de eo videamus quod interpretes quærunt, qua re distet edictum ab interdicto. Id quæri censeo perquàm inscitè. Cur enim de edicto & actione idem non quærunt? Vt actiones edicto promittuntur, sic & interdicta, nempe his verbis, Interdicam, Decreto comprehendam, Interdictum dabo, Iudicium dabo, & inde Paulus

B IIII. Sent. Edicto, inquit, perpetuo cauetur, vt interdicto reddito agi possit. Is verò in quem ex edicto interdicitur si rem velit defendere, de ea iudex sumitur, cuius arbitratu absolutio vel condemnatio fit. Quòd si rem non defendat, in bona eius itur. Vnus est locus in Pandectis, in quo malim pro, Interdictum, legere, Edictum. Neque enim puto his auctores abuti vocabulis. Locus ille est in l. prætor ait. §. 1. D. de no. op. nunc. in quo interdictū, quod ex noui operis nunciatione competit, cuius hæc est formula, QVOD ADVERSVS EDICTVM FACTVM SIT, vti cōstat ex l. 5. §. si quis fortè. l. si opus. l. ædibus. l. pen. l. vlt. D. eo. Quod aduersus interdictum factum sit competere dicitur, cur ex tot locis vnus ille non emendabitur? Similis error aliàs insedit in l. 1.

C §. 1. D. ne vis fiat ei qui in poss. & l. 2. C. quor. bon. & l 1. §. annus. D. vnde vi. Denique vt contra actionem facere, sic contra interdictum facere vix credam rectè dici. Extremum illud est vt moneamus ordinem actionum & interdictorum hodie esse sublatum. Erant hæc duo remedia ordinarij iuris. Inde Frontinus, *De possessione*, inquit, *per interdictum, id est, iure ordinario litigatur.* Et Spartianus in Perennnio, de imperio cum Seuero Iulianum egisse ex interdicto vti possidetis, vt iure scilicet ordinario ad principatum peruenisse videretur. Tribuuntur interdicta iuri prætorio. verè. At Petronius Arbiter in Satyrico, *Dixi, inquit, iure ciuili dimicandum, vt si nollet alienam rem domino reddere, ad interdictum veniret.* Ius ciuile pro prætoris ordinario iure vsurpat:

D vt M. Tullius pro Cæcinna, *Quid denique ad ius ciuile*, inquit, *aut ad actoris notionem & animaduersionem?* Dixi interdictorum hodie nullum ordinem esse. Hoc igitur dixi de possessione & ceteris causis quæ interdictis continentur, hodie per formulam & veteri more non disceptari sed extra ordinem, non directò, sed vtiliter, non recto interdicto, sed quasi interdicto siue exemplo interdicti. l. 1. & 4. C. vnde vi. l. vlt. C. de lib. exh. id est, actione vtili, extraordinaria, in factum. §. vlt. Inst. de interd. Inde titulus lib. 43. Pandectarum sic est à Triboniano conceptus, De interdictis siue extraordinariis actionibus, quæ pro iis competunt. Addidit Tribonianus illa, *Siue extraordinariis*,

E quæ absunt ab indice titulorum præposito Pandectis Florentinis. Et verò earum actionum in Pandectis nusquam fit mentio, idque solùm in eis proditum est ex causa interdicti de migrando, inquilino extra ordinem subueniri. l. 1. D. de migr. ac de eis malè fuit semper acceptus §. nonnulli. l. prætor ait. D. de no. op. nunc. Nec enim versus ille diuelli debuit ab eo §. qui præcedit, in quo an interdictum, Quod aduersus edictum factum sit, detur aduersus heredem eius qui fecit quæritur, & relata sententia Labeonis, subiicitur (Sic Flor. scriptum ἀλλοτρίως) *Nonnulli putant in factum esse dandam quàm interdictum*, quod verum est. Verum est igitur heredem eius qui contra nun-

F ciationem fecit, in factum potius teneri, quàm interdicto illo restitutorio, quod ex noui operis nunciatione reddi solet. Neque enim heres qui nihil fecit, opus restituere & in pœnam defuncti succedere debet. l. pen. D. eod. tit. Ergo propriè interdicto restitutorio non tenetur, sed in factum actione ob rationem calculi & indemnitatis, vt scilicet eius quod ad eum peruenit ratio subducatur. & ita in heredem eius qui dolum malum aut vim adhibuit, in factum potius, quàm de dolo actionem vel interdictum vnde vi dari constat. At de illis extraordinariis actionibus quæ instar interdictorum dantur, agunt Imperatores in l. vlt. C. de interd. dum ruptis veteribus ambagibus, id est, misso veteri ordine, actionem vtilem quæ pro interdicto competit, vt puta actionem vnde

G vi, statim esse proponendam aiunt, & ideo in l. pen. eod. cùm dixissent de possessione agi competentibus actionibus, id mox ita explicant, vt non interdictis agatur sublato iam iudiciorum ordine, sed actionibus institutis ad exemplum & similitudinem interdictorum. Hæc habui de interdictis, in quibus ad cognoscenda interdictorum iura viam sibi quisque munire facile potest.

*De vi vlciscenda & defendenda.* CAP. XVIII. A

VT contra vim vi experiri, & arma armis propulsare liceat iure omni comparatum est, naturali, gentium, & ciuili. Noti sunt auctorum cùm nostrorum, tum exterorum loci. Id verò fieri debet non supra modum, sed cum modo æquo & pari, vel vt est scriptum in l. I. C. vnde vi, cum moderatione inculpatæ tutelæ, id est, cum defensione æquabili & remota ab omni culpa. Est igitur modus aliquis propulsandæ vis, qui tunc maximè seruatur, cùm eam defendendo propulsamus, id est, quatenus nostri nostrorum'ue tuitio exigit, non vlciscendo. Vim manu & viribus defendere licet. vlcisci non licet nisi legitimis actionibus. l. scientiam. §. qui B cùm aliter. D. ad leg. Aquil. Ideoq; possessionem mihi per vim ereptam confestim vi repetere possum non ex interuallo. Confestim, id est, inlico, in ipsa concertatione atq; congressu. l. 3. §. eum igitur. D. vnde vi. Quæ enim ex interuallo vis infertur, cogitatè infertur, nec tam ad defensionem, quàm ad vltionem spectat, & ob id in lege quoque Atheniensium de vi & contumelia propulsanda apud Demosthenem additur articulus, εὐθύς. Theodorus Hermopolites ad l. 12. D. quod met. cau. τὸ παραχρῆμα ἐντὸς δύο ὡρῶν. Quod sumpsit ex contextu lib. 60. Βασιλικῶν tit. 17. cap. 9. in quo ita est: εὐθὺς ἢ μὴ τι μετὰ διωξιν. Idem & ad l. scientiam. D. ad leg. Aquil. Græci ex eodem loco C notarunt.

*Ad l. 2. C. de interdictis.* CAP. XVIIII.

CVm l. 2. C. de interd. coniungenda est l. I. C. vbi de hered. agit. vtriusque eadem est inscriptio & subscriptio. Est namque in l. I. vt veteres libri docent, pro *Messalæ*, legendum *Messiæ*. Sensus quoque vtriusque congruit & cohæret satis. Si sit controuersia de hereditate inter institutos & legitimos vel substitutos, instituti rectè desiderāt se interim mitti in possessionē rerum hereditariarum ex edicto D. Adriani. Id verò desiderant à præside eius prouinciæ in qua sunt res hereditariæ. Tum de hereditate litigant apud eundē, si & in ea prouincia is D cum quo agitur, degat. Alioquin domicilium sequuntur rei. Nam præses de hereditate atque adeò de proprietate, de iure, non potest cognoscere in eum, qui eiusdem prouinciæ non est. Hæc l. I. Additur in l. 2. ne ex interdicto quidem, id est, de possessione præsidi in eum cognitionem dari, qui eiusdem prouinciæ non est. Grauior est proprietatis quàm possessionis quæstio. & possessio quæ addicitur, plerunque momentaria. Proprietatis ius perpetuariū. Vt tamen de proprietate, ita de possessione non cognoscet præses in eum qui eiusdem prouinciæ non est. In d. l. 2. *ex interdicto*, sic interpretor, De possessione. Plerumq; enim interdicta sunt de possessione vel quasi. Pauca E quædam de proprietate & iure: vt interdictum De itinere actuq; reficiendo, in quo vt in actione confessoria docere de iure actor debet, & De aqua castellaria, in quo etiam ius aquæ adsignatum esse probari necesse est, & De arboribus cædendis, quod non datur nisi proprietatis aut fructus domino, certè non est de possessione, & De mortuo inferendo in locum purum. Nec mirum si sint quædam interdicta rei familiaris causa prodita de proprietate. Nam & diuini iuris sunt quædam de quasi proprietate, veluti De mortuo inferendo in sepulchrum quod quasi meum est, & ea etiam quæ ad suum ius tuendum pertinent, veluti de liberis aut libertis exhibendis, qui quodammodo mei sunt. l. 2. §. quædam. D. de interd. Et hæc quidem totam litem finiunt, nec vllam alteri F præstruunt viam. Huius generis interdicto finitur totum. Sic legendum in l. I. §. vlt. D. de aqua quot. & æst. Illa quæ sunt de possessione vel quasi possessione præparatoria sunt, vbi desierūt, incipit secunda actio. l. vlt. C. quo. bon. quæ & principalis actio dicitur in l. nulli. C. de iudic. l. si quis. C. ad leg. Iul. de vi. l. I. C. Th. vnde vi, & apud Cassiodorum IIII. Variar. *Si partibus vestris in causa momentaria vel principali iustitiam adesse cognoscitis.* Sic legendum.

*Indicatur Triboniani facinus quoddam in tit. Vnde vi.* CAP. XX.

INterdictum De vi armata annuum non fuisse, sicut interdictum quotidia- G num vnde vi, M. Tullius his verbis significat xv. Epist ad Cassium. *Postulabimus ex qua heresi vi hominibus armatis deiectus sis, in eam restituare.* In hoc interdicto non solet addi, In hoc anno. Quare si iam biennium aut

trien-

A triennium est cùm virtuti nuntium remisisti, delinitus illecebris voluptatis, in integro res nobis erit. At Tribonianus qui & cetera quibus inter se ea interdicta dubitabant omisit aut confudit, in l. 3. D. vnde vi. cuius prior pars est de interdicto De vi armata, posterior de interdicto fructuario, ad finem prioris cùm ita duntaxat scripsisset Vlpianus, *Et post annum redditur*, adiecit ille, quantum auguror coniectura, *In id quod peruenit ad eum qui prohibuit.* ineleganter. Debuit enim dicere si idem illius interdicti & quotidiani voluit esse ius, *In id quod peruenit ad eum qui armis deiecit.* Verbum enim *Prohibuit*, vnum tantùm casum complectitur, Si venientem in possessionem armis B prohibuit. d. l. 3. §. si autem. Tum verò non scripsisset Vlpianus interdictum de vi armata post annum reddi in id quod peruenit, quin prius annotasset id intra annum dari, sicut de interdicto vnde vi scripsit in l. 1. post cuius tractationem, sumpto interdicto De vi armata, id tantùm ad differentiam superioris interdicti adscripsit, *Hoc post annum reddi*, vt de interdicto precario scriptum est in l. quæsitum. §. pen. D. de preca. Est & tertium interdictum restitutorium de clandestina possessione. l. 7. §. Iulianus. D. com. diuid. De quo non agitur lib. 43. Digestorum, quod exemplo interdicti vnde vi, in possessorem perpetuum, in eum qui clam, etiam si sine dolo & culpa desiit possidere, annuum esse reor. Tribus modis mala fide aliquid possidetur, vi, clam, precario, eorumq; C nomine tria interdicta sunt, De vi, De precario, De clandestina possessione.

*Indicatur lex quædam* XII. *tab. De duplis fructibus.* CAP. XXI.

PRædo ex eo die quo rem alienam inuasit, fructus præstat non tantùm quos vel inhoneste percepit, sed & quos vetus possessor honeste percipere potuit. l. 1. §. ex die. D. vnde vi. Is verò qui rem alienã simpliciter tenet nec conuentus reddit, & generaliter in ceteris causis possessor rei alienæ, ex eo tantùm die fructus præstat, quo res in iudicium deducta est. Qua de re scripsimus Obser. D IIII. cap. XI. vterque autem olim duplos fructus præstabat, vt constat ex l. 1. C. Th. de fruct. & lit. exp. & Ambrosij Epistola 24. Quod ex vetustiore iure manare, quàm Codice Theodosiano ex eo intelligitur, quod de iis fructibus duplis Paulus scribat lib. 5. sent. tit. 9. & quod Petro Pitheo viro eruditissimo acceptum fero, ij sint qui ab Vlpiano maiores fructus dicuntur in l. 6. §. vlt. D. mand. Ac sanè id ex XII. tab. originem duxisse puto. Hæc enim verba XII. tab. leguntur in Festo: SI VINDICIAM FALSAM TVLIT ··· SI VELIT IS, ARBITROS TRES DATO. EORVM ARBITRII FRVCTVS DVPLIONE DAMNVM DECIDITO. Quæ sic restituenda videntur. SI VINDICIAM FALSAM TVLIT, REI SIVE LITIS, ARBITROS TRES E DATO. EORVM ARBITRII FRVCTVS DVPLIONE DAMNVM DECIDITO. Ex his verbis liquidò constat, etiam illo spatio minimè impleto, de duplis fructibus actionem esse ex XII. tab. in eum qui rem alienam sibi falsò adseruit & vindicauit. Illud quoque ex eis discimus, quod in legitimis actionibus scribi solebat, QVAM REM SIVE LITEM, auctore Varrone, id sumptum fuisse ex XII. tab. Quod verò de tribus arbitris dandis scribitur, valde congruit cum eo quod M. Tullius in hunc modum scribit l. de legib. *Nec Mamilia lege singuli, sed ex* XII. *tres arbitri fineis regemus.* Sic legendum, vulgò malè alij, *Sed nos*, Alij, *Sed ex his.* Sicut & lib. 2. alij, vt in ve- F teribus his sacratisq; legibus, *Alij*, vt in veteribus ex his: cùm sit legendum, *vt in veteribus* XII. *sacratisq; legibus.* Ergo & in actione finium regundorum, quæ vindicationi cohæret. l. 3. C. fin. reg. tres arbitri sumuntur ex XII. tabulis.

*De interdicto Vti possidetis.* CAP. XXII.

INterdicti vti possidetis hæc ex Aelio Gallo verba prodidit Festus, *Vti nunc possidetis eum fundum quo de agitur, quod nec vi nec clam nec precario alter ab altero possidetis, ita possideatis: aduersus ea vim fieri veto. Nunc*, inquit, id est, tempore editi interdicti. & sic in l. 3. §. Labeo. D. vti possid. hæc hu- G ius interdicti formula proponitur, *Sicuti nunc possidetis eas ædes ex quibus proiectum est*, & in l. 1. D. de interd. hoc interdictum in præsens tempus referri dicitur. In idem tempus hodie refertur interdictum vtrubi, quod est de rebus mobilibus. Id & vtribi dixeris rectè, vt Næuius in Tarentilla, & vtrobi, vt Cato pro Lusitanis apud Charisium.

Sunt verò in vtroque indiscretæ partes actoris & rei, cùm tamen in aliis soleat prætor singulari, non duplici sermone vti, ex quo fit vt sint illa simplicia hæc duplicia. Vincit autem vtroque alteruter aut neuter. Ac siquidem alterum possedisse iusta ex causa, alterum non possedisse liqueat, possessor vincet. Si vtrumque, veluti iustè vnum, iniustè alterum, secundum Trebatij sententiam, qui hoc modo duos insolidum possessores constituebat, quod & similiter in precarij rogatore & rogato domino Sabinus admittebat. l. 3. §. ex contrario. D. de adq poss. cuius opinionis vestigium quod restat dissimulare non possumus in l. & habet. §. eum qui. D. de preca.. Est enim ex libris Pomponij ad Sabinum. Igitur licet, si verum pressius intueamur, duos placeat magis pro solido eandem rem possidere non posse, si tamen ex illorum sententia duos in solidum proponamus possidere (erit hæc suppositio potius quàm propositio) vt si ponam me animo possidere iusta ex causa, te vi aut clam, si à me possides, ego te vincam, quia possessionem tuam aduersum me nemo tuebitur, meam tuebitur iudex quilibet, qui vel ob id semper pro possessore habeor, quòd de reciperanda possessione mihi interdictum competat. l. si quis vi. D. de acq poss. Similiter si à me precario possides, ego vincam te. l. qui precario. D. de precario. l. 1. §. vlt. D. vti possid. Quòd si ab alio ita possides, vtrumque prætor tuebitur: proinde neuter vincet, neuter vincetur. Vitiosam ergo possessionem aduersus extraneum prætor tuetur. l. vlt. D. de acq. poss. & in summa hoc interdicto prætor possessorem vel possessores tuetur, dummodo alter ab altero nec vi, nec clam, nec precario possideat. Is verò qui non possidet, nihil hoc interdicto prorsus adsequitur: vt creditor in possessionem missus. l. 3. §. creditores. D. vti poss. l. 9. D. de rei vind. Quamobrem non probo quod scriptum est in d. l. 3. §. item videamus si proiectio, nam ei qui ex suis ædibus proiecit in vicini solum, quàm vicino inutile interdictum esse. Cùm enim hæc subiiciatur ratio, *quia vterque possidet*, necesse est vt antè fuerit scriptum, vtrique vtile interdictum esse, id est, efficax, vt d. l. 3. §. si vicinus. Et verò confirmatione ea quæ sequitur ex Labeone, qui tamen non eiusdem est familiæ cuius fuit Cassius, ex quo illud refertur, id ita plane enucleatur. Labeo enim facta ex meis ædibus in tuas proiectione, vtrique interdictum dat. Sunt eo loci hæc verba pro interdicti formula accipienda, *Si eum locum possideamus qui proiectio tegitur, sicuti nunc possidetis eas ædes ex quibus proiectum est:* vt in l. 3. §. si quis ex mandato. D. de itin. actuq; pri. *Vt ille vsus est qui mandato meo emit.* quod pauci animaduertunt.

*Interdicturos vtrubi, agere ad exhibendum.* CAP. XXII.

Plerumque vindicaturi ad exhibendum agunt. l. 1. D. ad exhib. Nonnunquam interdicturi. l. 3. §. sed & si quis interdicturus. §. si meum. D. eod. At quo interdicto? Si dixeris, Precario, vt interpres, somnianti similis videbere. Quid extra interpretem alij dixerint nescio, nec sum admodùm solicitus. Quid sit dicendum scio. Formula ad exhibendum agit qui rem suam esse, vsumfructum suum esse, ius pignoris suum esse affirmat. Similiter & qui possessionem suam esse affirmat. l. 3. § Pomponius. D. eod. Hoc verò nec actione affirmatur, nec alio interdicto, quàm vti possidetis vel vtrubi. Festus: *In legitimis*, inquit, *actionibus nemo ex iis qui* deest verbum, possident) *possessionem suam vocare audet, sed ad interdictum venit, vt Prætor iis verbis vtatur, vti nunc possidetis.* quæ verba retulimus cap. 16. ex quibus colligitur eum qui agit vti possidetis possessionem suam vocare, & consequenter eum qui agit vtrubi, quod est eiusdem naturæ & potestatis. Atque ideo possessione euicta, verum est de euictione actionem competere, quæ non competit nisi vindicationis specie euictum sit. l. 38. §. si quis fortè. D. de verb obl. Ad exhibendum igitur is tantùm ob possessionis causam agit qui eam suam esse contendit, vt est scriptum in d. §. Pomponius, id est, qui acturus est vtrubi. Nam præparare actio ad exhibendum, quæ est de rebus mobilibus, interdictum vti possidetis, quod est de immobilibus, non potest. Denique aut propter in rem actionem illa actio datur, aut propter interdictum vtrubi.

*De interdicto Saluiano.* CAP. XXIIII.

Aduersus extraneum Saluianum interdictum non dari Imp. Gordianus rescripsit in l. 1. C. de preca. Contrà Iulianus in principio l. 1. & in eiusdem legis §. 1. D. de

A Sal. interd. aduersus extraneum Saluianum dari rescripsit. Gordianus de interdicto loquitur quod omnimodo est in personam. Iulianus de vtili, cuius verba in rem scribantur; *Vtile*, inquit, *interdictum reddi oportet*, verbis scilicet in rem scriptis. Est alia quædam in eo tractatu longè obscurior quæstio, an, inter ipsos quibus eadem res obligata est, reddito Saluiano aut Seruiano iudicio, possessor vincat: quam nemo quod sciam dilucidè adhuc exposuit. Ego verò animaduerti l. vlt. D. de Sal. interd. coniungendam esse cum extremo l. si debitor. D. de pign. Vt enim hæc est ex L X X I I I. Vlpiani ad edictum, sic & illa, non si sequamur Florentinam scripturam quæ hac in parte B vitiosa est, sed si sequamur alios libros scriptos quos habeo, & ipsum ordinem edictorum. Quæstionem verò ita dirimendam. Aut duobus eadem res insolidum obligata est, aut pro partibus. Si insolidum, aduersus extraneos singuli Saluianum & Seruianam habent, inter quos possessor vincit. Ita de Saluiano Iulianus scripsit in l. 1. D. de Saluia. interd. Sed de Seruiana quoque idem eum scripsisse reor, quandoquidem de Seruiana idem eisdem omnino verbis Vlpianus scripsit in l. si debitor. D. de pignor. idq́; vt opinor, ex eo Iuliani libro. Sed Tribonianus posito titulo de Saluiano interdicto, Saluiani nomen retinuit, Seruianæ circumscripsit, non tamen ita accuratè, vt non resideat adhuc Seruianæ actionis mentio. Quod enim Iulianus, *Vtilis actio & aduersus extra-* C *neos & inter ipsos dari debebit*, non vtile interdictum significat, sed Seruianam, quæ & vtilis Seruiana dicitur, id est, generalem formulam hypothecariam, vt in d. l. si debitor. Igitur si duobus res sit obligata pro partibus, actione Seruiana inter ipsos reddita, dimidia pars possessionis auocabitur, sed non (vt hanc persecutus speciem Vlpianus scripsit in d. l. vlt.) interdicto Saluiano, quoniam in interdicto Saluiano de solida possessione agitur non quæsito partium iure, cuius cum sit par causa, vincere possessor debet. In Seruiana de iure quæritur. Ius autem pignoris singulis pro parte competit. Hoc igitur iure probato, possessionis pars dimidia auocabitur. Sic fit vt qui vincit in D Saluiano, non vincat in Seruiana. His cupio adiungi quæ de Saluiano interdicto scripsimus lib. 5. Sent. Pauli tit. de interdictis, vt sit hic tractatus vsquequaque perfectus, in quo exequendo dici non potest quanta sit Doctorum ἀμηχανία.

## *Index & quod dicitur, per indicem.* CAP. XXV.

QVod summatim & παχυμερῶς exponitur, id prouerbiali sermone quasi per indicem exponi dicitur: quo vsus est Asconius in I I I. contra Verrem. *Antequam*, inquit, *causa ageretur quasi per indicem rem exponebant*: & Iustinianus in l. 1. §. nostram. C. de vet. iur. enucl. & §. vlt. De publ. iud. *Vt* E *vobis*, inquit, *possibile sit quasi per indicem ea tetigisse*, quod ita græcè Theophilus interpretatus est, διὰ συντόμου παραδόσεως. rectè. Eodem mihi videtur Gregorius Nazianzenus vti, & pro indicem συλλογραφίαν dicere in priore stelitentice. Verba eius hæc sunt. ἃ γὰρ ἡμῖν γε χολὴ, μακρότερα τῆ παρούσης ὑποθέσεως ῥαψῳδεῖν, αὐτοὶ δὲ ὀλίγα ἐκ πολλῶν διελθόντες, συλλογραφίαν ὥσπερ τινὰ τοῖς μεθ' ἡμᾶς καταλείψομεν. Index igitur est ex latiori scriptura breuis subnotatio quædam, nec idem quod exemplum. l. 2. D. de fid. instr. Exemplum enim ex integro describitur totum. Puto etiam indicem siue libellum, periculum appellari. nam quod in Apophth. Plutarchus σελίδα, Aemilius Probus in Epa- F minonda periculum vocat: vt in tit. Codicis De sententiis ex periculo recitandis. Cicero 2. de legib: *Qui in isto periculo non vt à poeta veritatem exigunt.* & in frumentaria, *Pericula magistratuum.* & in antiquiss. libro notarum quem habemus, ea ita iunguntur D. P. De periculo. D. L. De libello.

## *Explicatur l. Marcellus. D. de don. inter vir. & vxo. & l. 1. C. de ædif. priuat.* CAP. XXVI.

DEleantur omnia quæ Accursius scribit ad l. Marcellus. D. de don. inter vir. & vxo. & eius species repetatur ex l. senatus. §. Marcellus. D. de leg. 1. vbi G fusius & dilucidius exposita est. Cum verò ea sit à Marcello tractata libro V I I. Digestorum, in quo is plurima scripsit de donationibus inter virum & vxorem, vt constat ex l. 5. §. vlt. l. 7. §. 1. l. 49. D. eod. tit. eamq́; Marcelli sententiam Tribonianus sub eum titulum posuerit, si quæratur quid ad eum titulum pertineat, di-

cam maritum qui quid suo sumptu in re mulieris ædificat, donare videri, quandoquidem ædificium cedit solo. Sed cùm placeat donata posse reuocari, an & id ædificium reuocare & tollere, ex eo'ue quid detrahere possit quæritur. Mouet dubitationem s.c. quod factum est D. Adriani temporibus Acilio Auiola, & Corellio Pansa Coss. At Marcellus negat locum esse s.c. Ea namque non promercij, sed vsus sui causa maritus detrahit, sine tamen mulieris damno, id est, illæsa re mulieris, vt & in specie l. Iulianus. D. de rei vind. quæ illi l. Marcellus, vel inscriptionum argumento adiungenda est. De illo autem s.c. qui accipiunt l. 2. C. de ædif. priu. non animaduertunt id non bene cohærere cum verbis quæ præcedũt. *Edicto*, inquit, *Diui Vespasiani & Senatusconsulto.* B Ergo non Aciliano s.c. sed s. c. subsecuto edictum Vespasiani. Edicta namq; Senatusconsultis confirmari solebãt. l. 1. D. in qui. cau. pig. vel hyp. tac. cont. adhibita l. si ventri. §. 1. D. de bon. auct. iud. poss. quod & tradidi Obs. 1. cap. 18. Malo errorem esse in nomine Imperatoris dicere. Est enim in propriis nominibus memoriæ lapsus frequentissimus. Nam & quod in ea l. 2. exceptum fuisse dicitur, id s. c. illo quod auctore Adriano factum est, proculdubio exceptum fuit. l. cetera. §. item quæri. D. de leg. 1. Quod item additur, ædes integras dirui non posse materiæ in alias ædes proprias transferendæ causa, id Spartianus Adriano tribuit. Verùm vtrisque saluis, ab ædibus in alias ædes, etiam si in alia ciuitate sint, iure materiam transferri placet. d. l. cetera. §. sed & si quis. C Idem verò error fuisse videtur in nomine Vespasiani l. Diuus. D. de iure par. cùm sit verisimile Adrianum libertatis auctorem fuisse tam manus iniectione non seruata, quàm seruata.

*Explicatur l. 3. §. si vicinus. D. vti possid.* CAP. XXVII.

VLpiani in l. 3. §. si vicinus. D. vti possid. verba hæc sunt: *Si vicinus meus in parte mea tectoria habeat & in parte sua, vti possidetis interdictum mihi efficax est vt ea tollere compellatur.* Quo loco de cõmuni pariete agit quem D vicinus ex vtraque parte opere tectorio exornarit. Ait enim, *In parte mea, & in parte sua*, id est, vt Harmenopulus loquitur, εἰς τὸ ἑαυτοῦ μέρος τοῦ ἑτέρου τοίχου lib. 2. tit. περὶ χρησιμείων. Quia verò dum non ex sua tantùm, sed etiam ex mea parte eum exornat, vsurpare sibi totius parietis possessionem videtur, ideo placuit mihi in hoc dari interdictũ Vti possidetis, vt ea ornamenta tollat. Quæ sententia his verbis exprimitur LVIII. Βασιλικῶν tit. 17. Εἰ ὁ γείτων μου ἐν τῷ τοίχῳ μου κονιάματα ἤτοι ζωγραφίας ἔχει καλῶς κινῶ ἵνα ταῦτα ἀφέλῃ. Daretur & communis parietis nomine interdictum Vti possidetis, si quis eum me ex mea parte exornare vel reficere prohiberet. l. si ædes. E D. com. diuid.

*Emendatur §. si in sortem. l. solutum. D. de pign. act.* CAP. XXVII.

SOrtis & vsurarum ratio inter cetera vel in eo diuersa est, quòd propter sortem chirographariam pignus retineri potest per exceptionem doli, vt est constitutum in tit. etiam ob chirog. pec. pig. Propter vsuras chirographarias non item. l. 4. C. de vsur. Tunc verò vsuræ sunt chirographariæ, cum pignus contractum est in sortem duntaxat. Nam hæc taxatio si defuerit, & in vsuras tacitè pignus contractum videri Harmenopulus existimat, qui eleganter ad senten- F tiam l. si necessarias. §. vlt. D. de pig. actio. hæc adiicit: τὸ γὰρ ἐνέχυρον τὸ ὑπὸ τὸ κεφάλαιον ὑποτεθὲν, σιωπηρῶς καὶ ὑπὸ τοῖς τόκοις ὑπόκειται. At quod diximus ob sortem chirographariam pignus teneri posse, pugnat cum eo apertissimè l. si necessarias. §. si in sortem. D. de pig. actio. *Si in sortem*, inquit, *duntaxat vel in vsuras obstrictum est pignus, eo soluto propter quod obligatum est, locum habet pigneratitia.* Certum hoc est, si in sortem duntaxat. d. l. 4. At si in vsuras duntaxat, incertum aut protinus falsum. Ita censeo. Ideoq; sic lego, *Si in sortem duntaxat nec in vsuras.* Nam & confestim è diuerso ponitur, *Si tamen pignus & in eas obligatum fuerit*; & idem omnino est eius §. tractatus, G qui suprà dictæ legis IIII.

*Harmenopuli locus de directa vindicatione & de l. res quæ. D. de iur. dot. & prædiatoribus.* CAP. XXVIIII.

Ham in

A Armenopulus lib. 4. Epitomarum tit. περὶ προῖκος, rei ex pecunia dotali emptæ directam vindicationem vxori dat. At enim vtilis est: quia & rem eam non dotalem esse, sed videri traditur in l. res quæ. D. de iure dot. & generaliter mihi quidem liquet, rei ex pecunia nostra comparatæ, si emptor soluendo non sit, non nisi vtilem vindicationem dari. l. vxor marito. D. de don. inter vir. & vxo. sicut pecuniæ nostræ, quam quis suo nomine crediderit, si is soluendo non sit, & pecunia bona fide consumpta sit, non nisi vtilis nobis condictio datur, arg. l. 4. C. si cer. pet. l. si me & Titium. D. eod. Verùm triplex est vindicatio, proprietatis, seruitutis, pignoris. l. 3. §. est autem. §. Pomp. D. ad exhib. Proprietatis vindicatio etiam si ea vtiliter experiamur, respectu ceterarum directa est, ideoq; eam Harmenopulus conferens cum hypothecaria, quæ vxori in ceteris mariti bonis competit, non malè directam appellauit. Hæc enim propriè vindicatio est, ceteræ quasi vindicationes. Id verò totum quod eo loco Harmenopulus tradit de l. res quæ, sumptũ est ex βασιλικῶν libris, ex quibus apud eundem harum notarum loco ∗ ς'. reponendum Στεφανος. Is fuit iuris interpres quidam, cuius in componendo dissidio d. l. res quæ & l. ex pecunia. C. eod. tit. opinio reprobatur & meritò. Ex tribus enim quæ in eis libris referuntur, postrema verior est, vt non nisi marito non existente soluendo, res ex pecunia C dotali comparata pro dotali habeatur, quæ fuit Thalelæi. Est verò ea l. res quæ, sumpta ex Gaij titulo de prædiatoribus. Ideo & quæri circa eam potest qui prædiatores dicantur. quod Boëtius in Topicis Ciceronis iis verbis exposuit. *Vindex est qui alterius causam suscipit vindicandam, veluti quos nunc Prædiatores vocamus.* Sic legendum ex vet. libris, non procuratores.

## *De prætorio pignore.* CAP. XXX.

D Prætorium pignus est, quod missio in possessionem constituit. l. missio. D. pro emp. & C. tit. de præt. pig. l. 3. §. 1. D. de reb. eorum &c. l. qui legati. C. vt in poss. leg. Cur dicitur prætorium? An quia iubente prætore constituitur? Minimè. alioquin & quod ab executoribus rei iudicatæ iubente prætore capitur, prætorium diceremus. At prætorium dicitur, quia iure prætorio, id est, ex edicto constituitur. l. 3. C. vt in poss. lega. Cicero VI. ad Atticum: *Sine edicto*, inquit, *transigi commodè non potest.* Missio fit ex edicto. De capiendo pignore nihil edicto comprehensum est. Fit namq; extra ordinem pignoris capio. l. si pignora. D. de euict. E Missus pignus prætorium occupat. l. 2. & l. cum Remp. C. qui pot. in pig. hab. Illud quod ex causa iudicati constituitur, ex officio capitur & distrahitur, non etiam occupatur ab eo secundum quem lis data est. l. 2. C. si in cau. iud. pig. cap. sit. In prætorio non obseruatur priuilegium temporis inter eos qui eiusdem tituli sunt. Permittitur enim missio in rem non in personam. l. cum vnus. D. de reb. auct. iud. poss. & ob id Græci eam τῆς καθόλου τιμῆς τῶν πραγμάτων appellant. In illo autem quod exequendæ rei iudicatæ causa capitur, vt in conuentionali, priuilegium & ordo temporis spectatur. constituitur enim in personam. l. si & iure. D. qui pot. in pig. hab. *In cuius*, inquit, *persona pignus constitutum est.* Distrahendo pignori capto ex causa iudicati præstituti sunt F duo menses, vt ostendimus Obs. III. cap. 39. Itaque in ea l. à Diuo Pio. §. in venditione. D. de re iudic. mox, id est, deinde, non ex continenti. Constituendo prætorio pignori, id est, possidendis bonis fuit constitutum certum tempus, vt post dies XXX. quàm esset vadimonium desertum, quod subindicat oratio pro Quinctio. itemq; magistro faciendo, & proscribendis bonis, rursusq; legi bonorum vendirorum dicendæ, vt Theophilus scribit in tit. de suc. quæ fie. per bon. ven. de qua M. Tullius sensit in eadem oratione, dum ait, magistros qua lege & conditione pereat debitor, pronunciare: post hæc aliquanto tempore intermisso emptori bona addicebantur. Sed ea tempora arbitratu suo prætorem definiisse reor, quod & interpretes nostri notarunt ad l. pen. G & l. vlt. §. fin autem. C. de bo. auct. iud. poss. Nam & in causa damni infecti, si post missionem longo tempore nõ caueatur, secundum decretum interponitur. l. 5. §. vlt. D. de acq. poss. cuius temporis nulla est alia definitio quàm hæc, Cùm prætori causa iusta videbitur. l. prætor. §. II. l. si finita. §. non autem. D. de dam. inf.

*Explicatur l. debitores. C. de pigno. & hypoth.* CAP. XXXI.

Errant qui ex l. debitores. C. de pign. colligunt prius debitori denunciandum esse, quàm cum eo personali vel hypothecaria agatur: aut nisi errant, pugnabit ea lex cum §. appellamus. Inst. de actio. vbi nullam hoc tempore debitori denunciationem fieri, qua scilicet status, id est, certus condicatur dies, ni soluerit, Imp. Iustinianus ait. Malim ipse sic eam legem accipere, vt si de pignore non distrahendo conuenerit, vel si pignus simpliciter acceptum fuerit, nulla lege vendendi aut non vendendi interposita, quandoquidem & id tunc agi intelligitur ne vendi possit. l. Aristo. D. quæ res pig. obl. non poss. non aliter liceat creditori pignus distrahere, quàm si præsenti debitori denunciauerit vt pignus reluat, secundum ea quæ traduntur à Paulo 11. Sent. & Vlpiano in l. 4. D. de pign. actio. quam denunciationem solemniter fieri oportet & testatò. l. 4. C. de distr. pign. quando licet, εἰ εὐχέρειαν ἔχει, vt Græci vertunt, id est, si debitoris & testium suppetat copia. Et si autem lex, debitores, dicat, denunciationi non obtemperante debitore, creditori persequenti hypothecam, præsidem suæ auctoritatis auxilium imperturi, non est tamen existimandum ideo denunciationem exigi, vt tantummodo agatur hypothecaria, sed vt ablata hypotheca ius suum creditor solemniter exequatur eamq; distrahat. & ita quoque in l. debitoribus. C. de admi. tuto. *Debitoribus*, inquit, *parere solutioni denuncia. qui si satis non fecerint, in venditione pignorum vti communi iure potes.*

*Ad l. 2. C. de luitione pig. species ponitur certa.* CAP. XXXII.

Non proposuisset absolutè ex Gordiani rescripto hanc sententiam Tribonianus, *Intelligere debes vincula pignoris durare, personali actione summota,* in l. 2. C. de luitio. pign. quæ aduersatur certissimo iuris principio, quo quidem præcipitur, vt sublata actione personali, tollatur hypothecaria, nisi speciem ad quam ea pertinet, quæstio legis quæ præcedit, suggereret satis. Est autem huiusmodi. Debitori sub pignore duo heredes extiterunt, singuli actione personali tenentur pro hereditariis portionibus ex XII. tab. hypothecaria insolidum, & ideo si vnus soluerit pro sua parte, tollitur quidem omni iure actio personalis, hypothecaria non item. Illa ergo non tenetur, hac tenetur. Non sumantur alia exempla, vel ex l. cùm quis. §. vlt. D. de solut. vel ex eis quas interpretes attulerunt, in quibus vel omni vel naturali saltem iure, quòd consistat in personam obligatio, & pignus perdurat. Vix præter id quod retulimus aliud inuenietur, quo omni iure summota personali, maneat hypothecaria, quod fit propter indiuisam pignoris causam. l. rem. D. de euict.

*Liquidò iurare. Operam dare. Dicis causa. Cor. Nepotis loci quidam restituti.* CAP. XXXIII.

Liquidò iurare Vlpiano in l. alias. D. de iureiur. idem est quod σαφῶς Demostheni 11. in Aphobum: ἂν μηδεὶς ὑμῶν νομίζῃ τὸ καθ' ἡμᾶς ποτ' ἂν ὀμνύναι ταῦτα ἐθέλειν, εἰμὴ σαφῶς. Apud Pet. Diaconum has notas Q. D. R. P. L. IV. ita fortè quis interpretabitur, QVA DE RE PETO LIQVIDÒ IVRES. Scribendum, Q. D. R. P. L. V. vt in superioribus, Q. D. R. P. G. V. QVA DE RE PETO LAVDABILITATEM VESTRAM, QVA DE RE PETO GRAVITATEM VESTRAM, quod & liber Magnonis de notis mihi confirmauit nondum quod sciam editus, qui dicatus est Carolo regi hoc disticho. *Hæc iuris cupiàs libens rex accipe Carle, Offert deuotus quæ tibi Magno tuus.* At alterum quod huius capitis titulus promittit est huiusmodi, quod iudices dicantur operam dare in l. si longius. D. de iudic. l. pen. D. de vac. mun. non esse nouum. Nam & sic M. Tullius IIII. Ver. *M. Petilium*, inquit, *equitem R. quem habet in consilio, iubet operam dare, quòd rei priuatæ iudex esset.* Dicis causa quid esset, primi Taurellus, Augustinus, Victorius docuerunt. Id nondum fortasse quisquam apud Cor. Nepotem in Attici vita, sic esse legendum, *Ita vt Brutus & Cassius prouinciarum quæ iis dicis causa datæ erant à Consulibus.* quod est Græcè προφάσεως ἕνεκα. vulgò malè, *Necis causa*, Apud eundem, *Cùm enim vsuram facere publicè necesse esset*, pro *vsuram* legendum *versuram*. & alio loco. *Neque peti more maiorum, neque capi possent conseruatis legibus in tam effusis ambitus largitionibus, neque Resp. sine periculo corruptis ciuitatis moribus.* pro *Resp.* legendum,

*geri.*

*geri*. Hæc enim sunt consequentia, peti, capi, geri. & alio loco. *Scipionis Cornelij & Fabij Maximi Fabiorum*. legito *de Fabiorum*, vt suprà, *de Marcellorum*. Sed, vt ad illa verba Dicis causa, redeamus, fuere etiam vsitata in iudiciorum formulis, vt est proditum à M. Tullio in oratione pro Muræna, hoc modo, SED AN NE TV DICIS CAVSA VINDICAVERIS.

### *De formulis exceptionum.* CAP. XXXIIII.

EXceptionum, replicationum, duplicationum formulis seruiunt hi articuli, Si non, Si nihil. exempla adiungerem nisi essent infinita & omnibus nota. Et interdum sine negatione, vt in l.2. D.de adult.coerc. & l.2. §.1. D.de dol.excep.& §.vlt.Inst.de replic.Interdum ita concipiuntur, At si non.l.9. §.vlt. l.si quis rem. D.de exc.rei iud. & apud Theophilum sæpe ἀλλ' εἰ μὴ, vel, Ac si non, vt in l.2. eod.tit. & l.qui cum herede. D.de obl.& actio. Interdum ita, Aut si, nulla addita negatione. l.cùm par. D.de diu.reg.iu. l.itaque. D.de procur. l.vlt. §.item si mulier. D.ad Velleia. l.consilio. §.1.& 2. D.de cur.fur. & exemplo exceptionum in l.air prætor. §.præterea generaliter. D.quæ in fraud.cred. vel etiam addita, veluti, Aut nisi in l.1.§.Labeo.D.de flumin.& exemplo exceptionum in l.continuus.§.illud. D.de ver.oblig. Aut *si non multum referre videatur*. Nec enim assentior accipientibus *Aut* pro *Haut*, nec in l.1.D.de solut. Accursio ita accipienti, *Aut*: in qua potius transposita negatione ita legendum esse, *Id est non in id debitum quod est in controuersia*, Græci ostendunt, qui ita vertunt: ἵνα μὴ εἰς ἀμφίβολον ἢ αἴρῃ τὸ δὲ ἐγγύης αὐτῷ χρεωστούμενον ἢ τὸ ἀπὸ ἡμέραν πρὸ τῆς ἡμέρας. Apud M. Tullium sæpissimè, & in d.l.1.§.Labeo.ita enuntiantur, *Extra quam si*, quod idem potest. Interdum sicut actionibus, *Quod*, seruit, vt quibusdam locis prolatis ostendimus in 5. sent. Pauli tit.1. quibus addatur l.3. C.de transact. l.prætor.§.si dicatur.D.de iniur.ita & exceptionibus, quo pacto & affirmatè proponuntur. l.fundum. l.fundi. l.si post. l.filius. D.de excep. l.si mater. §.item Iulianus.D.de exc.rei iud.l.sed & si lege.§.item si res.D.de peti.her.l.purè.§.si donaui. D.de do.excep.

### *Explicantur loci quidam in tit.de duobus reis constituendis.* CAP. XXXV.

IVlianus libro XXII. Digestorum tractauit de operis officialibus, easq; contulit cum aliis. Cùm ergo scripsisset, officiales operas non posse promitti nisi patrono, ac ne adiecto quidem solui, subiecit: *Nemo est qui nesciat alienas operas promitti posse*. l.nemo. D.de duob.reis. *Alienas* pro *alias* accipio, vt in l.3. D.de rei vind. sicut *alias* pro *alienas* in l.famosi. D.ad leg.Iul.maiest. Falsum enim est non suas operas promitti posse. At aliæ quàm officiales, puta fabriles vel pictoriæ vel aliæ promitti cuilibet, & fideiussor accedere in id quod interest, & eodem nomine duo stipulandi vel promittendi rei constitui possunt. In eodem titulo l.eandem. malè duorum reorum testamento factorum, exemplum proponitur tale, *Titius & Mæuius Sempronio* x. *dato*. legendum, *Titius aut Mæuius* ex l.si ex toto. §.1. D.de lega.1. l.16. D.de lega.2. l.ille. D.de lega.3. quod & verbum, *Dato*, vti Flor. scriptum est, indicat. Item quia si ita dixerit, Titius & Mæuius Sempronio x. danto, constat singulos partes debere, nec esse duos reos. ac similiter multùm interest verùm ita stipuler, Mihi & Titio spondes, an Mihi aut Titio spondes? In Codicis Iustiniani eodem titulo, quæ primo loco lex posita est, delenda videtur. Nec Acc. nec interpretes eam agnouerunt. abest à Veteribus. Vnum tamen offendi in quo esset tertio loco posita, mutila tamen, & cum hac adnotatione, eam vacare, id est, spuriam & litura dignam esse, & iis verbis: *Si duo plures ue rei cuiusdam traditionem communem insolidum acceperint, cuicunque, &c.* ex quibus colligitur duos eiusdem rei vindicationem habere insolidum. quod est falsum. Vulgata autem scriptura hoc significat, Re tradita si conuenerint duo sibi vicissim aliquid insolidum dari vel fieri, singulos agere insolidum. quo nihil erat notius. Iniecta sunt quoque obscura mihiq; suspecta admodùm verba hæc: *Quandiu res in eadem causa permanserit, si casus obtulerit*. Itaque damnandam delendamq; eam legem esse censeo.

*De acceptilationibus.* CAP. XXXVI. A

VT stipulationis Aquilianæ verbo, & acceptilationem quæ illam sequitur subintelligimus. l. 3. C. de transact. l. 5. l. pacto. D. eo. ita acceptilationis verbo plerunque & eam quæ præcessit stipulationem Aquilianam adsignificamus, & hoc sensu acceptilatio ita definitur à Modestino, Liberatio per mutuam interrogationem qua vtriusque contingit ab eodem nexu absolutio. Ea acceptilatio definitur quæ fit præposita stipulatione Aquiliana, & quæ non ad verborum obligationem, sed ad contractum refertur. Contractus est vltro citroq; obligatio. Acceptilatio est vltro citroq; liberatio. συνάλλαγμα illud, hoc vero διάλλαγμα siue distractus, B quo nomine etiam solutio continetur. §. item is cui. Inst. de obl. quæ qua. ex con. Ex contractu mutua obligatio nascitur. §. 1. Inst. de auct. tut. Ex acceptilatione mutua liberatio. l. vlt. D. de accept. Quæ verò fit non interposita stipulatione Aquiliana, solam verborum obligationem tollit, id est, stipulationem, dictionem dotis, iusiurandum liberti, non contractum iurisgentium. Verborum obligatio iuris ciuilis est. verborum namque solemnium obligatio est. Ergo & acceptilatio iuris ciuilis est, quæ fit etiam verbis solemnibus. l. 1. C. de accept. siue τυπικοῖς ῥήμασι, vt Theophilus ait in tit. quib. mod. tol. obl. Vt verborum obligatio, ita acceptilatio non fit inter absentes. Per procuratorem nobis non acquiritur verborum obligatio. Per procuratorem accepto non C liberamur, nisi si is nouandi causa nostram obligationē suscipiat, ac deinde acceptum roget. Sed neque id quod nobis debetur absque nouatione acceptum facere potest. l. & per iusiurandum. §. tutor. D. de accept. quam in rem, id est, vt nouare possit, speciale vel generale mandatum exigimus. l. 3. D. eod. l. 4. C. de nouat. Porrò vt per seruum nobis verborum obligatio acquiritur, ita per seruum accepto liberamur. l. species. D. de accept. qui tamen quod nobis debetur acceptum non faciet, ne fiat conditio nostra deterior, nec iussu quidem nostro. l. pen. D. eod. nam edictum Quod iussu, ad contractus pertinet non ad liberationes. l. si dubitet. §. vlt. D. de fideiuss. Diximus D acceptilationem esse iuris ciuilis. Hodie alio iure vtimur. quod quemadmodum fiat exposuimus in tit. de transf. & de ver. obl. Græci Iurisconsulti non tantùm factæ solutionis professionem, sed & acceptilationem, ἀποχὴν vocant. Latini differentiam statuunt inter acceptilationem & apocham, eodem modo quo inter pignus & hypothecam, & medici quidam inter ἄνθρακα & carbunculum. Sed de his hactenus. Pessimè alij omnes hæc omnia.

*Indicantur duæ leges malè collocatæ in tit. Pand. De except.* CAP. XXXVII.

PRæiudicij nomine actio & exceptio præiudicialis significatur. qua ambi- E guitate deceptus Tribonianus hanc sententiam posuit sub tit. De exceptionibus, malè, *Generaliter in præiudiciis actoris partes sustinet qui habet intentionem secundum id quod intendit.* Pertinet namque ea non ad exceptiones, sed ad actiones præiudiciales, & coniungenda est cum l. vlt. D. si ing. esse dic. itaque fingendum, vnus in iure contendit se esse ingenuum, alter eius se esse patronum. par omnium videtur causa. Quamobrem sicut in actionibus duplicibus, sic in præiudiciis quæritur quis actoris partes sustineat. Et respondetur eum esse actorem secundum cuius intentionem data & concepta est actio, vt si ita detur actio, SI PA- F RET LVCIVM ESSE PATRONVM, Lucius actoris partes sustinebit. Quòd si ita, SI PARET GAIVM INGENVVM ESSE, Gaius actor intelligetur. Græci ita vertunt lib. 51. Βασιλικῶν tit. 1. ἐν τοῖς νομίμοις παραγγέλμασιν ὁ τὴν ἐπίστασιν ποιούμενος ἐνάγοντος ἔχει τάξιν. Malè etiam à Triboniano l. fundum, sub eodem titulo, adiuncta fuit ex Pauli lib. 70. ad edictum l. sed si ante. qua re factum est vt ab omnibus ea Pauli sententia de exceptione præiudiciali acciperetur. & verò id coniunctio illa exigit necessariò. Pertinere tamen eam ad exceptionem rei iudicatæ, & inscriptio indicat, & ratio ipsa qua nititur: *Quia* inquit, *& diuersa corpora sunt, & causæ restitutionum dispares.* Hac ratione vtimur exceptionem rei iudicatæ, non exceptionem præiudicialem ne- G gantes. l. cùm quæritur. l. & eandem. D. de exc. rei iud. Denique si accipiatur ea Pauli sententia de exceptione præiudiciali, pugnabit ex diametro cum l. fundum, in cuius specie cùm esset controuersia de fundo, lis nondum, prius actum est de via, & tamen

præiud

præiudicium nocere respondetur. pugnabit cum principio iuris, vt ne iudicium de te minori, sperati futuri'ue maioris iudicij præiudicium sit.

### *Explicatio §. pro operis. l. 4. D. de nautico fœnore.* CAP. XXXVIII.

QVod scripsi quodam loco videri Tribonianum ex constitutione Iustiniani ad Papinianum addidisse verbum, *Centesimæ*, in l. 4. D. de naut. fœn. nunc mihi non placet. afferam vera, ni fallor, & nondum prodita. In diem præfinitum periculo creditor nauticæ pecuniæ immensam vsuram paciscebatur vel stipulabatur, post eum diem non nisi centesimam in menses singulos stipulabatur, quæ legitima erat vsura: vel si leuiorem, quod huic stipulationi vsurariæ deerat, pœnali supplebatur. d. l. 4. §. vlt. Pœnalem voco stipulationem operarum collatam in dies singulos, id est, pro operis & sumptibus serui aut liberti simul cum debitore nauigantis, & pecuniam nauticam sua die cum vsuris repetentis, quem Græci κερματόλωβον vocant. l. traiectitiæ. D. de obl. & actio. l. pen. & vlt. D. de nau. fœ. l. debitor. D. de neg. gest. l. 3. §. si seruus. D. de peculio. l. 2. §. vlt. D. de eo quod cer. loco. Sic pœna ab vsura distingui, eamq; pœnam non nisi post diem periculi committi & præstari constituendum est, & siue post eam diem vsuram tantùm siue pœnam siue vtrumque creditor stipulatus fuerit, vtriusque rationem ita iniri oportere, vt vtrumque nec centesimam excedat nec duplum. & hoc est quod Papinianus ait in d. l. 4. *pro operis serui traiectitiæ pecuniæ gratia secuti, quod in singulos dies in stipulatum deductum est*, eam scilicet pœnam quæ post diem periculi ob serui operas debetur, *nec supra centesimam nec supra duplum deberi:* nimirum quia post diem periculi præstatur. Quandiu verò periculum est crediroris, infinitæ vsuræ, id est, etiam supra centesimam vel supra duplum ex pacto debentur. tanti est susceptio periculi. Quod ergo Papinianus ait, *Centesimæ*, non est ex iure nouo, vel specie quadã ei proposita, sed generale merumq; ius vetus. Ne autem vsuræ communes exigantur supra duplum, non Romanorum tantùm, sed & Aegyptiorum vetus lex est, quam Diodorus Siculus scribit lib. 2. his verbis: τοὺς μετὰ συγγραφῆς δανείσαντας ἐκώλυσε διὰ τοῦ τόκου τὸ κεφάλαιον πλεῖον ποιεῖν ἢ διπλάσιον. Et ad id duplum respexisse opinor Suetonium, dum Augustum scribit pecuniæ vsum gratuitum indulsisse iis, qui cauere potuissent in duplum. At in l. cùm quidam. §. vlt. D. de vsuris, hæc verba, *vsque ad tertiam centesimæ*, affirmamus Triboniani esse, quibus significantur trientes vsuræ, græcorum more, ἄχρι τρίτης ἑκατοστῆς. & verò sunt eius §. verba ex rescripro quodam D. Pij, quod aliis verbis relatum est in l. si legatum. D. de oper. pub. Tribonianus vt erat in eo opere non tam diligens & accuratus, quàm se impudenter profitetur esse, sæpissime quod vno in loco mutabat, non mutabat in alio. In l. cùm probatio. D. de probat. quæ est ex sententiis Pauli, scripsit *Quæstioni* pro *Responsioni*. quod omisir in l. quæro. §. vlt. D. de ædil. edi. & ex ea re conflatum est ἐναντίωμα inexplicabile.

### *De iuris & facti ignorantia.* XXXVIIII.

NOcere & non prodesse diuersa sunt, sicut nolle & non velle. Nocere est damno adficere, Non prodesse est neque lucro afficere neque damno eximere. Nolle est palàm refragari & contradicere, Non velle est tacere & pati, vel secundum Aristotelem, nolle dicitur is quem pœnitet eius quod per errorem fecit, quem & nos venia dignum iudicamus. l. si adulterium. §. incestum. D. ad leg. Iul. de adult. l. aliam. C. de his quæ vt ind. auf. Non velle is, qui non corrigit factum. Est item aliud velle, aliud non nolle, vt indicat l. 1. §. scientiam. D. de trib. act. cui malè quidam adiungunt l. 3. D. de diu. reg. iu. cùm in ea sit legendum ex l. 4. D. de acq. her. & Βασιλικῶν libris: *Eius est non velle qui potest & velle.* Item aliud est fateri, aliud non negare. l. qui tacet. D. de diu. reg. iu. At sicut nolle sæpe significat non velle. l. in eo iure. §. inuito. D. de rit. nupt. l. inuitum. D. de seru. vrb. l. filiusf. §. inuitus. D. de proc. ita & nocere interdum significat non prodesse. Et sanè quod dicitur, Ignorantiam iuris nocere, ita accipiendum est, Non prodesse. l. regula in pri. D. de iur. & fac. ign. Error facti lucro adficit & damno liberat. Error iuris neque lucro adficit neque damno liberat. Ceterùm neque hic, neque ille error damno adficit, & hoc est quod dicitur, Iuris

ignorantiam in damnis non nocere. l.7. & 8. D.eod.tit. nempe damni per eam nihil adferri. Vt ecce, Quòd quis ius ignorauerit non habetur pro confesso, sed quòd ius ignorauerit, non ideo habetur pro non confesso. l.2. D.de confes. Quòd quis ius ignorauerit, non ideo non habet condictionem indebiti, sed quòd ius ignorauerit, non ideo danda ei est condictio quæ ipso iure non competit. Ne igitur dixeris ignorantiam iuris nocere, id est, damnum adferre, sed nocere, id est, non prodesse. Sic in l.3. D.ad Maced. l.si fideiussor. §.1. D.mand. l.sicut in fi. C.de præscr. xxx.an. non hoc facit ignorantia iuris vt denegetur actio, sed non obstat quominus denegetur. Sic & in aliis speciebus non subiicit error iuris pœnæ quẽquam, sed neq; subducit. Et ab ea regula excipiemus quidem milites & minores, quibus iuris ignorantia prodest, non tantùm vt ne damnum faciant, sed & vt lucrentur & adquirant: non tamen feminas vel rusticos. Nam iis certis tantùm casibus subuenitur. l.5. §.prohibendi. D.de his quæ vt ind. vbi, *Prohibendi,* sic accipiendum est, à petitione hereditatis: & de persona in muliere, de conditione in milite aut rustico, de ætate in minore exemplum ponendum. l.si quis in graui. §.si quis ignorans. D.de s.c. Sillan. l.si quis id quod. §.doli. D.de iurisd.om.iud. l.Diuus. §.pen. D.ad leg. Cor.de fal. & de feminis exemplum est elegans apud Harmenopulum lib.1. tit.13. in fine. Regulariter ergo nec sexui nec rusticitati iuris ignorantia prodest. Gregorius Nazianzenus εἰς τὸν ἅγιον ἀθανάσιον. Ῥωμαίων μὲν νόμον μηδενὶ ἀγνοεῖν ἐξεῖναι μηδ᾽ ἂν σφόδρα ᾖ τις ἀγροικίας καὶ ἀμαθὴς πάσης, μηδὲ εἶναι νόμον τὸν βοηθοῦντα τοῖς πταίουσι δι᾽ ἄγνοιαν. Et hoc est quod ait l.regula. §.sed iuris. superiorem regulam ita accipiẽdam esse, si sit Iurisconsulti copia, vel si quis ipse satis iurisprudentia sua instructus sit, quasi si diceret, parcendum esse rusticitati & imperitiæ, sed hoc fieri perraro, id est, certis tantùm casibus. Non exigimus quidẽ vt omnes Iurisconsultorum artificia didicerint, sicut vt omnes patresfamilias Magonis vel Cassij Dionisij libros, sed communem eorum quę legibus continentur, intelligentiã in omnibus exigimus. Hæc oportet scire, inquit Aristoteles, καὶ μὴ χαλεπὰ ὄντα, nec quòd ea sciat quisquam, ideo Iurisconsultus est. Sunt enim certæ leges & constitutiones in promptu publicè propositæ, vt cuiuis eas cognoscere & describere liceat. l.2. D.de iu.& fac.ign. Contrà facta omnia incerta & recondita sunt, eorum ignorãtia sicut iuris, supina non est semper. Verùm tum etiam non exigimus vt sint omnes veluti Corycæi quidam, vt omnia odorentur, perscrutentur, inuestigent. Possent his addi alia quędam, sed hæc si tenuetis, illa sponte sequentur.

*Pandectarum & Codicis loci quidam restituti auxilio Βασιλικῶν.* CAP. XL.

IN l.Iulianus. §.idem Iulianus. D.de act.emp. iamdiu animaduerti pro *legata,* legendum esse, *vectigalia.* Verissimum id esse græca metaphrasis docebit quam subiiciam, ὅτι ἐὰν ὁ πράτης εἰδὼς διαφόροις ὑποκεῖσθαι τέλεσι τὸν ἀγρὸν, ἐν τῇ ὠνῇ μόνον τὸ ἓν ἐκφωνήσῃ, καὶ ἐπαγάγῃ, εἴ τι ἄλλο ὑποκείμενον τῷ ἀγρῷ δημόσιον ἢ ἐμφύτευμα ἢ τέλεσμα ἢ ὑπὲρ ὀδοστρωσίας, τοῦτο διδόναι τὸν ἀγοραστὴν, ἐνέχεται τῇ ἀγωγῇ περὶ τῶν ἄλλων. In l.si duobus. D.de diu.temp.præscr. pro, *Ea possessio,* legendum, *mea possessio,* repetita m, litera ex fine præcedentis verbi, & ita 51. Βασιλικῶν. tit. 3. ἡ νομή μου, & paulo post, *& meam omnem.* In l.funeris. D.de relig.& sumpt.fun. legendum, *Et si qua vectigalia sunt vel sarcophagi; & vestiaria.* Sic lib. 59. Βασιλικῶν. καὶ τὸ τέλος καὶ ἡ σορὸς καὶ ἡ στολή. Et l.14. eod.tit. vesti iungitur marmor, id est, sarcophagus. In l.liberos. C.de lib.cau. legendum, *vel actus cuiuscunque administratione.* Sic Græci 48. Βασιλικῶν. ἢ τῆς πράξεως ἤγουν τινὰ ἰδιωτικῶν λογισμῶν. & Theodorus ad eum locum, ἤτοι συντάξεων, vel ratione actus. In l.si tibi. eod.tit. legendum, *De filiis,* ex eodem libro; & ob id Thalelæus notauit filiorum appellatione contineri filias, quod cùm prius dixisset, *scriptæ,* subiunxit, *filiis.* In l.cùm procurator. D.de no.op.nunc. veteres interpretes coniunctim ita legunt rectissimè; *Cum procurator opus nouum nunciat & satisdat rem ratam dominum habiturum, & remissio in domini personam confertur, si dominus, &c.* quod confirmat scriptura Βασιλικῶν. lib. 58. tit.10. ἐὰν ὁ ἐντολεὺς δι᾽ ἐντολέως τὴν ἱκανοδοσίαν τὴν παραγγελίαν λάβῃ ἀσφάλειαν καὶ ὁ λύσας μετενεχθείσης εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ τοῦ συγχωρήσαντος παραγγέλλει. In l.3. C.de noxal.act. sic Græci legunt l. x. tit. 5. *Et non eo consentiente quod intuendis commissum probaueris.* quod est rectius. Grauior in consentientẽ quàm in ignorantem est actio. Sed consensisse eum actor probare debet. quod nisi fecerit, noxalis actio competit. καὶ μὴ ἀποδείξας τοῦτο εἰδότι ὅτι δεσπότης λέγεται ἡμαρτηκέναι.

FINIS.

*De vi vlciſcenda & defendenda.* CAP. XVIII. A

VT contra vim vi experiri, & arma armis propulſare liceat iure omni comparatum eſt, naturali,gentium, & ciuili. Noti ſunt auctorum cùm noſtrorum, tum exterorum loci. Id verò fieri debet non ſupra modum,ſed cum modo æquo & pari,vel vt eſt ſcriptum in l.1. C.vnde vi,cum moderatione inculpatæ tutelæ, id eſt, cum defenſione æquabili & remota ab omni culpa. Eſt igitur modus aliquis propulſandæ vis,qui tunc maximè ſeruatur,cùm eam defendendo propulſamus,id eſt,quatenus noſtri noſtrorum'ue tuitio exigit,non vlciſcendo. Vim manu & viribus defendere licet. vlciſci non licet niſi legitimis actionibus. l.ſcientiam. §.qui B cùm aliter. D.ad leg.Aquil. Ideoq; poſſeſſionem mihi per vim ereptam confeſtim vi repetere poſſum non ex interuallo. Confeſtim,id eſt,inlico,in ipſa concertatione atq; congreſſu. l.3. §.eum igitur.D.vnde vi. Quæ enim ex interuallo vis infertur, cogitatè infertur,nec tam ad defenſionem, quàm ad vltionem ſpectat, & ob id in lege quoque Athenienſium de vi & contumelia propulſanda apud Demoſthenem additur articulus, εὐθύς. Theodorus Hermopolites ad l.12. D.quod met.cau. τὸ παραχρῆμα ἐντὸς δύο νόει ὡρῶν. Quod ſumpſit ex contextu lib.60.Βασιλικῶν tit.17.cap.9.in quo ita eſt: εὐθὺς ἢ μὴ τοι μετὰ διωρίαν. Idem & ad l.ſcientiam. D.ad leg. Aquil. Græci ex eodem loco C notarunt.

*Ad l.2. C.de interdictis.* CAP. XVIIII.

CVm l.2. C.de interd.coniungenda eſt l.1. C.vbi de hered.agit. vtriuſque eadem eſt inſcriptio & ſubſcriptio. Eſt namque in l.1. vt veteres libri docent, pro *Meſſalæ*, legendum *Meſſiæ*. Senſus quoque vtriuſque congruit & cohæret ſatis. Si ſit controuerſia de hereditate inter inſtitutos & legitimos vel ſubſtitutos,inſtituti rectè deſiderát ſe interim mitti in poſſeſsioné rerum hereditariarum ex edicto D.Adriani. Id verò deſiderant à præſide eius prouinciæ in qua ſunt res hereditariæ. Tum de hereditate litigant apud eundé,ſi & in ea prouincia is D cum quo agitur,degat. Alioquin domicilium ſequuntur rei. Nam præſes de hereditate atque adeò de proprietate, de iure, non poteſt cognoſcere in eum, qui eiuſdem prouinciæ non eſt. Hæc l.1. Additur in l.2.ne ex interdicto quidem,id eſt, de poſſeſsione præſidi in eum cognitionem dari, qui eiuſdem prouinciæ non eſt. Grauior eſt proprietatis quàm poſſeſsionis quæſtio. & poſſeſsio quæ addicitur, plerunque momentaria.Proprietatis ius perpetuariũ.Vt tamen de proprietate,ita de poſſeſsióne non cognoſcet præſes in eum qui eiuſdem prouinciæ non eſt. In d.l.2.*ex interdicto*, ſic interpretor,De poſſeſsione. Plerumq; enim interdicta ſunt de poſſeſsione vel quaſi. Pauca E quædam de proprietate & iure: vt interdictum De itinere actuq; reficiendo, in quo vt in actione confeſſoria docere de iure actor debet, & De aqua caſtellaria, in quo etiam ius aquæ adſignatum eſſe probari neceſſe eſt, & De arboribus cædendis, quod non datur niſi proprietatis aut fructus domino,certè non eſt de poſſeſsione,& De mortuo inferendo in locum purum. Nec mirum ſi ſint quædam interdicta rei familiaris cauſa prodita de proprietate. Nam & diuini iuris ſunt quædam de quaſi proprietate, veluti De mortuo inferendo in ſepulchrum quod quaſi meum eſt, & ea etiam quæ ad ſuum ius tuendum pertinent,veluti de liberis aut libertis exhibendis,qui quodammodo mei ſunt. l.2.§.quædam. D.de interd. Et hæc quidem totam litem finiunt, nec vllam alteri F præſtruunt viam. Huius generis interdicto finitur totum. Sic legendum in l.1. §.vlt. D.de aqua quot.& æſt. Illa quæ ſunt de poſſeſsione vel quaſi poſſeſsione præparatoria ſunt,vbi deſierũt,incipit ſecunda actio.l.vlt.C.quo.bon.quæ & principalis actio dicitur in l.nulli.C.de iudic. l.ſi quis. C.ad leg.Iul. de vi. l.1. C.Th.vnde vi, & apud Caſsiodorum IIII. Variar. *Si partibus veſtris in cauſa momentaria vel principali iuſtitiam adeſſe cognoſcitis.* Sic legendum.

*Indicatur Triboniani facinus quoddam in tit. Vnde vi.* CAP. XX.

INterdictum De vi armata annuum non fuiſſe, ſicut interdictum quotidianum vnde vi, M.Tullius his verbis ſignificat xv.Epiſt.ad Caſsium. *Poſtulabimus ex qua hæreſi vi hominibus armatis deiectus ſis, in eam reſtituare.* In G hoc interdicto non ſolet addi, In hoc anno. Quare ſi iam biennium aut

trien-

A triennium est cùm virtuti nuntium remisisti, delinitus illecebris voluptatis, in integro res nobis erit. At Tribonianus qui & cetera quibus inter se ea interdicta dubitabant omisit aut confudit, in l. 3. D. vnde vi. cuius prior pars est de interdicto De vi armata, posterior de interdicto fructuario, ad finem prioris cùm ita duntaxat scripsisset Vlpianus, *Et post annum redditur*, adiecit ille, quantum auguror coniectura, *In id quod peruenit ad eum qui prohibuit.* ineleganter. Debuit enim dicere si idem illius interdicti & quotidiani voluit esse ius, *In id quod peruenit ad eum qui armis deiecit.* Verbum enim *Prohibuit*, vnum tantùm casum complectitur, Si venientem in possessionem armis

B prohibuit. d. l. 3. §. si autem. Tum verò non scripsisset Vlpianus interdictum de vi armata post annum reddi in id quod peruenit, quin prius annotasset id intra annum dari, sicut de interdicto vnde vi scripsit in l. 1. post cuius tractationem, sumpto interdicto De vi armata, id tantùm ad differentiam superioris interdicti adscripsit, *Hoc post annum reddi*, vt de interdicto precario scriptum est in l. quæsitum. §. pen. D. de preca. Est & tertium interdictum restitutorium de clandestina possessione. l. 7. §. Iulianus. D. com. diuid. De quo non agitur lib. 43. Digestorum, quod exemplo interdicti vnde vi, in possessorem perpetuum, in eum qui clam, etiam si sine dolo & culpa desiit possidere, annuum esse reor. Tribus modis mala fide aliquid possidetur, vi, clam, precario, eorumq; C nomine tria interdicta sunt, De vi, De precario, De clandestina possessione.

*Indicatur lex quædam* XII. tab. *De duplis fructibus.* CAP. XXI.

PRædo ex eo die quo rem alienam inuasit, fructus præstat non tantùm quos vel inhonestè percepit, sed & quos vetus possessor honestè percipere potuit. l. 1. §. ex die. D. vnde vi. Is verò qui rem alienā simpliciter tenet nec conuentus reddit, & generaliter in ceteris causis possessor rei alienæ, ex eo tantùm die fructus præstat, quo res in iudicium deducta est. Qua de re scripsimus Obser.

D IIII. cap. XI. vterque autem olim duplos fructus præstabat, vt constat ex l. 1. C. Th. de fruct. & lit. exp. & Ambrosij Epistola 24. Quod ex vetustiore iure manare, quàm Codice Theodosiano ex eo intelligitur, quod de iis fructibus duplis Paulus scribat lib. 5. sent. tit. 9. & quod Petro Pitheo viro eruditissimo acceptum fero, ij sint qui ab Vlpiano maiores fructus dicuntur in l. 6. §. vlt. D. mand. Ac sanè id ex XII. tab. originem duxisse puto. Hæc enim verba XII. tab. leguntur in Festo: SI VINDICIAM FALSAM TVLIT ... SI VELIT IS, ARBITROS TRES DATO. EORVM ARBITRII FRVCTVS DVPLIONE DAMNVM DECIDITO. Quæ sic restituenda videntur. SI VINDICIAM FALSAM TVLIT, REI SIVE LITIS, ARBITROS TRES

E DATO. EORVM ARBITRII FRVCTVS DVPLIONE DAMNVM DECIDITO. Ex his verbis liquidò constat, etiam illo spatio minimè impleto, de duplis fructibus actionem esse ex XII. tab. in eum qui rem alienam sibi falsò adseruit & vindicauit. Illud quoque ex eis discimus, quod in legitimis actionibus scribi solebat, QVAM REM SIVE LITEM, auctore Varrone, id sumptum fuisse ex XII. tab. Quod verò de tribus arbitris dandis scribitur, valde congruit cum eo quod M. Tullius in hunc modum scribit l. de legib. *Nec Mamilia lege singuli, sed ex* XII. *tres arbitri fineis regemus.* Sic legendum, vulgò malè alij, *Sed nos*, Alij, *Sed ex his.* Sicut & lib. 2. alij, vt in ve-

F teribus his sacratisq; legibus, *Alij*, vt in veteribus ex his: cùm sit legendum, *Vt in veteribus* XII. *sacratisq; legibus.* Ergo & in actione finium regundorum, quæ vindicationi cohæret. l. 3. C. fin. reg. tres arbitri sumuntur ex XII. tabulis.

*De interdicto Vti possidetis.* CAP. XXII.

INterdicti vti possidetis hæc ex Aelio Gallo verba prodidit Festus, *Vti nunc possidetis eum fundum quo de agitur, quod nec vi nec clam nec precario alter ab altero possidetis, ita possideatis: aduersus ea vim fieri veto. Nunc*, inquit, id est, tempore editi interdicti. & sic in l. 3. §. Labeo. D. vti posid. hæc hu-

G ius interdicti formula proponitur, *Sicuti nunc possidetis eas ædes ex quibus proiectum est*, & in l. 1. D. de interd. hoc interdictum in præsens tempus referri dicitur. In idem tempus hodie refertur interdictum vtrubi, quod est de rebus mobilibus. Id & vtribi dixeris rectè, vt Næuius in Tarentilla, & vtrobi, vt Cato pro Lusitanis apud Charisium.

Sunt verò in vtroque indiscretæ partes actoris & rei, cùm tamen in aliis soleat prætor singulari, non duplici sermone vti, ex quo fit vt sint illa simplicia, hæc duplicia. Vincit autem vtroque alteruter aut neuter. Ac siquidem alterum possedisse iusta ex causa, alterum non possedisse liqueat, possessor vincet. Si vtrumque, veluti iuste vnum, iniuste alterum, secundum Trebatij sententiam, qui hoc modo duos insolidum possessores constituebat, quod & similiter in precarij rogatore & rogato domino Sabinus admittebat. l. 3. §. ex contrario. D. de adq poss. cuius opinionis vestigium quod restat dissimulare non possumus in l. & habet. §. cum qui. D. de preca. Est enim ex libris Pomponij ad Sabinum. Igitur licet, si verum pressius intueamur, duos placeat magis pro solido eandem rem possidere non posse, si tamen ex illorum sententia duos in solidum proponamus possidere (erit hæc suppositio potius quàm propositio) vt si ponam me animo possidere iusta ex causa, te vi aut clam, si à me possides, ego te vincam, quia possessionem tuam aduersum me nemo tuebitur, meam tuebitur iudex quilibet, qui vel ob id semper pro possessore habeor, quòd de reciperanda possessione mihi interdictum competat. l. si quis vi. D. de acq poss. Similiter si à me precario possides, ego vincam te. l. qui precario. D. de precario. l. 1. §. vlt. D. vti possid. Quòd si ab alio ita possides, vtrumque prætor tuebitur: proinde neuter vincet, neuter vincetur. Vitiosam ergo possessionem aduersus extraneum prætor tuetur. l. vlt. D. de acq. poss. & in summa hoc interdicto prætor possessorem vel possessores tuetur, dummodo alter ab altero nec vi, nec clam, nec precario possideat. Is verò qui non possidet, nihil hoc interdicto prorsus adsequitur: vt creditor in possessionem missus. l. 3. §. creditores. D. vti poss. l. 9. D. de rei vind. Quamobrem non probo quod scriptum est in d. l. 3. §. item videamus si proiectio, tam ei qui ex suis ædibus proiecit in vicini solum, quàm vicino inutile interdictum esse. Cùm enim hæc subiiciatur ratio, *quia vterque possidet*, necesse est vt antè fuerit scriptum, vtique vtile interdictum esse, id est, efficax, vt d. l. 3. §. si vicinus. Et verò confirmatione ea quæ sequitur ex Labeone, qui tamen non eiusdem est familiæ cuius fuit Cassius, ex quo illud refertur, id ita plane enucleatur. Labeo enim facta ex meis ædibus in tuas proiectione, vtrique interdictum dat. Sunt eo loci hæc verba pro interdicti formula accipienda, *Si eum locum possideamus qui proiecto tegitur, sicuti nunc possidetis eas ædes ex quibus proiectum est*: vt in l. 3. §. si quis ex mandato. D. de itin. actuq; pri. *Vt ille vsus est qui mandato meo emit*: quod pauci animaduerterunt.

*Interdicturos vtrubi, agere ad exhibendum.* CAP. XXIII.

Plerumque vindicaturi ad exhibendum agunt. l. 1. D. ad exhib. Nonnunquam interdicturi. l. 3. §. sed & si quis interdicturus. §. si meum. D. eod. At quo interdicto? Si dixeris, Precario, vt interpretes, somnianti similis videbere. Quid extra interpretem alij dixerint nescio, nec sum admodùm solicitus. Quid sit dicendum scio. Formula ad exhibendum agit qui rem suam esse, vsumfructum suum esse, ius pignoris suum esse affirmat. Similiter & qui possessionem suam esse affirmat. l. 3. § Pomponius. D. eod. Hoc verò nec actione affirmatur, nec alio interdicto, quàm vti possidetis vel vtrubi. Festus: *In legitimis*, inquit, *actionibus nemo ex iis qui* (deest verbum, possident) *possessionem suam vocare audet, sed ad interdictum venit, vt Prætor his verbis vtatur, vti nunc possidetis.* quæ verba retulimus cap. 16. ex quibus colligitur eum qui agit vti possidetis possessionem suam vocare, & consequenter eum qui agit vtrubi, quod est eiusdem naturæ & potestatis. Atque ideo possessione euicta, verum est de euictione actionem competere, quæ non competit nisi vindicationis specie euictum sit. l. 3 8. §. si quis fortè. D. de verb obl. Ad exhibendum igitur is tantùm ob possessionis causam agit qui eam suam esse contendit, vt est scriptum in d. §. Pomponius, id est, qui acturus est vtrubi. Nam præparare actio ad exhibendum, quæ est de rebus mobilibus, interdictum vti possidetis, quod est de immobilibus, non potest. Denique aut propter in rem actionem illa actio datur, aut propter interdictum vtrubi.

*De interdicto Saluiano.* CAP. XXIIII.

Aduersus extraneum Saluianum interdictum non dari Imp. Gordianus rescripsit in l. 1. C. de preca. Contrà Iulianus in principio l. 1. & in eiusdem legis §. 1. D. de Sal.

A Sal. interd. aduersus extraneum Saluianum dari rescripsit. Gordianus de interdicto loquitur, quod omnimodo est in personam. Iulianus de vtili, cuius verba in rem scribantur: *Vtile*, inquit, *interdictum reddi oportet*, verbis scilicet in rem scriptis. Est alia quædam in eo tractatu longè obscurior quæstio, an inter ipsos quibus eadem res obligata est, reddito Saluiano aut Seruiano iudicio, possessor vincat: quam nemo quod sciam dilucidè adhuc exposuit. Ego verò animaduerti l. vlt. D. de Sal. interd. coniungendam esse cum extremo l. si debitor. D. de pign. Vt enim hæc est ex LXXIII. Vlpiani ad edictum, sic & illa, non si sequamur Florentinam scripturam quæ hac in parte vitiosa est, sed si sequamur alios libros scriptos quos habeo, & ipsum ordinem editorum. Quæstionem verò ita dirimendam. Aut duobus eadem res insolidum obligata est, aut pro partibus. Si insolidum, aduersus extraneos singuli Saluianum & Seruianam habent, inter quos possessor vincit. Ita de Saluiano Iulianus scripsit in l. 1. D. de Saluia. interd. Sed de Seruiana quoque idem eum scripsisse reor, quandoquidem de Seruiana idem eisdem omnino verbis Vlpianus scripsit in l. si debitor. D. de pignor. idq; vt opinor, ex eo Iuliani libro. Sed Tribonianus posito titulo de Saluiano interdicto, Saluiani nomen retinuit, Seruianæ circumscripsit, non tamen ita accuratè, vt non resideat adhuc Seruianæ actionis mentio. Quod enim Iulianus, *Vtilis actio & aduersus extraneos & inter ipsos dari debebit*, non vtile interdictum significat, sed Seruianam, quæ & vtilis Seruiana dicitur, id est, generalem formulam hypothecariam, vt in d. l. si debitor. Igitur si duobus res sit obligata pro partibus, actione Seruiana inter ipsos reddita, dimidia pars possessionis auocabitur, sed non (vt hanc persecutus speciem Vlpianus scripsit in d. l. vlt.) interdicto Saluiano, quoniam in interdicto Saluiano de solida possessione agitur non quæsito partium iure, cuius cum sit par causa, vincere possessor debet. In Seruiana de iure quæritur. Ius autem pignoris singulis pro parte competit. Hoc igitur iure probato, possessionis pars dimidia auocabitur. Sic fit vt qui vincit in Saluiano, non vincat in Seruiana. His cupio adiungi quæ de Saluiano interdicto scripsimus lib. 5. Sent. Pauli tit. de interdictis, vt sit hic tractatus vsquequaque perfectus, in quo exequendo dici non potest quanta sit Doctorum ἀμηχανία.

*Index & quod dicitur, per indicem.* CAP. XXV.

QVod summatim & κεφαλαιωδῶς exponitur, id prouerbiali sermone quasi per indicem exponi dicitur: quo vsus est Asconius in III. contra Verrem. *Antequam*, inquit, *causa ageretur quasi per indicem rem exponebant*: & Iustinianus in l. 1. §. nostram. C. de vet. iur. enucl. & §. vlt. De publ. iud. *Vobis*, inquit, *possibile sit quasi per indicem ea tetigisse*, quod ita græcè Theophilus interpretatus est, δι' ἐπιτόμου παραδόσεως. rectè. Eodem mihi videtur Gregorius Nazianzenus vti, & pro indicem συλλογραφίαν dicere in priore stelitеutice. Verba eius hæc sunt. οὐ γὰρ ἡμῖν γε χολὰ, μακρότερα δὲ πάρεστι ἐκθεῖναι ῥᾳθυμεῖν, αὐτοὶ δὲ ὀλίγα ἐκ πολλῶν διελόντες, συλλογραφίαν ὥσπερ τινα τοῖς μεθ' ἡμᾶς καταλείψομεν. Index igitur est ex latiori scriptura breuis subnotatio quædam, nec idem quod exemplum. l. 2. D. de fid. instr. Exemplum enim ex integro describitur totum. Puto etiam indicem siue libellum, periculum appellari. nam quod in Apophth. Plutarchus γράμμα, Aemilius Probus in Epaminonda periculum vocat: vt in tit. Codicis De sententiis ex periculo recitandis. Cicero 3. de legib. *Qui in isto periculo non vt à poëta veritatem exigunt.* & in frumentaria, *Pericula magistratuum.* & in antiquiss. libro notarum quem habemus, ex ita inueniuntur D. P. De periculo. D. L. De libello.

*Explicatur l. Marcellus. D. de don. inter vir. & vxo. & l. 1. C. de ædif. priuat.* CAP. XXVI.

DElentur omnia quæ Accursius scribit ad l. Marcellus. D. de don. inter vir. & vxo. & eius species repetatur ex l. Iesarius. §. Marcellus. D. de leg. 3. vbi fusius & dilucidius exposita est. Cum verò ea sit à Marcello tractata libro VII. Digestorum, in quo is plurima scripsit de donationibus inter virum & vxorem, vt constat ex l. 5. §. vlt. l. 7. §. 1. l. 49. D. eod. tit. eamq; Marcelli sententiam Tribonianus sub eum titulum posuerit, si quæratur quid ad eum titulum pertineat, dicam

cam maritum qui quid suo sumptu in re mulieris ædificat, donare videri, quandoquidem ædificium cedit solo. Sed cùm placeat donata posse reuocari, an & id ædificium reuocare & tollere, ex eo'ue quid detrahere posit quæritur. Mouet dubitationem s.c. quod factum est D. Adriani temporibus Acilio Auiola, & Corellio Pansa Coss. At Marcellus negat locum esse s.c. Ea namque non promercij, sed vsus sui causa maritus detrahit, sine tamen mulieris damno, id est, illæsa re mulieris, vt & in specie l. Iulianus. D. de rei vind. quæ illi l. Marcellus, vel inscriptionum argumento adiungenda est. De illo autem s.c. qui accipiunt l. 2. C. de ædif. priu. non animaduertunt id non bene cohærere cum verbis quæ præcedūt. *Edicto, inquit, Diui Vespasiani & Senatusconsulto.* Ergo non Aciliano s.c. sed s.c. subsecuto edictum Vespasiani. Edicta namq; Senatusconsultis confirmari solebāt. l. 1. D. in qui. cau. pig. vel hyp. tac. cont. adhibita l. si ventris. §. 1. D. de bon. auct. iud. poss. quod & tradidi Obs. 1. cap. 18. Malo errorem esse in nomine Imperatoris dicere. Est enim in propriis nominibus memoriæ lapsus frequentissimus. Nam & quod in ea l. 2. exceptum fuisse dicitur, id s.c. illo quod auctore Adriano factum est, proculdubio exceptum fuit. l. cetera. §. item quæri. D. de leg. 1. Quod item additur, ædes integras dirui non posse materiæ in alias ædes proprias transferendæ causa, id Spartianus Adriano tribuit. Verùm vtrisque saluis, ab ædibus in alias ædes, etiam si in alia ciuitate sint, iure materiam transferri placet. d. l. cetera. §. sed & si quis. Idem verò error fuisse videtur in nomine Vespasiani l. Diuus. D. de iure pat. cùm sit verisimile Adrianum libertatis auctorem fuisse tam manus iniectione non seruata, quàm seruata.

*Explicatur l. 3. §. si vicinus. D. vti posśid.* CAP. XXVII.

VLpiani in l. 3. §. si vicinus. D. vti posśid. verba hæc sunt: *Si vicinus meus in parte mea tectoria habeat & in parte sua, vti posśidetis interdictum mihi efficax est vt ea tollere compellatur.* Quo loco de cōmuni pariete agit quem vicinus ex vtraque parte opere tectorio exornarit. Ait enim, *In parte mea, & in parte sua,* id est, vt Harmenopulus loquitur, ὡς τὰ ἑαυτοῦ μέρη τοῦ ἐπικοίνου τοίχου lib. 2. tit. περὶ χισνείων. Quia verò dum non ex sua tantùm, sed etiam ex mea parte cum exornat, vsurpare sibi totius parietis possessionem videtur, ideo placuit mihi in hoc dari interdictū Vti posśidetis, vt ea ornamenta tollat. Quæ sententia his verbis exprimitur LVIII. Βασιλικῶν tit. 17. Εἰ ὁ γείτων μου ἐν τῷ τοίχῳ μου κονιάματα ἤτοι ζωγραφίας ἔχει καλῶς κινῶ ἵνα ταῦτα ἀφέλῃ. Daretur & communis parietis nomine interdictum Vti posśidetis, si quis eum me ex mea parte exornare vel reficere prohiberet. l. si ædes. D. com. diuid.

*Emendatur §. si in sortem. l. solutum. D. de pign. act.* CAP. XXVIII.

SOrtis & vsurarum ratio inter cetera vel in eo diuersa est, quòd propter sortem chirographariam pignus retineri potest per exceptionem doli, vt est constitutum in tit. etiam ob chirog. pec. pig. Propter vsuras chirographarias non item. l. 4. C. de vsur. Tunc verò vsuræ sunt chirographariæ, cum pignus contractum est in sortem duntaxat. Nam hæc taxatio si defuerit, & in vsuras tacitè pignus contractum videri Harmenopulus existimat, qui eleganter ad sententiam l. si necessarias. §. vlt. D. de pig. actio. hæc adiicit: τὸ γὰρ ἐνέχυρον τὸ ὑπὸ τὸ κεφάλαιον ὑποτεθὲν, σιωπηρῶς καὶ ὑπὲρ τοῖς τόκοις ὑπόκειται. At quod diximus ob sortem chirographariam pignus teneri posse, pugnat cum eo apertissimè l. si necessarias. §. si in sortem. D. de pig. actio. *Si in sortem,* inquit, *duntaxat vel in vsuras obstrictum est pignus, eo soluto propter quod obligatum est, locum habet pigneratitia.* Certum hoc est, si in sortem duntaxat. d. l. 4. At si in vsuras duntaxat, incertum aut protinus falsum. Ita censeo. Ideoq; sic lego, *Si in sortem duntaxat nec in vsuras.* Nam & confestim è diuerso ponitur, *Si tamen pignus & in eas obligatum fuerit:* & idem omnino est eius §. tractatus, qui suprà dictæ legis IIII.

*Harmenopuli locus de directa vindicatione & de l. res quæ. D. de iur. dot. & prædiatoribus.* CAP. XXVIIII.

A Harmenopulus lib. 4. Epitomarum tit. περὶ προτιμήσεως πρωικός, rei ex pecunia dotali emptæ directam vindicationem vxori dat. At enim vtilis est, quia & rem eam non dotalem esse, sed videri traditur in l. res quæ. D. de iure dot. & generaliter mihi quidem liquet, rei ex pecunia nostra comparatæ, si emptor soluendo non sit, non nisi vtilem vindicationem dari. l. vxor marito. D. de don. inter vir. & vxo. sicut pecuniæ nostræ, quam quis suo nomine crediderit, si is soluendo non sit, & pecunia bona fide consumpta sit, non nisi vtilis nobis condictio datur, arg. l. 4. C. si cer. pet. l. si me & Titium. D. eod. Verùm triplex est vindicatio, proprietatis, seruitutis, pignoris. l. 3. §. est autem. §. Pomp. D. ad exhib. Proprietatis vindicatio etiam si ea vtiliter experiamur, respectu ceterarum directa est, ideoq; eam Harmenopulus conferens cum hypothecaria, quæ vxori in ceteris mariti bonis competit, non malè directam appellauit. Hæc enim propriè vindicatio est, ceteræ quasi vindicationes. Id verò totum quod eo loco Harmenopulus tradit de l. res quæ, sumptū est ex βασιλικῶν libris, ex quibus apud eundem harum notarum loco ✱ ς. reponendum Στέφανος. Is fuit iuris interpres quidam, cuius in componendo dissidio d. l. res quæ, & l. ex pecunia. C. eod. tit. opinio reprobatur & meritò. Ex tribus enim quæ in eis libris referuntur, postrema verior est, vt non nisi marito non existente soluendo, res ex pecunia dotali comparata pro dotali habeatur, quæ fuit Thalelæi. Est verò ea l. res quæ, sumpta ex Gaii titulo de prædiatoribus. Ideo & quæri circa eam potest qui prædiatores dicantur. quod Boëtius in Topicis Ciceronis iis verbis exposuit. *Vindex est qui alterius causam suscipit vindicandam, veluti quos nunc Prædiatores vocamus.* Sic legendum ex vet. libris, non procuratores.

## *De prætorio pignore.* CAP. XXX.

D Prætorium pignus est, quod missio in possessionem constituit. l. missio. D. pro emp. & C. tit. de præt. pig. l. 3. §. 1. D. de reb. eorum &c. l. qui legati. C. vt in poss. leg. Cur dicitur prætorium? An quia iubente prætore constituitur? Minimè, alioquin & quod ab executoribus rei iudicatæ iubente prætore capitur, prætorium dicemus. At prætorium dicitur, quia iure prætorio, id est, ex edicto constituitur. l. 3. C. vt in poss. lega. Cicero VI. ad Atticum: *Sine edicto*, inquit, *transigi commodè non potest.* Missio fit ex edicto. De capiendo pignore nihil edicto comprehensum est. Fit namq; extra ordinem pignoris capio. l. si pignora. D. de euict. Missus pignus prætorium occupat. l. 2. & l. cum Remp. C. qui pot. in pig. hab. Illud E quod ex causa iudicati constituitur, ex officio capitur & distrahitur, non etiam occupatur ab eo secundum quem lis data est. l. 2. C. si in cau. iud. pig. cap. sit. In prætorio non obseruatur priuilegium temporis inter eos qui eiusdem tituli sunt. Permittitur enim missio in rem non in personam. l. cum vnus. D. de reb. auct. iud. poss. & ob id Græci eam τὴν κατὰ τῶν πραγμάτων ἀρεστῶν appellant. In illo autem quod exequendæ rei iudicatæ causa capitur, vt in conuentionali, priuilegium & ordo temporis spectatur. constituitur enim in personam. l. si & iure. D. qui pot. in pig. hab. *In cuius*, inquit, *persona pignus constitutum est.* Distrahendo pignori capto ex causa iudicati præstituti sunt F duo menses, vt ostendimus Obs. III. cap. 39. Itaque in ea l. à Diuo Pio. §. in venditione. D. de re iudic. mox, id est, deinde, non ex continenti. Constituendo prætorio pignori, id est, possidendis bonis fuit constitutum certum tempus, vt post dies XXX. quàm esset vadimonium desertum, quod subindicat oratio pro Quinctio. itemq; magistro faciendo, & proscribendis bonis, rursusq; legi bonorum venditorum dicendæ, vt Theophilus scribit in tit. de suc. quæ fie. per bon. ven. de qua M. Tullius sensit in eadem oratione, dum ait, magistros qua lege & conditione pereat debitor, pronunciare: post hæc aliquanto tempore intermisso emptori bona addicebantur. Sed ea tempora arbitratu suo prætorem definiisse reor, quod & interpretes nostri notarunt ad l. pen. G & l. vlt. §. sin autem. C. de bo. auct. iud. poss. Nam & in causa damni infecti, si post missionem longo tempore nō caueatur, secundum decretum interponitur. l. 3. §. vlt. D. de acq. poss. cuius temporis nulla est alia definitio quàm hæc, Cùm prætori causa iusta videbitur. l. prætor. §. 1. l. si finita. §. non autem. D. de dam. inf.

*Explicatur l.debitores. C.de pigno. & hypoth.* CAP. XXXI.

Errant qui ex l.debitores. C.de pign. colligunt prius debitori denunciandum esse, quàm cum eo personali vel hypothecaria agatur: nam nisi errant, pugnabit ea lex cum §.appellamus. Inst. de actio. vbi nullam hoc tempore debitori denunciationem fieri, qua scilicet status, id est, certus condicatur dies, ni soluerit, Imp. Iustinianus ait. Malim ipse sic eam legem accipere, vt si de pignore non distrahendo conuenerit, vel si pignus simpliciter acceptum fuerit, nulla lege vendendi aut non vendendi interposita, quandoquidem & id tunc agi intelligitur ne vendi posit. l. Aristo. D.quæ res pig. obl.non poss. non aliter liceat creditori pignus distrahere, quàm si præsenti debitori denunciauerit vt pignus reluat, secundum ea quæ traduntur à Paulo II.Sent. & Vlpiano in l.4.D.de pign.actio. quam denunciationem solemniter fieri oportet & testatò. l.4. C.de distr.pign. quando licet, εἰ ὠχὶει ἂν ἔχει, vt Græci vertunt, id est, si debitoris & testium suppetat copia. Et si autem lex, debitores, dicat, denunciationi non obtemperante debitore, creditori persequenti hypothecam, præsidem suæ auctoritatis auxilium imperitiri, non est tamen existimandum ideo denunciationem exigi, vt tantummodo agatur hypothecaria, sed vt ablata hypotheca ius suum creditor solemniter exequatur eamq; distrahat. & ita quoque in l.debitoribus. C.de admi.tuto. *Debitoribus*, inquit, *parere solutioni denuncia. qui si satis non fecerint, in venditione pignorum vti communi iure potes.*

*Ad l.2. C.de luitione pig. species ponitur certa.* CAP. XXXII.

Non proposuisset absolutè ex Gordiani rescripto hanc sententiam Tribonianus, *Intelligere debes vincula pignoris durare, personali actione summota,* in l.2. C.de luitio. pign. quæ aduersatur certissimo iuris principio, quo quidem præcipitur, vt sublata actione personali, tollatur hypothecaria, nisi speciem ad quam ea pertinet, quæstio legis quæ præcedit, suggereret satis. Est autem huiusmodi. Debitori sub pignore duo heredes extiterunt, singuli actione personali tenentur pro hereditariis portionibus ex XII. tab. hypothecaria insolidum, & ideo si vnus soluerit pro sua parte, tollitur quidem omni iure actio personalis, hypothecaria non item. Illa ergo non tenetur, hac tenetur. Non sumantur alia exempla, vel ex l.cùm quis. §.vlt. D.de solut. vel ex eis quas interpretes attulerunt, in quibus vel omni vel naturali saltem iure, quòd consistat in personam obligatio, & pignus perdurat. Vix præter id quod retulimus aliud inuenietur, quo omni iure summota personali, maneat hypothecaria, quod fit propter indiuisam pignoris causam. l.rem. D.de euict.

*Liquidò iurare. Operam dare. Dicis causa. Cor. Nepotis loci quidam restituti.* CAP. XXXIII.

Liquidò iurare Vlpiano in l.alias. D.de iureiur. idem est quod σαφῶς Demostheni II. in Aphobum: ἂν μηδ' εἷς ὑμῶν νομίζετω καθ' ἡμῶν ποτ' ἂν ὀμόσαι ταῦτα ἐθέλειν, εἰ μὴ σαφῶς. Apud Pet. Diaconum has notas Q. D. R. P. L. IV. ita fortè quis interpretabitur, QVA DE RE PETO LIQVIDÒ IVRES. Scribendum, Q. D. R. P. L. V. vt in superioribus, Q. D. R. P. G. V. QVA DE RE PETO LAVDABILITATEM VESTRAM, QVA DE RE PETO GRAVITATEM VESTRAM, quod & liber Magnonis de notis mihi confirmauit nondum quod sciam editus, qui dicatus est Carolo regi hoc disticho. *Hæc iuris σημεῖα libens rex accipe Carle, Offert deuotus quæ tibi Magno tuus.* At alterum quod huius capitis titulus promittit est huiusmodi, quod iudices dicantur operam dare in l.si longius. D.de iudic. l.pen. D.de vac. mun. non esse nouum. Nam & sic M.Tullius IIII. Ver. *M.Petilium*, inquit, *equitem R. quem habet in consilio, iubet operam dare, quòd rei priuatæ iudex esset.* Dicis causa quid esset, primi Taurellus, Augustinus, Victorius docuerunt. Id nondum fortasse quisquam apud Cor. Nepotem in Attici vita, sic esse legendum, *Ita vt Brutus & Cassius prouinciarum quæ iis dicis causa datæ erant à Consulibus*, quod est Græcè προσφάσεως ἕνεκα, vulgò malè, *Necis causa*, Apud eundem, *Cùm enim vsuram facere publicè necesse esset*, pro *vsuram* legendum *versuram*. & alio loco. *Neque peti more maiorum, neque capi possent conseruatis legibus in tam effusis ambitus largitionibus, neque Reip. sine periculo corruptis ciuitatis moribus.* pro *Reip.* legendum,

*geri.*

*geri*. Hæc enim sunt consequentia, peti, capi, geri. & alio loco. ***Scipionis Cornelij & Fabij Maximi Fabiorum***. legito ***de Fabiorum***, vt supra, ***de Marcellorum***. Sed, vt ad illa verba Dicis causa, tedeamus, fuere etiam vsitata in iudiciorum formulis, vt est proditum à M. Tullio in oratione pro Muræna, hoc modo, SED AN NE TV DICIS CAVSA VINDICAVERIS.

## *De formulis exceptionum.* CAP. XXXIIII.

EXceptionum, replicationum, duplicationum formulis seruiunt hi articuli, Si non, Si nihil. exempla adiungerem nisi essent infinita & omnibus nota. Et interdum sine negatione, vt in l. 2 D. de adult. coerc. & l. 2. §. 1. D. de dol. excep. & §. vlt. Inst. de replic. Interdum ita concipiuntur, At si non. l. 9. §. vlt. l. si quis rem. D. de exc. rei iud. & apud Theophilum sæpe ἀλλ' εἰ μὴ, vel, Ac si non, vt in l. 2. cod. tit. & l. qui cum herede. D. de obl. & actio. Interdum ita, Aut si, nulla addita negatione. l. cùm par. D. de diu. reg. iu. l. itaque. D. de procur. l. vlt. §. item si mulier. D. ad Velleia. l. consilio. §. 1. & 2. D. de cur. fur. & exemplo exceptionum in l. ait prætor. §. præterea generaliter. D. quæ in fraud. cred. vel etiam addita, veluti, Aut nisi in l. 1. §. Labeo. D. de flumin. & exemplo exceptionum in l. continuus. §. illud. D. de ver. oblig. Aut *si non multum referre videatur*. Nec enim assentior accipientibus ***Aut*** pro ***Haut***, nec in l. 1. D. de solut. Accursio ita accipienti, ***Aut***: in qua potius transposita negatione ita legendum esse, ***Id est non in id debitum quod est in controuersia***, Græci ostendunt, qui ita vertunt: ἵνα μὴ εἰς ἀμφίβολον ἢ ἄρα τὸ ἐξ ἐγγύης αὐτῷ χρεωστούμενον ἢ τὸ ὑπὸ ἡμέραν πρὸ τῆς ἡμέρας. Apud M. Tullium sæpissimè, & in d. l. 1. §. Labeo. ita enunciantur, ***Extra quam si***, quod idem potest. Interdum sicut actionibus, ***Quod***, seruit, vt quibusdam locis prolatis ostendimus in 5. sent. Pauli tit. 1. quibus addatur l. 3. C. de transact. l. prætor. §. si dicatur. D. de iniur. ita & exceptionibus, quo pacto & affirmatè proponuntur. l. fundum. l. fundi. l. si post. l. filius. D. de excep. l. si mater. §. item Iulianus. D. de exc. rei iud. l. sed & si lege. §. item si res. D. de peti. her. l. purè. §. si donaui. D. de do. excep.

## *Explicantur loci quidam in tit. de duobus reis constituendis.* CAP. XXXV.

IVlianus libro XXII. Digestorum tractauit de operis officialibus, easq; contulit cum aliis. Cùm ergo scripsisset, officiales operas non posse promitti nisi patrono, ac ne adiecto quidem solui, subiecit: ***Nemo est qui nesciat alienas operas promitti posse***. l. nemo. D. de duob. reis. ***Alienas*** pro ***alias*** accipio, vt in l. 3. D. de rei vind. sicut ***alias*** pro ***alienas*** in l. famosi. D. ad leg. Iul. maiest. Falsum enim est non suas operas promitti posse. At aliæ quàm officiales, puta fabriles vel pictoriæ vel aliæ promitti cuilibet, & fideiussor accedere in id quod interest, & eodem nomine duo stipulandi vel promittendi rei constitui possunt. In eodem titulo l. eandem. malè duorum reorum testamento factorum, exemplum proponitur tale, ***Titius & Mæuius Sempronio x. dato***. legendum, ***Titius aut Mæuius*** ex l. si ex toto. §. 1. D. de lega. 1. l. 16. D. de lega. 2. l. ille. D. de lega. 3. quod & verbum, ***Dato***, vti Flor. scriptum est, indicat. Item quia si ita dixerit, Titius & Mæuius Sempronio x. danto, constat singulos partes debere, nec esse duos reos. ac similiter multùm interest verùm ita stipuler; Mihi & Titio spondes, an Mihi aut Titio spondes? In Codicis Iustiniani eodem titulo, quæ primo loco lex posita est, delenda videtur. Nec Acc. nec interpretes eam agnouerunt. abest à Veteribus. Vnum tamen offendi in quo esset tertio loco posita, mutila tamen, & cum hac adnotatione, eam vacare, id est, spuriam & litura dignam esse, & iis verbis: ***Si duo plures ue rei cuiusdam traditionem communem insolidum acceperint, cuicunque, &c.*** ex quibus colligitur duos eiusdem rei vindicationem habere insolidum, quod est falsum. Vulgata autem scriptura hoc significat, Re tradita si conuenerint duo sibi vicissim aliquid insolidum dari vel fieri, singulos agere insolidum. quo nihil erat notius. Iniecta sunt quoque obscura mihiq; suspecta admodùm verba hæc: ***Quandiu res in eadem causa permanserit, si casus obtulerit***. Itaque damnandam delendamq; eam legem esse censeo.

*De acceptilationibus.* CAP. XXXVI.

VT stipulationis Aquilianæ verbo, & acceptilationem quæ illam sequitur subintelligimus. l. 3. C. de transact. l. 5. l. pacto. D. eo. ita acceptilationis verbo plerunque & eam quæ præcessit stipulationem Aquilianam adsignificamus, & hoc sensu acceptilatio ita definitur à Modestino, Liberatio per mutuam interrogationem qua vtriusque contingit ab eodem nexu absolutio. Ea acceptilatio definitur quæ fit præposita stipulatione Aquiliana, & quæ non ad verborum obligationem, sed ad contractum refertur. Contractus est vltro citroq; obligatio. Acceptilatio est vltro citroq; liberatio. συνάλλαγμα illud, hoc vero διάλλαγμα siue distractus, quo nomine etiam solutio continetur. §. item is cui. Inst. de obl. quæ qua. ex con. Ex contractu mutua obligatio nascitur. §. 1. Inst. de auct. tut. Ex acceptilatione mutua liberatio. l. vlt. D. de accept. Quæ verò fit non interposita stipulatione Aquiliana, solam verborum obligationem tollit, id est, stipulationem, dictionem dotis, iusiurandum liberti, non contractum iurisgentium. Verborum obligatio iuris ciuilis est. verborum namque solemnium obligatio est. Ergo & acceptilatio iuris ciuilis est, quæ fit etiam verbis solemnibus. l. 1. C. de accept. siue τυπικοῖς ῥήμασι, vt Theophilus ait in tit. quib. mod. tol. obl. Vt verborum obligatio, ita acceptilatio non fit inter absentes. Per procuratorem nobis non acquiritur verborum obligatio. Per procuratorem accepto non liberamur, nisi si is nouandi causa nostram obligationẽ suscipiat, ac deinde acceptum roget. Sed neque id quod nobis debetur absque nouatione acceptum facere potest. l. & per iusiurandum. §. tutor. D. de accept. quam in rem, id est, vt nouare possit, speciale vel generale mandatum exigimus. l. 3. D. eod. l. 4. C. de nouat. Porrò vt per seruum nobis verborum obligatio acquiritur, ita per seruum accepto liberamur. l. species. D. de accept. qui tamen quod nobis debetur acceptum non faciet, ne fiat conditio nostra deterior, nec iussu quidem nostro. l. pen. D. eod. nam edictum Quod iussu, ad contractus pertinet non ad liberationes. l. si dubitet. §. vlt. D. de fideiuss. Diximus acceptilationem esse iuris ciuilis. Hodie alio iure vtimur. quod quemadmodum fiat exposuimus in tit. de trans. & de ver. obl. Græci Iurisconsulti non tantùm factæ solutionis professionem, sed & acceptilationem, ἀποχὴν vocant. Latini differentiam statuunt inter acceptilationem & apocham, eodem modo quo inter pignus & hypothecam, & medici quidam inter ἄνθρακα & carbunculum. Sed de his hactenus. Pessimè alij omnes hæc omnia.

*Indicantur duæ leges malè collocatæ in tit. Pand. De except.* CAP. XXXVII.

PRæiudicij nomine actio & exceptio præiudicialis significatur. qua ambiguitate deceptus Tribonianus hanc sententiam posuit sub tit. De exceptionibus, malè, *Generaliter in præiudiciis actoris partes sustinet qui habet intentionem secundum id quod intendit.* Pertinet namque ea non ad exceptiones, sed ad actiones præiudiciales, & coniungenda est cum l. vlt. D. si ing. esse dic. itaque fingendum, vnus in iure contendit se esse ingenuum, alter eius se esse patronum. par omnium videtur causa. Quamobrem sicut in actionibus duplicibus, sic in præiudiciis quæritur quis actoris partes sustineat. Et respondetur eum esse actorem secundum cuius intentionem data & concepta est actio, vt si ita detur actio, SI PARET LVCIVM ESSE PATRONVM, Lucius actoris partes sustinebit. Quòd si ita, SI PARET GAIVM INGENVVM ESSE, Gaius actor intelligetur. Græci ita vertunt lib. 51. Βασιλικῶν tit. 1. ἐν τοῖς νομίμοις παραγγέλμασιν ὁ τὴν ἐπίσκεψιν ποιούμενος ἐνάγοντος ἔχει τάξιν. Malè etiam à Triboniano l. fundum, sub eodem titulo, adiuncta fuit ex Pauli lib. 70. ad edictum l. sed si ante. qua re factum est vt ab omnibus ea Pauli sententia de exceptione præiudiciali acciperetur. & verò id coniunctio illa exigit necessariò. Pertinere tamen eam ad exceptionem rei iudicatæ, & inscriptio indicat, & ratio ipsa qua nititur: *Quia* inquit, *& diuersa corpora sunt, & causæ restitutionum dispares.* Hac ratione vtimur exceptionem rei iudicatæ, non exceptionem præiudicialem negantes. l. cùm quæritur. l. & eandem. D. de exc. rei iud. Denique si accipiatur ea Pauli sententia de exceptione præiudiciali, pugnabit ex diametro cum l. fundum, in cuius specie cùm esset controuersia de fundo, lis nondum, prius actum est de via, & tamen

A præiudicium nocere respondetur. pugnabit cum principio iuris, vt ne iudicium de re minori, sperati futuri'ue maioris iudicij præiudicium sit.

### *Explicatio §. pro operis. l. 4. D. de nautico fœnore.* CAP. XXXVIII.

QVod scripsi quodam loco videri Tribonianum ex constitutione Iustiniani ad Papinianum addidisse verbum, *Centesimæ*, in l. 4. D. de naut. fœn. nunc mihi non placet. afferam vera, ni fallor, & nondum prodita. In diem præfinitum periculo creditor nauticæ pecuniæ immensam vsuram paciscebatur vel stipulabatur, post eum diem non nisi centesimam in menses B singulos stipulabatur, quæ legitima erat vsura: vel si leuiorem, quod huic stipulationi vsurariæ deerat, pœnali supplebatur. d. l. 4. §. vlt. Pœnalem voco stipulationem operarum collatam in dies singulos, id est, pro operis & sumptibus serui aut liberti simul cum debitore nauigantis, & pecuniam nauticam sua die cum vsuris repetentis, quem Græci κερμανόλαβον vocant. l. traiectitiæ. D. de obl. & actio. l. pen. & vlt. D. de nau. fœ. l. debitor. D. de neg. gest. l. 3. §. si seruus. D. de peculio. l. 2. §. vlt. D. de eo quod cer. loco. Sic pœna ab vsura distingui, eamq; pœnam non nisi post diem periculi committi & præstari constituendum est, & siue post eam diem vsuram tantùm siue pœnam siue C vtrumque creditor stipulatus fuerit, vtriusque rationem ita iniri oportere, vt vtrumque nec centesimam excedat nec duplum. & hoc est quod Papinianus ait in d. l. 4. *pro operis serui traiectitiæ pecuniæ gratia secuti, quod in singulos dies in stipulatum deductum est*, eam scilicet pœnam quæ post diem periculi ob serui operas debetur, *nec supra centesimam nec supra duplum deberi*: nimirum quia post diem periculi præstatur. Quandiu verò periculum est creditoris, infinitæ vsuræ, id est, etiam supra centesimam vel supra duplum ex pacto debentur. tanti est susceptio periculi. Quod ergo Papinianus ait, *Centesimæ*, non est ex iure nouo, vel specie quadã ei proposita, sed generale merumq; D ius vetus. Ne autem vsuræ communes exigantur supra duplum, non Romanorum tantùm, sed & Aegyptiorum vetus lex est, quam Diodorus Siculus scribit lib. 2. his verbis: τοὺς μετὰ συγγραφῆς δανείσαντας ἐκώλυσε διὰ τοῦ τόκου τὸ κεφάλαιον πλέον ποιεῖν ἢ διπλάσιον. Et ad id duplum respexisse opinor Suetonium, dum Augustum scribit pecuniæ vsum gratuitum indulsisse iis, qui cauere potuissent in duplum. At in l. cùm quidam. §. vlt. D. de vsuris, hæc verba, *Vsque ad tertiam centesimæ*, affirmamus Triboniani esse, quibus significantur trientes vsuræ, græcorum more, ἄχρι τρίτης ἑκατοστῆς. & verò sunt eius §. verba ex rescripto quodam D. Pij, quod aliis verbis relatum est in l. si legatum. D. de oper. pub. Tribonianus vt erat in eo opere non tam diligens & accuratus, E quàm se impudenter profitetur esse, sæpissime quod vno in loco mutabat, non mutabat in alio. In l. cùm probatio. D. de probat. quæ est ex sententiis Pauli, scripsit *Quæstioni* pro *Responsioni*. quod omisit in l. quæro. §. vlt. D. de ædil. edi. & ex ea re conflatum est ἐναντίωμα inexplicabile.

### *De iuris & facti ignorantia.* XXXVIIII.

NOcere & non prodesse diuersa sunt, sicut nolle & non velle. Nocere est damno adficere, Non prodesse est neque lucro afficere neque damno F eximere. Nolle est palàm refragari & contradicere, Non velle est tacere & pati, vel secundum Aristotelem, nolle dicitur is quem pœnitet eius quod per errorem fecit, quem & nos venia dignum iudicamus. l. si adulterium. §. incestum. D. ad leg. Iul. de adult. l. aliam. C. de his quæ vt ind. auf. Non velle is, qui non corrigit factum. Est item aliud velle, aliud non nolle, vt indicat l. 1. §. scientiam. D. de trib. act. cui malè quidam adiungunt l. 3. D. de diu. reg. iu. cùm in ea sit legendum ex l. 4. D. de acq. her. & Βασιλικῶν libris: *Eius est non velle qui potest & velle.* Item aliud est fateri, aliud non negare. l. qui tacet. D. de diu. reg. iu. At sicut nolle sæpe significat non velle. l. in eo iure. §. inuito. D. de rit. nupt. l. inuitum. D. de seru. vrb. l. filiusf. §. inuitus. D. de proc. ita G & nocere interdum significat non prodesse. Et sanè quod dicitur, Ignorantiam iuris nocere, ita accipiendum est, Non prodesse. l. regula in pri. D. de iur. & fac. ign. Error facti lucro adficit & damno liberat. Error iuris neque lucro adficit neque damno liberat. Ceterùm neque hic, neque ille error damno adficit, & hoc est quod dicitur, Iuris

ignorantiam in damnis non nocere. l.7. & 8. D.eod.tit. nempe damni per eam nihil adferri. Vt ecce, Quòd quis ius ignorauerit non habetur pro confesso, sed quòd ius ignorauerit, non ideo habetur pro non confesso. l.2. D.de confes. Quòd quis ius ignorauerit, non ideo non habet condictionem indebiti, sed quòd ius ignorauerit, non ideo danda ei est condictio quæ ipso iure non competit. Ne igitur dixeris ignorantiam iuris nocere, id est, damnum adferre, sed nocere, id est, non prodesse. Sic in l.3. D.ad Maced. l.si fideiussor. §.1. D.mand. l.sicut in fi. C.de præscr. xxx. an. non hoc facit ignorantia iuris vt denegetur actio, sed non obstat quominus denegetur. Sic & in aliis speciebus non subiicit error iuris pœnæ quẽquam, sed neq; subducit. Et ab ea regula excipiemus quidem milites & minores, quibus iuris ignorantia prodest, non tantùm vt ne damnum faciant, sed & vt lucrentur & adquirant: non tamen feminas vel rusticos. Nam iis certis tantùm casibus subuenitur. l.5. §.prohibendi. D.de his quæ vt ind. vbi, *Prohibendi*, sic accipiendum est, à petitione hereditatis: & de persona in muliere, de conditione in milite aut rustico, de ætate in minore exemplum ponendum. l.si quis in graui. §.si quis ignorans. D.de s.c. Sillan. l.si quis id quod. §.doli. D.de iurisd.om.iud. l.Diuus. §.pen. D.ad leg. Cor.de fal. & de feminis exemplum est elegans apud Harmenopulum lib.1. tit.13. in fine. Regulariter ergo nec sexui nec rusticitati iuris ignorantia prodest. Gregorius Nazianzenus εἰς τὸν ἅγιον ἀθανάσιον. *Ῥωμαίων μὲν νόμος μηδενὶ ἀγνοεῖν ἐξεῖναι μηδ᾽ ἂν σφόδρα ᾖ τις ἀγροικίας καὶ ἀμαθὴς ἔσχατος, μηδὲ εἶναι νόμον τὸν βοηθοῦντα τοῖς πράττουσι δι᾽ ἄγνοιαν.* Et hoc est quod ait l.regula. §.sed iuris. superiorem regulam ita accipiẽdam esse, si sit Iurisconsulti copia, vel si quis ipse satis iurisprudentia sua instructus sit, quasi si diceret, parcendum esse rusticitati & imperitiæ, sed hoc fieri perrarò, id est, certis tantùm casibus. Non exigimus quidẽ vt omnes Iurisconsultorum artificia didicerint, sicut vt omnes patresfamilias Magonis vel Cassij Dionisij libros, sed communem eorum quę legibus continentur, intelligentiã in omnibus exigimus. Hæc oportet scire, inquit Aristoteles, καὶ μὴ χαλεπὸν εἰδέναι, nec quòd ea sciat quisquam, ideo Iurisconsultus est. Sunt enim certæ leges & constitutiones in promptu publicè propositæ, vt cuiuis eas cognoscere & describere liceat. l.2. D.de iu. & fac.ign. Contrà facta omnia incerta & recondita sunt, eorum ignorãtia sicut iuris, supina non est semper. Verùm tum etiam non exigimus vt sint omnes veluti Corycæi quidam, vt omnia odorentur, perscrutentur, inuestigent. Possent his addi alia quędam, sed hæc si renueris, illa sponte sequentur.

*Pandectarum & Codicis loci quidam restituti auxilio Βασιλικῶν.* CAP. XL.

IN l.Iulianus. §.idem Iulianus. D.de act.emp. iamdiu animaduerti pro *legata*, legendum esse, *vectigalia*. Verissimum id esse græca metaphrasis docebit quam subiiciam, *ὅτι ἐὰν ὁ πράτης εἴπῃ διαφόροις ὑποκεῖσθαι τέλεσι τὸν ἀγρὸν, ἐν τῷ ὠνῷ μόνον τὸ ἓν ἐκφωνήσῃ, καὶ ἐπαγάγῃ, εἴ τι δεῖν ὑποκείμενον τῷ ἀγρῷ δημόσιον ἢ ἐμφύτευμα ἢ τέλεσμα ἢ ὑπὲρ ὁδοστρωσίας, τοῦτο διδόναι τὸν ἀγοραστὴν, ἐνέχεται τῇ ἀγωγῇ διὰ τὸν δόλον.* In l.si duobus. D.de diu.temp.præscr. pro, *Ea possessio*, legendum, *mea possessio*, repetita m, litera ex fine præcedentis verbi, & ita 51. Βασιλικῶν. tit.3. ἡ νομή μου, & paulo post, *& meam omnem*. In l.funeris. D.de relig. & sumpr.fun. legendum, *Et si qua vectigalia sunt vel sarcophagi, & vestiaria*. Sic lib.59. Βασιλικῶν. εἰς τὸ τέλος καὶ ἡ λάρναξ καὶ ἡ στολή. Et l.14. eod.tit. vesti iungitur marmor, id est, sarcophagus. In l.liberos. C.de lib.cau. legendum, *vel actus cuiuscunque administratione*. Sic Græci 48. Βασιλικῶν. ἢ τῆς πράξεως ἤ τινα ἐπιτείχισμα λογισμῶν & Theodorus ad eum locum, ἤγουν συνάξεων, vel ratione actus. In l.si tibi.eod.tit. legendum, *De filijs*, ex eodem libro, & ob id Thalelæus notauit filiorum appellatione contineri filias, quod cum prius dixisset, *scriptæ*, subiunxit, *filijs*. In l.cùm procurator. D.de no.op.nunc. veteres interpretes coniunctim ita legunt rectissimè: *Cum procurator opus nouum nunciat & satisdat rem ratam dominum habiturum, & remissio in domini personam confertur, si dominus, &c.* quod confirmat scriptura Βασιλικῶν. lib.58. tit.10. ἐὰν ὁ ἐντολεὺς δικαίως τὴν ἱκανοδοσίαν ὑπὲρ παραγγελίας λάβῃ ἀσφάλειαν καὶ ὁ δεσπότης μετὰ ταῦτα θέλῃ εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ τὸ συγχωρεῖσθαι παραγγελίαν. In l.3. C.de noxal.act. sic Græci legunt l.x. tit.5. *Et non eo consentiente quod intuendis commissum probaueris.* quod est rectius. Grauior in consentientẽ quàm in ignorantem est actio. Sed consensisse eum actor probare debet. quod nisi fecerit, noxalis actio competit. καὶ μὴ ἀποδείξας τοῦτον εἰδότα ὅτι ἄνευ λόγου ἡμαρτάνει.

FINIS.